

~~11~~

Soy del Sr. Dn Andry Ortiz, Jqual, Puyb. sero, Adriano
del Santo Oficio de la Inquisición de Cordova, Examinador
de Synodal de la Vicaría General de Estepa, Dize

Por el Coleg. R. & S. de
de la de Granada

10 a - 1 - 11

4

Estancia	A
Estancia	37
Estancia	16

Esta completa mal encajados
sus tomos

611568121

FRATRIS
HECTORIS
 PINTI LVSITANI
 HIERONYMIANI SA-
 CRÆ THEOLOGIÆ
 DOCTORIS, ET IN ACA-
 demia Conimbricensi Sanctæ scri-
 pturæ professoris,

*DIALOGI MORALES AB AVTHORE IPSO
 vulgari Lusitanorum lingua scripti, nunc recens latinitate danati & ad
 reliqua auctoris opera adiuncti.*

Qui operum TOMVM QVARTVM constituent.



LVGDVNI,
 APVD HÆREDES BARTHOLOMÆI HONORATI,
 AD INSIGNE VASIS AVREI.
 M. D. XC.

231598121

PARIS

HECTORIS

PINTI LVSITANI

HIERONYMIANI SA

CRÆ THEOLOGICÆ

DOCTORIS, ET IN AQA

demum Ordinarius Sacerdotis

professoris

DIPL. OCT. MDCCLXXII. ET MDCCLXXIII.

regni Christianissimi Francorum, et Navarrae, et

Archiepiscopatus Cantuariensis, Archiepiscopi

JOHANNIS DE VITTO, Archiepiscopi





3

INTERPRES LECTORI CHRISTIANO
SALVTEM.


❦

Neminem ego tam alienum esse ab omni humanitate existimo, ut non ultro fateatur, vix quemquam hoc nostro seculo extitisse, cuius ingenio & industria plus creuerit sacrarum literarum studium inter suos ciues, quam doctissimi illius viri Fratris Hectoris Pinti. Ille enim renascentes iam tum in Conimbricensi Academia bonas literas primum excepit, summis vigiliis & laboribus tersas ornatas expolitas eo euexit, ut cum varia aliarum regionum eruditione, & multiplici elegantia Academia illa Lusitana posset certare: Confirmant iudicium nostrum cum alia non pauca quæ ad nostram indaginem aut non venerunt, aut in scriptis eius aduersariis hæserunt, ab illo doctissime cõposita volumina: Tum insigne hoc Moraliũ dialogorum opus, quo vulgari Lusitanorum lingua nullum fere nostra memoria prodiit eruditius, & politiorum disciplinarum studiosis vtilius, cuius eximia pietate, & eruditione ducti, multi multis idiomatibus traductũ subinde ediderunt. Quorum nos vestigia secuti cum reliqua eius Doctoris scripta Theologica, in meliorem formam digesta, & multis maculis repurgata ederemus, tam pulchram tantõque genitore dignam prolem etiam in paternam familiam, hereditatisque auitæ partem, à nobis Latinitate donatam vindicauimus, & in vnum volumen congesimus. Plurima enim scripruræ sacræ acutè & ingeniose explicata loca, politiorisque disciplinæ authorum non pauca ad Lydium vocatæ sententiæ, veræq; & Christianæ pietatis non leuia argumenta nostros conatus facilè spero probaturos, Cæterum de dicendi genere eo fuimus minus curiosi, quod & materia sæpe Theologica suis satis artis vocabulis contenta, politiores & selectiores Ciceronis flores non requirat, authorq; ipse in suis hisce omnibus commentariis commune quoddam & in scholis vulgatum dicendi genus sit secutus. Quod si quid erratum hac in re à nobis aut cessatum iudicabit æquus æstimator, Christianæ nos & Apostolicæ Ecclesiæ libenter submittimus censuræ, vale & fruire.

INSTRUMENTS LEGAL & CHURCH

1775

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into several paragraphs, possibly containing legal or ecclesiastical records.



DIALOGVS DE VERA PHILOSOPHIA.

INTERLOQVNTVR: PHILOSOPHVS, AMI-
CVS SEV FAMILIARIS, EREMITA.

De nobilitate sensus videndi, & de cognitione veritatis.

CAPVT PRIMVM.



Onimbriz, Lusitaniae, vrbs quam nos Portugalam dicimus, duo perquam familiares ciues, serio fortè de rebus acturi, in pratorum vernantium variisque humanarum rerum matris naturae coloribus decorata, leniq; aquarum murmure amœna spatia iter peragunt. Alter quidè, nescio quo genio, ad humanarum artium studia cõcitatus, & magno sui nominis gloria captus, grauis ille philosophus, videri magis, quam re ipsa esse maluit. Alter quidem humanarum literarum imperitor, humanitatis tamen gratiaq; multo quã philosophus fuit abundantior. Vtèrque nec opinãtes perquã docto religioso, illis & studiis iisdè in Conimbricèsi Academia, & vetustate amicitiae coniuncto Eremitae venit in occursum. Itaque confestim ire perrexerunt, atque illum beneuole & humaniter complexi, vt mos amicorum est, satis eum longo interuallo reduxerunt. Hic pauca primo de amicitiae antiquitate: Philosophus illum de sua salute, ætatisque suae anno (exactiori enim ætate illi videbatur) familiariter est percontatus. Tum ille: Ego quidem inquit quod & ceteris hominib. debet esse probatum, ne vnum quidem ætatis annu ago, Noua quidem hæc est, inquit Philosophus, & recens cogitata opinio: Imò inquit Eremita, peruetus & probata sententia. Noua enim ab exigui tēporis memoria, essentiã ducunt, ortum fortiuntur & propagationem. At hæc vsque ab hæroicis ducta tēporibus antiquissimorum quorum inter mortales viget memoria, scriptis, fundata & auctoritate probata est sententia. Opinio, dubijs, incertis & contingentibus fundata principiis ambiguas quoque reddit conclusiones: At hæc cõstãs, vera & necessaria sententia nullum dubitandi locum relinquit. Ego tamen contra, inquit Philosophus, imbecillem assensionem, cū falso incognitõque cõmunem esse existimo, neque cuiusquã secus censeri iudicio, nisi qui Academiae more, confundere vera cū falsis, spoliare nos iudicio, priuare approbatio-

ne, omnibus orbare velit sensibus, neque aliud agere, nisi vt in vtramque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid quod aut verum sit, aut ad id quam proximè accedat, nihil tamen per se ipsi iudicare: Vera quidem, inquit Amicus, sunt per se multa, naturaeque certis stabilita rationibus, quae tamen vulgi opinione, vaga atque inconstantia censentur, nec enim in his quae ad vulgi assensum spectant, aut ad aurium voluptatem sed ne in maximis quidè rebus quidquã inuenitur firmitus quod teneamus, aut quo dirigamus iudicium, quam id quodcunq; quam simillimũ veri videtur: cū ipsum illud verum in occulto lateat, nec statim tenuitatis nostrae sensus dicentis animus appareat. Hæc ideo à me dicta sunt: quod pater Eremita, à mundi se curis auocarit, vt ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiatur, quo enim longius contemplatione seuocatus animus à mundo, à societate & contagione corporis, eò se Deo & æternis arctiori vinculo copulat, terrenõque pondere liber, cœlo se altius immiscet, cœlestiaque contemplatur, vnde & sublimiori se stylo extollit eius oratio, quã terrae grauedine sopitus animus possit suscipere & errore id statim esse iudicamus quod terreno perstricta puluere mentis nostrae acies non potest intelligere, cum nulla eius oratio labe erroris notetur. Sunt hæc quidem, inquit philosophus, subtiliter cogitatae rationes & inuentae, vt id tueamur, quod nulla rationis firmitate innitatur, sed hoc vsu venire cernimus, vt qui errorem vnum, excusat, in infinitos iterum novos dilabatur. Nam vt calculus in profundum dimissus, præcipitato ictu in aquis concitat orbem, qui iterum & seipso maiorem circumducit, secundusque tertium, denique infiniti semper prioribus latiores excitantur, ita error vnus, nisi primũ eius ortum amputes, seipso grauiorem statim producit, qui & etiam turbulentiori concomitata, perniciosiorem rapit, donec infiniti subsequantur. Atqui, inquit, prima fontis ἀναβύσει & scatebra aut extincta, aut per alios meatus dimissa, facile riuum posse sicari: at scaturigine semper emicante, multisque missa fontium originibus in profundum la-

tumque effluit, ut vix aut nullo modo profluentis amnis impediri cursus, aut arceri aut dirigi possit. Paruus enim error in principiis (inquit Aristoteles) magnus est in fine, vnoque dato absurdo subsequuntur multa: nam & frequenter nos vidimus, ut quorum socors natura negligensque inertia, subnascetem in stipula $\phi\chi\lambda\gamma\sigma\tau$ tardauerat extingueret, paulatim natam & auctam flammam, summaque domus culmina concremantem nequeat opprimere. Idcirco, inquit Amicus, quod nondum mecum accurate perpensi, aut animo concepimus, temere & in consulto condemnare nefas esse duco, omnia enim maturo deliberatione iudicio ponderanda esse veteri pronuntio subinde patres nostri tradiderunt, & ut inquit qui sapiens habitus est vnus ex septem, de rebus grauibus & periculosis consultandi & deliberandi occasionem, temeritas & ira duo hostes acerrimi oppugnant, nec me quis arbitretur promptam & expeditam humanarum actionum deliberationem condemnasse, cum nihil esse iudicem quod non prompta exsuperet deliberatio, ut enim negligentia corrumpit animum, ita diligentia fouet & alit virtutes hanc accurata est conseruatio suorum, illa iniuriosa corruptio, & dissipatio etiam alienorum, moderatam tamen & minutam diligentiam semper esse oportet, pedibusque adnexa alax quas laborem seu attentiore animi cogitationem, & vigilatiam statuo, rationis & consilij freno moderetur, ut tarda sit consilij capiendi deliberatio, executionis vero calcar diligentiae latus vrgeat. Vnde natum (mea quidem sententia,) antiquum & multorum sermone laudatum prouerbiu. *FESTINALENTE*. Quod & significasse videtur. Titus Vespasianus, magni Vespasiani filius cum medallis nummisque argenteis Delphinum, forti & graui complicatum anchora iussit insculpere. Recte quidem inquit Philosophus, anchora enim mollem procrastinationem, odiosamque tarditatem, Delphinus vero promptam diligentiam denotat, perniciosissimum eum illum, & velocissimum animantium esse dicit Aristoteles. Oppianus quoque non modo omne natatiliu genus, velocitate superare sed etiam terrestriu animantium, Plinius quoque velocissimum inquit omnium animalium non solum marinorum est Delphinus, ocyor volucres, ocyor telo, & nisi multum infra nostrum os illi foret, medio pene in ventre, nullus piscium celeritatem eius euaderet. nec Vespasianus modo, sed & Octauium Angustum plurimum huius prouerbij sensus mysticus delectabat: qui tum sectandus, quoties grauioribus curis anxius & perturbatus animus, dubiam habet in exequendo cogitationem, delibere enim tunc & maturo est opus consilio. Et haec Romanis fuit causa sub Traiano Imperatore Consilioru Deo Aedem consecrandi. nito tandem consilio, accuratissima & artificiosa est adhibenda diligentia, ut executio praesse deliberationem, priusque facta res quam cogitata videatur. Sed si difficultate vacans & liber animus, omnia per se ipse perspiciat, cur in deliberando sit occupandus, ambigua reddendo sponte sua clara & perspicua, nequeo iudicare. Quoties ergo nouitate rei tantus & tam perspicuus nascitur error, ut oculis ipsis cernatur qualem esse huc vides Heremita, cur non & eadem nos facilitate natum condemnabimus? Ego quidem, inquit Amicus, tantisper cessionem meam & iudicium differo, donec tu (Heremita, appellat) nec te, nec mortalium vllum, atatis vnum annum egisse probas, mirum enim scied illud nobis haecenus ignotum paradoxum capit desiderium. Nunquam intelliges, inquit Philosophus: Ecqui non? inquit Amicus: Quod neq; adhuc

*Bias,
L. actius.*

Titus Vespasianus.

*Aelianus
lib. 12.*

*li. 2. de piscibus.
Plin. l. 9.
c. 8.*

*Aut. Gelius
lib. 10.
c. Matrob.*

vnquam existit, inquit ille, nec exstat, nec futuro subsequetur tempore, scientia nemo potest complecti. Facile inquit Heremita, nisi vos refractaria non credendi opinione aures vestras obturaueritis, meam sententiam probabo. Imo vero, inquit, Philosophus, aures nostras garrulitate contrundes, neque quod es conatus vnquam assequeris. Rem hanc scire per quam optarem, inquit Amicus, Quare hic concidamus: Sedeamus, inquit philosophus: Ego me inquit Heremita, inclinabo sub opaca & procera hac arbore, vos interim quiescite, & (si vobis ita visum) diligenter attendite. Lubens, inquit Amicus, quaecunque dices ego accipiam, nec mea a te vnquam dissidit voluntas. Aliam tibi censerem (inquit philosophus) potius occasionem captandam & in re graui seria & te digna tempus occupandum, quam in hisce somniis ac nugis frustra subtilitatis & ingenij tui acumen occupare, nec me vnquam falleret veritas quam dudum hisce oculis intueor, te scilicet praesentem viuumque praesens aspicio, qui nisi momenta, horas, menses & annos aetatis & vitae agendo, ne esse quidem posses, nedum viuere & existere, nec enim firmior aut vlla cogitari potest ratio certior ea, quam ipso oculorum sensu haurimus: aurium quidem iudicium varium esse potest & incertum, oculorum vero firma est semper, & rata comprehensio. Hinc Thales Milesius qui Anaximandrum erudiuit, primusque inter Graecos Geometriam adinuenit, eam constituit oculorum ad aures rationem, quae est veritatis ad falsitatem. Aurium siquidem inquit iudicium capi errore potest & falli, oculorum vero aspectus ab omni erroris falsitatis labe manet immunis. Et Creteneses, qui eam quam nunc Cadiam vocamus insulam incoluerunt, (Vnde & historiarum grauissimum scriptorem Strabonem natum accepimus) Iouem, summum illius insulae Deum, auribus quidem captum, ac oculorum acri & subtili sensu praeditum depingere solitos scribit Caelius Rhodiginus. Vt inde magistratus & qui populo imperandi habent potestatem intelligant ea tantum esse credenda quae ipsi oculis intuerentur, cum aurium censura, aut falso populi murmure, aut mendaci calumniae suauitate abduci possit & errare. tanta tandem est huius supra alios sensus dignitas, ut oculos membra diuina vocare audeat Galenus. Nec enim frustra omnium rerum princeps et utilitatum consultrix natura huius sensus organa ut nobilissima et nostro amore dignissima in summo et altissimo humani corporis loco collocavit, in editissimo siquidem loco siti sublimia maxime intuentur, intellectu quoque humano accommodatissima nos edocet. Sed, ut naturae abscondita mysteria nisi ex intellectus porta & officinis hausta nequimus agnoscere: ita oculorum sensus tantum nobis sentiendi praebet adiumentum, ut maximam cognitionis nostrae partem acceptam illi referamus. homini cognatum esse supra alios sensus oculorum amorem scribit Aristoteles. 1. Metaphy. quod totum mundi huius ambitum, cuius perfecta cognitio philosophum efficiat, soli ostendat. Anaxagoras nobilis ille et grauis philosophus qui tanta diligentia caeli astrorumque cursus suspexerat quos nisi extra seipsum collocatus nemo potest intueri, (ut inquit Xenophon de factis et gestis Socratis) interrogatus cur natus fuerit, respondit ut solem, lunam, astraque intueatur: ita et testatur Lactantius Firmianus. Lib. diuinarum institutionum, non eum se natum esse sapiens ut de astris disputaret auscultaret, sed ut ipsa suspiceret prudenter affirmavit. Et quid (inquit Quintilianus) homini diuinis luminibus orbatu prodest mortale hanc vitam

viue-

viuere, cū horū priuatio integra sit humani corporis euerſio, multū vero aspectus oculorū ab auditu differt, vt enim ignis elemetorū subtilissimū oppresso suo pondere aere sublimē petit, concuumque lung, natura datū sibi ad consistendum locum appetit, ita oculorum sensus laxitate & dignitate sua aures opprimit. illienim vt inquit Aristoteles) igne, hē aere operatur. Auribus etenim cōnaturalis & immobilis aer inclusus concusso exterioris aeris sonitu & in interiorē reflexo, audiendi nobis actū prebet: In oculis quoque ignis quidam subtilis residet qui claritate exteriori visibili annexus & colorem obiectum) nisi quid obsit) statim videamus efficit. Et vt inquit Alexander Aphrodisæus lib. de causis, fortē caput si in durum quid & arduum cōcuciat ignea scintillæ radiantē amicant, imo vel noctis tenebris obuoluti eosdem illos claritatis radios aspiciamus. lumē hoc siquidem oculorum reclusum palpebris, apertis statim aspectus ianuis primū se oculis offert violēto istu claritatis in oculos remissum. Quod in cholericis præfertim propter horum cum igne Sympathiam cernimus, adeo vt mirum esse non videatur quod de Tyberio Cæsare scribit Plinius in obscurissimis scilicet noctis vmbis clare eū perspexisse. Et quamuis docta philosophorum schola subtilibus hoc philosophiæ demonstrationibus reliquerit probatum, experientia id vnica demonstratione scisse nobis sufficiat: tempestate commoto aere fulmina nonne semper prius aspiciamus quā tonitruū sonitus aures concutiat, illa ignis subtilitas oculorum obtutui statim offert, cum aeris densitas sonitum tonitruū retardet. In tormentis quoque bellicis ad tonitruū instar artificio inuentis idipsum licet perspicere: nam quamuis longe remoti, prius tamen ignem vel fumum oculi, quā aures strepitum sentiunt. Aspectum verò eo auditu præstantiorem agnoscimus quod nullo labore fatigatus seipso contentus nullo ad operis functionē indiget, seque latius omnibus extendit, adeo vt nihil æqua cum videndi facultate verū certitudine confirmet. Cum itaque multo sit auditu & certior & nobilior Quomodo credendum mihi censes quod audia auribus, cū oculis ipse nō intuear, adeo cū ē diametro hisce que oculis aspiceam opponatur: nisi ingenij quodam acunime quod omnino nihil est, opiniois que tuz chimeram vt Græcus ille Sinon ingressum fatalis equi in Troiana mœnia velis animo comprehendam? magnam ego auctorū scholam in meę sententiæ cōfirmationem adducerem, nisi semper tantam auctorū molem, inanemque ostentationem deuitandam existimasse. Faxit Deus, inquit Heremita) clare, & sanctē apertis intellectus oculis intueremini, quam ea que cernere vos dicitis a veritatis norma refecentur ea quamque sublimis oculorum dignitas ad id quod ego dudum proposui parum valeat confutandum. Corporis enim oculi, aut nebulis obducti aut alio quouis impedimento irretiti sepe obscurantur, aut si clari ij sunt obiectu, nō ad æquato accessus recessusue proportionē, à muneris sui functione reuocantur: At intellectus oculi diuini luminis radio illustrati labi aut errare nisi intellectus esse cesset, nullo modo possunt: hinc diuini prophete vaticinia sua visiones vt res certas & indubitatas nominauerunt & ne vos diutius erroris vestri tenebris oblectemini, optarem lubens me dicentem audiatis, aut potius intelligatis ne de veteri fossa reuocati nouo, iterū mentis acie ceno inuoluatis: hoc vnū precibus additurus si vobis æqua & honesta postulatio videbitur vt eodē candore animi quo vos vultis audiri, me dicentem expectetis.

Quāuis enim multo me verborū lenocinio quasi condensa & puluerulenta nube ne rationum vestrarum sophismata diiudicem conati estis perstringere, vniuersam tamen eam nubem vno spiritus halitu dissipatam veritatisque radios manifestatas iri spero, vt enim baculus in profundum actus diutius aquarū impetu oppressus esse nō potest. ita veritas in profundū quidē ad exigui temporis momentum præceps agi, at diu violento eo impetu dimergi & abscondi non potest. Nihil enim tam clanculum aut ab hominum aspectu remotū, quod non temporis tandem diuturnitas aperiat & manifestet. Nihil em̄ (niquit *Mat. 10.* Christus Dñs) tā opertum quod non reuelabitur & occultum quod non scietur. & D. Bernardus quanto, inquit, vehemētius veritas vrgetur aut opprimitur, eo se clarius, & audacius ostendit. veritatem inquit Tertullianus, in profundo latere pudet. Veritas enim inquit Augustinus, constantiam & præseuerantiam ne quisquam vllius eam iniuria posse opprimi arbitretur fideles secum comites semper ducit: tantaque est veritatis claritas, inquit D. Chrysostomus, vt facile splendore solis radios exsuperet. Ego itaque primam ipsam veritatem suppliciter orabo, vt eam mentibus nostris spiritus gratiam infundat, qua ego eiusdē mihi spiritus liberalitate largita verē explicem, vos quid ego dixerim animo comprehendatis. Vbi enim in sūma sciētia & cognitionis vbertate flumina spiritus Sancti gratia humanę mentes non irrigantur ignorantia & obscuritatis calore prorsus exsiccantur.

De vario & incerto vite cursu errorēque eorum qui se dies & annos vite habere & agere arbitrantur.

CAPVT II.

Mic duo familiares quasi rapti in admirationem, & miro desiderio audiendi capti cū conticuissent. Sic inſit pater Heremita: malorum quo se genus humanum sponte præceps agit hoc vnum est grauissimum, quod in caduca & corruptibili hac mūdi machina quicquam firmum, ratum & durable arbitretur, qui quidem vt est error perniciosus, ita nouum iterum secum errorē trahit: falsa enim inde rebus nomina sunt imposita: status enim vel stabilia ea dicūt que nequaquā firma, vel rata sed continuo mutationis fluxu rapiuntur. Status enim principis, nobilium, vel Plebeius, nomina ea mihi videntur Christianarum aurium, qui se in Sacra & Catholica Ecclesia sinu sacrarum literarum pastu enutriti delectantur exilio iure plectenda. Cum enim omnia continua mutatione trahantur, neque quicquā in eodem statu possit coherescere ec quis inuenietur status? aut quonam modo id esse putandum quod nusquam existit nec etiam quod est eo quo fuit statu (nisi status nomine abutamur) permanet. Si itaque proprie nomine vtamur, quomodo status vllus dicetur hominum cum dicat Iob. capite decimo quarto *homo fugit velut vmbra neque vnquam in eodem statu permanet*: non autem ire sed fugere, & vt cursus ceteritas clarius appareat non vt corpus, sed vmbra dixit effugere, Ec quid est in humanis rebus vmbra velocius: mobilius aut incertius? aut quō dicendi stilo Sanctus ille humanę vitæ fluxum incertū cautius aut doctius potuit exprimere? Regius & Diuinus vates Dauid cum humanę vitæ mobilitatem et incertitudinem intueretur *in imagine*, inquit, *pertransit homo*, ac si dicat. Si humanam intueamur vitam, ire quidem non modo, sed & præcipitatur.

to sepe cursu rapi, nec corporis subsistētis aut pō-
 dero grauari, sed imaginis inanis, labilis & incertē in-
 star effluere videbimus. Præcedenti quoque versicu-
 lo dixit idem Propheta: *Vniuersa vanitas homo viuēs*
 Et cur *viuentem*, dixit, *non qui suo iudicio viuūt?* Nō-
 nulli sic Hebræam vocem vertunt, ac si diceret, quif-
 que vana, vel vanitatem suo arbitrio ponderet: Ego
 quidem hominem qui suo iudicio viuere videtur,
 vniuersam vanitatem voco, extrinsecus quidem ap-
 parentem imaginem, intus tamen inanem quæ con-
 tinuo motu consumitur. Hęc vera est sententiā qua
 psalmographus salutarem nostro huic malo quo ir-
 retiti tenemur, offert medicinam. Et quidem si sana
 eum mente obiecto oculis veritatis speculo dilige-
 ter intueamur, mundi huius molem, non substantiā
 aut rem vllam permanentem, sed vagam & incertā
 vmbra nunquā consistentem videbimus. Vnde
 Paulus, *transit*, inquit, *figura mundi*, non permanere
 & in statu esse: neve substantiam pertransire, sed fi-
 guram dixit. Mundi enim huius ornamenta quam ea
 cumq; firma splendida & ornata videatur, si penitus
 ea intueamur vmbra & inanes substantiarū figuras
 esse deprehēdemus. hoc manifestare studuit prophe-
 ta Daniel cū statuam quā in somnis vidit Nabucho-
 donosor immēsa quidē illā magnitudinis & statura
 sublimē, nō statuā sed inanē statuę vmbra fuisse decla-
 rat, cuius pedū pars vna ferrea, altera fictilib. cū debili-
 tate, lapidis idē nō potuit resistere, lapis enim per-
 cussit eā in pedibus suis fictilib. & ferreis & cōminuit
 eos & cōtrita sunt pariter, ferrum testa, es, argentū &
 aurum, & reddita quasi in fauillam æstiuę areę, quę
 raptę sunt vento, nullūsq; locus inuentus est eis:
 Visio hęc statuę imperia diuitias, opes, regna, vni-
 uersam denique orbis molem notat, quam propheta
 non rem aliquam subsistentem sed imaginem & sta-
 tuam dicit: non pedibus ferreis, sed partim ferreis
 partim fictilibus, materia scilicet corruptibili, non
 permanentem, firmam vel stabilem, sed vno velut
 impetu euersam, non à vigilantibus sed à dormien-
 tibus: non reipsa sed imaginariē: & somnio aspectā:
 Ecquid hęc sancta scripturę mysteria? Annon quę
 in mundo sunt vana esse omnia incerta & caduca?
 quę vt somnium transeūt, nec à vigilantibus aspiciū-
 tur, denique non rem ipsam esse, sed inanem rei vm-
 bram: Ecclesiastes somnia, vmbra, ventum & men-
 dacia omnia vocat aperta & perspicua. Tertullia. de
 diuitiis & iis qui vulgi iudicio magni habentur
 differens, omnia inquit mūdi ambitu complexa ina-
 nia esse, incerta & imaginaria, nec quicquam reipsa
 existere. D. Hieronymus in epistola ad Damasum
 Papam creata quidem inquit et si esse quidem ea vi-
 dentur, &c. Affirmes quicquid velis (inquit philoso-
 phus) Rerum in substantias & accidentia diuisionem
 ab Aristotele & tota philosophorum schola
 probatam negare non potes. D. Thomas, quippe
 Theologorum scholasticorum princeps, omnes de-
 nique quos quæstionarios vocatis eum constanter
 approbant: aut ergo tu vnus per te vera, qui sunt
 reliqui omnes, falsa: aut tu falsa illi vera (contrarias
 enim habetis sententias) tuentur & approbāt, quod
 ego nihil esse aliud arbitror quam omnem humana-
 rum rerum disciplinam tanquam falsis innixam prin-
 cipiis ab humana societate ablegare. Hoc porro o-
 nus tuis humeris impar audacter affirmarem, nisi te
 Athlanteum alterum affirmes, cuius humeris innixos
 cælorū orbis fabulati sunt antiqui, hoc est summa
 humanarū & diuinarū rerū scientia fuisse præditum.
 Neque hęc diuisio falsa est (inquit Eremita) neque
 philosophi nedum Theologi qui eā sunt amplexi
 errasse iudicandi sunt. Res enim humanas vt hu-

2. Cor. 7.

Daniel 2.

Eccle. 34.

De coro-
na mili-
tiss.

mana sunt, quarum alię, inter se collatę, sūt substan-
 tia, alię accidentia, ij diuiserunt. Sed si cum Deo eas
 conferamus vmbra sunt & somnia dicendę. Nam
 cum Deus sit qui est vt ipse testatur, nostra autem
 essentia non per se, verum participando subsistat,
 nec per nos, at per Deum dicamur existere, esse qui-
 dem præter id quod participando accipimus, nihil
 possumus, cum Deo ergo qui vera est substantia col-
 lati, ne vmbra quidem substantiæ nedum substantia
 ipsa dicendi sumus. Nec quicquam ergo tua ratio
 meam eneruabit opinionem, neq; excogitari potest
 quicquā quod debilitare nedū euertere possit ex ipsis
 pote irriguis & copiosis sacre scripturę fontibus
 haustā, & antiquissimorū Theologię doctorum iu-
 dicio probatam. Sed quoniam philosophorum gen-
 tilium autoritate nixus hanc meā sententiā studeo
 opprimere: philosophorum quoque eam censura
 confirmabo. Iamblicus Græcus in suo illo opere
 cui Cauernę dedit inscriptionem vbi doctē & co-
 piosē Platonis sententiā explicat, mundi huius
 ambitu complexa omnia reipsa nihil vmbra tamen
 esse probat, neque quemquā ea per se subsistere nisi
 qui errore obcæcati opinionem comitem & ducem
 sectantur, iudicare. Epictetus quoque Platonicus,
 Res ipsas neminem turbare, opinionem vero de re-
 bus conceptam omnium animos immutare docet.
 Prudentēque monet ne quis in eo spem ratam col-
 locet, quod vno temporis momento extinguitur.
 Euripides quoque (vt est apud Plutarchum.)

*Od' ὀλβῶ, inquit, ἔσθ' ἡ βέλαι' ἀλλ' ἐφ' ἡμερῶν,
 καὶ ἡμερᾶ μιὰ τὰ μὲν καβαλεῖ ὕψος
 τὰ δ' ἄνω, id est:
 Nec stabilis est felicitas
 Sed in diem durans, vt vnicus dies,
 Et hæc ab alto traxit, hæc & sustulit:
 Ab imo in altum.*

Quo quidem in loco Demetrius Phalereus poe-
 tam alioqui, laudatū taxasse, nec iniuria, legitur, qui
 non *ἡμέραν μιάν*, sed *ἑγχεῖν χρόνον*, id est, temporis pū-
 ctum dicere debuerit, diem enim vni puncto, in quo
 totius humanę vitę cursus absimitur, voluit com-
 parare: hinc illud Græcorum natum prouerbium
πομφόλυξ ὁ ἀπ' ἔρωπος, id est, *homo bulla*, quo vsus est
 Marcus Terentius Varro in proœmio librorum de
 Agricultura. Lucianus quoque in dialogo de Cha-
 ronte vitas hominum huiusmodi bullę similes facit:
 quarum alię simul atque natę sunt euanescent, alię
 paulo diutius durant, omnes breuissimis interual-
 lis alię succedunt aliis. Ad bullarum similitudinē
 accedit nobilis illa Homeri comparatio de caducis
 arborum foliis.

*Ὅσπερ φύλλον γεννᾷ, τοῖν δὲ καὶ ἀνδρῶν,
 φύλλα τὰ μὲν δὲ ἀνεμῶ χαμαὶς χεῖν, ἀλλὰ δ' ὕλη
 τινὲς βλάσται φέει, ἐκρῶ ἐπιγίγνεται ὄρεα, id est:
 Tale quidem genus est hominum quale est foliorum,
 Quorū hæc ventus humi fundit, rursum illa virescēs
 Profert sylua, simul veris iam efflauit aura.*

Pindarus vicit Homericam similitudinē, vt qui
 hominem non frondes, sed vmbra somnium voca-
 uerit. Quod bene cognouit Moralium Philosopho-
 rum doctissimus Seneca, cum ad Lucilium scribit,
 punctum esse quod viuimus & adhuc pūcto minus
 vno consistere, ac si clarius: humana vita nihil esse
 fragilius nihil fugacius, nihil inanius, vt pote quę
 vnico temporis momento, quę humanarum actio-
 num mensura est breuissima: enascatur simul & e-
 uanescat. M. Tullius Cicero in prima sua quæstione
 Tusculana volare dicit vitam humanam. Et rectē
 quidem. Neque enim volatiliū inuenitur vllum,
 quod ea qua humanę vitę spatia transiguntur velo-
 citate,

In caner-
na.

In libello
consolato-
rio ad A-
polloniū.

Iliad. 6.

In Pylhi
Hymn. 8.

Senec.
Ep. 49.

li 5. hist. animal. c. 20.

citare, alarum ramis mobile ventorum æquor poterit discindere. περι δε των υπαντων ποταμων (inquit Aristoteles) του περι βοσπορου τρι κικισιου, υποτροποις θεοις, καταφερονται επι της ποταμους ου γυλακει μελλος εως ου εφωρη γυνετωρ εξερχεται ζωον πικρατον, τετραπυον, ου δε η πετεται μη χει θαλας, καταφερομενς δε ηλιδ απομαραινεται, και εμα δυομενς απο τη νοκα, βιδυρημενς αρμειων. Id est, Hispanis fluvius apud Cincerium Bosphorum sub solstitio defert folliculos acinis maiores quibus quadrupedes volucres erumpunt, quod genus animalis in postmeridianum vsque diei tempus vivit, & volat: mox descendente sole marcescit, & languet, deinde occidente emoritur, vita non ultra vnum diem peracta, vnde diarium appellatum est. En quam brevis vitæ terminus: At nostra ætas si cum æternitate comparetur, (comparari quidem nullo modo potest, cum infiniti ad finitum nulla detur proportio) multo erit brevior quam huius animalculi vita circumscripta termino. Si Mathematici certis & necessariis eius doctrinæ conclusionibus, terram si ad globum hunc cœlestem quem nos finitum aspiciamus, referatur, puncti esse instar approbatur, annon vita nostra si ad æternitatem dirigamus puncto omni minor esse censetur? hæc enim infinita, illa finita, hæc æterna, illa caduca, hæc in eodem semper statu hæret, illa, perpetuo fluxu semper immutatur, denique hæc vita, illa vitæ umbra dicenda est. Nascentes, enim inquit Manilius, morimur finisque ab origine pendet. Semper nos, inquit, Quintilianus mors sequitur. clanculû. longior eq; humane vitæ cursû meditantes, vno tēporis momento cogit precipites. Hactenus Getiliû philosophorû de vitæ brevitate & mobilitate rerû sententiæ. Sed ne qua vobis adhuc super sit dubitandi causa, eâ Sæctorû sententiis cōprobemus. Regius & diuinus vates David ad Deum de hac re vocem extollens: Et substantia, inquit, mea tanquam nihilum ante te. Symmachus psalmographi mentem explicans, pro substantia vitam restituit. Quæ versio tam est ab vniuersa Theologorum schola probata, vt neminem ego inuenerim, qui non eam concordiam voluntate probauerit. D. Hieronymus veræ sapientiæ, & in qua Thesauri scientiæ cognitionisque linguarum quæ ad diuinas scripturas intelligendas conferant condantur cisternæ pretiosissima, Sic versum hunc ex Hebræo conuertit, Et vita mea quasi non sit in conspectu tuo. Ac si clarius diceret vita mea quasi nihil est, & si ad te domine dirigatur nulla estimanda. Vitam enim hominis ad diuina directam puncti instar indicandam, censet: Concors est D. Iacobi cum hoc loco sententia quæ est enim, inquit, vita vestra vapor enim est ad modicum patens, & deinceps exterminabitur. D. Hieron. in Epitaphio Nepotiani, quotidie, inquit, morimur quotidie commutatur, & tamen æternos nos esse credimus. & D. Augustinus: Quicquid temporis inquit viuatur, de spatio viuendi demitur, & quotidie fit minus minusque quod restat, vt omnino nihil sit aliud tempus vitæ huius quam cursus ad mortem. in quo nemo vel paululum stare, vel aliquanto tardius ire permittitur, sed omnes vrgentur pari motu, nec diuerso impelluntur accessu, neque enim cui vita breuior fuerit, celerius diem duxit, quam ille cui longior, sed cum æqualiter æqualia momenta rapiantur amobus, alter habuit propius, alter remotius, quo non impari velocitate ambo currebant. Aliud est autem amplius vitæ peregrile, aliud tardius ambulasse. Qui ergo vsque ad mortem productiora spacia temporis agit, non lentius pergit, sed plus itineris conficit: Dies mei, inquit psalmista, sicut umbra declinauerunt

Et ego sicut fanum arui. Sapientiæ quoque liber de hisce discerens transferunt, inquit, illa omnia sicut umbra tanquam nuntius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuante. Omnia aqua enim, inquit, Seneca vides supra nos currere & hæc quibus innixi atque impositi sumus veluti solidissimis carpentur, & definent neque quicquam in eodē statu permanet: tēpore omnes quæ vsquam rerû potiuntur vrbes, quæque alienorum imperiorum magna sunt & fortiora, vbi fuerint aliquando queretur, & vario exitij genere tollentur. Vnde necessario cōcludimus, nullum in eodem statu persistere, sed precipites in exigui nobis quod natura concludit viuendi curriculi finem omnes in currimus. Precipites autem agi, simul & consistere, è diametro sese inuicē oppugnant, ecquis enim simul currere potest, incedere, & loci eiusdem termino septus hære? Iure eos igitur errare concludimus qui quo nos statu sumus studiosius solent inquirere, multoque eos magis, qui bene sibi esse solent respondere. Rectius autem subtiliori ingenio nati ecquonam modo mortalem hanc vitam quæ tandem in interitum redigetur exigimus? Respondent vero, transigo, Ex hæc autem conclusione nata est ea quam dudum contulimus, nempe ne neque diem neque vitam habere, nedum annos & menses: si enim labuntur anni, dies præteruolant, fugiunt horæ, euanescent momenta, vt ne vestigia quidem relinquatur, quoniam nos pacto habere dicemus, quod non habemus? Cogitatis, quæso, quam erronea vestra sit quæstio, cum in meos dies annos inquiritis, multo enim rectius quot iam annos habere dufinam per contaremini. D. Augustinus in libris Confessionum omnia inquit quæ nascuntur, quanto celerius esse conantur tanto velocius in interitum labuntur, & de Ciuitate Dei homo inquit viuendo moritur, nec vlla in hoc dari potest oppugnantia, quanto enim diutius viuimus tanto diligentius mortem acquirimus: quantoque magis consistentiam acquirimus tanto citius esse desinimus. D. Gregorius alter ille Petrus in Ecclesiæ ministerio, alterq; Paulus in carne. Ætas nostra inquit per inueniles annos robustior vigeat in senili autem tempore crebrescentibus morbis excoquitur, & cum diutius distenditur vt subsistat moriendi vice quotidie deficit per momenta viuendi, Vnde concludit viuere nostrum id esse quod è vita discedere, vt enim inquit Sapiens: nati continuo desinimus esse, & virtutis quidem nullum signum valimus ostendere. Vnde rectè D. Gregorius vitam humanam mortem esse dicit in tempus dilatam, quam nisi in vitæ termino mortem non nominamus, ortum tamen atq; originem simul cum vita nostra adipiscitur, sic que intelligendum quod Adamo primo humani generis parenti dominum dixisse legimus in Genesi, quocumque die de fructu arboris omni scientia fecundissima comederit morte moreretur. quod euenit: eodem enim horæ momento & dulcem fructus saporem, mortisque æternæ & corporeæ, tenebricam plagam sensit, mors enim ea peccatum, quod solum homini terribile & partimiscendum, ad terminum vsque vitæ concomitata est, ex immortalique statim factus est, mortalis. quanto enim magis viuendi terminum pro trahimus tato propius à viuendi iudicis limite absumus, vitæque & spiritus cœli plenissimus, mortem forte eo ipso die, omnibus imò horis habet impendentem, (Currimus inquit Ildorus) incerti quid agamus aut quo iter dirigamus. Sponte enim nostra in spiritualis huius lucis terminum incurrimus, vitæque umbratilis & delicatæ augmentum, præceps idem occasus vitæque molesta est extincio.

Psal. 38.

Camicee. Epist. c. 4. Epist. 3. ad Heliodorum.

lib. 13. de ciuitate. cap. 19.

res David ad Deum de hac re vocem extollens: Et substantia, inquit, mea tanquam nihilum ante te. Symmachus psalmographi mentem explicans, pro substantia vitam restituit. Quæ versio tam est ab vniuersa Theologorum schola probata, vt neminem ego inuenerim, qui non eam concordiam voluntate probauerit. D. Hieronymus veræ sapientiæ, & in qua Thesauri scientiæ cognitionisque linguarum quæ ad diuinas scripturas intelligendas conferant condantur cisternæ pretiosissima, Sic versum hunc ex Hebræo conuertit, Et vita mea quasi non sit in conspectu tuo. Ac si clarius diceret vita mea quasi nihil est, & si ad te domine dirigatur nulla estimanda. Vitam enim hominis ad diuina directam puncti instar indicandam, censet: Concors est D. Iacobi cum hoc loco sententia quæ est enim, inquit, vita vestra vapor enim est ad modicum patens, & deinceps exterminabitur. D. Hieron. in Epitaphio Nepotiani, quotidie, inquit, morimur quotidie commutatur, & tamen æternos nos esse credimus. & D. Augustinus: Quicquid temporis inquit viuatur, de spatio viuendi demitur, & quotidie fit minus minusque quod restat, vt omnino nihil sit aliud tempus vitæ huius quam cursus ad mortem. in quo nemo vel paululum stare, vel aliquanto tardius ire permittitur, sed omnes vrgentur pari motu, nec diuerso impelluntur accessu, neque enim cui vita breuior fuerit, celerius diem duxit, quam ille cui longior, sed cum æqualiter æqualia momenta rapiantur amobus, alter habuit propius, alter remotius, quo non impari velocitate ambo currebant. Aliud est autem amplius vitæ peregrile, aliud tardius ambulasse. Qui ergo vsque ad mortem productiora spacia temporis agit, non lentius pergit, sed plus itineris conficit: Dies mei, inquit psalmista, sicut umbra declinauerunt

li 34. Moral. c. 1. in initio.

Sap. 5. in Homil. 50

lib. 3. in A. mos.

cauer-

libello insolato ad A. lloisii.

iad. 6.

Pythi Hymn. 8.

neec. p. 49.

tinctio. At enim anni & dies esse amplius illi desinunt, lapsos autem absolutos perfectos, & ad nihilum redactos nemo potest possidere, Vnde dilucide liquet neminem siue diem, siue annum ætatis habere. Certis itaque fundata principiis manet mea sententia qua neque dies neue menses aut annos habere me ætatis affirmaui. Nec vos seducat, quod oculis me præsentem intueamini, vt enim nauigio ventorum impetu actus, cum in portum continuo cursu cõfugiat ipse sibi videtur hæere immobilis: ita ego tranquillus & permanens, sic enim mihi videor, in mortis scopulos rapior nescius, modo vos profectus sum & tamẽ hoc modo vitæ meæ portio est, eaq; ab ætate mea diminuta: diminutioque hanc mihi viuendi portionem abstulit, vita enim nihil aliud quam ad mortẽ iter est, e vita discedere mori est, mori vero esse amplius desinere: Vita siquidẽ simul & existere indissolubili astringuntur vinculo: vita ergo qui discedit esse quoque desinat necesse est: esse autem qui desinit, in eodem ille statu non permanet, falso ergo me præsentem oculis vos intueri asseritis. Vitam itaque mortis esse iter transire vero non esse, perpendite, me ergo eum viuere putatis, hoc est, exiguum vitæ æuum transigere, viuentem quidem vos intueri fateor, at non viuere, viam enim vltima cogente necessitate quam ire non intelleximus, transisse lenemus, viuentem porro cum cernitis medio vos colore qui visus est obiectum aspicitis, vita ergo quæ nullum sortitur colorem nec videri vilo modo potest. Hactenus ergo de ætatis meæ annis. Itaque firmis ego rationibus meas propositiones probatas existimo, vestras autem quas tanta contentione probastis omnino euerfas, quamobrem vanæ quam ostentatis opinionis vela in meæ sententiæ portum traducatis vt certa & in expugnabili veritatis anchora perpetuo innitatur.

Respondet ad obiectiones à Philosopho propositas de visu & de introductione veræ Philosophiæ.

CAPVT III.

Ic Eremita cum longiori orationis filo non materiæ penuria defessus paulo conticuisset, Philosophus omnes Eloquentiæ suæ neruos exhauisse, nec quid loquatur insuper esse ratus, neglectis iis quæ subtili ingenio, viuæ & diuturna memoria, ad inanes eius opiniones euerendas, expeditis & firmissimis argumentis, docte excogitasset: at quæ ille, pertenui sese possit tueri industria immemor, sic iterum insit. Probata est, & in philosophorum scholis laudata consuetudo, inutilibus & falsis è medio sublatis rationibus veras deinde & recto consentaneas probare. Quod Aristotelem in Physicis, libris de Anima, multisque aliis locis fecisse legimus, vt enim prudens Agricola asperas, & frugibus inimicas herbas cum extirparit, semina quæq; optima, & fructifera maxime in agrum inducit, ita seuerissimus quique Philosophus prudensque orator, inimicas & sententiæ suæ contrarias prius opiniones evertit, quam suas ille rationibus probent & stabilierit. Quod contra tibi vsu venisse vido, cum confirmata tua sententia, meos de videndi sensu, eiusque præstantia rationes vix dum conaris dissoluere, Neque equidem arbitror, (cum digesta nunquam sint noxia Homacho) quid tibi digerendum esset cogitasse. Non semper (inquit Eremita)

prius est refutare cõtraria necesse, quam nostra probemus, præsertim cum quæ contra asseruntur nihil faciant ad id quod agatur, se seque per se evertant, est enim falsitatis hoc proprium vt veritatis oculis vmbra obducere, ita sponte sua eidem manus dare, & euanescere. Rationes autem quas tu de videndi sensu dudum protulisti opinioni tuæ nec quicquam conferunt: Nam etsi quod oculis videndique sensu aspiciamus in fraudem & fallaciam nullo modo potest impellere, huic tamen fundamento tua ratio nullo modo potest insistere, modo enim aurem mihi præbueris attentam, neque esse me, nedum viuere videndi te sensu nullo modo posse percipere probabo, nec modo te falsa sed prorsus impossibilia protulisse, viuere etenim transire est, esse autem consistere, vt certis est à me probatum rationibus, vnde constat te non videre, quod intueri te ipse iactas, in arenæque tuas pueriles & inanes esse fundatas rationes, quæ cum nullo innitantur fundamento, minimo concussæ impetu decidunt & evertuntur. Porro cernendi facultatem, oculorumque iudicium cur tanti facias, & in eius amorem tanto studio raptaris non video. Cum multis ab aspectu prima malorum quæ perpessi sunt labe sit profecta. Eua enim mihi arborem omni fructuum genere fecundissimam aspexisset, in culpam qua adhuc omnes illigamur non incidisset, aspectus enim dulcedine captus, lætiferum posteris fructum comedit, Dauid (inquit Sacra Regum historia) surrexit de strato suo post meridiem & deambulauit in solatio domus regis, viditque mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. Et missis itaque Dauid nunciis tulit eam: quæ cum ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea. multo autem felicius Dauidi euenisset, si nunquam Bersabæ pulchritudinem aspexisset, cordis siquidem libertatem oculorum concupiscentia superauit: Eademque scriptura de Holopherne disserens, cum intrasset Iudith: Statim captus est in suis oculis Holophernes. Hieremias in lamentationibus *oculus inquit meus deducens animam meam*, Quod regius quoque psaltes cum agnosceret, *cõuertere inquit Domine oculos meos ne videant vanitatẽ*. Et quoniam historiæ naturalis dudum meminimus. Ecce quænam Troianæ vrbs totius Asiæ olim florentissimæ, obsidionis, incædij & euerfionis prima causa? Annon Paridis oculi quibus Helenæ pulchritudinem est admiratus! Neque enim iure mihi videris asserere Aspectum oculorum Philosophiæ esse naturalis cor, vnde venæ oriuntur philosophicæ & arteriæ. Ac si multi etiam oculis capti sublimia philosophiæ penetralia non adierint, supernaturaliæque multa nedum naturalia philosophiæ mysteria rite coluerunt: Nec te fugit oculorum intuetum, rectè philosophari conanti maximo esse impedimento, nedum vilo modo prodesset, Aristoteles enim in libro de somno & vigilia oculorum inquit munere priuatos internas habere animi virtutes multo quàm oculatos perfectiores, Indiæque nos ipsi cernimus eos qui libertori nati sunt ingenio, vt totos se liberius dent contemplationi mentis, oculorum sese aspectu priuari, facilius enim mentis libertate digna ab externis curis animus ipse vacuus capit obiecta, dignalque recipit imagines. Democritus qui à Chaldeis & Gymnosophistis Astrologiæ edoctus est disciplinam, quem Plinius sanum & vitæ humanæ saluatorem solet vocare, quo liberius in philosophandi contemplatione vacaret luminibus ipse se priuauit: impediri enim animi etiam aciem aspectu oculorum arbitratur, & cum alij sæpe quod esset ante pedes non videret illic infinitatem omnem peregrinabatur,

nabatur, vt nulla in extrēitate cōsisteret: dicere ipsum se obcecasse nisi Agellius, Liberius Lucretus, M. Tullius Cicero multique insuper antiqui cōfirmarēt nō audeat: Tadiū est A sclepiadē Philosophū Diodorū Stoicū, Cayū Duriū Iuriscōsultū, excellētes illos q̄ dē viros & magno ingenij lumine præditos, cæcos, fuisse. Appius Claudius oculis iā captus, Censor factus est, magna que cum laude Romanæ Reipublicæ clauum tenuit, multa que Laudē, suisque ciuibus digna præstitisse (Plinius & M. Tullius Cicero, cui vni inter mortales perfectæ eloquentiæ palma fuit reseruata,) grauitè & ingenue scripserunt. Ec quid Homerus cuius nos picturam non Poësim videmus, quam multæ ciuitates, & vrbes suū esse, honori sibi duxerunt cæcus ille quidem, quæ regio, quæ ora, qui locus Græciæ, quæ species formæ, quæ pugna quæ acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita depictus est, vt quod ipse non viderit, nos vt videamus affecerit? Quem tanto in homore apud Græciæ fuisse principes constat, vt Alexander cum per diem manu triuisset, nocte in eius Iliadem inclinato capite obdormiuisse dicatur. Scribit autem Plutarchus pixidem quem Dario fuisse dixerat magni illam, præcij Alexandro cum quidam obtulisset, egregium eam Iliadi Homeri fore domicilium dixisse, Cæcum porro fuisse Homerum scribit Herodotus, & qui prius Melosigenes, postea Homerum quod lingua Ionica cæcum significat fuisse vocatum. Martianus illum Cæcum Meonium solet appellare, Hic fuit ille cæcus (inquit Petrarcha) qui multa vidit. Diuus quoq; Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum Dydimū Alexandrinum ab utero matris cecū fuisse tradit, cæcus tamen literarumque, colorumque distinctionis ignarus, magnus ille dialecticus, Geometra Theologusque euasit, Commentariosque in Psalmos, Iliam, Oisam, Euangelistæ, edidit, Contra Arianos multa que præterea magna admiratione digna opera posteritati commēdauit: valdeque familiaris fuit D. Hieronymo, cui Commentarios suos in Oisam inscripsit, neque vllus de hac re locus nobis dubitandi relinquitur, cum ipse D. Hieronymus tantæ autoritatis scriptor ipse se testem oculatum præstet. Denique quid Dydimō ad delectationem animi ac voluptatem aut cuiquam docto defuisse vnquam arbitramur? luminibus autem capti alba scilicet & atra discernere non poterant, at vero bona mala, æqua, iniqua, honesta turpia, vtilia inutilia, magna parua poterāt. Et ne tempus in cæcis hisce numerandis cōteramus lege Officinam Textoris vbi cæcorum longam seriem inuenies. Porro Anaxagoræ, quem tu tanti facis, tantopere que admiraris, tam est reprehensione digna responso, quàm est laudandus ipse Anaxagoras subtilius em̄ & penitus si inquiram, laude quidē nihil, accusatiōne quidē digna multa inueniemus. Christianū em̄ si cur natus in lucēque datus sit, inquiras, multo ille verius & prudētius, nō vt solē, sed vt solis summū illū opificē, intueatur cognoscat, & amet illique soli seruiat. Si enim admiratione humana dignus censetur Planeta ille instātaneus, quāto æterni, omnique sine & exordio vacātis luminis cōtēplatio erit mirabilior? vnde quæcūq; in tota hac orbis mole ortū & essentiā sortiuntur, lumen ipsa hauriunt. Meditabitur inquā Christianus quid de se ipse loquatur Omnipotēs. Ego, inquit, sum lux mundi, de quo. D. Ioan. Erat ille vera lux quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum, cogitabit, iustitiæ illum solem, diuinum æternumque luminare, cuius ne vniuersus quidem orbis poterit ra-

dios obumbrare, cum Solis huius quem nos aspicimus radios sola lunæ oppositio & vmbra extinguat & obscuret. Et si in Solis quem nos creatum agnoscimus contemplationem rapiatur, secum ipse meditetur ardentius ipsius creatoris in accessibilem claritatem & splendorem, vnde quicquid est in orbe nobile aut laudabile deriuatur. ex illo em̄ eterno mentēque humana incomprehensibili creatore esse & existere quicquid in orbe est participando depromit, Vnde illud veterum philosophorum. BONITAS EST IN CENTRO, PULCHRITUDO VERO IN CIRCULO, vt testis est Cælius Rhodiginus in principio Antiquarum lectionum, ac si clarius assererent, Omnis bonitas in puncto quod à peripheria æque distat semper consistit, vnde eius pulchritudo, Habet autem Sphæra punctum à quo omnes lineæ ad circumferentiā ductæ sunt æquales, quod centrum solemus appellare. Per centrū enim Deum omnipotentem, qui solus per se bonus bonique quicquid siue id internum siue sit externū, in creatis participando ducitur pulchre intellexerunt, Quod & probat Christus Dominus cum inquit, *nihilus est bonus nisi solus Deus*. Vt centrum indiuisibile, diuisionisque omnis expertis in medio positum lineas omnes in circulū emittit. Ita Deus, vnus, simplex, ipsa vnitas, & actio pura, in omnibus, diuinitatis & claritatis suæ radios emittit, Ille enim residet & habitat in nobis, omnis essendi, nostræque vitæ muleo quam nos ipsi causa interior. Hoc psalmista, *apud te* (inquens) *est fons vitæ*. Dicendi quidā modus Hebræorum, ac si clarius, Tu domine, fons vnde omnis vitæ & existendi promanāt scaturigines. Christus quoque Iesus & redemptor noster cum Iudæis disputās, *Ego, inquit, principium qui & loquor vobis*. Et D. Paulus in Epistola quam scripsit ad Romanos inquit, *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Deus enim principium est sine principio, ipsaque bonitas, vnde quicquam in rebus boni est promanāt, & deriuatur. Terræ enim amænitas, pratorum herbarumque decor, Plantæ, & arbores odori feræ flumina, animantia omnia, cælorum quoque ornatus qui stellarū claritate sunt cōspicui, Sapientia, virtus, animæque dotes, denique omnis siue interior siue extra apparens est pulchritudo, radiorum diuini numinis, splendor est & illustratio. A Deo enim prima, & omni cognitione nostra nobiliori claritate, scientiæ nullo circumscripta termino, bonitate immensa centroque æterno, omnia promanant, totaque nostra bonitas ipsius boni æterni participatio est. Quorsū itaq; Anaxagoras de eo qui hæc creauit qui cæli & terræ tenet gubernacula, nihil cogitās, se vt Solem & astra intueatur natum esse voluit? Si enim ortus noster est vt solem cælestiaque hæc luminaria conspiciamus annon cæci omnes, & qui hæc astra nunquā aspexerunt vani & inutiles, quo (nihil absurdius) omnes facti sunt? Non enim nati vt solē, sed vt Deum quod sine hisce corporis oculis fieri potest cōmode cognoscamus & cognoscendo amemus, & illi seruiamus amando & illi seruiendo, in vita cælesti videamus, & in æterna omnique sine carente gloria feliciter perfruamur. Immortalem porro hanc felicitatem, per veram philosophiam, non in variarum rerum vt tu affirmas cognitione positā, apte acquirimus: Ecquid enim homini prodest, qui se ipse nō agnoscit nec creationis suæ conformiter operatur, in variarum rerum contēplatione diligentius insistere? Tum Philosophus. Quenam ea est vera philosophia, & in quo versatur? Subiectum quidē illud, (inquit Heremita) graue & copiosum, vt digne pertractemus lōga & graui habet opus oratione.

Psal.

Ioan. 8.

tione. Silentio autem satius pertransire iudico tam prolixam & multis verbis ornatam orationem exigētē materiā, quam paucis admodū tā breui tēpore perstringere. Nihil est, (Inquit Amicus) optabilius, aut in quo magis oblecter, quā in quo vera illa cōsistat philosophia dignoscere. præsertim cum sit multorum subtili iudicio, multisq; modis agitata & pertractata quæstio. Nec quisquam est, quem lubentius quā te disputantē auscultem, doctē enim & apposite ad propositum dicturum scio. Acute namque & miro ingenij acumine destructis aduersarij argumentis tuam thesū probasti, ea veritate quam magnus ille oris tui lepos, et summa in dicendo facundia, quā meus agrestis & incultus sermo, poterit clarior exprimere. Oratio quidem tua solarium radiarum claritate, nubē illā dēlam, & obscurā quē meos involuit oculos exstinxit & dissipauit. Si itaq; ego quid apud te orando possum, aut vllus est amicitiz mez relictus locus, hanc a te pertractari quæstionē postulare, si modo placet, et est otium: Optarem & ego (inquit philosophus) non quod ego per me ipse non perfecte intelligam, sed quod tu scis, libentius agnoscerem. Nihil (inquit Amicus) ego intelligo, scire tamen & intelligere cupio vehementer. Nullum (inquit Eremita) superesse mihi video excusandi locum, Hoc tamen vnum me vehementer angit & afficit, quod cū assiduis vestris precibus victus hanc vicem susceperim, rarioribus intellectus mei alæ sunt plumis ornata, quam vt in tam sublimis & cælestis mysterij contemplationem in cælum vsq; possint arripere. hoc tamen vnum affirmo nihil me dicturum, non ex optimorum quorūq; authorū scriptis, quorum inquisitio præcipuos meos & meliores annos consumpsit diligenter annotatum. Plus enim quā humano errore laboretur is, qui ea intellectus imbecillitate tam sublimia naturæ mysteria inquirere posse existimaret, quam prima horum apprehensio fleat & immuet.

De sui cognitione.

CAPVT IIII.

Remita cū paululū proiectis in terrā oculis, quasi memoria per se dicenda voluēs cōstitisset: statim quasi in se rediens: Philosophiz inquit tāta est nobilitas, tantāq; dignitas, tam rudis vero & incōcinus meus iste dicendi stilus vt non pauca quæ sum dicturus, sed plurima ea quæ mihi supersunt dicenda vobis sint perpendenda. Mathematici vt cæli & astrorum orbis ostendant, Sphæram ex lignis aut iuncea (vt plurimum) circulis compactam manu ipsi tenentes, certis quibusdam regulis, Equinoctialem lineam, Zodiacum duodecim signis cælestibus ornatum, quorum singuli longitudine duodecim, latitudine vero triginta sunt graduum, Polos Arcticum & Antarcticum, lineas perparallelas seu equidistantes, densque omnes cæli circumstantias edocent. Vera autem Philosophia cæli cuiusdam instar est, mea autem oratio Sphære cuiusdam lignæ typus, & si cum nobilitate materiz comparemus mea verba, fila dicenda sunt iuncea. Breuis tamen esse laborabo omniāque in compendium redigam. Vt enim nummus pondere quidem minor, prætio autem & æstimatione maior, præstantior habetur. Oratio verbis quoq; breuis, sentētis tamen ampla & copiosa maiore semper est laude digna. Vera itaque Philosophia ab homine per sui ipsius cognitionem ortum sortitur & originem. Hoc enim est

quod voluit Diuus Chrysofostomus cum primam hominis & maxime oprandam actionem à diligentē suis ipsius contemplatione oridendam esse dixit, inquirendumque in singula sua membra, priuatāque meditatione ponderanda, quo facilius in suis ipsius cognitionem perueniat. Quæ quidem Actio (inquit D. Basilius) omnium actionum est difficillima. Sublimis quidem est & maxime homine digna scientia, suis ipsius cognitio. Adam primæus humani generis parens nomina sua singulis imposuit animantibus, quæ ad posteros quoque permanserunt. Sibi ipsi nullum nomen imposuit, Adam enim impostū est primum primæuo illi nostro parenti, postea toti generi mansit commune. Et vt Adam ab Adamath voce Hæbræa, quæ terram significat: ita & homo latine ab humo quæ terræ quoque nomen est traxit originem. homo siquidem ex limo terræ formatus est, Vnde D. Hieronymus libro Hebraicarū quæstionū & D. Augustinus 15. de ciuitate Dei. Adā nomen commune, vt nomen homo esse affirmant. quod ex multis sacre scripturæ locis quas breuitatis studio relinquo est depromptū. Quæri tamen hic diligentius & scrutari potest, cur Adam cum sua singulis animantibus nomina imposuisset, sibi ipsi nullum imposuit? obliuioni si tradidisset, in rebus charissimis negligētē & inertē fore docuisset: Ego quidē vt singulis sua rite imponantur nomina naturæ cuiusq; opus esse arbitror cognitione, Adā autē in innocentie tunc statu permanens omnium quæcūque natura sciri possunt & multorū (vt D. Aug. secutus affirmat D. Thom.) quæ naturæ limites excedunt cognitione pollebat: facile itaque suū cuiusq; cōditioni nomen accommodatissimum indidit, sui tamen ipsius cognitionem sibi arrogare non audebat, neque vllum sibi nomen imposuit. Quo nos exēplo edocet scriptura, sui cognitionem tam arduo & difficili labore tam sublimi & obscura philosophia acquirēda, vt cum rerum in naturæ abydis obscurissimarum scientiam acquiramus, ad nostri tamen scientiam nō dum penetrauerimus. Neq; tamen in hac nostri cognitione verē huius philosophiz finem statuimus, penitus enim inquirēda est. Sui enim cognitio in cognitionem ducit diuini numinis: Et ita D. Basilius in psalmi illud: *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Aclī dicat: Domine si qua est in me scientia mei, in mirabilem tui scientiam trahit, quantōque arctius quid ipse sum per me ipse meditor, tāto vnde ego sum vehementius inquirō. Philo Iudæus in libro de somnio Iacob, Prudentissimus Abraham cum se ipse cognouisset, desit se cognoscere? vt in diuiniorē scientiā penetraret, & eius qui vere est, qui est. Hæc ab illo dicta sunt, quia nos in nosipos reuocādi sumus, in abyssōque & profundo nostri condendi, vt inde in Dei creatoris cognitionem penetremus, eūque cognoscamus, amemus & contemplemur. Deinceps (inquit Hugo in libro quem conscripsit de anima) mentis ego erigam oculos, vt Deum meum intuear, qui se ipsi non possunt perspicere, Quod iure mihi dixisse videtur: Nam vt sui ignoratio (inquit Latantius) parit malitiam, cor autem malignum Deū non videt, ita qui se non videt neque Deum videbit. vt enim (inquit Gregorius Nazianzenus) qui debiliore est per se aspectu solares si intueatur radios, ipsū oculorum extenuabit sensum, nedum radios illos solis videbit. ita diuinam illam puritatem & infinitos illos bonitatis radios, qui intuebitur, ignota oculorum suorum infirmitate, qui se acute non possunt intueri, multo quoque minus & cælestem aspicient claritatem. quanto enim humilius in nostri nos cognitionem sternimus, tanto sublimius in Dei & di-

D. Basil.
in Hæna-
metron.

Genes. 1.

Hugo.

Grego-
rius Na-
zianzenus.

& diuinorum contemplationem rapiemur. In corporeis autem qui se altius attollit altiora poterit attingere in spiritualibus versa prorsus vice qui se humiliat extollerit & exaltatur. Erronea hæc terrenorum philosophia sese extollit, vt decidat, vera autem & cœlestis se demittit, vt altius euehatur. Ecquid enim homini prodest, cursus influentiasque astrorum potentiam virtutesque planetarum, qualitates elementorum, naturas animalium corporumque reliquorum cum ipse nequaquam agnoscat? aut homini potest euenire miserius quam miseriam suam nequaquam agnoscere? aut denique periculosior in scientiis error, quam nos nihil scire, non agnoscere? Quomodo vicinæ actiones & secretiora omnia dignoscet, qui quid domi suæ agatur penitus ignorat? neque nosmetipsos agnoscimus nostras nos infirmitates cum ignoremus, quid prodest in rerum alienarum cognitione nos altius extollere, etsi nonnullæ quidem quas nescire, quam scire expedit, quod indicasse videtur scriptura sacra Genes. 2. cum vetuit Deus, ne Adam de arbore scientiæ boni & mali comederet. (Scientia inquit D. Paulus ad Corinthios) inflat charitas vero ædificat. Scientia (inquit D. Bernardus sine charitate esca est indigesta, quæ deficiente calore naturali qui est amor diuinus corrumpitur, oneri est neque nutrit, nocet non proficit. Arena per se sola ædificio inutilis calce immixta vbi est, ædificij lapides & tigna iungit ligat & sustentat, scientiam arenæ, charitatem calci comparamus, scientiæque sine charitate, est sine calce arena, talisque est scientia præsertim eorum quæ nocet, virtutis suæque expertis cognitionis, neque enim ea diligentia in ea quæ obliunt, quæ in vtilia nobis & iucunda trahimur. Primo itaque si nostram cognitionem diligenter acquiramus, nostram quæ miseriam penitus inspiciamus, stultæ & ridiculæ quam de nobis concepimus opinionis nubem dissipatâ, ignorantiam nostram rotam reuocabimus. Quis enim est mortalium quæ non se terram esse & ex quatuor elementis compactum esse indicat? aut si quam aliâ concepit de se opinionem anno ea sui ipsius ignorantia est. O homo inquit Augustinus, antequam esses, homo terra eras, & ex nihilo terra factus es, inter te itaque & nihilum terra, eaque ædificio inutilis interest. Nos quidem ex terra sumus, terra vero de nihilo creata, filij itaque terræ, nihilque nepotes statim efficiuntur. En maiores hi nostri, hæc origo progenies & nobilitas, hæc nostra trophea nobilitatisque insignia Cubicularium Philippi Macedonum, Alexandri patris hac primum indies salutatione magistrum salutare solitum tradunt Græcorum historiæ, PHILIPPE HOMO ES. Ac si dicat, Philippe, ne in tui ipsius obliuionem rapiaris, ne prosperitas resque secundæ intellectus tui oculis nubem obducant, hominem te esse memento: hominem mortalem caducum, calamitatibus morbisque humano more obnoxium: & vt principum mos est puerorum hos armis, illos cubiculo, alios equorum administrationi aliisque aliis procurationibus præficere, ita Philippum hunc habuisse maximè omnium necessarium, qui illum in sui ipsius cognitionem induceret. Vtinam quæ & nostræ huius caliginosæ tempestatis principes tali puero, qui ab affectibus animi dissolutis, voluptatumque quibus irretiti tenentur illecebris reuocarent, mortalitatisque suæ memoriam ob oculos indies offerrent, quo facilius sese ipsi ignoscerent. Vnde Apollhegmatum omnium hoc erat veteribus maxime probatum: NOSCE TE IPSUM. Quod Diogenes Laertius Tha-

leti, Milesij qui sapiens erat vnus ex septem, Plinius Chilonis Lacedemonij, Ouidius Pythagoræ, Socrates denique & Plato quos secutus est Macrobius Apollinis esse voluerunt. Cuius tamen cuius sit, tanto inter veteres in honore fuisse constat, vt Demonax Philosophus, tum se primum philosophatum fuisse diceret, cum seipsum quod diuina sententia dicitur nosse cœpisset, imo inter diuina & cœlestia habebatur, & in limine Delphici, Apollinis oraculi, quod inter gentiles idololatrias maximo erat in honore scriptum: eoque preces, supplicationes offerebant, in limine porro ideo poni voluerunt vt qui Deum oraret, prius in se ipse, & in sui cognitionem reuocatus, mortalitatis suæ casus agnosceret, quos qui ignorat apta & naturæ suæ accommodata, nequit expostulare. Denique quod peti conuenit obliuio sæpe dum profutura orare se arbitrantur, noxia & quæ in interitum detrudandi stulti impetrant. Vnde nos qui naturæ suæ non apta à Deo orant, id sui ignorantia effecisse dicimus, vt quod sui ignorantia tenentur quæ extra se sunt non posse intelligere Socrates (vt scribit eius discipulus Xenophon) eum qui se ea scire quæ nescit, aut se ipse non cognoscit non modo ignarum esse dicit, sed stultum etiam & hebetem. Stultum est: Inquit Plato quæ extra te sunt scire velle, cum quid ipse ignores, *ἄγνοια* quidem est & inuenta nobis superbia gloriaque cupiditas quæ nos à miseriam calamitatisque nostræ contemplatione diuertit, Tam etiam tardus sumus lentique ad cognoscendum ex puluere nos & terra natos, quæ si tollatur meditatio, cumulo malorum in perditionem & interitum omnino rapemur. Christus enim Dominus cæco oculorum vsum restitutus (inquit D. Ioannes) *Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo & liniuit lutum super oculos eius & dixit ei, vade & laua te in natatorio Siloe, abiit ergo & lauit & venit videns.* Et quamuis insolita, & contra communæ naturæ principia hæc videatur medicina, puluis eius in oculos coniectus videndi functionem non auget sed diminuit, non restituit, sed aufert ea tamen vtilis est Christus Iesus grauiorem & incurabilem mentis nostræ cæcitatem qua perpetuò tenemur significans nisi terram ex qua nati sumus & puluerem ante oculos obuermemus. Si itaque clarè lucentes radios intueri volumus, primum quid fuimus, quid iam sumus denique quid futuri sumus aduertamus quo facto peccataque & vitæ humanæ miseriam cum inquisuerimus, ad sacros & irriguos pœnitentiæ fontes curramus vbi limpidis & viuificatibus confessionis à Christo domino institutæ aquis abluemur, & mundabimur. Neque enim contenti sumus puluere & lato oculos aspergere, nisi ad natatoria Siloe curramus, hoc est peccata nostra per nos ipsi meditari, nisi glorioso hoc confessionis sacramento, & cœlesti illi Siloe vnda repurgemur. Hæc enim inquit Ilaia ad internam illam mentis confessionem, *vadunt cum silentio.* Quis tanquam organo & canali diuino aquæ salutaris meritorum mortis & passionis Christi Domini in nos fluunt & inundant quem in Petra præfiguratum fuisse testis est Diuus Paulus quæ cui percussisset Moyses eximit ex ea aqua vt biberet populus, Et cum duabus homo partibus consistet corpore scilicet & anima corporis nos cognitione non sumus contenti, nisi in animum quoque penitus contueamur. Fusus itaque de tam præclara hac & tam nobili cognitione dicendum est, excitat enim & instigat bonorum studiosos, vt honorem amplectantur, hi siquidem honorem & gloriam habent in pretio qui vitæ huius breuitatem aspernantur.

Gen. 2.

5.1. Co. 8

Xenoph.

Plato.

Isai 48.

2. ad Co.
10.
Exo. 17.

b

De

De vera natura humana cognitione.

CAPVT V.



Deus Opt. Max. rerumque omnium opifex hominem ne se superbus eleuaret, ex limo terræ, & ne se brutorum animantium more prosterneret, ad imaginem & similitudinem suam in principio creauit. Adeo ut arrogantius sese extollat ad diuinam puta similitudinem creatus, ex terra se statim puluere natum aspiceret: sin vero corporis grauedine sopitus sese ipse abiceret, & aspernaretur diuinæ se partis quæ ad immortalitatem producta est, contemplatione rursus extolleret: corpus quidem dedit cum brutorum animantium genere commune & corruptibile: animam tamen insufflauit ratione prædita & immortalē. Si itaque corporis appetitus viuendo subsequatur, brutis ille animantibus similis est, sin vero spiritu & ratione regatur, angelorum eum more viuere dicimus. Tantaque industria & ingenij acumine ex corpore, & anima compactum cum admirarentur Græci μικροκοσμον, id est, paruum mundum vocitarūt, mundum enim magnum quendam hominem, hominem vero paruum quendam mundum constituerunt. Hoc est quod D. Damascenus Deus paruum quendam mundum maioris mundi ambitu conclusisse. Galenus septendecim libros conscripsit de harmonia, Sympathia & proportione partium humani corporis. Faber aureus aut argenteus ex magna auri vel argenti massa grande aliquod opus & ingentis magnitudinis facile potest excudere, totam autem hanc orbis molem efformatam & omnibus suis numeris perfectā in circuli cuiusdam minimi ambitu insculpere & depingere magni quidem hoc ingenij summique laboris, & artificij sui subtilitatem ostendentis est. Deniq; ego arbitror tāquā summæ & infinite eius sapientiæ ideam & speciem efformasse: hominem, qui forma quidem tam exigua, corporisque amplexu tam angusto ab auctoris industria, & in fabricando subtilitate, mundus tamen integer meruit vocari. D. Augustin. in libro confessionum, inquit, omni miraculo quod fit per hominem, maius miraculum est homo. Admirabilior enim est stellis admirabilior sole, qui totam hanc orbis molem radiorum, lumine illustrat. Cælo denique ipso tanta pulchritudine astrorumque lumine ornatum. Hominum siquidem, cum propter hominem, omnia quæ in mundo cernuntur iam producta fuerant ad imaginem & similitudinem Dei factum constat: neque in tenebrarum inuolucris, sed conspicua claritate productus est, ut primo oculorum intuitu tanta tam multiplicia tamque admirabilia propter eum facta conspiceret, vehementiusque in tanti artificis amorem & contemplationem raperetur. Nos tamen contra in tanta beneficia ingrati animi crimine conuicti, de Deo nihil neue anima multis modis, quam sit corpus excellentiori prorsus cogitanus. Corpus enim tāquā theca est, aut vas ferreum, quo anima tanquam ergastulo constringitur & retinetur. Vnde Salomon, quasi vas confractum, appellat: Et Apostolus ad Corinthios habemus, inquit, thesaurum istum in vasis fictilibus, corpus nostrum intelligens. Nec longè ab eo sensu est illud Anaxarchi Philosophi, qui à Nicroconte Cypriæ tyranno, ut narrat Plinius percussus, Percute inquit, quantum potes vas hoc Anaxarchi, Anaxarchum tamen non attinges. Philosophus enim se animam, corpus vero vas esse animi arbitratus est. M. Marcel

Vide Cal.
Rhodig.

Ecl. 21.
2. Cor. 4.

Anaxar-
chis
Plinius.
Marcel 9

lus Romanorum dux belli, de molli & effemina-
to Romanorum milium victu quærens. Vasa se,
inquit, Romanorum aspiceret, Romanos vero non
videre. Sic narrat Pontanus in sua philosophia. Pla-
to Philosophorum copiosissime, hanc materiam il-
lustrauit, in dialogo de natura hominis quem inscri-
psit Alcibiadem: vbi Socrates cum Alcibiade dispu-
tans certis, & indubitatis rationibus hominem, qui
rationali utitur anima non esse corpus, sed anima
utens corpore demonstrat. Vnde concludit corpus
instrumentum esse utens anima: hominem vero i-
psam esse animam quæ hoc instrumento utitur. Ho-
mo quidem ex corpore & anima tanquam forma,
& materia conflat: anima tamen eo est corpore
præstantior, quod animæ corpus sit instrumentum.
Et quamuis contraria quibusdam videatur Aristo-
telis opinio, libro tamen secundo de anima, corpus
instrumentum esse dicit animæ, & libro decimo E-
thicorum animæ in tantum supra corpus dignita-
tem extollit, ut animam ipsum hominem appellet.
Hoc M. Tullius Cicero ex hisce quidem authoribus
haustum in libro de Senectute, & somnio Scipionis
concinne scriptum reliquit. Denique veteres illi
Philosophi hominem soliti sunt animam vocare, &
ex nostris Theologis Lactantius Firmianus libro
de Opificio Dei, & D. Augustinus. libro 13. de ciui-
tate Dei, multisque præterea locis copiosè hanc per-
tractant materiam: & ne diutius in humanarum rerum
historiis censendis immorer, tum satis fit diuina hi-
storia res probata, lege nouum & vetus testamentum
vbi frequenter homines animas vocari deprehen-
des Genesios 14. capite vbi victoria recensetur A-
braham contra reges qui Loth filium fratris Abrahamæ,
& substantiam eius abduxerunt. Dixit (inquit scri-
ptura) rex Sodomorum ad Abraham, Da mihi animas
cetera tolle tibi, homines autem sibi tradi postulauit,
eximias verò belli reliquias, Abrahamo permisit re-
seruandas. & quadragesimo sexto cap. Omnes anime
(inquit) domus Iacob quæ ingressæ sunt in Aegyptum
fuerunt septuaginta. Et D. Lucas in Act. Apostolorum,
Et sic factum est, inquit, ut omnes anime euaderent
ad terram. Per animas eos intelligens qui naufragium
euitarunt, Lusitanis quoque ad huic diem est ratio
quædam dicendi, ex provincia aliqua tot anime in de-
ditionem acceptæ sunt. Hinc itaque licet colligere a-
nimam humanæ compositionis partem alteram, mul-
to quam corpus esse præstantiorem & nobiliorem,
cum homo anima, corpus vero animæ vocetur re-
ceptaculum & instrumentum. Corpus itaque qui
cognouerit anima neglecta, non seipsum, sed rem
suam dicitur agnouisse, seipsum verò cognoscere est
animam, eius dignitatem nobilitatem, originem &
immortalitatem apprehendere. Anima ergo, ut ina-
nes gentiliū opiniones seponamus, substantia est
ratione prædita, incorporea, immortalis & inuisibi-
lis, ad regendum corpus apta: Deo similis, à Deo ad
eius imaginem ut pace æterna, & gaudio perfruatur
cœlesti creata & producta. Vnde facile quam neces-
saria sit sui ipsius cognitio cernitur. Animæ enim di-
gnitatem, & ad res cœlestes & sublimes natum esse
hominem intueno, in terrestria & caduca prostrati,
vilibus hisce & spernendis mundi nugis non adhe-
rebimus sed abiectis temporalibus æterna semper
sperabimus: cognitæque corporis vilitate & miseria
nulla nos extollat superbia, animam autem si im-
mortalem esse meditabimur, immortalia quoque
cōcupissemus, si ad imaginem Dei & similitudinem
factam, mundi in ea imaginem nos efformabimus,
nec velis & remis in concupiscentiæ carneæ æquo-
re nauigabimus. Deus in Canticis Salomonis ani-
mam

Pontan.

Aristot.

Cicero.

Gen. 14.

Act. 24.

Itali hæc
videntur
phras
dicendi.

mam nostram alloquens. *Si ignoras te, inquit, Opulchra inter mulieres, egredere, abi post vestigia gregum tuorum, & pascere hados tuos iuxta tabernacula pastorum:* Ac si clarius diceret, Te ipse o anima pulchra, ad imaginem, & similitudinem meam facta & creata pulchra, natura nobili & illustri, meo proprio redempta sanguine, si cognoscis, exi a te & animi prava relinques cogitata, eosque mentis qui cum brutis animantibus sunt communes appetitus repudiabis. Animæ ergo nostræ ignorantia concupiscentiis corporis iter prodit, & in vestigia ducit, gregum peccatorum, hoc est quod scribit

Iob ca. 5. Iob, Visitans speciem tuam non peccabis, hoc est, Vis a peccatorum & nequitie labe esse communis, animam tuam, quæ tua pulchritudo est intueri, siue ut interpretatur, Sanctus Antonius, cognosce te ipsum, qui sis & in æternum non peccabis: En ergo Christianæ vitæ aditus, veræque philosophiæ principia, per sui ipsius cognitionem, quam si tollas, etsi acute prudenterque aliena poterimus carpere vitia, nostræ tamen adhuc vitæ emendatione indigebimus.

Continuatio eius quod de sui cognitione dictum est: de Amore, Humilitate & cupiditate.

CAPVT VI.

Homo si nobili ea, & præclara sui cognitione polleret, belli omnem crudellem pestiferamque euitaret contagionem, contentionesque inanes iniustas & periculosas cum viris fieri nollet, & ne fierent vehementer recusaret: ad pacem enim concordiam, societatemque civilem cum se natum esse sciret, rixas, inuidiam, & discordiam summo semper studio reiiceret, & aspernaretur. Sed tanta nos nostri tenet obliuio, extincta omnis primæui nostri parentis recordatione, creationisque nostræ finis memoriæ, ut neglecta charitate mutua, inuidiam & malevolentiam petamus: abiecta pace & concordia, in dissensiones & rixas præcipitato cursu rapiamur: ira impetûsque corporei rectam mentis humanæ rationem a recta sua & prudenti functione reuocat, & felici sua & pacifica operatione retardat, inuidia, vehementiori cupiditatis vento, vela tendit & inflat, odium denique nos nobis rapit, exiliôque a nobis pellit, mentisque nostræ sensus obducit, ut cum tam periculosa, & aduersa, alteri aut ipsi inferimus, aut infligi ab alio cupimus, quid iade nobis confurgit mali, non aduertamus. Ecce cur rerum omnium opifex Deus cum mundi huius ambitu complexa omnia crearet, coniunctim stellas, planetas cœli, volucres aeris, piscisque maris, & animantia quæ cernuntur in terris bina produxit & bina, hominem tamen vnum & solum totius humani generis originem formauit? Vnde inquam tanti causa mysterij? Annon ut inde, quam grata Deo sit dilectio, & quam iucunda pacis amicitiaque creatori concordia, quasi in effigie dignoscamus? eademque quæ sua est voluntate ducamur, in memoriâque reuocemus, ab eodem esse omnes patre genitos, vnitatēque cordis & voluntatis copulandos & vniendos: eademque causa est

cur nudum hominem & inermem voluit creare, ut quemadmodum creator ipse Deus, (ut inquit D. Ioannes) amor est & dilectio, ita homo qui ad diuinam factus est imaginem Deum, supra omnia amaret, proximumque sicut seipsum: denique ardenti diuini amoris incendio raperetur. Cæteris quippe animantibus Deus varia tegumenta, bellicque semina tribuit, Tauro cornua, vulpi dentes, leoni vngues, suo denique generi, apta cuique dedit arma, hominem tantum nudum, & inermem in nuda homo natali die abiicit ad vagitus statim & ploratum. Itaque feliciter (inquit Plinius) natus iacet manibus, pedibusque deuinctis flens, animal cæteris imperaturum, & a suppliciis vitam auspicatur. Denique cætera animantia quæ in suo genere probè degunt congregari videmus, stareque contra dissimilia, hominem vnum ambitio rabiesque acrior, eò crudelitatis euexit, ut ferrum ex terræ effossum penetrabilibus in proximi sui visceribus condant, & sepeliat. Homo enim ex animantibus solus in suam speciem crudelis hominem occidit, effodit & dilaniat: quod dilectionis amicitiaque prouido creationisque finem cogitanti nunquam eueniret. Quandiu enim (inquit Cyprianus) concordia amorque in humani cordis residuat penetrabilibus immobilis semper constansque permanet, vnâ (inquit Gregorius Nazianzenus) arcâ Noë cum animantium omnium specie incolumem & tutam concordia pax & electio conseruauit. Omnia quæcunque natura producit, pacis cuiusdam & concordie vinculo sociari tradit D. Augustinus: Bella autem seditionesque inter naturalia a natura manare non possunt. Vnde noti sunt veteres illi philosophi naturalium rerum principia concordiam ponentes, qui quod Aristoteles priuationem illi discordiam, quod hic materiam & formam, illi concordiam nuncuparunt: sine concordia & harmonia non posse natura constantia hæere, generari, aut enutrirî, quæ discordia dissipantur, labuntur & in interitum ruunt: nec enim prorsus a rei veritate horum philosophorum abhorret oratio: veritas enim ipsa quæ Christus Dominus, *Omne, inquit, regnum in se diuisum desolabitur.* Nec solum hunc esse necessarium amorem constat, sed & moderatum, rationeque conditum esse oportere: immodicus enim, rationisque & prudentiæ moderamine destitutus, etsi de rebus honestis, vitæque degendæ necessariis, a sui hominem cognitione abducit: ut enim asser si obiecta siue plûbea siue ea sint aurea, ab oculorû aspectu interposita repellit, cernere ea oculis nequaquam poterit: ita philautia cæcûsque amor, sui mentis nostræ oculos ab obiecti siue illud plumbo siue auro constet: hoc est, siue res bona sit, siue mala, aspectu & contemplatione diuertit. Tam graue & periculosum, eorum est vitium, qui sibi vehementer placent, aliorumque rebus neglectis, ipsorum commodis impense student, tam obscuram tenebrisque inuolutam nubem, mentis & rationis oculis obducit, ut quanto cognoscendi sui studio vehementius exardescat, tantò minus assequatur & intelligatur: ratioque etsi omnibus, neruis suo perfungi manere conetur, immedicabilis semper de se conceptus error anteuertit, rotarum facti similes: quarum posterior celeri semper cursu præeuntem calcare nititur, nec vnquam attingit, cum pari vtraque passu rapiatur: quanto nostrimet vestigia calcamus impensius, eo a nobis diligentiori cursu aufugimus. Cum nostrimet itaque ignorantia con-

Vide Plin. lib. 7. his. cap. 1.

D. Cypri. apud.

Gregor. Nazian.

August. 10. de ciuitate Dei.

Simile.

tionem nobis discordiamque proferat, igno-
 ratio enim superbiam, superbia gignit dissen-
 sionem, eandemmet vanam nobis innatam iactan-
 tiam diuortis homines à se dimisisse, discordiæ
 mala dissenfionisque semine in terram proieciſſe,
 Radix pacis, inquit Gregorius humilitas est, quam
 homini innatam facit ſuiſpſus cognitio, quam ita-
 que neceſſaria, quam delectabilis & fruſtuola ſit
 ſui cognitio, à concordia, puta producta, ex his
 licet conijcere: vt enim inquit D. Auguſtinus, in
 fidibus ac tibijs atque cantu ipſo & vocibus concen-
 tus eſt quidam tenendus ex diſtinctis ſonis, quem in
 immutatum ac diſcrepantem aures erudite ferre non
 poſſunt, iſque concertus ex diſſimilimarum vocum
 concors tamen efficitur & congruens, ſic ex ſummis ac
 medijs, & infimis, interiectis ordinibus vt ſonis, mo-
 derata ratione ciuitatem conſenſu diſſimiliorum con-
 cinere, & quæ harmonia à muſicis dicitur in cantu
 eam eſſe in ciuitate concordiam actum atque optimum
 omni in republica vinculum incolumitatis. Muſica
 præceptis, monitis, & inſtitutis vocum inter ſe diſ-
 cordantium docet concertum & harmoniam. Phi-
 loſophia vero Chriſtiana, voluntates inter ſe diſ-
 crepantes via quadam & ratione diuina vnit & fa-
 cit harmonia concinere, humilitas eſt felicitis huius
 nobiliſque concordie genitrix & educatrix. Hanc
 D. Bernardus arcam & receptaculum gratiæ, & li-
 bro de conſideratione ad Eugenium, fundamentum
 vocat virtutis & principium. D. Gregorius in mor-
 talibus mentis eam lumen dicit illuſtrare. D. Chry-
 ſoſtomus ſuper Matthæum, præclara eſſe & Deo
 gratum amorque diuino dignum ſacrificium, & ali-
 bi in idem Euangelium ſublimioris diuinæque
 philoſophiæ matrem appellat. Quæ quidem philo-
 ſophia quatuor afflata principiis conſurgit primū in
 ſuiſpſus eſt deſpicientia, Secundum ne quis alium
 deſpiciat: Tertium in mundi neglectus: Quartum
 vt iure deſpicienda omnia, negligamus: Neglectus
 itaque deſpicientiam, & contemptum, qui ſpreue-
 rit & repudiarit, humilitatis ille ſaſtigium & cul-
 men dicitur attingiſſe: Quadraginta ſtationum,
 quas totidem exilij ſui omnes Ægyptum ſagiens
 in ſolitudinæque actus populus Iudæorum forti-
 tus, vltimam putariſſe in monte Abarim tradit li-
 ber Numerorum: ſtationes hæ cœleſtis nobis aditus
 gradusque quibus tanquam ſcalis ad æternam fœ-
 licitatem quæ vera promiſſa nobis terra eſt, pene-
 tramus, obumbrant & figurant. Primum enim à no-
 bis ipſis egrediendum noſtrique eſſe descenden-
 dum, vt Dei eſſe ordinamur: tranſacto tandem
 mari rubro, aduerſitateque & laboribus feſſi pal-
 mis ornati amœnorum ſocium aquis potando refi-
 ciemur, victoriæque de nobis ipſis actam, cuius
 palma eſt iudicium, intuebimur. Dulciumque a-
 quarum potu quas de nobis ipſis ductus triumphus,
 appetitus omnis, voluptatiſque quicquid erat in no-
 bis in deditioem & ſeruitutem Rationi & iudicio
 actis, producit, & effert copioſas. Neque tamen
 prius promiſſionis terram ingrediemur, quam in
 Blatain (que vt inquit D. Hieronymus iniuriarum,
 & contumeliæ contemptus interpretatur) tuto
 conſtiterimus: contemptu itaque eſſe ſi parui du-
 cimus, humilitatis ſublatis ad quadageſimam
 hanc ſtationis cœleſtis alam penetrabimus eleuatiſ-
 que in cœlos manibus, cum ſanctis colloquemur,
 angelorumque conſortio perfruemur. Humilita-
 tis hoc enim eſt proprium quanto magis in infe-
 riora nitimur, imaque petimus, eo nos altius extol-

lere, & in ſuprema ſede tutos collocare: vt enim
 vmbra ſectantem & perſequentem fugit, fugientis-
 que premit veſtigia, vera gloria potentem relinquit
 ſpernentem colit, ornatque nolentem, clare æſti-
 mantem aſpernantur, contemnentemque habet in
 pretio: eumque, qui memoriæ penitus tenet in-
 ſculptam negligit, qui vero proſus è memoriæ
 ſuæ aduerſariis expungit, nunquam obliuiſcetur.
 Diuitias (inquit D. Chryſoſtomus) ſi contempe-
 ris, eris opulentus, gloriæque qui repudiauerit ha-
 bet ſalutarem: Veræ itaque & ſolidæ gloriæ ba-
 ſis humilitatis columnis innititur: iuxta autem
 & merita, gloria eſt, inanem omnem & fictam glo-
 riam ſpernere, fluxas vanas & caducas captandi
 vulgi aurem cogitationes pellere, quæ vt bene ope-
 rentur nihili ducentes, vt diligentes & benemeriti
 videantur, toti occupantur: & pauonibus ſimiles va-
 na oſtentionis & gloriolæ ſuæ recta in altum elati
 vniuerſa quæ ſub lunæ concavo aſpiciuntur, me-
 rito ſibi deberi: ſe verò memini quicquam debere
 arbitratur. Neque incauti cum ſe in ſublimes poſitos
 & ſupra omnia collocatos iudicant, ad ima pulſos
 & abiectos aduertunt: qui ſi non habere, & aucupare
 ſed mereri vellent, ſumma poſſent cum laude & ho-
 nore verſari. Magna (inquit D. Auguſtinus) glo-
 ria eſt non poſſe à gloria vinci, firmoque conſtanti
 & ſtabili animo omnes inanes mundi nugas, glo-
 riæque captandi oſtentionem ſpernere, & pro
 nihilo ducere. Ea enim animi conſtantia humilita-
 tem alit, quæ paucis contenta, multa lucratur & ac-
 quirat, mundi diuitias ſpernit & abiicit, diuinique
 numinis theſauro ſatiatur & abundat. Humilem enim
 avaritia retitum & vinctum vidimus neminem:
 humilitatis enim aſpectu paucis alitur, & reficitur: a-
 uaritiæ autem gula neque multis repletur, illa enim
 ſemper abundans & reſerta: hæc ſemper vacua &
 inanis, illa reſecta, hæc ſemper habendi ſiti abſu-
 mitur. Humilitatem autem ſui cognitio cupidita-
 tem & avaritiam, ſui gignit ignorantia. Qui ſe enim
 ipſe intuetur, ſuamque contemplatur imaginem,
 & naturæ dona, facile mundi omnia caduca fluxa &
 incerta pro nihilo nobis habenda videbit, ſpernen-
 daque ſentiet. Cætera enim animantia cum natura
 parua proiectis in terram oculis ventrique obe-
 dientia ſinxillet,

*Os homini ſublime dedit cælumque
 videre
 Inſit, & erectos ad ſydera tollere
 vultus.*

Hominemque in humana cerni voluit imagi-
 ne, vt cœlos cœleſtia intueamur natos eſſe docuit,
 animique motus, mentis que omnes cogitationes
 ad tanti & tam nobilis eſſe dirigendas operis arti-
 ficem. Corpore enim in cœleſtia directo: animo
 vero terrena meditante, & contuente, corpore e-
 recto & procerò, animo vero flexo & tortuoſo na-
 ſci hominem & conſeruari, ab omni eſt ratione
 alienum. Hinc Græci ἀνθρώπων, id eſt, ſublimia &
 cœleſtia contemplantem hominem vocauerunt.
 Lactantiuſque Firmianus veriſimili quidem ratio-
 ne, vitam ſilentio tranſigentem, terrenaque &
 tempore labentia, contemplantem, humana ſe
 omni

Gregor.

Lib. 2. de
civ. c. 21

Gregor.

Chryſoſ.

Cap. 33.

Lib. de
ſtatio.
populi Iſr.

Sap. 2.

2. Cor. 1.

Lactant.

omni hereditate reddere indignos & sponte sua cælestia cum terrenis, sublimia cum infimis commutando, naturæque sibi indita, diuinæque benignitate in prauas & ratione alienas cogitationes & operationes interuertendo, ab homine sese ablegare. Etsi quidem Socrates in Cratilo aliam inquirat hominis etimologiam, in hanc tamen ipsam tandem cadit. Vt ad erecta natum esse hominem, probat Plato, Arborem esse dicit inuersam non in terra satam, sed in cælum erectum. Ramis siquidem qui pedes sunt in terram diiectis caput, qui radicum more cibum præbet corpori & alimentum in cælum extendit, cælestiaque intuetur. Malis tamen & peruersis terrenæque voluptate captis contra prorsus solet euenire: caput enim in meum figo, radices omnes alendi que nutrimenta terra ministrat, vt arboris truncus in latum per terræ viscera spargit radices, terrenus quoque homo in omnem terram animi motus terrenos, terrestriæque mûdi tantos emittit, eaque qua boni in cælos & cælestia, illi in terram ramos extendunt & in aera spargunt, & quamuis pedes ramorum, caput vero radicum munere fungatur, contra tamen naturæ ornatum serpere in terram dicendi sunt, quod Dominus Deus Ezechielém alloquens docuit, *Filij hominis* (inquit) *sta super pedes tuos & loquar tecum*, ac si clarius, *Fili hominis qui mortali semine natus es mortalis pedum plantis in terram versus animi cogitationes in cælum emitte, cælestiaque meditare: ita stabis super pedes, quod si contra euenierit sub pedum tuorum vestigiis conculcaberis*. Creationis quæso mysteria contemplare, annon superne propter superna dimissum non autem ex terra propter terrena productum inuenimus? Clare hoc quidem intuebitur qui brutorum animantium formis humanam naturam & imaginem adaptauerit. Brutorum siquidem animantium quæcunque manibus ad humanam formam ornantur, annon iam terra serpunt terram amplectuntur, terram vt terræ se natos esse possessores sciunt, continuo voluunt & intuentur, homo vero qui propter cælestia natus, æternæque in cælis domicilia sortiatur, manibus eo erectis pedes in terram figit, vt terrena pedibus opprimantur, & è terra mala omnia aspernatur, hæc vera naturæ formæ, creationis, & compositionis nostræ philosophia est: quæ præclara ea quidem vt humani generis miseriam & calamitatem intueamur, terram enim cum puncti esse instar probent Mathematici si ad cælorum orbis comparetur, è terra nata, & ad vitæ vsus tam apte pulchra & necessaria esse arbitremur eius bona vt præ illis cælestia omnia & æterna aspernemur, æterna cum momentaneis, fixa & stabilia, cum fluxis caducis fallacibus & incertis alta & sublimia cum imis & abiectis stulte commutantes, in eoque quod humana opera indignum neglecto eius naturæ & conditioni digno curam omnem cogitationem & animi sollicitudinem ponentes. O horribilem illam & miseram cæcitatem? O blandam & incredibilem humani generis vanitatem? O perniciosum errorem & turbulentum? Crassam denique prodigiosam lamentabilemque ignorantiam? Quoram enim modo grandia & nobilia ea dicenda sunt, quorum omnis vis & potestas vno temporis momento abripitur? aut quæ illa est mentis cæcitas quæ cælestem, & æternam sedem cum terrestri hac & caduca, animum cum corpore, bonum cum malo, ens denique cum eo quod nihil est velit commutare? aut vnde tanti labe er-

roris nisi ab ipsius ignorantia, qui se in sui contemperatione non reuocet, potest emanare? Denique hæc ego huius orationis statuo periodum illud, *ὡς εἶπε* non solum ad arrogantiam minuendam esse dictum, verum etiam vt bona nostra norimus: ex sui enim ignorantia & insolentia arrogantia, ex arrogantia odium concupiscentia, ira, inimicitia bella, dissensiones, auaritia oriuntur, quæ cum corpore & animum perpetuo constringunt carcere, & obscuritatis tenebris inuoluunt: fidei vero claritate illustrati multa quidem nos cernimus & intuemur quæ in contemperationem nostri reuocant, cæcitatibusque nostræ velum cogunt aspicere, donec disponendo & componendo, quantum humana fieri potest imbecillitate, vt gratia gratis nobis ad Deo datam suscipiamus. Deus optimus Maximus eam nobis summa sua clementia & misericordia impertiat, qua fide spe & charitate operantes, Christi Domini nostri passione insignita, passionisque eius & mortis merito decorata & æternæ vitæ meritoria, opera producamus Miseros tamen eos & abiectos qui de animi sui dispositione nihil eum curantes, quasi à sui cognitione abditæ & à seipsis peregrinantes, sine vlla ad se redeundi spe vitam transigunt sui enim neglectus in diuini quoque nominis oblivionem rapit præcipites: cæca porro infidelitatis nocte obducti supremi eius qui omnia creauit obsequium in manu facta lignea & lapidea conuertimus pro Deo: denique ligna lapides serpentesque colimus, eoque vehimur supersticiosi, templa & altaria hisce struimus & tanquam æternis immolamus, eoque inscitæ & erroris, vitiorumque abyssum & labyrinthum clarissimum mundi huius lumen perlatum est. Donec tandem humani generis quod ad imaginem suam & similitudinem creauit misertus Deus, filium suum vnigenitum misit in hunc mundum, vt ab ignorantia & peccati labe hominem redimeret, filium inquam (vt cum diuo Paulo dicam) gloriæ splendorem, figuram substantiæ patris, veritatem æternam, bonitatem immensam, lumen de lumine, verbum diuinum, summam denique hominis felicitatem vili & abiecta carnis nostræ humanitate indutum, & nobiscum humanitus conuersantem, vt nos in æternæ veritatis adita reduceret, cælestisque splendore gloriæ mentis nostræ aciem quæ per se ipsa obcæcata est, illustraret.

De morte & incarnatione Christi Domini & de mundi contemptu.

CAPVT VII.

Bonum inquit Dionysius Areopagita quod & omnis philosophorum schola confirmat, per se est ipsum communicatum, summe ergo bonum, summa quoque communicatione, & largitione copulabitur: summa ergo diuini numinis bonitas quasi ad nos transferenda aut nobiscum fuit communicanda. At quæ suauior communicatio, quæ largitio benignior, ad nos se transferendi

ferendi ratio nobilior potuit cogitari, aut inueniri tutior quam summa humanæ imbecillitatis natura, nobiscum humanitus conuersari? eum siquidem conuersandi modum naturæ eius diuinæ ratio maxime postulabat, vt enim natura diuina bonitatis est essentia (vt docet idem Dionysius) quod natura competit bono, iure ipsam Deo decet conuenire, bonum autem natura se bono largitur, & ad bona committat, summe ergo bonum, summe quoque se nobis largietur, & nobiscum vna communicabit. Deum ad hæc decuit, naturam induere, humanitatemque nostram assumere, vt summa eius cum hominibus accedat coniunctio, quanto ergo decentius inuisibilia Dei per corporea & oculis nostris obiecta illustrantur: mundus enim, vt inquit D. Paulus primo ad Romanos primo capite) à Deo creatus est, vt quod notum est Dei manifestetur in illo. Ad hæc inuisibilia Dei per incarnationis dominicæ mysteria (vt inquit Damascenus) manifeste conspiciuntur. Iure ergo & prudenter carnem nostram induit. Carnem denique nostram induendo, bonitatem, prudentiam, potentiam & iustitiam quoque diuinam nobis claram insignem reddidit & testatam, bonitatem quidem, quod imbecillitatem creaturæ ab eo efformatæ non sit aspernatus, sed ipse induta hominis quoque infirmitate, hominem firmavit, mortuusque, vt hominem mortuum suscitaret. Sapientiam vero noua & omnibus inaudita ratio saluandi reddidit insignem, & verbis & opere insuper docendo quam eius ærefricatē teneremur, vt omnes ingenij neruus, industriamque omnem in eo persoluendo poneremus. potentiam quoque immensam: cum ab inferna potestate qua irretiebamur, summæque eius iuris sententia liberans, debitum nostrum ipse persoluit, peccataque nostra tulit, pro peccatis quoque nostris sese sacrificio offerens tyrannico imperio liberavit. Et vt inquit Apostolus: *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore.* Vnde dictum est in Isaia, *ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & ibidem de Christo Iesu dicens inquit idem propheta, verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Propheta quoque & psaltes Regius: peccata nostra, sua vocat, quia humeris suis ipse portauit, vt viam nobis æternæ vitæ adæquaret, quæ in veteri Testamento (quod noui quidem erat ymbra & figura) leuiter fuit indicata. Omnia veteris Testamenti loca quæ umbram esse eam comprobent explicare longiore id orationis filo indiget, nonnulla tamen quasi per transennam adnotabo. Anno eo quo populus ex peregrinatione Aegyptiaca in terram illi promissam inductus est, Aaron summus pontifex in montis Horefastigio mortuus est: in montis quidem supercilio (inquit scriptura) non in valle, vt populo in terram promissam Aditus pateret, quod à mysterio non vacat, fuit moriendum, Ecquis ille summus pontifex? Annon Christus Iesus, qui pro nobis in ara crucis quia ipse voluit oblatum est, & proprio suo sanguine in sancta sanctorum penetrauit? Sancta inquam sanctorum quæ cali sunt, vt fuse explicat Apostolus ad Hebræos. Ecquis mons ille in cuius culmine mortuus est pontifex? Annon Caluarie locus author vitæ & largitor, expirando vitam restituit, vt qui laborum & aramnarum eius finis, idem pacis tranquillitatis & quietis nostræ esset initium. Scriptura enim

inde nos docet in Caluarie monte Christum Iesum morti fuisse tradendum, vt nouus populus Israel qui Christiani sunt, in nouam sed illis promissam terram cælorum, scilicet sedes beatas ingrediat in columis, ibi enim illius mors nobis vitam gratiæ, tandemque gloriosam restituit: vnus quidem ille labores dolores mortemque pertulit, vt nos morte retitos in vitam reuocaret. Quod multis fuit retro annis in Elisæo figuratum vt Regū notat historia, cum enim in sepulturam corpus mortuum quidam efferret, aspectis ad se properatibus, proiecto in sepulchrum Elisæi corpore humano aufugit, vbi tactis Elisæi ossibus statim sese corpus mortuum in pedes extulit incolame, & quis hic mortuus? annon homo peccato obnoxius ad mortem? Genus quidem humanum peccatorum & vitiorum gurgite immersum quod insanæ carnis illecebræ, & cupiditates in rogū efferunt, proiectumque in latronum mundi carnis & diaboli crudelitate relinquunt laniandum, quod cælestis noster Elisæus qui est Christus Iesus morte sua in vitam restituit, sepultusque, sepultos nos suscitauit: mortui enim eramus nisi Christus mortuus, redemisset. hic ille agnus est paschalis in Aegypto mortuus, cuius sanguine populus Hebræorū redemptus est. Hic serpens ille æneus qui in solitudine cruci affixus vlcera populi curauit, de quo Moses in Deuteronomio erit vita tua appensa ante oculos tuos, Et Isaia, *oblatus est,* inquit, *quia ipse voluit.* Et Christus Iesus in persona Ieremiæ, ego sum agnus manuetus ductus ad occisionem, Et Isaia capite nono Deum vocat & hominem, Nam cum nasciturum esse & puerum, atque hominem esse dixisset, Nomen eius diuinum esse affirmat: Et capite quarto Deum in mundum dicit venturum. Et psalmita de Sion. *Nunquid Sion dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.* Ac si dixisset clarius, Christus Deus terram Sion fundauit, & ipse homo natus est in ea. Baruch quoque propheta cum multa esset de Christo vaticinatus capite 3. inquit. *Hic aduenit omnem viam disciplina & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est,* præteritum pro futuro quod prophetis est commune vt ostendat vaticinij certitudinem vsurpat. Et ne clarissimæ diuinitatis radij mentis nostræ oculos (quod solares radios intuenti solet venire) obcecet, misit ante se præparantem vias suas Ioannem Baptistam, cui Iudæi cum Messie aduentum appropinquare aduerterent, omnem Messie auctoritatem, vt eum Christo Iesu, auferrent & potentiam obtulerunt. Hominibus hoc siquidem familiare, homines euertere, vt homines extollant, & ex vnus ruina, alterius struere fortunam. In chronicis de factis & Gestis Lusitanorum, in vicinis à Goa locis Duce Alphonso d'Albuguerque strenuo & magnanimo scriptum est nostros icu tormenti bellici quod spem vocarunt, Indorum tormentum quod illi Camelum dixerunt dirupisse. Spem nostri fabricarunt vt Indorum camelum euertent. Indi Camelum struxerunt quo nostram spem extinguerent. Quis hic camelus? anno D. Ioannes Baptista, Camelorum pelibus indutus? Quænam hæc spes? Annon Christus Iesus vera spes nostra Christus verbum diuinum, & D. Ioannes vox eius, vt ex communi Euangelistarum consensu scribit Isaia. Herodes hanc vocem vt narrat Euangelium iniuste interemit. Vnde Christus de multis vt in Euangelio scriptum ab Herode rogatus, non respondit ei quicquam vt scribit D. Luc. Ecquidnam illi

Roma. 3.

Isa. 53.

Psal. 21.

Num. 20.

Cap. 6. 7.

8.

Deu. 28.

Psal. 86.

Cap. 40.

Cap. 13.

dicen-

dicendum qui vocem eius interemit, vocem quidē Herodi non extulit, quam in cruce publice emisit: Vbi de vita eius agebatur conticuit, salutem vero nostrā voce testatus est elata: in mūdū enim venit salutem nostram morte redempturus. Amor enim & dilectio ex cælo rapuit in terram, & ex immortalī pro nobis fecit mortalem. Ecquæ alia certior amoris & dilectionis erga nos diuinæ monstrandi ratio potest inueniri, quam vitæ suæ pro nobis vt nos ex Satanæ captiuitate in libertatem vindicaret, in cruce oblatio? carnem suam & sanguinem redemptionis nostræ prætiū in crucis macellum Deo Patri obtulit. Passus est pro nobis inter duos latrones vt est ab Esaia prædictum: *Cum iniquis*, inquit, *reputatus est*, quorum vnus. Iustitiæ, alter diuinæ mansit indicium misericordiæ, vnus in spem, alter in metum prouocat: in vtroque tamen nobis salutare, & notatu dignum in damnato se damnando, in beato se saluando, ne nos ipsi perdamus lucet exemplum. Ecquid enim Ioseph cum duobus latronibus in Ægyptum carcere datum quorum vnus captus, alter euasit incolumis? Annon Christus Iesus inter duos latrones in arbore crucis inclinatus, quorum alter ad inferni tartara deiectus, alter ad paradisi gaudia ascendit beatus? inter illos pelicanus qui nos tanquam pullos suo sanguine nutrit, quam grauiorem de se expectationem, quam gratiam, quæ fauorem secum potuit grauiorem asserere? Quis tam natura barbarus aut immanis qui tantam obliuione obduceret misericordiā? quod cor tam acerbū vietū & lapideum quod tantus & tam charus amor, non penetrabit? quæ tēporis diurnitas quæ aduersitas aut rerū euentus, tā dulcem acrem & vehementem amorem, tam diuinum æternum, immortale & excellens beneficium è cogitationis nostræ penetrabilibus poterit extirpare, aut euellere? Annon ille effectus amoris qui Deus est, Dei verò qui amor est? Tam fructuosa insignia, permagna & singularia beneficia, alterius quam immensi & æterni Dei qui charitas æterna est, & increata esse non potest. Cum enim vt Deus mori non potuit, humanitatem assumpsit, vt homo pateretur, Deus ab æterno nos supplicio sanguine suo redimeret. Dux itaq; naturæ quarum altera humana altera diuina, vnus tamen Iesus Christus, vnus Deus, vnus saluator omnium, Platonis iudicium tam sublimia fugiebat mysteria, nec tam abdita & occulta potuit Aristoteles, aut vllus à fide alienus intueri. Vacuam enim vulgarem & inanem prudentiam tanquam ducem secuti sunt, de qua propheta vt explicat Apost. ad Cor. *perdam sapientiam sapientium, & prudentiā prudentium reprobo.* Vera enim scientia falsam euertit: Vera autem sapientia Iesus Christus est de qua D. Paulus, loquimur de sapientia Dei mysterio abscondito: quæ nā quæso Iesu Christi natiuitas, mors, vitæq; cursus, annon sapientiæ (vt inquit Apostolus) secundum carnem reprobatio? mundus summam felicitatem statuit in diuitiis: Christus in paupertate: mundus in lætitia gaudio & alacritate, Christus in dolore lamentatione & fletu. Mundus in vindictis, Christus in cōtumelia & patientia. Mūdus in gloria ostentatione & delitiis, Christus in humilitate & obedientia. Denique mundus in voluptatis suæ illecebris Christus hæc omnia reicit & aspernatur. felix atq; iterum felix qui cognita mundi vanitate mundum declinat abhorret & aspernatur. Quid tibi ad diuitias largire potest, quas & frequenter aufert? Pharaō populo Hebræorum paleam concessit, quam subito tamen abstulit. Qui multis annis in Regum princi-

pūmque aula seruiuerunt, in longinquas tandem prouincias relegantur, laboresque nouos in veteris laboris præmiū sortiuntur, & quamuis quidē nonnulli præmia illi magna honores, diuitias in domibus regum sortiuntur, tam rari tamen ij sunt, vt facile ego aulam eum probatica illa piscina de qua apud Diuum Ioannem audeam comparare: in quam multi proiciebantur, vnus tamen solus curabatur, quanto pauciores in mundo quæ postularunt nanciscuntur. Deus solus mentis nostræ ambitum replet, solus ille summa hominis felicitas, omnemque expectationem diurni nostri desiderij explet, denique quo nihil amplius requirit & appetit, quo se applicet animus, Dux figuræ quarum vna pyramidis, altera in rotundum ducta, nusquam recte inuicem conuenient, orbem enim si pyramidi includas angulis semper extantibus nunquam potest repleri, mundum itaque cum rotunda esse figura probatè conster, mentis nostræ eminentes partes, quam pyramidis esse instar scimus, vacuæ semper hærebunt. Trigonon vero Trigonon vndique poterit attingere: Anima autem nostra vna illa quidem, triplici tamen functione, intellectu memoria & voluntate ad Trianguli instar operatur. Mundi ergo peripheriam quæ orbicularis est excedens, sola Trinitatis trigono satiatur, qui essentia quidem vnus Deus, personis Patris & filij & spiritus sancti distinguitur. Clarius qui velit intueri. En Dauid ex pauperulo pastore in summum regni fastigium elatus regali est titulo decoratus: hæc tamen omnibus mentis eius amplitudo repleri non potuit. In Psalmo enim inquit: *Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satior cum apparuerit gloria tua.* Ac si diceret: Pastorem quidem me domine olim funda & pera insignē, nunc ad regni fastigia & regalibus ornatum honoribus, & in orbis regno amplissimo regem inunctum scio. At nondum his omnibus repleri poterit anima mea. A te enim ad imaginem & similitudinem tuam creatus, tunc abunde satiabor cum in cælesti & æterno tuo regno immensæ tuæ claritatis & bonitatis præsentia perfruar, vt enim cera quæ sigilli semel formam acceperit non iterum alia forma vniquā nisi deleta prima forma signari non potest. Ita anima humana, ad diuinam formata imaginē, diuino insignita sigillo nouum mundi characterem nō poterit suscipere. Vnde D. Bernardus, Anima, inquit, prædita ratione in multis quidem potest rebus versari variisque contemplari: at vlla te contineri, vt pote Dei sedes & eius susceptiua, non potest: quamuis enim magna res esse videatur, vt tam immeasam contineat animam, admodum reperietur exigua. Quorsum itaque mentis nostræ neruos in id quod etiam ad mortem nos vsque comitetur, nunquam animo satisfaciet frustra intendimus? Porrò quot nos vnquam secundam vitam ad multos annos produxisse audiuimus? Sæpe tamen humiles & abiectos diuturnis sudoribus ad summum vsque honoris fastigium eleuatos die vna, hora vna, imo momento vno in terram prostratos, deiectos & actos præcipites, eoque redactos vt ne vestigia quidem antea illorum vitæ appareant. Principum ego seruos calculo supputatorio similes esse duco, qui enim calculos vt summam efficiat disponet, omnes quidem ex eadem materia, & eodē signita sigillo, hūc in denarium illum in cætenarium vique extollit, confecta vno summa, si iterum resumat, qui prius in millenario, nunc vnitatem efficiet mutataque vice vnitas ad millena vsque pro arbitrio supputatoris erigetur. Ita principum domestici

Io. 3.

Psal. 16.

x Cor. I.

Exod. 3.

qui nunc in millenario consistunt, ne se ipsi temere extollant, neque in vnitatem abiecti, spem omnem refugiant. Nam & hæc supputatio resumitur potest ubi mutata vice, alti in demissum, remissi vero in sublimem commutentur. nihili ergo hanc mundi quam ex nobis init supputandi rationem ducamus, hanc autem vite quam Deo debemus charam iudicemus. Honores quidem mundi puerorum ludos imitantur, qui priuatum vnum in regiam dignitatem, quã diu illi in ludo consistunt, solenni voto extollunt, peracto autem ludo, qui fuit prior manet priuatus. At vanitatis infantuli hoc nunquam agnoscent, ineunte enim statim ætate inani hac quam aspiciamus, & fraudulenta mundi pulchritudine lactati, tam altas cogitationis eius radices agunt, vt nisi summa difficultate tarde tandem vix eradicentur. multosque adeo hæc inanis spes delectat, vt etiam damna illis inde nata agnoscent, in eadem tamen qua prius voluntate semper inhaerent: vnde fit vt à vita qui Deus est remoti, mundo esse seruiendum propter vite vsus temere affirmant. Relictoque Christi Iesus castris crucisque suæ vexillo dæmoniorum stipendiis militant, ignari (heui miseri) sub inani hac lucris spe sui latere perditionem, adeo vt in sui ignorationem præcipites labantur, vanaque hac spe lactati, & tempus & ætatem consumunt & ad nihilum reducunt, præcipua eius sine vlla sui ipsius memoria consumpta, quantoque diutius in illis agunt stipendij, tanto minus præmia redduntur, quantoque tutius se mundo committunt, tanto facilius falluntur, & iridentur, quo serius lucra sectantur, neigentius possessa depereunt, vitaque tandem dum acrius premunt velocius ea semper refugit, temereque tandem obæcatis oculis in mortis ruunt atria, præcipites. Hisce tandem obscuritatis umbris peccatorumque laqueis filius Dei vini Christus Iesus è caelo in terram delapsus morte sua, quam pro nobis subire dignatus est, expedit & liberauit, vt quid nobis pro eo gerendum sit edoceret. Tandem itaque apertis mentis nostræ oculis, nobis ipsius nostraque voluntate neglecta, voluntatis eius memoriam sedulo recolamus: tantus enim virtuti culminis accedit, quantum ipsi sponte voluntati nostræ detrahimus.

Quomodo Christo inseruiendum sit, mundo bellum indicendum, denique in quo vera statuatur Philosophia.

CAPVT VIII.

Ic Eremita cum orationi suæ modum statuisset paululumque respirando cõticuisset, sic iterum, Ne quis quæso vestrum, inquit, me hoc orationis me filium abruptisse, clarius enim & vt digito tangatis horum qui se Christum affirmant fugere & negligere vt vitam corpusque tueantur dolos fraudes præstigias machinãque proponam vt horum refutato errore oratione tandem terminemus. Christus vita, diabolus autem mors est. D. Ioannes in Apocalypsi & Christus ipse Iesus, inquit, diabolus ab initio homicida est. Quam igitur miser viam & rationem quærendi vitam neglecto Iesu Christo qui ipse vita est per te inuenies. cum in diaboli qui mors est, potestatem temere prostruas. Si diabolus homicida est, si mortem infert, si denique ipse mors

Apoc. 14.

est, quomodo apud eum vitam vllam inuenies? Vitam ergo diligenter inquirete. Heu quam vitam, mortem potius nominandam: vt enim homo inconsultus Septentrionalia maris æquora transcurrit vt pharmaca in meridie solo nata deuehantur, quanto ardentius insistit, tanto se longius elongat: quanto curiosius in morte vitam inquiremus tanto nos propius morti accedimus: viuere enim cupiens, vitam quæ in solo latet meridie Septentrionem versus inquiretis. Quoniam quæso modo viuere te posse arbitraris sine vita, Christus enim vita est, tu vero eum vitam inquiretis vitam relinquis. O fallaciam, o præstigiam, quære, quære, quod vestigas & alio quam inquiretis loco, quære vitam in Christo, qui vera est vita. Necessè quidem esse ducis vitam ad mundi regulam exigere, ac si salutem homini eius regula statim largiatur. O ignorantiam, fallaciamque mundi huius Philosophiam, o stultitiam falso prudentiæ nomine signitam. Quid hoc præter dæmonum præstigias, serpentisque antiquæ qua primæuam hominis genitricem clam seduxit cautela nobis lamentabilis. Ego te non salutem & perditionem, non vitam & mortem æternam inde nacturum esse affirmo. In veteri quidem testamento scriptum legimus. Populum Israeliticum ciuitatem Iericho quæ liberum illis accessum pernegarat, aditumque repulerat, ea tamen lege destruxit: *Vt sola Raab meretrix viuat, cū vniuersis qui cum ea in domo sunt: quicquid autem auri & argenti fuerit & vasorum æneorum ac ferri Domino consecratur.* Neque tamen tam solenne illud præceptum à transgressoribus mansisse liberum. Acham enim filius Charmy laminam vnã auream secum tulit, cuius vltio in populum exercitumque Iosue remissa est: fugatis enim Israelitis victoria penes ciues Iericho remansit. Cognita vero causa. Acham legis transgressorem damnatum lapidibus obruerunt statimque imperio Iosue: *Steterunt sol & luna donec percideretur se gens de inimicis suis steti tque sol in medio caeli & non festinauit occumbere spatio vnus diei.* Gloriæ quidem & cupiditati ab enormi concupiscendi studio desisterit, quæ spreuit præceptum vnde belli secuta fuga, sol quidem corpus inanime natura sibi datum cursum spatio vnus diei retardauit. Ambitio tamen in contrarium præceptum se deiecit, sensu quidem carentia Iosue obsequuntur imitatio. Ratione vero prædita prorsus aspernatur: Quod nam quæso, cor tam acerbum, nisi montibus Silloe asperius, dum hæc animo per se voluit non lachrymarum flumine dissoluetur? Quot ego graua, in hanc sententiam, nisi alio vocaret oportunitas & acuta afferrem argumenta? Populus Hebræorum nisi prius euerfa Iericho terram patribus promissam non poterant attingere: hanc autem si mundi sequatur normam, non poterant attingere. O alta hæc cordisque penetralibus condenda mysteria! Iosue Christi Iesu figuram non nomine modo, sed operibus (vt docte notauit D. Hieronymus in Epistola ad Paulinum) præ se ferebat. Vt enim Moses Hebræorum in terram illam lacte & melle fluentem, nisi Iosue interuentu non poterit inducere: Ita lex vetus in Mose quoque figurata, nisi veri Iosue qui Christus Iesus est, in æternam illam patriam cœlestem, quæ terra quoque promissa præuocabatur, ascensus non poterat extollere. Iericho ergo quæ nobis in tam felices illas sedes aditus impedire nititur summis erit conatibus bello oppugnanda, nequicquam quod in ea sit reseruare in vsusue nostros conuertere. Quenam hæc Iericho nisi mundus? Iericho enim luna interpretatur, quæ mundi quoque gerit imaginem.

nem. Vt enim lux nascentis alias hebetiora, alias acutiora sunt cornua: nunc lucida. *Nunc luna me-ans Hyperionis officit orbi.* Ita mundus perpetuo semper fluxu refluxuque agitatus nunquam in eodem statu firmus inhaeret. Quos enim hodie in altum extollit, cras in profundum agit precipites. Bellum itaque mundo indicamus, bellumque mundi opes evertamus, hic nobis omni conatu, ut à caelesti illa Ierusalé repellat, venit in occursum: At quorsù lapidibus Iosue madata Acham qui Iericho furatus est laminam, obrutam testatur scriptura? Anne ut mundi laminam sectantes aeternae gehennae flammis torquendos esse confirmaret? Deus nos à Iericho lamina liberavit: etsi aurea illa de Iericho tamen esse constat. Mundus enim etsi aurea, opes diuitias honores caute nobis offerat neque quis in eo statim decepturo, spem firmam reponat: spretaque itaque eius lamina quae Christi Iesu nobis est praecepto verita, Christum Iesum amplectamur, quem si mundo adhaerimus statim amittimus. Videte quid dicat D. Paulus ad Romanos. *Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri.* Ach diceret: Fugite laminam Iericho, neque mundi oblectamenta sectemini, ut illi vos conformes reddatis: relicta eius deprauata & malitiosa consuetudine, reformamini in nouitate spiritus, laminamque verè auream Iesu Christi tuto sectemini: mundi verò quae aurea quidè illa apparatus, mundi esse tandè agnoscimus. Vigilate itaque, ne vos tandem Iericho cauta seducat. Dicitur autem alibi est, *Ne dormiamus vt alij.* Ac si diceret: ne nos ingrato negligetiae & inertiae somno opprimi, mundiue fallacis capi & decipi permittamus. Eius sectatores ne imitemur, vigilantes utique illi peccati somno opprimuntur. Vigilemus itaque & mundum vt capitale humani generis hostem diligenter euitemus, fortique obsidione mœnia Iericho circumducta tandè evertamus. Hæc vera est operis expositio. Hæc gloriosa Apostoli doctrina, qui nos ad veri qui de caelo descendit, Iosue spretis mundi huius inani oblectamento, vanisque fallacis obedientiam charè inuitat veri domini nostri Iesu Christi, nos itaque tandem è somno excitentur. Vt enim Adam dum dormiret, Eva quae statim ad peccandum inuitauit, producta est, ita nobis obliuionis somno sopitis, libidinis cupiditatisque semina ad primum esum mali prouocantia iaciuntur, quae nos continuo in mundi vestigia, Deo neglecto prouocant: & ab ineunte statim aetate seducunt, continuoque conflictata, spem nobis certam in mundi erga nos etiam longinqua beneuolentia ponere adhortantur. Audacter tamen cauteque nobis erit resistendum, spretoque mundo & concupiscentiis eius diligenter, Christi Iesu redemptoris vestigiis sistendum. Fide autem sanctae matris Ecclesiae armati, spe verò & charitate instructi animae nostrae inimicis fortiter resistemus. Dei & Ecclesiae eius praecepta, operaque misericordiae adimplebimus. Evangelico praecepto serio insistentes caecam ac temerariam animi dominatricem cupiditatem rationis imperio subijciemus, vitaeque caelesti & aeterna tandem perfuemur. Sui itaque nostram cuique non solum sed & proximorum opus est imperio vt consulendo & adhortando, vt è re sua esse videbitur, in rectum quoque tramitem aut errantes reducamus, aut insistentes adhortemur, ita tamen semper à nobis edocendi sunt: vt opera quoque nostra & actiones verbis confomemus. Harmonicum siquidem tunc horologii dicimus cum non modo horas, temporisque momenta ad solis in cellum rectè distinguit. Sed & index quoque eminentis digitostatim eadem momenta designat. Horae quidem vera sunt doctrina & consilia, quae sole,

qui Christus Iesus duci debent & distingui. Manus operatio est doctrinam patefaciens, quoniam opera verbis correspondere debent, ne fabris lignariis ferraminatoribusque arcae Noë assimilentur, qui nanem ubi reliqui incolumes euasere, quamque ij non ingressi sunt, sed diluuij inundatione periire, construxerunt, edificarunt, & erexerunt. Non hæc est vera Philosophia, docere aliosque optimae doctrinae praeceptis informare: & in cœno turpissimae ac foedissimae vitae volutari. Ij quidem incerniculo perfimiles, qui farinam, fursure retento, emittit: sed vera Philosophia vitam ad instar sinceræ doctrinae quam profitemur, dirigit. Hæc est vita Christiana, hæc germana, veraque sapientia: hæc vera Philosophia, quae (vt tu asseris) in permultarum rerum cognitione minime consistit: quandoquidem ipsius finis facti potius quam sciendi, potius amandi, quam disputandi, intelligendi; particeps est. Ideirco D. inquit Aug. veram Philosophiam ad amorem Dei potissimum spectare. Vera Philosophia prius in nobis ipsis dignoscendis versatur, & inde conscendere, cognitionem Dei attingere, summoque amore, ex intimis cordis penetralibus, ex tota mente, & ex nostris viribus, prosequi: nos ipsos immensae suae bonitati deuouere, libentissime nosmetipsos obijcere: præ ceteris diligentes proximisque nostrum ipsius amore, veluti nos ipsos: mortem, passionem, & mysteria humanae redemptionis animo volentes: tantoque intellino amoris igne inflammari, vt mortem, vitae timore, rebusque omnibus contemptis nullo modo reformidemus. Tot igitur amoris igniculis, vt fumos caelos ardenti curru Helix rapti penetremus. Flammis diuini, excelsi caelestisque ignis amoris accensi. Itaque in terris adhuc hoc corporis ergastulo septi diuersantes, caelis, intimis desideriis inflammati cum Angelis Deo coherentes & coniuncti, eundemque animum cum illo effecti, perfruamur. His autem noctis terrenarum rerum caliginibus emerfi, radiis splendoris diuinique luminis claritate coruscantes, diuinam ipsam pulchritudinem contemplemur, ac animo perpendamus. His ergo potissimum causis vera constat philosophia, quae ad extremum memoria repetita, ardentissimo amoris penitus insita, dignoscetur. Multi amore adeo tepido Deum insectantur, vt eum non amare prorsus videantur. Qui hunc amorem non exuperant, velut vento inflatis vecti, in littore fluminis supernatant, nec se in profundum committere audent, hi quidem non in perfectorum numerum rediguntur, quantum ad Christianam spectat philosophiam: sed veluti auiculae tenera vix dum lanugine septae, pennisque omnibus nondum roboratae, quae tametsi quoquomodo alas expandant: & huc atque illuc circumuolare audeant: in aëra tamen non se committunt, nec à nido recedant, vt montium cacumina, penetrantes ventos & aëra diuerberent, debiliū alarum viribus impeditae. At in hac philosophia perfectiores, à seipsis abalienati & in Christum rapti, tam firmissimo amoris ardore concaethenantur, suauibusque vinculis vincuntur, vt nec tormenta, nec rerum humanarum gaudium: fames nec saturitas: vita, nec mors, caelum, nec terra, alti nec profundum gurgites, à charitate separare possint, aut euellere. Ij qui per angustum hoc ostium transeunt, summitate, totiusque apicem philosophiae attingunt: indeque cautes, ac salebrosos montium scopulos intuentur: adeo difficiles, asperos & bonorum animis intolerabiles, qui eorum mala voluptate quadam affecti, & constantia roborati, iudicium ac damnationem impiorum oculis videt, nec his tenebris, ac fallaciarum retibus inuoluuntur. Hæc summam huic proposito connectere cordi fuit: in quo


D. Aug.
9. ciuitat.
Dei,

longiori sermone vtendum foret: nihilominus tamē Nauclerus longi angustique nauigationis itineris pertæsus: ad loca opportuna se recipiens, anchoram vt quieti ac tranquillati indulgeat, figit: ita tanto prolixo sermone defatigatus, ac eneruatus, quoniã è scopulosis locis enauigauit oratio, anchoram linguæ submittam, velãque sermonis complicabo, nefcius ea nullo modo magnitudini ponderisq; rei & materiei adæquari. Pater (inquit Philosophus) quod in medium adduxeras, mirifico quodã sermone comprobasti, & copiosè non ieiunèque quæstionem dilatasti: eã ob rem incredibili gaudio afficior, cum tantis doctrinæ, cum humaniorũ literarum, studiis, tum diuinarum cumuleris, vt me victũ esse, tibi que victori cedere fatear, qui ad hoc natus vt à nullo cõuelli, aut suppeditari queas, videris. Verum enim uero, nondum votis & desideriis cumulatè satisfecisti. Et licet philosophiam profitear: hanc tamen, nisi dicendi quadam vbertate concomitetur, parui pendendam duco. Efflagitarem prius verba ipsa, remotis sententiis, quoniã verba, vt optima sint, antiquitatem non redolere, opere pretium est. Vt enim refert Phauorinus, & Chassaneus in catalogo de gloria mundi, sermo idiomate vocabulisq; recetibus, perpoliri, vitãque moribus antiquis cumulari debet. Verba (respondit Eremita) sine sententiis inanimato corpori æquiparantur, & quamuis sententiæ absque optimis verbis, insunt: quæ tamen sententiis carent, non optimi, disertique sermonis nomen merentur. Vt enim memet è domibus regum abdicauit, & seclusi, non alienum, aut dissentaneum videri debet, cum rudibus verbis, nullõque stilo elimatis utar: quod quidẽ mihi vitio verti: si quod fortè fortuna irrepit, nequaquam debet. Et vt siti enectus, sitis ardorem prius iuxta bibendi desiderium restinguit: postea que vas præstanti artificio elaboratum admiratur: sic omnem doctrinæ desiderio inflammatum, prius gustare debere, cumque gustarit, sermonis prout cordi fuerit, concinnitatem & artificium animo voluere debere, censeo. Prius (ait Socius) incredibili desiderio afficior, propter tui stili elegantiam, nec Eremitam tanta eloquentia, tam subtili, grauique sermonis dicendi genere perpoliri, in animum induxissem: verum vt Hebræi, Ægypto relicto, secum pretiosa quæq; vt Deo sacrificio offerrent, duxerunt: ita tu mundo relicto, suos thesauros monilia, & pretiosa eloquentiæ tecum exportasti, vt Deo deuoueris. Tam belle, & eleganter

Exod. 12.

perorasti, & quam in manus tradidimus materiam adeò profunda, diuinãque dicendi methodo es infecutus, & philosophiæ fontium scaturigines aperuisti, vt sermones, phrasæ, stilumque exprimendis meis conceptibus aptum nullummodo reperiam: firmissimèque teneo nullum acumen ingenij, nullum eloquentiæ flumen dicendique copiam, tuam satis haud extollere, ac laudibus cumulare posse. Mirifico te audiendi oblector gaudio: tuãque scientia tantoperè mihi arridet, vt nihil, cui ipsam cõquare possim: indagem. Quapropter, mihi semper in votis erit, à tuo latere nunquam discedere: summa tamen molestia & dolore affectus, quod aliqua in re tibi obsequium tuis magnis meritis, firmissimisque meis desideriis præstare, per fortunas nostras non liceat. Sed si voluntas pretij loco, & remunerationis eius rei, quæ in opere deficit haberi debet: meam ita pròptam paratamq; volutãtẽ quo tibi obsecundet, confidas velim: vt nulli cedam, desideriorũ honestæ sincerãq; amicitia quantumuis effectibus præpoleant. Mihi displicet (respondet Philosophus) quod hæc dies tam celeri cursu diffugiat: quoniam vt te diutius frui liceret, valde peroptarem: nox tamen humida, ad soporem inducens, sideraque iam apparentia, vt secedamus subinuitant. Et ad socinm sese conuertens, dixit, optimum erit, ac conducibile patrem Eremitam sequi, qui venusta, melliflua, diuinãque doctrina, veræ virtutis iter patefecit, nõsq; secum dirigit. Vt qui canes post se ducit, frustra panis eis porrigenz quæ deuorent. Huc discedere (inquit Eremita) comprimor, solumque viam peragrarẽ mihi necessarium est: quod annuente Deo efficere poterò, cum Luna sudo serena mōstretur maiorẽmque noctis tenebrarum partem dispellat. Nec mihi sunt, nec vllõ modo laudes quibus tantopere me effertis, agnosco: verum cum meas laudes recetis, tantis tamque variis pulchris coloribus, vestras adumbratis: bonum à Deo promanat, & ad ipsum referri debet. Eum igitur obsecro, vt vobiscũ maneat, vobisq; sanctam gratiam impertiatur. Tẽque (responderunt ij) conseruare, ducere, & sospitare dignetur. Tunc firmissimis complexibus inuicem adhærentes, alacri animo discesserunt: præteriti temporis recordationem memoria repetentes: cum veri amici, licet ipsa conuersatione separentur, nunquam tamen veræ ac perfectæ amicitia deleri potest obliuio.

Finis Dialogi de vera philosophia.



DIALOGVS DE RELI- GIONE.

Interlocutores, Monachus, & Peregrinus.

De quiete solitaria, & tranquillitate cellulae.

DVO Lusitani obuiam in itinere facti sunt in Lombardia, inter Parmam & Placentiam: alter D. Hieronymi ordinis Monachus, alter verò nobilis habitu peregrini indutus, qui, ore vultu, gestuque ex illustri quidem familia oriundus videbatur: Qui postquam vrbani- tate quadam, & beneuolentia sese inuicem salutarunt: vrbani- que quibusdam sermionibus vsi sunt. Peregrinus sic exorsus est. Cùm Deus sua immensa gratia, & inaudita bonitate nos in hunc locum congregarit, propè litus huius riuuuli, ex quo cristallina vnda præterfluit, affideamus: hasque patulas arbores seligamus, vbi defatigationis, nostri- que laboris requiei habenas quodammodo laxabimus: oculos vicinorum agrorum amenitate recreantes, animosque laudabili quodam & honesto sermone refocillantes. Sedeamus (inquit Monachus) à longo enim tempore, tum animi tum corporis laboribus exhaustus & defatigatus, iter conficio. Causa & occasio laboris corporis (respondet Peregrinus) latè, & manifestissimè patet: quantum verò ad eam quæ animi est, attinet: hanc ipsam: ne tibi permolestum foret, scire atque intelligere concupisco. Maiorem horum partem (ait Monachus) tibi explanabo. A diuturno temporis spatio, omnem curam, sollicitudinemque rebus negotiisque ordinis collocaui, quoquò obedientia missus sum: infinitos Romæ (vnde recès venio) nactus labores: ita vt puteus, quo cloacæ, & negotiorum aquæ ductus continuò præterlaberentur, efficiebar, qui aquam otij, tranquillitatis exhauriret, me perturbaret, & auocaret, & penitus exarcescere pateretur. Et si apud me quodam interuallo diei, horulæque spatio raptim atque intra domesticos parietes animo quidquã perpenderem, animumque à negotiis secluderem: subito in me ipsum, tanto numero, tantæque multitudine irruerent, & subitaneo motu, festinatione, & necessitate manus concathenarent, vt nõ quod voluntati meæ consentaneum, sed quod me velle cupiebant, executioni mandarem. Fatebor tamen, hos labores aliàs, pacatum otium, & oblectamentum mihi parare: cùm eos subire, quo patribus qui hanc curam mihi demandarant, obsecundare intuebar: maioris momenti gratum animum, & desiderium quibus mo-

rem gerebam, ducens, quam remuneratione & præmium, quod hinc inde colligere sperabam. Sed tandem tot tantisque districtus negotiis, vt gemitus, lacrymarumque reliquæ meis oculis imprimerentur. Tempore quodam otio tranquillitatis perfruebar, diuinarum sacrarumque literarum studio operam nauabam: cùm in Lusitania agerem, maiori temporis parte in cellula mansionem faciens: immenso pœnarum & acerbis gurgite obruor, vt omnia in me tela contorsisse videantur: ea propter gaudij & præteritæ voluptatis recordatio, maiori me molestia premit, quàm incommodum, quo tunc temporis afficior. Nihilò secius laborem quodammodo subire ac perpeti valere, nisi præteriti temporis iactura in memoriam reuocata, impedimento esset: quoniam mala præsentia, intolerabiles dolorum aculeos nobis ingenerant: præsertim cùm voluptatis, ac hilaritatis præteritæ recordationem subsequuntur. Mihi, itaque videtur, Deum filios Israël à Ierusalem exules, in longinquas terras relegatos: seruos & captiuos Babyloniorum, præ manibus instrumenta musica habuisse, quasi antea acti gaudij, & voluptatis memoria. Refert Propheta Regius in quodam Psalmo- rum de filiis Israël. *Super flumina Babylonis illuc sedimus & fleuimus, dñ recordaremur tui, Sion. In Salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Flumina Babylonis, quæ sunt, Tygris & Euphrates, & propter acerbissimas cordis passiones & dolores, lacrymis adeo madidi, vt alij riuuli ex eorum oculis pro- manare viderentur. Illic suspenderunt organa, lamentabilisque dolores, nec minimum læticia, ac alacritatis gaudium volebant aperire. In totòque hoc Psal. non legitur eos è patria præter hæc organa & instrumenta abstulisse: quod proculdubio summa admiratione dignum est. Cur videbatur eos velle secum ducere, nisi vti vellent: quoniam Deus id permisit vt cytharas, organa, & alia instrumenta musica oculis cernentes, quibus alio tempore oblectabantur, & in patria delectationem capiebant: in maiorem cordis dolorem Musicæ Ierusalem, gaudiorum, dierum festorum & lætitiæ, quarum rerum peccatorum causa, iacturam fecerant, recordarentur: Vt desiderio quo antea actarum deliciarum memoria stomachabantur, crudelis ærumnarum, ac malorum imminentium acerbitas recrudesceret. Ad hæc perturbationis animi loco qua in præsentiarum afficior, quies

Psal. 136

qua

qua fruebar, sese oculis obiicit, quæ me sæpenumero lacrymis conficiunt, & mœroris dolorisque indicia manifestant. Hæc totius defatigationis ægritudinis, mœstitiæ, laborisque animi summa est. At statim atque Deo hisce meis importunis & molestissimis laboribus finem imponere, placuerit: mirifica monasterij suauitate potiar, atque pacato otio felicique Cellulæ requie indulgebo: amicorum longo vsu mihi familiaritate coniunctorum, societatem & benevolentiam mihi captabo, sine quibus, nescio quo pacto vitam degere possim: cum sicuti colūba

Genes. 8. extra Noe arcælo cū nō adinuenit: ita religiosus monasterio exclusus, nullum oblectamentū percipere potest. Et vt oliuæ ramo quem rostro gestabat, imminentis tranquillitatis & otij spes figuratur: in qua hærens animus, ita lymphidus, & radiis coruscans remanet: licet antea caligine tenebrarum circumfunderetur. Ac si aquam stagni moues, obscura & turbida apparebit: sed post motum pacata & sedata, clara & nitida permanebit: pari ratione animus, negotiis sollicitudinibusque immixtus, obscurus & obæcatus remanet: nihilominus in solitudine hærens, paulatim, fit lymphidus, donec penitus nitidas fit & repurgatus. Porro, sicuti cū aqua turbatur, & obscena redditur, nec intus speculari vilo modo possumus: e contra, statim atque placida fit, & pacata, imaginem & formam effingit ac representat: ita cruciatus animi, quominus in ipsa inspici nequeamus aditum obserit: verum quies & otium, cū te ipsum, sicut appares, cognoueris, vt ibi mansionem facias, subinuitat. Idcirco otium animi, est veluti speculum in quo ad amissam imaginem propriam contemplamur: ac oculis depingimus: nec melius conseruari quàm in custodia & penario Monasterij cellulæque addubitem. Exopto (inquit Peregrinus) hæc audire & intelligere, quoniam apud me proponebam ministeria infinitis pœnis & laboribus agitari. Hoc verum (respondit Monachus) sed cū hæc omnia, quamuis dura & aspera pro Christo Iesu amore patiamur, dulcissimas atque suauissimas recreationes, ac solatia ingenerant: & quantò labores graues & difficiles, tantò magis animum ad Deum erigunt. Quemadmodum arca Noe, de qua nuper verba faciebam, non solum periit, rapidissimisque atque implacabilis Diluuij vndas submersit: sed quanto inundationes crescebant, tantò plus eam in altum rapiebant cæloque appropinquabant: sic quanto labores spiritualesque religionis exercitationes magni sunt ponderis, tantò plus animus in Deum extollitur: Pyri truncas visu ipso siccum, aridum & rude videbitur, si tamen ipsum tangis, rigidius apparebit: veruntamen si in altum oculos dirigis, in ipsa summitate & cacumine, amœnissimas & iucundissimas vndique fragrantis frondes perspicies: imò fructum odoriferum ac delitiosum: nō ab simili modo religionis vita exterius considerata, videtur rudis atque aspera, & si eam experiris adhuc agrestiorem inuenies: verum frondes & folia suavis monasticæ conuersationis, mirificique lectionis fructus, oratio, meditatio, cōtemplatio, norma & quies solitaria, ita humanorum affectuum limites transiit: vt quicumque in hac terrarum vniuersitate continentur animi, longe remoti distant, nec ea possunt assequi. Et sicuti pyrus nisi fructum producat, nullius vtilitatis aut emolumenti est: cū sint innumera alię arbores quæ licet nullos emittant fructus, ad vtilitatem tamen plurimum conducunt, veluti. Pinus, Cedrus, Cupressus, quercus, & permultaque alia, quæ mensarum trabium, & aliarum rerum vsui sunt, quo naues, domus aliæque componantur & x-

dificentur: Ita religiosus, qui otio indulgere vult, nihil prodest: cū sint plures laici, qui licet manus effrænatis voluptatibus affixas & quasi confutas habeant: eumque obsequium & obedientiam seculo præstiterint, ab ostium crudelitate & rabie patriam vindicant, prophanorum officiorum munere funguntur, & alias functiones muniæque obeunt. Religiosus igitur, qui in hac incude tundi desiderat, duras & acerbis Religionis pœnas & labores ducet. At qui sanctitatem præ se ferunt, ea omnia delectabilia, sapida, & suauia degustant: propterea quia Iesu Christi amor, in labore requiem, & in medio tormentorum solamen & refrigerium inuenit. Est hoc vnum ex bonis à virtute possessis, qua continuo lætitia & gaudio comitetur. Non crudeliorē ab homine impio vindictā requirerē, nisi iacturā quantā facit Deum perdendo, & à quo gaudium spectat, proponere. Hoc est in quo penitus destruitur, cū vitium nisi dolorem secum trahat, & trophæi, ac exuiarum loco feram penitentiam relinquat. Ait Seneca peccatoribus nullam grauiorem pœnam fuisse indictam, quàm peccasse, & e contra nullum securius gaudium & otium bonis, quàm esse bonos. Nec sane iniuria: nam vt peccatori peccati in memoriam reuocatio maxima acerbitas & ægritudo est: ita incredibilis iusto consolatio est videre se debito officio fungi. Tali sermone iniqui in sapientiæ libro vtuntur: *Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostra & non est refrigerium in fine hominis, &c.* Nemini dubitu esse debet quin impij peruersi, & sceleribus inquinati magno cum timore, & solitudine vitam degant: Ipsemet enim conscientia, eos accusant, furianturque tædis ardentibus exagitant. Et è conarario, inquit D. Paulus, de seipso bonisque scriptoribus: *Gloria nostra hæc est testimonium conscientia nostra.* Hæc gloria gustusque spiritualis optimus est cibus religiosus, & mirifica voluptas, quo animæ recreantur, ac reficiuntur. Filij vanitatis hanc doctrinam non perfectè comprehendere valent, qui affixi, concathenati, & in scopulosissimos gurgites præcipites acti, solam voluptatem, & arbitrium corporis indagare, vt animæ satisfaciant, curam habent. Non mirum igitur videri debet, si Laici hos diuinos odores non præsentiant: cū nonnulli sint Religiosi, qui cū eos non olfaciant, & degustent: mundi illecebris sese rursus immergunt: vbi virtuti consentaneas Religiosorum actiones silentio prætereunt, & consopiant: quorum sermones calamitatibus incommodis & difficultatibus si forte nonnulla deprehenderint, pleni sunt. Quod cū sit Deum offendere, auditoribus potissimum sunt dedecori & scandalo. Oculi eorum (inquit Religiosus) electro æquiparantur quod nihil ex aliorum vitis præter paleas attrahere solet. Quod non alienum videri debet: præsertim cum hæc sit natura malorum, opinione, vno ac iudicio muniri vt remedium & sanitatem malis aliorum adhibeant: aliiq; vt impediant ne proprium virus quod in eorum cordibus serpit, nullomodo sentiant & percipiant.

Admonet Monachus & reprehendit Apostatas, qui à Religione deficiunt: ordinemque vituperant, insuper buius verbi, Religio, definitio redditur.

CAPVT II.

Sunt in Religione plurimæ notatu dignissimæ virtutis, quarum vestigiis qui apostatant nedum insistere: eas enumerare, nec minimis amplexibus comprehendende-

hendere volunt: nisi in quibusdam paucis rebus venialibus & futilibus sub incude rationis fabricatis, sine quibus vita humana nec transigi, nec subsistere potest. De ijs loquuntur & sermonem habent, imo pro arbitrio exaggerant: ingentes & ponderosas trabes in paruulas festucas commutant, vt pestifera, truculentissima, & apostasia eorum excusetur: & quanto seipos iustificare arbitrantur: tanto magis seipos accusant & damnant: Attamen non hoc nouum nostro seculo est dentium stridore, bonorum famam dilacerare. Hera casti Ioseph, impudica, eum impudicitia notauit, & accusauit. Arrogantes & superbi Hebraei, humilis mansuetique Moyse superbie crimen inasserunt. Perditus ac flagitiosissimus ille Absalon, optimi Dauidis clementiam malo & deperdito regimine taxabat. Impius & crudelis Rapzaces, fraudibus ac flagitijs conspurcatus, fallacia & deceptione optimum Regem Ezechiam accusabat? Verum sancta est felixque consolatio, homini virtute praedito conducibilis est ab impijs illudi & calumniari, quam iniquo & pernicioso bonis odio esse. Sancti Apostoli, gloriosique Christi martyres sortilegi & magici appellabantur. D. Ieronimus. D. Chrysostomus alijque sancti hanc strictam calcati sunt viam: qui omnes falso persecuti & contumelios affecti fuere. Quod nullo modo mirum videri debet: cum Iesum Christum fallacem praestigiatorem, Samaritanum, Sortilegum, & Daemoniacum nancuparint. Non est discipulus supra magistrum: si igitur de Domino detrahunt, quanto magis de Seruis, inquit Salomon in Prouerbij: Ambulantes per semitas rectas, Deumque ducem insectantes, contemni illudi & flocci fieri ab ijs qui per viam infamiae diuagantur. Quid igitur est nisi blasphemias emittere in nostrum Salvatorem & verum Deum? Malitia humana vsque adeo fraudibus ac technis percrebuit, vt in ipsam diuinam bonitatem murmurare ausa sit: eo pacto peccatorum vitiorumque nomen virtute fulgentibus imponendo coloribus malorum bona prophanando & deturpando: Maledicentis lingua est diaboli penicillus, & vt inquit Psalmographus. *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis dolose agebant. Venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* &c. Hi sunt de quibus D. Paulus loquitur, *Maledicentes, regnum Dei non possidebunt.* Impij lingua mortuos effodere, viuos vero cosepelire potest. Et vt ad Historias humanas accedamus. Ephesi, ignominiosis, ac contumeliosis verbis Hermodorum iniurijs affecere: imo ipsum extra ciuitatem propulsauere, eo quod omnibus virtute & constantia praecellebat. Simili labe Athenienses Aristidem & Themistoclem dedecorauere. Syracusani Hermocratem & Dionem, Romani, Camillam, Rutilium, & Metellum. Licet Cato Uticensis (vt narrat Plutarchus) ambitione nulla inquinaretur, nec Hercules pusillanimitate, nihilominus Cato ambitiosus, & Hercules pusillanimis iudicati fuere. Fere denique oes homines maximis atque insignibus virtutibus perornati, calumnia, inuidia & persecutione premuntur. Et licet sint nonnulli qui toruis oculis opera eorum imitanda intueantur: Plures tamen numero reperiuntur qui maledicentium linguarum virus euomunt, vt eos reprehendant: imo omnes industriae neruos, & conatus adhibent, vt eos detrudant: tales quidem cum alios condemnant seipos accusare non dignoscetes. Quemadmodum (ait Diuus Athanasius) qui viperam manu apprehendit, vt in alium iniiciat, vtque eum mordeat & intoxicet: iusto tamen Dei iudicio accidit, ipsum a vipera morsum, primos veneni aculeos perferre: Sic malignus ac perniciosus qui dolos in persequendum iustum struit, sibi inscius malum fabricare: & decus famamque alterius deturpare ratus, mortem animae suae consciscit. Nullus enim est viperæ aut aspidis ictus ita venenosus ac mortiferus, sicuti peruersi malitia. Sed praua generatio seculi, non hoc ipsum facile degustare, aut digerere potest: virtutem enim dilacerant, vitiisque vertunt: & aperto latere patenti falso in medium allato, bonum, malum esse persuadent. Ij qui religionem detractant: & e claustro egressi sunt, ij calathis fractis assimilantur, qui aquam lympidam e bonorum vita, nisi quoddam lutum ægritudinisque paleas non exhauriunt, quibus licet iusti sint homines aliquando praecipites ruunt. Desideratis quinam isti scurræ acque cauillatores sint? contempla mini quæso, quæ dicant, eorum verba percipite: Sermo enim ipsorum cotricula est nummum praebatum, aut adulterinum e cordibus eorum detegens. Ait Ambrosius, maiorem speculi partem in verbis relucere, Diuus autem Hieronymus verba effutita, eius quod interius inest, testimonium probent. Diuus insuper Bernardus os nostrum ianuam & officinam cordis asserit. Socrates. Talem hominem, qualem ipsius sermonem, diiudicatio. Themistocles hominem non loquacem picturis puridis puluerisque oblitis coæquauit: loquaces vero denuo perpolitit & integrit. Si vultis formam, lineamenta, pulchritudinemque cuiusdam Flandrorum pictæ tabulae vobis patefacere, vt eam prius perpolitatis, tersamque reddatis, necessarium est. Hypocritam in humani cordis penetralibus latentem, vobis aperiam fieri, exoptatis: cum homine versari, eoque prius vti debetis. Agendum Redemptor noster, ait, *Ex abundantia cordis, os loquitur.* Et, ex nostris proprijs verbis iustificabimur, aut condemnabimur. Qui a Religione deficiunt deque ea promentis arbitrio confabulantur, verbis ipsis quod virus latet in cordis penetralibus, manifestant. Ait *Ezech. 1.* *Propheta Ezechiel, se vidisse animalia. Et unum quodque eorum coram facie sua ambulabat, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur: nec reuertebantur, cum ambularent.* Si, qui a Religione abalienati sunt, sancto Spiritu duce regerentur, ad sanctasque ordinis exercitationes sese accingerent, hi proculdubio gradum pergerent nec retrò vnquam reuertentur. Sed simul ac per effrenatos corporis appetitus diuagantur, socordique otio torpent, a sapore atque diuini spiritus fructu abhorrent: Vnde fit, vt inuiti monasteria petentes: & caeleste manna fastidientes, cucurbitas alliaque Aegypti petierunt, fluxam & abiectam voluptatem anhelantes, sensibus orbati, Vxori Loth similes, quæ montem conscendens retroque curioso quodam motu animi respiciens, in statuam salis commutata est. Videtur hoc suprema Dei voluntate factum esse, vt huius salis memoriae, famæ, & insipidae conscientie aspergeretur. Verum hæc diuina precepta, sanctaque mysteria obliuioni tradentes, a Religione desciscunt, & in manus hominum illapsi, mortem cum vita commutant: licet cum corpore quidem deseruisse, voluntate vero oculos, cor animumque in eum conuertisse videantur. Cerui sauciati, ictuque mortifero cofossi, quamuis venatores fugiant, tamen quandiu lethalis sagitta viscera transuerberat, tandem in ipsorum manus extremum vitæ essatum reddunt: simili modo qui delicatis opiparisque mundi illecebris vulnerantur, quantumuis ab eo longe remoti esse

esse

esse videantur: nisi ex cordis intimo telum mundi extrahant, huc illuc diuagantur, percurrunt, ac circumferuntur: cursum tamen mortalem sinu brachijque mundi circumplexi, coguntur terminare. Memini me apud D. Chrysostomum hanc similitudinem legisse, quæ meo iudicio vera, conformis, & germana est. D. Bernardus Religionem sano stomacho comparat, qui optimos cibos & alimenta, retinet, fouet & conseruat: noxia verò ac intoxicata expellit eijcit, ac euomit: ita religio bonos religiosos secum retinet, malos verò veluti epulas veneno infectas, longissimè propulsat, ac reijcit: eos enim tam sedulò exercet, atque experitur, vt si ab ea deficiant, sicuti mare cadauera, & putrefacta corpora nullo modo continere potest: sic Religio, hypocritas & apostatas Religiosos abdicat, & propellit, qui à recta via deflecentes, perque seculum vagabundi, vt cadauera, quæ mare penes litus, eiecit, & homines propter malum ita deperditum diuagantes & aberrantes. Me latet (ait Peregrinus) cuius hæc rei causa sit, vt plurima à Religione dimoueantur, cum ad virtutis disciplinam promoti fuerint, qui cum eiusmodi saltus transiliunt, peiores laicis mihi censentur. Explanabo tibi (respondit Religiosus) vt fluens aqua, quæ quodam temporis spatio in loco angusto concluditur, statim atque rimulas agit, maiori impetu, & murmure quàm ante primū & naturalē cursum profuit, ac fluat: ita malitia & impietas eorū qui in Religione detenti, ac circumsepti fuerant, nec currere, fluctuare, effectusque exterius poterant emittere: quamprimum à Claustro & ordine alienantur, liberaque peccandi & pristinos deprauatos mores exercendi, copia relinquitur: eorum malitia ita serpit ac tanta diffunditur rabie, vt deprauatam ac citrenatam in seculo semper degentes vitam, excedant: Hæc nostra vltior Hispania in Occidente, vt vides, sita est, vbi solis splendor cursum conficit, noxque prius tenebrarum caligine obscuratur: & e contrario, Indi Orientales quos à nostra felici, gloriosissimaque memoria inuictissimi, atque Christianissimi Lusitanorum reges adepti sunt, armisque subegerunt, in Oriente siti sunt, vnde Sol exoritur, maioresque radios explicat. Ita vt dici possit: Indos in die, nos vero in nocte mansionem facere, splendoremque ab ijs exoriri, nos verò noctis cecitate obtenebrari: Sol enim ille est Oriens, isthic verò occidens, illi nigri, nos candidi, illi obscuro, nos clari. Pari ratione Religio, respectu mundi, Oriens est: mundus verò respectu Religionis, Occidens. Plures videbis sanctæ Religionis præceptis, instructos & informatos, multum conscientia obscuros, alios verò seculo deditos, conscientia tamen pura & sincera perornatos: optimi Religiosi, non ea propter vili pretio habentur, aut æstimantur: vt enim arca purissimi auri nummis plena, licet quidam adulterinus ijs imisceatur non tamen reliqui pretium & valorem diminuunt: ita Religio, quæ veluti seruorum Dei excellentissimus ac ditissimus thesaurus est, tanci pretij & valoris, deuotissimis atque piissimis Religiosis refertissimus: tantis tamque admirandis virtutibus & laudibus insignitus, ita vt quauis de earum perfectionibus materies satis superque sit: plura adhuc supersint: cum Religio tantis tamque insignibus & laudatissimis viris condecoretur, vt bonorum pro quodam nebulone iacturam faciat, nequaquam

expedit. Et quemadmodum cum magna frumenti spica manu carpitur, licet nisi aristæ superstit: pulcherrimis granis olim luxuriantem fuisse iudicatur: ita Religionem sagaciter animo voluendo, licet quosdam, mundi vanis illecebris irretiri aristis haud impares conspicias, pro rato certoque tibi sit, inter hanc gloriosam, fructiferamque Religionis spicam, fructum amenissimum, ac excellentissimum, tantis prudentibus virtutēque cumulatissimis, religiosisque viris, perpolitum, decoratum, & illustratum latere, vt quod de illorum meritis, dignitatibus & laudibus oratione conuestiri potest, minoris ponderis sit, eò quod reipsa in ijs ipsis elucescit. Hoc ita certum clarum & manifestum cernitur, vt, si in disputationem, aut impugnationem deduceretur, esset hoc, coruscantes clarissimosque solis radios, cecitate tenebrarum obscurare, atque obtegere. Sed quoniam nostræ orationis filum ad Religionem tendit, eius definitionem & etymologiam scire summo opere peroptarem: Etenim ab adolescentia, cum pro studiorum corona, laurea donabatur, cumque Latinis literis oleo, operaque, noctis vigilijs adeptis inuigilarem: memoria teneo me in Officijs Marci Tullij Ciceronis legisse. Omnem in controuersiam disputationem propositam, debere à definitione proficisci, vt cognoscatur, quid sit id, de quo disputatur. Et memini præceptorem olim dixisse Logicos, indubitatam maximam & regulam tenere: & absque dubio fateri, iuxta naturam nos prius diuidere quàm definite debere, vt contrarietas, & æquiuoca vitarentur. Sed cum definimus, nec diuidimus, diuisionem præsupponimus, aut hoc parui meriti ducitur. Religio (inquit Monachus) multiphariam, multisque modis vsurpatur: In primis pro rerum diuinarum scientia (vt refert Plutarchus in vita Pauli Emilij) accipitur: pro timore vt Seruius in Commentarijs Vergilianis notat, denique vniuersè pro Religione Christiana sumitur pluresque continet exceptiones de quibus impræsentiari non sumus tractaturi. Loquemur tantummodo de Religione, sicuti communiter vsurpatur, cum aliquis mundum deserit, & in Ordinem D. Hieronymi. D. Dominici D. Francisci, aut eiusmodi probati ordinis, ascribitur: eum in Religionem ingressum esse dicimus. Hæc illa est (inquit Peregrinus) quam mihi enucleari, & aperiri exoptulo. Religio propriè (ait Monachus) virtus est moralis, sed Religionis status quem exoptas, modus est & conditio viuendi segregata & separata, quo votis, regulis, pijs constitutionibus, præscriptis ceremonijs, optimis moribus, Deo vt summo & æterno Duci adhæremus ac deuincimur: vt præ cæteris rebus ipsum amore prosequamur, proximumque nostrum, sicut nos ipsos. Vnde sequitur quæ ad Religionem potissimum pertinent esse vincula, quibus ea Deo nobisque ipsis, cōstringit, ac cōnuit. Ideò dicitur Religio, à Religando, vt inquit Lactantius Firmianus: quod ligare, atque adstringere significat. Hanc Etymologiam sequitur D. Augustinus in libro veræ Religionis: Diuus Anthon. in 3. parte Theologica, vbi asserit, oriri, à Religando: quandoquidem Religiosus præter cōmunem præceptorum normam, votorum vinculis multum concatenatur. Diuus tamen Augustinus in libro 10. de Ciuit. Dei, ait Religionem, à Religendo promanare, quod significat, rursus eligere. Debemus enim quod per peccatum amisimus, inuestigare. Diuus Thomas huic opinioni adhæret,

*Religio
Monasti-
ca quid sit*

*Religionis
Etymolo-
gia.*

ret, In secunda secundæ, qui vt sanctissimus & doctissimus, hoc de more habebat D. Augustino Lumini Ecclesiæ, tam literis, quam operibus assentiri, & conformari. Ex hac Etymologia inferitur Religionem nos vt à creaturarum amore abhorreamus qui amoris Creatoris impedimento, est, inuitare atque allicere: huncque in eum ipsum Creatorem redigere, & collocare: pro vero scopo, quo cogitationum nostrarum, verborum, actionum & operarum sagittæ tendunt, assumentes. Religio itaque hominem Deo conformat, & disponit, non vt obiectum, sed vt meta & scopus: eapropter virtus Theologalis non nuncupatur, sed moralis. Nam Theologales virtutes Deum pro obiecto habent: morales verò, pro fine, & scopo. Alij dicunt Religionem ab hoc verbo, Relinquere, descendere, & hoc ipsum vocari religiosum, quod sanctitate à rebus prophanis segregatur. Vnde antiqui, Latini Religiosum eum vocant, qui propter ipsius difficultatem, ab humana conuersatione abhorret, & penitus secluditur. Quod sane veritati consentaneum videtur: Religiosus enim à mundo distrahi, & secludi debet: vtque Moyses vultui velum claustrale & Monasticum obijcere: sibi que ipsi non tantum credere: vt securè in mundo degere existimet: verum effugere debet, seque adeo imperfectum iudicare, vt consideret nullam mundi conuersationem eum quouis modo, aut ratione deturbare aut dimouere posse: Est enim summæ perfectionis sui ipsius imperfectionem agnoscere.

De solitudine, de veritate, & sui ipsius fuga.

CAPVT III.

Religionis etymologia (ait Peregrinus) probata mihi videntur. Verum meo iudicio, hæc vltima mihi præ cæteris arridet, plenè que satisfacit. Distractio enim & separatio Religio natura insita videntur: & quantò hæc insignis virtus in eo elucet, tantò minus ad mundum regressus, conducit. O infelix & perditus (ait Monachus) qui ordini adhærens, in circuitu, & claustro Monasterij viuere nequit: & cum ad Religionem accedit vt à mundo distrahatur, non ab eo seiunctus, vitam ducere potest tolerare: cumque opus sit bona diuitiasque relinquere, ad quæstum earum anhelat: modo has modo illas rationes animo peruolutans, quo à Monasterio desciscat: & cum corpus claustro inclusum permaneat, per mundi circuitus corde, animo, & voluntate diuagatur: amorem atque affectus animi in ijs quæ ab eo effugiunt, consumens. Huiusmodi homines malè D. Hieronymum imitantur, qui popularem conuersationem, crudelem carcerem, solitarem verò segregationem dulcem paradysum, sibi videri assererat. Monachus, id est, solitarius, & à seculari conuersatione separatus. Idem D. Hieronymus, hanc sententiam referens, in Epi. ad Heliodorum. Si (inquit) Monachus es, quidnam agis in ciuitate? Aiebat D. Anthon. quemadmodum humida substantia piscibus escam præbet: sic vita

solitaria, lumen & ornamentum religiosi subministrat. Et, vt pisces mare sulcantes in terra corumpuntur: ita gloriosa Monachorum fama & existimatio, in ciuitatum, & urbium ingressu, corrumpitur, ac labefactatur. Aliàs memini me legisse hanc similitudinem apud Cassiodor. in historia Tripartita. Antiochus, author Græcus perantiquus ait apes seclusas, & in aluearia receptas dulcem mellis fauum conficere: non autem dispersas, perque campos volitantes: ita Religiosi, dulcissimum Religionis fructum in monasterijs emittunt, non autem diuagantes, perque vrbis compita discurrentes. Addam insuper, quantumuis Balneum sit calidum, si tamen ianæ & fenestræ aperiantur, subito refrigeratur: simili modo quantumuis Religiosus in Religionis primordiis, ad Dei amorem inflammatus & accensus sit: si tamen voluntatis ostia mundi ventis procellis, tempestatibusque suis referat: eo pacto refrigeret: vt nelectionis gustus, oratio, & meditatio, nec alia sanctæ honestæque Monasterij exercitationes eum refocillare possint, nisi mundi negotia: quod sane gustus insipidus est, & ab eo quem iij, qui toto se quieti solitari dedunt, degustant, & sapiunt, longissime discrepat. Procera staturæ imagine tanto propius conspicias, tantò minus perfectæ videntur: volunt igitur à longè videri: tunc enim pulchriores, magisque naturales apparent: tam viuæ & coloratæ iudicio, ac aspectu, quam tactu ipso mortuæ: non ab simili modo Religiosi vt propius subinuisantur ac frequententur nequaquam permittant: sed à longè considerari & cognosci: à seculari etiam conuersatione, potius propter zelum famamque Religionis, quam propter mundi familiaritatem, segregati. D. Paulus, primus Heremita, D. Anthonius, D. Hilarus, D. Hieronymus, D. Basilius, D. Bernardus complurèsque alij sancti, hac opinione proculdubio fulciebantur. Ideò vitam solitariam & separatam elegerunt: atque præoptarunt: in humilitate profundi, contemplatione in sublime erecti, ad Dei memoriam ac recordationem: & à mundo obliuati, in amore terreno frigidi, cælesti amore æstuantes, in carne mortui, in spiritu viuus: qui tanta seueritate atque austeritate penitentiam confecerunt, vt à corporis viribus dissecta & dissociata membra, animi solo vigor sustentarentur. Et cum perfracti ac debilitati v oce ac oratione concinere, votaque nuncupare minimè possent: hoc musicum instrumentum, hæc cythara cordis dulcissima harmonia personarum et. Licet etiam ab hominibus non audiretur: nihilominus summe & clarè ante faciem Dei conscendebat. Et vt huius rei materiam longius expiscemur, dic, quæso, Isaias, Helisæus, Prophetarumque filij, D. Ioannes Baptista, multi que sancti viri, qui in heremos sese receperunt: quidnam inquam agebant, nisi quantoperè nobis receptus, & separatio per necessaria sint, edocere? Verum est (ait Peregrinus) ij tamen ad populum reuersi sunt. D. Ioannes è deserto, Hierusalem petiit, vt in Aula Regis Herodis prædicaret. Ita est (inquit Monachus) cum enim charitas suadet religiosi, vt verbum Dei, in domibus Regum & Principum annuntient, facultas impertitur. Non dicam, Religiosos è claustro nunquam exire: sed extra limites monasterij non egredi debere, vt rebus inutilibus operam dent: si enim magni sunt emolumenti, & ad obsequium

Simile. Monach. à monasterio non debet exire. Simile.

Priscorū Heremitarū qualitates.

*Pulchra
similitu-
do Solis,
Religiosis
apta.*

Dei conducant, tum præstita obedientia egredian-
tur liberè, vt negotia exercent: non tamen à Re-
ligionis norma semoneantur: Nam, quemadmo-
dum sol, licet de signo in signum discurrat: totùm-
que Zodiacum circumbeat: non tamen splendoris
radios dimittit: sed mortales irradiat: ita verus
Religiosus, diuersa loca permutans variasque mun-
di partes peragrans: nihilominus vbique locorum
virtutem patefacit: & cum Religione præfulget.
D. Ioannes Baptista locum & sedem mutando, non
tamen vitam commutauit: tanta sanctitate Hieru-
salem in Herodis palatio quanta in desertis terræ
Palesinæ fulgebat. D. Ioannes (ait Peregrinus) He-
rodem alloquens, veritatemque adeò libenti ani-
mo, aperiens, multum est consecutus. Veritas (in-
quit Monachus) hominibus præstantis & intel-
lectus, ita libera est, vt vbicunque maiores timores
& terrores, occurrant: illic maiori audacia & ala-
crite subleuantur, & cum strictius coguntur, &
comprimuntur: tunc animi magnitudine augentur.
Sunt tamen quædam veritates, quæ ne quidem ex-
primendæ sunt: aliæ verò sunt quæ tametsi eas ex-
primere, æquum ac rationi consonum sit: volunt
tamen præparari, magnaque cum industria conco-
qui: Non enim est stomachus struthiocameli, qui
crudam veritatem possit digerere. Gallina optimum
est edulium: sed coqui, assari, aut elixa fieri vult:
cruda enim à nullo stomacho digeri aut concoqui
potest: sic veritas cibus est exquisitus & singularis,
qui, vt stomachum confortet, coqui & condiri vult,
nò vt illi sit scandalo. Licet nonnulla adeò sint cruda
peccata, crude veritatem denudari, per necessarium
sit: quam quidem concionator proferre, nullo ti-
more perterritus debet, vt D. Ioannes (de quo men-
tionem fecimus) erga Herodem se gessit, ob quam
eum interficere mandauit. Fuit hoc Episcopatus
ramnus, quod rex suo Concionatori est elargitus,
qui mortem, eò quod illi veritatem nullo modo ce-
lebat, intulit. Hoc admiratione dignum est,
vt excellens hæc domina veritas adeò horrendum &
deformem filium, inuidiam nimirum & odium, pa-
riat. Verum filium nostræ orationis, quod pro tua pe-
titione elegisti, prosequamur. D. Ioannes, licet in
palatio concionaretur: in deserto tamen, alimenta
sibi suppeditauit, magnosque progressus effecit. Hæc
illud gymnasium & Academia, vnde scientiam,
exhauriuit ac decerpit. Desertum est veluti suburbia
cæli, vbi Deus præ alijs dilectos erigit, maiorem-
que gratiarum vim communicat. Alloquens Pro-
pheta Osee deuotam animam, ait: *Ducam eam
solitudinem, & loquar ad cor eius.* Sancti hæc lo-
quar ad cor eius. Sancti hæc loca sibi præelegerunt,
vt progressum & utilitatem quæ ex solitudine col-
ligi potest, præcipere: potissimum à Religioso, cui
mundus cum futilibus ac momentaneis voluptati-
bus suis, est relinquendus. Ait diuina Scriptura de
filiis Israel, egredientibus, ex Aegypto, *Profectique
sunt filij Israel de Ramasse in Socoth:* quæ erat ciuitas
lateribus compacta non longè à finibus Aegypti di-
stans. Poterat diuina Scriptura hanc Aegypti exi-
tum, narrare: absque vlla mentione Ramesses: sed
tantum dicere iis, vt desertum transgredirentur, &
ad promissionis terram proficiscerentur hanc late-
ritiam terræque ciuitatem relinquendam esse non
hoc sine summo mysterio: Ramesses iuxta D. Hie-
ronymum in tractatu de mansionibus filiorum Israel,
significat thronum desiderij: quidnam hoc est? Quid
diuinæ Scripturæ notare volunt, nisi Religiosos,

Osee. 2.

Exod. 12.

Aegyptum, id est mundum linquentes: simili via,
gaudiis & voluptatibus, vale dicere adstrictos esse: &
versus hanc promissionis terram, quæ est gloria, per
desertum, vitam solitariam, & receptum Religionis
iter dirigere? Ad hæc felicitia, & æterna cæli gau-
dia inuestigantes terrena aspernari, ac flocci facere:
Nam cælestes felicitates adeò amœnæ, & exuberan-
tes sunt, vt iis nullus vnquam finis imponendus sit:
contrà verò mundi voluptates, ita breues, ita mo-
mentaneæ sunt, vt fulgetro Scriptura eas compa-
ret, quod quàm celerrimè euanescent. Et cum hanc
Aegypti ciuitatem, terra & lateribus, non autem
calce, & lapidibus constructam esse recenset: vilita-
tem & abiectionem mūdani desiderij denotat: cum-
que fulgetrum gaudij vocari dicit, inconstantiam,
breuitatem & momentaneum cursum, signat: deni-
que Religiosus ab hoc mundi desiderio, breui & ca-
duco, & incerto, debet dimoueri, & mori, Religione
consepeliri, viuens in ipsa, & in terra quantum ad
mundum. Hoc ipsum dicebat D. Paulus in secunda
ad Corinth. *Quasi morientes, & ecce viuimus.* Et ad
Colossen. *Mortui estis & vita vestra abscondita est*
in Christo Iesu. Quidam extremæ diei vicinus te-
stamentum condidit extremamque vitæ periodum
attingens calore naturali sensuum vsu destituitur:
ita vt non audiat, videat, nec loquatur vsque ad mor-
tem, qua instante penitus motu priuatur: & si dimo-
uendus sit, ab alio dimoueri oportet donec syndo-
ne contegitur, & tandem inhumatur. Pari modo qui
habitum Religionis induit, tabulas in primis testa-
menti componat, Deo animam commendans, cor-
pus vero pœnis & laboribus: suas ita diuidens ac di-
stribuens, vt ne minimam partem sibi ipsi reseruet,
aut adiudicet, suis Prælati obsequia præstat in ma-
nus eorum voluntatem reponit & asserit: quamprimum
autem naturali calore spoliaturus est, hoc est
amore mundi, non videat nec minus quiduis audiat,
quod Dei amor obstat possit. Simulatque verò
professione perfunctus mortuus mundo permanet:
nec propria voluntate, sed venia licentiæque sui Præ-
lati, agitur. Mortificari debet in habitu, velut in
proprio sepulchro. Hac itaque ratione viuens, mor-
tuus, viuusque est, viuens verò in seipso, nihil magis
ab ipso alienum est, quàm ipse met. Hoc (inquit Pe-
reginus) desiderarem scire. Quomodo enim fieri
potest, vt homo in se viuens, ab ipso alienum vi-
uat? Explanabo tibi (ait Monachus) sunt mihi
duo homines, sicut & in aliis videre est: alter sci-
licet secundum carnem, alter verò secundum spi-
ritum. Vocat D. Paulus primum hominem ve-
terem, alterum vero nouum. Hominem ve-
terem, ab Adam retinemus, & ex vtero ma-
tris nostræ in peccatis nascimur: quod quidem
sors est & portio quæ nobis contingit, vt à tra-
duce & progenie protoparentum nostrorum di-
uinorum præceptorum transgressorum, descen-
damus. Per Iesum Christum, verò, in veterem
hominem renouamur, à quo gratiam vt rege-
neremur, & suo proprio sanguine redimamur,
obtinemus. Vt enim si ab Adam procreati non
essemus: in iniquitate nati non fuisset: ita
si à Iesu Christo non regenerati essemus, iusti-
ficati non fuisset. Ab hoc igitur vetere ho-
mine, exulari, distrahi & semoueri debemus,
qui secundum carnem est, & ad nouum qui
secundum spiritum est accedere, imò in ipso pe-
nitens permanere. Vt quemadmodum quod fui-
mus, esse siquimus: & in nobis ipsis secundum
spiritum

2. Cor. 6.

spiritum viuentes, ab ipso nobis ipsis qui secundum carnem est, remori viuamus. Possumus itaque cum Diuo Paulo dicere: *Viuo autem non ego, viuit verò in me Christus.* Idem homo summi immensique Dei amore inflammatus ab ipso, seipso distractus & semotus vivebat cum alio tempore Christianos persequeretur. Adeo se amore Iesu Christi inebriauit vt mundo crucifigeretur, & mundus in ipso: sicque diuinæ charitatis beatissimis ignibus accensus, mortuus est mundo: sicuti auis Phœnix: ita vt ex suis cineribus à Christo alius Paulus procreatus fuerit. Mortuus est in vita, lignum cogitationum glomeravit & alligauit, seque in igne combussit: veluti de quo Propheta loquebatur, dicens: *In meditatione mea exardescet ignis.* Huic igni interfuit, continuo statu, & alarum agitatione illum accendens, ex consideratione illius, qualis extiterit. Et quemadmodum cæcus, ea ipsa tempestate ambulabat animo, totoque corde bulliens & exæstuans, totis conatibus, Christianos persecutione afficiens percurrebat. Ex hac consideratione alia oriebatur, gratiarum fauor & beneficiorum quæ Christus in illum contulerat: quod sane à suis obliuione auocabat, & in memoriam ipsius Christi absorbebat: sicque diuino amore incensus, desiderioque flagrans, veteres peccatorum pennas combussit, quodque antea fuerat, dissipauit. Et in cinere contemptus & sui abiectiois humilitatis vermis ingeneratus est: ex quo maximæ charitatis pennæ, ardentium desideriorum, omniumque virtutum, sortitæ sunt, ac procreatæ: inque contemplatio se se erigens, mirabili modo raptus est tamque in sublime volauit, tertium usque cælum attigit, & inscrutabilia secreta audiuit, quæ (vt ipse ait) verbis exprimi nequeunt. Ad extremum vetus Phœnix, Christianorum persecutor, occidit, resuscitauit, aliisque Phœnix exorsus est, auis quidem cuius fama per orbem circumuolat: quandoquidem auis Phœnix appellatus (vt dicitur) vnicus in hoc terrarum orbe inuenitur. Ex persecutore, factus Apostolus & vas electionis, vnicus in conuersatione, vnicus in laboribus, vnicus in patientia, vnicum speculum peccatorum Christi persecutorum, quibus diuinæ misericordiæ radios, est impertitus. Denique (vt inquit Diuus Chrysostomus) talis extitit, vt ipsius cor cælis altius, hoc vniuerso diffusius, Sole lucidius, igne calidius, adamante firmitus & constantius. Aperit igitur vides, viuere in nobis sine nobis nullomodo repugnare, aut contrarium esse: imo potius carnem à nobis propulsare, ac viuere in spiritu pernecessarium est. Hoc prædicant diuinæ Scripturæ in Ecclesiastico. *Post concupiscentias tuas noli eas, & à voluntate tua auerte e.* Diuus etiam Paulus ad Romanos: *Induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.* Et ad Ephesios: *Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis.* Hoc summum est quod adeo celeberrimus magister Iesus Christus, Deus noster nos edocet. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum: tollat crucem suam, & sequatur me.* Iesus Christus tria præcipit ab eo qui illum sequi desiderat. Primum, vt abneget seipsum. Secundò vt vnusquisque tollat crucem suam. Tertio, vt seipsum relinquens illum sequatur. Ait D. Hieronymus eum seipsum abnegare, qui veterem hominem

operibus propellit, ac effugit, & meritò potest dicere. *Viuo non ego, viuit verò in me Christus.* Tunc nos ipsis denegamus cum mundus ostium cordis nostri pulsar, nos tentans, atque fallacis spei esca attrahens, dæmon suis versutiis, caro suis pestiferis damnandisque deliciis, dicentes, nos eos esse quos querunt, & feram, quam infestantur, nos hoc in loco, latere, aut residere. Hoc est quod D. Hieronymus voluit significare in Comment. Epi. ad Tit. cum ait, vt toties nos ipsos abnegemus, quoties vetera peccata prosternimus, ac pedibus conculcamus, eum quem antea fuimus, esse sinamus, eumque qualein profiteri desideramus, euadere incipiamus. Hominem seipsum negare, nihil aliud est præterquam corpus domare, ac ingo subiicere: animum freno coercere: malis appetitibus resistere, in carne mori, animi recto tramite duci atque gubernari: tandem à se seipsum, vt Christus in illo viuat, se mouere. Hoc erat veteri Testamento figuratum, vmbra & typo noui, quo loci scribitur Abraham duos habuisse filios, vnum vocatum Ismaelem ex Agar ancilla, alterum verò Isaac, ex Sara, vxore propria. Ancillæ filius secundum humanam naturam natus est, filius verò liberæ, prout diuina permissio disposuit. Diuus Paulus vocat vnū, secundum carnem, alium verò secundum spiritum. Narrant diuinæ Scripturæ in Genesi. *Cum vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ, ludentem cum Isaac, filio suo, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc & filium eius, &c.* Durèque hoc accepit Abraham: sed Deus illi iussit vt dictis Saræ obtemperaret: cum Deo lites agere & dissentire nolens, Ismaelem è domo expulit, qui errans, exul & eiectus parum fuit quin deperiret: per Ismaelem intelligimus carnem per Isaac verò animam. Sara idiomate Hebræo, idem sonans ac Princeps, est ratio a cuius dominio omnes pendere, cuique omnes sensus corporis morem gerere debent. Omnes ergò sensus tintinnabulum rationis percipientes, vt omnem opem subsidium & obsequium præstent, opere pretium est. Saram agrè ferre videndo Ismaelem cum Isaac ludentem, denotat rationem nullo modo pati aut permittere debere, vt blanditiis carnem attrahat, & demulceat, vanas fallacisque spes, falsas voluptates, fucatasque deceptiones obiciat. Deum Abraham iubere, vt Ismaelem è domo eiiciat, Saræque obsecundet: est ac si nos hortaretur, ac commonefaceret, vt à nobis ipsis nostram carnem seiuuamus, atque propulsemus, & secundum spiritum viuamus, rationi semper obediens. Cur voluit dicere. D. Paulus ad Romanos scribens, *li qui in carne sunt, Deo grati esse non possunt?* statimque subnectit. *Si secundum carnem viueris, moriemini.* Vnde colligimus, nos habere vitam vt absque nobis ipsis viuamus, & econtra, ne viuamus, in nobis ipsis viuentes. Vita enim carnis, mors est animæ. Loquens Iesus Christus de iis, qui hoc modo vitam degunt, ait: *Sinite mortuos sepelire mortuos.* Mors ipsorum à carne promanat, quæ tantæ persecutiones animæ infert: vt tandem consensu peccati mortalis interficiat. Idè aiebat D. Paulus in Epistola ad Galatas, Ismaelem persequi Isaac. Hoc (inquit Peregrinus) scire summopere peroptarem, dummodo interpretari tibi cordi foret. Si enim in Genesi, vbi hæc describitur historia, non dicitur Ismaelem persequi Isaac, sed tantum cum ipso ludere, cur nunc ais, D. Paulum dicere, illū persequi? Quidnam sibi vult, vt Apostolus ludos persecutiones appellet? Maxime (respondet Religiosus.) Nulla enim maior persecutio in mundo est, quam ea, quæ caro animæ intulit. Blanditiæ quibus caro animæ regit &

moderatur, vt peccato consentiat, fallaces delectationes quas proponit: hę inanes vanę spei telę quas orditur: hęc longa inanum cogitationum fila: eo pacto interfecta: ante tempus subtilibus mortis filis traditarum: hęc fūco, prosperitatis mundi delinita promissa, quidnam hoc est, nisi acerbissimę crudelissimęque persecutiones? Ea de causa in Genesi legitur Ismaelem cum Isaac ludere, atque blandiri. D. verò Paulus ait, eum persequi: hoc enim proculdubio vera persecutio vocari potest, quę sub spe quorundam gaudiorum & voluptatum temporalium, ad æterna supplicia animam deijcit: iudiciũ obcæcans ne infortunium cernat, appetitumque amplectens, ne rationi, quę recta sunt, persoluat.

De duplici sensu sacra Scriptura, deque perfectione, quę finis Religionis est.

CAPVT IIII.



Ehementi desiderio exardescibat Peregrinus, animum reficere, explicationem figurę palam fieri sitiens, oculosque in Monachum cõuertens, insit. Expositio huius figurę mihi a deo satisfecit, & cordi fuit, vtilitatẽque à suis ipsius fuga promanantem, explicauit, vt ad viam indagandam, quo à me ipso alienem, subinuitet. Quod sanè maiori delectatione animum recreat, est de rebus sacra Scripturę sermonem habere. Quocirca cum orationem recitare, atque persequi, exorsus es, verba optimo stilo collocata videbantur: sed statim atque ea denodasti, ea pulcherrimis margaritis nostris Orientalibus pretiosioribus illustrata, perspexi. In sacra Scriptura (ait Religiosus) præter literalem sensum, alius spiritualis continetur. Narrat Eusebius in historia Ecclesiastica, Maiores dixisse Scripturam esse animal, cuius litera corpus erat, sensus vero spiritus. Ait Origenes, quo tempore Iesus Christus cum hominibus versabatur, ac ambulabat: multos eius humanitatem vidisse: ita cum inter nos sit sacra Scriptura, multi quidem cernunt literam, pauci verò spiritam. Ait Theodoretus quemadmodum pretiosi lapilli cum inueniuntur, obscuro vilisque quodam luto teguntur, quod gnauis & industrius Lapidista subtili quodam modo aufert, nec eos vlllo pacto vitiat: ita sacra Scripturę doctrina, excelsa, secretaque mysteria, sub rudi atque ineleganti sermone continet. Superficie verba, Ismaelem aiunt esse filium Abrahę: sensus vero allegoricus, dicit esse carnem. Ille vetus est homo, quem ab Adam retinemus. Ille mortiferus cibus, cum quo Eva ipsum seducit, malorum quidem nostrorum primordia. Hac igitur de causa, nascentes infantes (vt è periculoso naufragio exeuntes) eiulantes, ac tremantes, propter Adę peccatum oriuntur. Et videtur quod eodẽ ore, quo Adá trãsgressus est, notã & signum peccati extrahunt, vt lachrymę, quo sunt veluti Tabellarij Præcursoręque pœnarum & laborum quos in toto vitę curriculo, patiendi, atque subeundi sunt. Vt enim inquit D. Augustinus, paruulorum lachrymę, signa sunt miserię vitę nostrę apparentia. Et quemadmodum torrens, qui ab ar-

dui montis cacumine scaturit, rapidissimo cursu fluit: terribili subitaneoque lapsu omnia fragore replens: cella præcipitia rigidissimãsq; cautes intersecans, & crepitanti flagroque tonitru, in vndas marisque scopulos rabiem & furorem dirumpit: ad instar & similitudinem plorantis, quousque in æquor euanescat: ita quamprimũ nascimur, eiulare & dolere incipimus nostrõsq; vitę dies, plorantes, lacrymantes, & lamentantes prosequimur, modò in hunc, modò in alium laborem cadentes: donec tandem in mortis æquor præcipitamus, vbi vitę nostrę riuli siue magni, siue parui finiuntur ac consummantur: cumque huius vitę curriculo terminum attigerimus, summo supremoque iudici nostro Deo rationem sumus reddituri, a quo prout operibus gessimus, iudicamur, in locumque nostrorum meritorum annumeramur, alij in cœleste domicilium, alij ad tartareas domos, alij in purgatoriũ: exceptis paruulis in originali peccato morientibus, qui in præscriptum, constitutumque ipsis locũ sese recipiunt. Et ij qui hac in vita à mundo sibi que ipsis segregantur, tollentes cruces suas Iesum Christum sequuntur, proque tam breuib; laboribus, tranquillitatis æternę præmia consequuntur. Et vt hoc commodius fieri possit, Ordines & Religiones instituntur, quę veluti quædam pro vita æterna vincula sunt, a supremo Deo constituta, qui confusionem in re aliqua non compatitur. Quænam (pegit Peregrinus) est finis Religionis? Finis (respondit Monachus) propter quem fuit instituta, perfectio est. Tali vtitur sermone D. Anthon. in 3. parte, quò loci D. Thomę doctrinam insequitur. Hęc quidem perfectio, consistit, vt perfectam charitatem attingamus, iuxta illam Apostoli ad Colossenses: *Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Hęc charitas nos cum Iesu Christo constringit, ac coniungit: qui eam possidet, cum illo vnus spiritus efficitur. Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Virtus habet amorem vnitiuum & transformatiuum. Ait Augustinus animam prius vbi amat consistere, quàm vbi animat. Ait D. Dionysius amorem, amantem in amatum transformare. Ita charitas & amor, coniungit & commutat, amantem tantum in sublime extollit, vt ad cœlos vsque euehat, vbi cum angelis conuersatur, cum vnus spiritus cum Deo efficitur. D. Gregorius vt hoc enucleet tali similitudine vtitur. Aqua quę ex alto promanat, tam altè conscendit, quàm locus, vnde descendit, si cum fontis scaturigine coniungatur: si enim ductus & canales componis, a qua diffunditur, nec in altum ascendet: sic anima cum seipsa coniuncta, adeo in sublime erigitur, vt cœlum ipsum, proprium eius domicilium attingat: sed canalem pro diuitiis præparate, alium pro honoribus, alium verò pro futilibus mundi voluptatibus, anima humi reptabit, nec ascendet. Veruntamen Deo vnita, & incorporata, qui germana origo, atque scaturigo eius est, adeo in arduum rapietur. vt ipsas nubes penetrans, in cœlum ipsum, humi, quod ex ipsa terrena essentias retinet, relinquens, euolabit. Hoc est quod dicebat Regius Psalter, *Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem:* animæ pedes affectiones sunt quibus vt corpus pedibus incedit: nec loco quidem dimouetur. Illud etiam est, quod ait D. Paulus ad Philippenses. *Nostra conuersatio in cœlis est.* Hoc ait, quoniam iusti vinculo amoris & charitatis, Deo adhærent. Et vt perfectio creaturę, consistit, vt cum creatore vnatur, & hęc vnio

Post mortem quò peruenimus.

Coloss. 4.

1. Cor. 6.

Simile.

Psal. 121

Philip. 3.

Scriptura corporis anima eõ parata.

Simile.

Perfectionis
Christiane
duae
species.

vnio sit perfectæ charitatis effectus, sequitur eum qui hanc charitatem attigerit, ad perfectionem etiã perueniturum. Verum hæc perfectio, quam in hac vita assequimur, duobus modis constat, vno paruo, altero magno. Minor est, cum homo excludit, nihilque à charitate abhorrens admittit, quod est peccatum mortale. Maior verò cum homo industriã omnem in Deo collocat: & non solũ amplius peccato mortali coinquatur, verum etiam humanis rebus, diuinorum amore, sese exonerat, ac in holocaustum perpetuumque sacrificium Deo seipsum offert ac deuouet: & ad hanc maiorem perfectionem vt ad verum ipsius finem religio progreditur. Hæc illa est quam Religiosi vt attingant debent inuestigare, vtque assequantur, elaborare. Inspirat enim sanctos Deus, vt regulas statuta, & claustra instituant, quò Religiosi ab huius seculi curis & nãnijs & infortunijs exonerati, Euangelicam vitam obseruent & assequantur: tempus in laudibus Dei insumentes, officia diuina psallentes, effrenatos appetitus vigilijs, abstinentijs, lectione, meditationibus, disciplinis alijsque tum animi, tum corporis exercitationibus, misericordieque operibus, frãnantes, & cohibentes. Vnde fit, vt religiosi (vt ait D. Bernardus) parũ cadunt & corruunt, leuiusque sese in pedes erigunt. Ambulant sagaciores, & prudentiores, viuunt quietiores, à Deo maiori amore prosequuntur, maiori spe vitam exhalant, & tandem maiori gloria compensantur. Laici virtute præditi Deo fructum suæ arboris producant: optimi verò religiosi non tantum fructum, sed etiam omnem arborem elargiuntur: vota enim quæ nũcupant, illi ex seipsis reddunt & omnia offerunt. Eapropter (vt inquit D. Anselmus) bonum opus illius, qui voto obligatur, magis meritorium est, quam illius, qui tali obligatione nõ adstringitur: alter enim Deo fructum reddit, cum arbore ipsa permanens, alius verò fructum & arborem simul impertitur. Hoc pacto Religiosi voluntati ipsius obsequuntur, propriam non assequentes, suo Prælato sese subijcentes, Deoque in holocaustum, hoc est, in integrum sacrificium offerentes. Et quemadmodum Holocaustum concremabatur: ita religiosus, diuini amoris flammis debet accendi, qui quod terrenum est, consumit. Separatus itaque à corpore, à seipso distractus, plus in Deo, quam in seipso manet, sicuti verus amans in rem amatam transformatur. Vt enim speculum, ex chalybe compactum, fulgentibus solis radijs oppositum, non tantum coruscans remanet, verum etiam eosdem radios solaribus persimiles reuerberat: ita verus Religiosus Deum amando & contemplando, radios diuini splendoris recipit, anima irradiata illustratur: & extra se radios repercutiens, imaginem ipsam magnæ charitatis, in aliam maiorem commutat. Itaque Deũ diligendo, fit diuinus, in imitationem viuendique diuinæ naturæ modum sese conuertens. Sic interpretatur Theophylactus post D. Chrysostomũ, hunc 2. Cor. 3. D. Pauli locum: *Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Hic viuendi modus, quem passim Religionem nuncupamus, qui, in hoc vt Deo nos dedamus, & à mundi nobisque ipsis euellamur, consistit. Quocirca opinio eorum qui Religionem à Relinquendo, descendere, asserunt, mihi probanda videtur, hoc enim deserere, & separare significat: Religiosi etiam, mundum deserere debent, ab eoque tam longissime diuelli, vt ab illo nihil requirant, aut expetant. Ait diuina scriptura, cum Iacob toties à Laban decipi cerneret, & quanto plus obsequium præstabat, tanto

Simile.

2. Cor. 3.

Gene 31.

magis molestijs afficiebat, ingratitude iniurijsque; opera remuneratione & præmio digno, compensans, ab eo aufugit, vt promissionis terra perfrueretur, secum omnem suam substantiã exportã. Quod cum nuntiatum fuisset Laban, persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad, vbi omnia tabernacula sua & supellectilia scrutatus est, nec aliquid quod ad se pertineret inuenire potuit: hoc igitur in loco pactum & fœdus inierunt, quo quidem ratum fuit Laban nihil à Iacob expetere, nec Laban à Iacob. Nomen huic mōti Galaad imposuerunt, quod montem testimonij significat. Ait D. Hieronymus (quem sequitur etiam Pagninus) Laban candorem & Philo Hebræus colorem denotare: Esto, quidquid sit: nihil aliud quidquam solidum firmum & substantiale præterquam rei colorem, vult interpretari. Quisnam ille Laban, nisi hic fallax proditor, & ingratus, qui toties Iacob fefellit? Quodnam malum hoc est, quod nil nisi boni colorem, nihilque firmum & stabile nisi vmbra & figuram, præ se fert? Quisnam ille, nisi mundus? Cùm igitur illius technas, versutias, & mala detegamus, ærũnaque nostras nisi quibusdã momentaneis, fluxisque voluptatibus non consoletur: quæ etiam in tã acerbo, ac desperatos dolores cuertit, vt spes quæ vt lætitia perfundamur, nobis deficit, nobis relinquitur, vt continuo squalore & mœrore conficiamur. Ne igitur illi obtemperemus, aut vllò modo morem geramus, sed nobiscum omnem nostram substantiam, nostrasque cogitationes feramus: ligemus & curru memorie illud ipsum constringamus: mundum eitemus, nullum cum illo commercium habeamus. Verum è contra progredimur nullo pacto ab illo extricati: fugimus terram promissionis, quæ vita est æterna, illique terga vertimus. Fugiamus hunc deceptorem Laban Iustorum persecutorem, & in montem Galaad conscendamus. Qualis est hic mōs, quò optimus ille Iacob confugit, quoque secum ascensuri sumus, nisi Religio, virtutum mons altissimus? Et qui in eo mansionem facient, ne se securi esse arbitrentur: Laban enim illic eos intercepturus est. Illic eos conuenturus est, vt tentet, & persequatur: alios voluptatis illecebris titillans, alios verò honores, pompas, multaque alia quæuis excellentissima pollicens. Cùm aliquando officia & dignitates Ecclesiasticæ vacant, quantumuis humilis, virtutisque præcellens sit Religiosus vanæ cogitationes in cor pedem figunt. Verum confestim illinc eas dimouere debet, locum sedemque rationi cedere, hoc omne, tanquam ad Laban spectans, flocci facere, ac aspernari: vt cum in nos irruet, impetũque suo detrudere conabitur, nos in Galaad repositi, nihil quod ad se pertineat indagare vllò pacto possit. Fœlix ille cuius conscientia nihil mundi sapit, & in cuius domo, aut domicilio, Laban, nihil suarum supellectilium inuenit. Quidnam est Religio, nisi mons Galaad, mons testimonij, qui Laban nihil à Iacob expetere, nec Iacob à Laban, demonstrat, hoc est Religiosum nihil à mundo, nec mundum à Religioso requirere. O gloriosum montem, o mirandum locum, quo tale pactum in initum est, Iacob cum mundo, nullum velle habere commercium, nec mundum ab illo. Quamobrem Religiosus profitetur, testaturque non solũ relinquere mundum, verum etiam vt terram promissionis inhabitet, possidere: propter cœlum, propter conuiuium Angelorum, propter supremam Hierusalem, propter gloriosas: beatasque sedes, quarum nullus erit finis. Duo perambulantes, mundumque peragrantes maximo in discrimine cursum conficiunt,

Simile.

& periclitatur: verum Religiosus firmiter asseri adhaeret, vt qui terra perfruens tempestatemque naufragiūq; maris speculatur. Veruntamen si theatri funes confringantur, qui eo fulcitur & sustentatur, in præceps ruit: pari etiā ratione, si vota frangatur, impius Religiosus præcipiti, atq; infelici lapsu cadit. Sed tandē Religio firmus est asser, securusque mons Galaad. Verum enimverò quāuis homo, à mūdi cōuersatione desistat, Labā que velis & remis effugiat: non tamen summum cacumen, montisque Galaad fastigium conscensurus est, nisi igne comburatur: id est, nō ad Religionis perfectionē peruertur, nisi perfectæ charitatis ignibus exardescat. Authores antiqui serpentem effingebant, vocatum Hydram, multiplicibus capitibus cōpositum, eiusmodi naturæ, vt si vnum absunderetur, plurima alia statim renascebant: nullūque remedium vt radicibus extirparentur, conuenientius erat, nisi ea igne concremari: ignis enim nullomodo accrescere permittebat. Fingebant rursus Herculem ea omnia igne necasse: idē aeternæ memoriæ dignum se præstitit. Illud est quod scriptis reliquerunt, non vt illud reipsa hoc pacto accidisse credamus: sed vt eorum doctrina fictionum & fabularum poëricarum penicillo coloraretur. Gloriosus D. Basilius quem antiqui, non sine summa iustaque ratione, ob eius arduæ scientiæ præstantiam, singularem eloquentiam, maximamque sanctitatem magnum appellarunt, hanc fictionem, non mediocri stilo interpretatus est, & ad mores attraxit. Ait monstruosa atque deformia, horribilium atque ingentium horum serpentum esse tentationes & appetitus: signūque esse diuinum amorem sine quo secta capita subito reuiuiscunt: cum radices corpori adhæreant: aliquādo enim cum appetitum, aut tērationem posse resecare arbitramur, in innumera alia prolabimur. Quare necesse est ea omnia diuino igne comburi: vt horribili furiosq; serpenti sensualitatis animæ nostræ inimicæ vitam extirpemus. Ideo Religiosos gloriosis amoris cœlestis Dei ignibus exardescere, oportet. Hoc voluit significare Deus, cum in Leuitico præcipiebat, vt animalia in sacrificio oblata igne cōburentur, ijque qui hac charitate accedebantur, summū montis Galaad fastigium nimirum, perfectionem Religionis penetrabant. Hunc igitur viuendi modum mihi prælegi, veram vitam consequar & obtineam: videtur enim mihi melius hoc pacto vinciri, illudque rectum esse iter in aeterna bona stratum, vbi summa felicitate vitā dego. Vtinam vita mea doctrinæ qua imbutus sum in Religione, similis & conformis foret: in qua continuò pulcherrimas pretiosissimasq; virtutes conspexi. Ab hinc 20. annis in Religione viuo, & nescio an dicere debeam, me viuere: quoniā eorum vita qui malis extremam periodum, bonis verò initium non adhibent, mors potius vocanda videtur: & hi sæpenumerò, antequam viuere aggrediantur, vitam relinquunt.

De obedientia, & victoria sui ipsius, veraque nobilitate.

CAPVT V.



V M finem Monachus orationis suæ filo metam imposuisset, neque lōgius protexi posse arbitraretur: sic exorsus est Peregrinus. Vnum tantum periculum, ac incommodum in ordinibus

reperio: nimirum cum in nostra religione homines frugi, illustrique familia procreati, eluceant: tamen Prælatos homines infimos, abiectos, ac sapius non maiori virtute præstantes, admittunt. Videtur ergo homines illustres, virtutēque præditissimos parum mereri: quod sane doleandum est, ab ijs præcipi, qui ne quidē vt alijs præcipiant digni sunt. Nescio quo pacto hoc ita in religione toleretur: sed isthic (crede Pater) homines graues & bene meriti, cum ab abiectis & infimis dominantur: tantō magis meriti magnitudinem contemplantur, tantō plus abiectiois vilitatem cognoscunt. Celsi affectus, humilisque fortuna, duo sunt pharmaca, quæ cum incorporantur & immiscentur: poculentum adeo naturam corrumpens & deprauans, conficiūt: vt multoties ni ventus ab oculis erumperet, cordis anhelitus suffocaretur. Hoc quoquomodo tolerandum esset imō excusandum, si Principes homines explorarent, quantumque virtute & meritis præfulgerēt, tantum præmij muneris, & remuneratio- nis elargiretur. Sed cum nefarios & deprauatos homines, in gradu honoris collocatos, remunerato fauore affectos conspicio, cūque bonos & præstātes aspernatos, ac humi prostratos, eosque qui æquales sūt culpa esse in pœna inæquales, resq; hominū non clepsydra rationis, sed volubili affectionis rota, dimoueri: miles in die animo deficio. Et vt Religiosi summæ præstantissque existimationis (quanuis sint spirituales, humani tamen sunt) malè meritis compensari videntur: ne dicam ægritudinem, quā percipiunt, morem gerentes ij, qui si adhuc in seculo versarentur, obsequium illis præstare, maximè honestum ducerent. Imō potius (inquit Monachus) hoc est maioris meriti. Quid gloriosius esse potest, quam propriam à se voluntatem amore Iesu Christi saucium, amandare: dominationis eius subijci, qui alio tempore, in famuli sui numerum adscribi, beatum putaret, propriamque voluntatem, & pedibus, & manibus vincire: Et quemadmodum iussit Haac, vt sub altare obedientiæ gladio collum subderet, proque perpetuo sacrificio, Deo præstando, mactaretur. Hæc est triumphantior, magisque insignis victoria, hic maior conatus, gloriosiusque trophæum, quod in oculos possit cadere, hominem seipsam vincere, & exinanire. Vt liber fieret: quippè qui *Seruire Deo, non seruire, sed regnare est*, quod Salomon in Prouerbijs asserit. Obediens homo, victoriā consequetur. Et vt ait D. Augustinus homo propter hominem non homini subijciatur, sed propter amorem Dei. Quemadmodum enim Dei amor sublimis est, omniāque superat: in famulatu permanet, sublimis & victor infimo victo morem gerens: deinde illi obsequium præstat, vt Deo obtemperet. Hæc obedientia adeo Deo periucunda est, vt eam prius quam sacrificium requirat. Ait D. Gregorius, non immerito obedientiam sacrificio præferri, quippè in sacrificio caro aliena Deo, in obedientia verò propria voluntas immolatur. Si Iesus Christus obediuit, cur nō obediemus? Ait D. Paul. ad Phil. *Seipsum exinanuit, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem Crucis.* Hæc solum verba sufficiunt, vt commoueamur, nostramque omnem arrogantiam pedibus conculcemus. Verum homines ita superbia inflantur, & tantæque philautia capiuntur, vt harum rerū memoria, non tantum roboris habet, vt cum ipsa suo arbitrio ducatur, quam dicunt eos cogere. Obedientia (vt eam definit Peraldus) est voluntaria, rationis- que consonum propriæ voluntatis sacrificium. D. Paulus ad Hebræos scribens. *Obedite ait Præpositis vestris, & subiaccete eis.* D. Gregorius, obedientiam non

Gen. 22.

Frou. 21.

Philip. 2.

Obedientia d. sim-
tio.
Hebr. 13.

non solum esse virtutem, sed matrem virtutum, affirmat. Et in Moralibus, obedientiam esse hanc quæ animæ ceterarum virtutum radices inserit. Quo circa cordati atque præstites, Religiosi mori potius concupiscunt, quam ab obedientia deduci, oculisque obedientiam Salvatoris nostri Iesu Christi circumferant: de quo Diuus Paulus ad Heb. xos. *Cum esset Dei filius, didicit ex ijs quæ passus est, obedientiam.* Hæc sunt verba Apostoli. Inobedientia Adam hominem e Paradiso detruxit, obedientia verò Christi eum reposuit, ac restituit. Chrysostomus in ea D. Ioannis verba, *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius, qui misit me.* Et apud D. Mat. 26. *Matthæum. Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Ait D. Bernardus. Ea fuit ratio cur Christus inclinato capite mortuus sit, ut obedientiam demonstraret, quæ duce morti quæ inferebatur, sese obijciebat: mallebat enim vita priuari, quam minimæ obedientiæ periodi iacturam facere. Sic docet esse Religiosum, paratum, ut periculis & infortunijs vitam exponat, antequam tali crimine inobedientiæ sese commaculet. Contemplemur igitur nostrum Ducem, oculos in Christum conuertamus: tormenta eius meditemur, sanguinem vulnere, & ad extremum vsque efflatum obedientes esse addiscamus: cum sit pro nobis mortuus, oculos in Caluariæ montem erigamus, suosque confisos cernemus capillos euulsos, & caput acerbissimis spinis transfixum, fulgentem faciem dilaniatam, dissipatam, & sauciam, manus ad uncis clavis transfossas, pectus crudeli lancea vulneratum madidum, & sanguine perfusum & à planta pedis vsque ad verticem non esse in eo sanitatem. Mortuum, articulatumque in Cruce comminutum: in hac gloriosa scala Iacob, quæ humi fixa, summitate cælum ipsum referans & aperiens, attingebat. Illic extensa erat hæc diuina cythara Davidis. Illic insons Iesus factus sacrificium pro peccatis nostris. Illic labores suos consummauit, nostramque requiem est auspicatus. Illic eius vitæ temporalis cursus consummatus est, ut vitam, illi ipsi daret, qui eam elargiebatur, id est, mortuus est in Cruce, ut sua morte, mortem quæ nos enecabat, interficeret. Suspiciamus & admiremur Crucem, illic enim obedientiam in supremo perfectionis suæ fastigio sitam, contemplabimur. Et obedite propter Christum, qui Patri obediuit, donec mortem, ut vitam daret, subiret discamus. Hoc sanè stupefactu dignum est, ut quæ ait D. Ambrosius valde admirandum: quod nos pudore suffundat, cum aliæ creaturæ sint obedientes: homo verò solus nec morem gerere, nec præpositis obsequi curat: Sunt tres Angelorum Hierarchiæ, Suprema, Media, & infima: quarum vnaquæque tribus constat ordinibus. Vnde summum imperium inter eas esse, liquido constat. Cæli motibus suis primo mobili obediunt: Inest imperium inter elementa, submissius terra est crassities, ac cœnum cæterorum: deinde aqua, ær, supra quem ignis collocatus est celsior atque eminentior, nec vnaquam liquefcit aut consumitur, cum suo conseruetur loco, qui est concavitas cæli & Lunæ. Animalia Leonem tanquam Regem venerantur, aues aquilam, Elephantem vnum ex ipsis, Grues nonnullam etiam ipsarum: apes aliâ ex aluuario, oves & pecudes Pastori submituntur, boues bubulco, vnusquisque superiori obedit, homo verò solus, renuit obedire. Animantia bruta eorum custodes insequuntur, quod diriguntur ambulant, quo ducuntur, pascunt: & denique omni obedientia funguntur: homo verò rationis particeps exequi non vult, cum tamen illi sit magis necessaria. Solum vult imperare, nunquam o-

*Omnia
vni capiti
subijciuntur.*

bedire. At veri Religiosi quod sint obedientes, sese extollunt, & maximi faciunt: & minoribus obedire, non aspernantur: nullo idcirco desiderio, dolore, aut agitudine afficiuntur. Quippe qui maior pars eorum præpositi sunt, virtute præstantiores, aut qui maioris virtutis specimen præse ferunt. Et quanuis nonnulli sint obscuro loco, infimaque stirpe progeniti: tamen coluntur, honore afficiuntur, ijsque obedientia præstatur: non metalli vilitatem, quod descendunt, sed puri nummi pretij eorum & valoris, rationem habentes. Narrat Herodotus in 2. libro suæ historiæ, homo cum Plebeius, Amasis nomine, ad dignitatem Regiam peruenisset, is ludibrio contemptiue haberi cœptus est, quod ex tam infima traduce originem duceret: quod sagax ille & cautus cum animaduerneret Idolo cuidam quod omnis Ægyptus adorabat, simulachrum erigi iussit. Ibi quæ lebetem parari, quo illo vna cum domesticis suis pedes ablueret, de more habebat: quo facto populum omnem accersit, deque statua quæ adorabant, tractans, ex qua materia componeretur patefecit, & cum adorarent non vilem materiam ex qua confecta erat considerantes, nisi ut esset imago Dei illorum. Non etiam humili suæ progeniei rationem haberent: sed tantum imaginem quam representabat, aduerterent. Hæc similitudo tantum energiæ & roboris habuit, ut Ægyptios qui iam iam in ipsum irrumpebant, mitigaret & sedaret. Et non tantum plebs, verum etiam ij qui inter Primarios, maioris erant estimationis, ac respectus, morem ij gesserunt. Pari modo non in lebetem Religiosi oculos deiiciant, qui alia vice ablutioni pedum vsui erat, nisi in dignitate qua perfungitur, hoc est eos humilem Præpositi locum, sed officium & dignitatem, qua illustratur, pendere oportere. Et licet homo stirpe nobilis non existat: sufficit, ut sit virtute: lapo enim est, quo maculas & sordes infimæ sobolis abstergimus. Aurum nascitur & promanat ex terra: non tamen ideò minori pretio habetur. Vera nobilitas in virtute consistit (ait D. Hieronymus) quod præcipuum in Deum est: quodque non nobilitate & progenie, aut seculi dignitate sed fidei deuotioni, & sanctitati vitæ, emolumento est. Ad Celantium scribens, ait, summam nobilitatem in Deum esse ornari cumularique virtutibus. Moneta, quo in loco cuditur, in pretio est, in alto vero solo, nullius pretij æstimatur. Si eam magni valoris asseris, hoc esse in terra illius Domini qui eam constandam curat, respondebitur: aliàs verò nullo pacto posse distribui, nec minus ea mercari. Quod mihi singulis diebus vsu venire comperio: nam in vnaquaque ciuitate, variæ sunt nummorum aureorum, aut argenteorum species, quæ alijs in locis minimo pretio ponderantur. Ita nobilitas, maximi valoris pretij, & æstimationis ducitur. Verum hoc in eo est, qui eam conflauit, qui nummos excudit, maximarum rerum gestarum gloriam insignijs insculpens: adeo manum admouens operi, ut nobilis euadat vitam periculis exponens, ut gloriam & famam consequatur: magni virtutem faciens, parui verò vitæ detrimenta, & incommoda: actibus rebus gestis, periculosisque negotijs, ancipitibus, perfectisque incertis, nomen immortalitati consecrans. In hoc ipso qui virtutis ciuitatem inexpugnabilem ac fortissimam moderatur, nummus eius nobilitatis, magni valoris est: in alijs verò parui pendendus æstimatur. Quid prodest homini, ex virtutum clara, illustri que origine propagari, si putrida vitiorum cloaca afficitur? Et quanuis lymphidissimus sit fons cursaque continuo irrigatus, si aqua turbatur, luto,

Simile.

aut

aut cœno inficitur, cur lutum & immundities, pulchritudinem, & crystallinum fontis colorem deturpare conabitur? Primus filius Iacob Ruben vocatus est, tertius Leui, & vt Rubē primogenitus erat, qui etiam ex hac tribu descendebant, maiori nobilitate ducebantur, quam iij, qui ex tribu Leui: Vnde Dathan & Abiron officium summorum Sacerdotū ambierunt, vt nobiliores censerentur, cum ex generatione Ruben existerent. At Deus optimus maximus præfecturam Aaron ex tribu Leui, dedit: sua enim virga miraculo quodam floruit, & frondes, flores fructumque coram tabernaculo emisit. Ideo ordinis Prælaturas communicari, dari, aut conferri non propter nobilitatem, sed propter virtutē opere pretium est: non tamen ijs quorum vita siluescit, meritisque exarescit, sed ijs quorum doctrina, & exempla bonorum operum efflorescunt. Et hoc fieri facili negotio potest absque nobilitate sanguinis. Etenim certissimum est hanc nobilitatem non ex essentia Prælati pendere: nec pari modo Religiosi qui eam possident, obedientiā ijs qui ea carēt, præstare minimè dedignantur: imò potius in hoc maior gloria, maiusque meritum inest. Verum enimverò generationis nobilitas Prælati multum conducit, eos illustrat, & cæteris maximo splendore facit præfulgere. Et quemadmodum bonus olitor, non nisi arbores optima traduce & radice propagatas, curat inferere: ita eloctores, viros nobili ex stirpe procreatos eligant: & in hoc accuratè inuigilent: quippè qui maior eorum pars auro æquiparatur, quod virtutis encausto melius quam aurichalcum, aut cuprum infuseatur: atque vsu comprobamus, maiorem Prælatorum partem qui ex optima familia orti sunt & nati, esse excellentiores, magisque ad bona & virtutes procliuēs, quam ignobiles & infirmi. Videtur ergo mihi copiosè tuæ obiectioni satisfacisse, & Religionis definitionem atque etymologiam enucleasse: quid sit eius finis, cur instituta, atque disposita fuerit: quæ sunt tria quæ à me exposulasti, & de quibus certior fieri desiderabas. Sed vt hæc tacitus præmittamus, cum meipsum apertè patefecerim, ex te aliquid percipere, vt quem alloquar, sciam, efflagito. Hoc dicendi modo ausus vti, qui ex ardentissimo amore quo te prosequor, emanat: quippè qui desiderium quo ad virtutem duceris, ægritudine qua te non agnoscens teneor, ita vehemens mihi est, vt tibi permolestum atque importunum esse stimulet, vt à te quinquam scis, exposulem. Quinquam sum (inquit Peregrinus) hoc incredibile me molestia, & mœrore afficeret: prolixo enim sermone vtendum foret: dolorémque tibi ipsi cum absque tristitia percipi nequeat, ingeneraret. Nonnulla tamen tibi paucis verbis patefaciam, cum omnia recensere, perdifficile sit. Quo enim modo tantorum meminisse malorum valerem, cum sint innumerabilia! Nunc cum obuiam tibi prodij apud meipsum, per hæc opaca nemora, sylvarumque solitudinem ingemiscebam & dolebam: eoque hoc diuexabar, vt delectationi harum sylvarū indulgere, obliuioni traderem: nec mihi sensus vt eas viderem aut perciperem qui intueri atque audire poterant, satis superque esset. Cum igitur apud meipsum oculorum fontes squalore & mœrore confectus, aperiebam: maioremque dolendæ ac miserrimæ vitæ partem deplorabam, cum mihi nulla facultas nullaque patientia, nisi tantillum virium & neruorum, quò aduersam crudelémque meam fortunam lamenterer, relinqueretur. In memoriam reuocabam cum apud insulas Baleares degerem (quo loci au Vegetius fundæ vsu adinuentum fuisse) in Ma-

iorqua: ab hinc tribus annis eam Turcæ depopulati sunt, ac dissiparunt: captiuum me cum pluribus alijs adduxerunt, ad eò in humanè crudelitèrque nos diuexantes, vt nullus, quin calamitatis & miseriæ miseresceret, nisi qui prompti ex seipsis ad misericordiam nõ essent, reperiretur. Deus itaque permisit vt in illorum manus inciderem, vt liber permanerem: eram enim captiuus mundi fallacibus vanisque desiderijs deuinctus atque adstrictus: horribiles Chimeras animo voluens, tantòque à meipso alienatus, vt mæx infelicitati finem imponi cuperem. Statim atque me captiuum esse animaduerti apud me ipsum reuersus sum, & vt filius prodigus desperatus, de quo sanctum loquitur Euangelium in domū mei patris exorabilis & misericordis, qui Deus est, redire, in animum induxi: hancque captiuitatem mihi inflictam, vt ab hac terra extraherem, pedesque meis diffluentibus desiderijs concatenarem, percepi. Cumque captiuus ita essem, mæx mentis oculos aperui, & lumine quo me Deus illustrauit, oculis obscuras & profundissimas tenebras, in quibus versabar, & gratiam cuius me Deus participem reddebat, intercepi. Præteriti temporis memoriam repetebam, cum thesauros, quos Deus elargitus erat, disponebam, cumque socordix atque pigritix habenas laxaram, vt ijs vteretur tanquam ea quæ mecum erat vnanimis: vt oculos obcæcarem permisi, retròque spem appetitui occurrendi prætermisi. Verum apud me rediens, meis erroribus fenestras meorum oculorum irrigaui, & fores diuinæ clementix pulsaui: vbi pro tutissimo in procellas asylo reperi, præsentique Dei optimi malaciam. Interim ad hoc propositum eius rei quam Narrat Plutarchus de Themistocle, recordor, qui cum à patria exularetur, multis angustijs exagitatus in Persarum regnū confugit, quò loci cū perbenigne admitteretur, faueretur, & à rege maioribus honoribus quam in Græcia, cumlaretur, socijs qui eum concomitati fuerant sic est loquutus. Equidem (fratres atque amici) periremus, nisi periissemus. Nunc verò immensa gratia & misericordia Dei, tot euasus periculis & captiuitate: votum sum nuncupaturus. Deus bone (inquit Religiosus) huic descensui & anfractui Minorquæ, interfuisti? Interfui (ait Peregrinus) aut vt melius dicam, illic me perdidit. Deus verò, vt me perderem permisit, vt meipsum lucrifacerem. Hacigitur peregrinatione perfungor, non tantum propter gratiam & fauorem què Deus in me cõtulit vt à Turcarum captiuitate redimeret, quam eò quòd me à peccati seruitute liberarit: quauis innumera alia patrem: incredibilem tamen percipio voluptatem, quòd incolumis manus horum hominum euaserim. Profecto (ait Monachus) verbis exprimere nequeo quæ pericula tua mihi sint: cum Peregrinationem propter gratiam, quam tibi Deus est impertitus, vt à peccati iugo dissolueret, adimplere asseris. Homines enim huiusce tempestatis, cum Mauritanorum seruitutem effugisse percipiunt: plurima vota nuncupant: sed cum confessi atque pœnitentes sunt, & à tyrannide seruitutèque diaboli extricati, nullis funguntur: cum tamen maiora exequendi sese offerat occasio. Hoc (inquit Peregrinus) verissimum est: Veruntamen, vt homines ingrauescēte ætate, debilitatur ac cõminuuntur: eo pacto videtur mundum verustate confectum nullo in lubricis & mobilibus factis, limite circumscribi. Vtinam Deus tantam conferre dignaretur gratiam, vt hoc habitu indutus, mundum penitus per calcatum pergerem, & in Religione tecum sancta amicitia perfrui liceret! Summopere gaude-

Luc. 15.

Vota præpostera.

rem


rem (inquit Monachus) si quo loci Lusitanorum oriundus es, certior fierem. Illud (ait Peregrinus) silentio mandare multum refert, quavis nullam possideam terram, ut dicebat Socrates, hominem perfectum uniuersum orbem pro sua patria tenere oportere. Ego verò hanc pro externa censendam esse, dico: terra enim non nostra patria est sed exilium. Quamobrem cum calor maiores ignes eiecerit, surgamus & ambulemus: multum enim adhuc itineris superest, sub umbris amœnissimarum & frondosum arborum secedemus, (ut hanc conspicias Lombardiam, quasi Syluam fluminum & arborum esse. Surgamus (inquit Monachus) totoque cordis inti-

mo ad caelestem illam Hierusalem patriam nostram, rectam tendamus. Ut enim inquit D. Paulus. *Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, quae in caelis est:* ac undique oculos in illam dirigimus: obortis lachrymis imisque singultibus eam salutantes, ut peracto huius vitae termino, gratia gloriam ineamus, quam nobis Deus sua immensa misericordia nobis dignetur elargiri. Amen.

Finis Dialogi de Religione.

DIA LO-





DIALOGVS DE IUSTITIA

Interloquutores, Doctor Theologus, Mathematicus,
Iurisperitus, & Ciuis.

De Iactura temporis, & definitione Iustitiae.

CAPVT. I.



A M I C I quatuor inuicem obuiam facti & loquentes, alter Doctor Theologiae, alius Philosophus Mathematicus, alius Iurisconsultus, & ultimus Ciuis. Theologus (in cuius domo fuerant congregati) sic est orsus. In ea semper fui hæreoque opinione, maiorem iacturam, quæ homini possit contingere, illam temporis esse. Quippe qui pretiosissimū est aurumque ipsum pretio superat, & cum semel amittitur, recuperari non potest. Quocirca antiqui caluum in occipite depingebant, his volentes aperire cum occasio leui cursu dilabatur, nullomodo eam retinere valemus. Ideo ait D. Paulus in epist. ad Galatas, *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Hoc præcepto instruere nos vult Apostolus, vt propter ipsum & memoriam cui vt officio fungamur, inniti debemus, iacturam temporis non faciamus: teritur enim satis cum languidis liquefit voluptatibus & vitijs: cum otium erumpit, hominesque ignauia & socordia torpentes edocet: qui cum otiosi sint, mille ventorum nauas lubricis animis concipiunt: adeo ipsorummet obliti, vt cum ad verum laborem indagandum, nati sint, nisi fictam & fallacem quietem perquirunt. Vnde fit vt ex eorū animis nihil frugi promanet, quod vestigium illorum relinquat: quemadmodum necesse est metallum igne liquefieri, vt imago aut aliquod simulachrum formetur & confietur quæ in posterum permaneat: ita debemus nostra vitia ignis laboris & exercitationis eliquare, vt ex hac liquefactione optimæ virtutis & famæ imago formetur, & ad verum honorem dirigatur, que post obitum, vitæ nostræ testimonium declaret. Aiebat Euripides, Laborem bonæ famæ genitorem esse. D. in super Hieronymus se laboris & experientiz scientiam perdidisse asserit. Legite 2. Cap. Geneseos, & hæc verba inuenietis. *Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradysum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* D. Ioannes Chrysostomus in Homel. 14. super Genes. hunc locum explicans, ait. hanc fuisse rationē, cur Deus voluerit, vt Adam in Paradyso terrestri operaretur, otioque non tor-

peret, quoniam otium totius vitij fons & origo est. D. Hieronymus in Epist. quadam ait, nos semper debere operari, ne diabolus nos otiosos intercipiat. Ait D. Augustinus 1. lib. de ciuit. Dei. maiorem iacturam Romæ euenisse Carthaginem depopulari, quàm Carthaginiensibus: quippe qui securitas & otium quod Romanorum cordibus inhærescebat, perniciosam pellem effudit, quæ omnem Rēpublicam diruit, ac labefecit. Vocat D. Bernardus pigritiam sentinam & cloaquam, quod cætera mala profiliunt. Alio verò in loco, nouercam virtutum. A qua opinione non abhorret Seneca, negligentiam mortē & sepulturam viui asserens. Vnde colligitur homines otiosos inuicem esse inimicos, cum bonarum operationum diligentiam & virtutum exercitationes subterfugientes, quod omnium bonorum fomes est, otio torpent, quod est omnium malorum barathrum. Quodque peius est nunquam lucrificandi tempus nisi cum conterunt, ardent desiderio: & cum negotijs ordinandis tempus perquirere debeant, negotia vt tempus terant, inuestigant. Tandem autem non terunt, sed pro ijs teritur. Quid amplius restat, nisi quod Heraclides præstantissimum volumen de laudibus laboris composuit, vt testatur Rauisius Textor in secundo proemio suæ officinæ? Hoc iudicium tunc fulcitur (ait Iureconsultus) vt qui obuiam prodat, is ratione carere dicatur. Homines enim summo ingenio præditi iacturam temporis, vt rei penitus amissa, deplorant. Ita est (inquit Theologus) sed seiplos prius deplorare debent, cum eo ipso dolore afficiantur. Video ego lacrymis confictos, quoniam tempus frustra insumunt, tamen cur conterant, taciti prætereunt. Et vt hoc ipso sapere possimus neue in eiusmodi iacturæ culpam incidamus: quandoquidem huc conuenimus, quandam doctrine materiam assumamus, vtilem notatuque dignam aliquam quæstionem in medium proponamus. Illud perquam optimum foret (inquit Mathematicus) de nobis enim non dici potest, quod ait Plato, amicos temporis esse raptos: nulloque nos grauiore detrimento posse afficere, quàm vitæ nostræ tempus, cum ita breuis & momentanea sit, susurrari. Me latet (inquit iureconsultus) cur breue vitæ tempus vocari debeat,

Gal. 6.

Gen. 2.

beat, cum decem annorum spatium longum tempus vocetur, vt passim nostri Doctores affirmant, iuxta Bartholum: vita verò maiori concluditur termino. Non abs re (respondit Mathematicus) longum aliquid breue vocare, multis diuersis respectibus. Mòs vnus altus potest vocari respectu alius infimi & parui, aliù montē altū considerādo: vt Arist. in prædicatione affirmat. Ita tēpus decē annorum longum est atq; spatiosum, si cū mente cōparetur, respectu vero æternitatis, Seneca ad Luciliū scribēs ait, vitā esse ita breuē, vt puncto minimòq; atomo cōparetur. Et videtur Plutarchū in libro quē de liberis educādis cōposuit, ab eo exhaustisse, quo loci eandem sententiā recitat. Nullam (inquit Ciuis) disputationem promouere scio: summoperè tamen earum dissolutionem efflagitarem, potissimū cum ad iustitiam & Reipublicæ moderationem spectant: vt aliquid mihi tempore & loco profuturum superfit. Cū Doctor Theologus (inquit Mathematicus) de tempore sermonem aggressus sit: optimum erit de hoc disputare: an sit, & quid sit: tēpus enim præter duas partes nō habet, præteritum & futurū: & instans (vt aiunt Philosophi) non esse tempus sed punctum, vbi cæteræ partes coniunguntur. Iuxta enim omnium Mathematicorum sententiā, instans cum tempore est: eò pacto quo punctus cum linea est. Quoniam aliud alio non magis est indiuisibile. Cū igitur punctus non statim linea efficiatur, nec instans sit tempus: ita cum tempus nisi duas partes contineat, præteritum & futurum, & præteritum iam effluxerit, futurum vero venturum sit, videtur nullo modo esse. Præterea, quantum ad quantitates, hæc solum dicuntur tenere existentiam quarum partes habent ens in realitate. Non in dubium adduco hanc primam quæstionem (inquit Iuriconsultus) quippe cū iam finis intra tempus eoque perfruamur, vt illius naturam tractemus certissimum esse, quauis vt probes non esse tempus, esse ostendis, deinde duas in puncto partes consistere asseris, idque non posse partem appellari, nisi respectu totius. Et vt argumenta responsonibus non indigeant non mihi permolestum erit hunc orationis rogum persequi dummodò hi omnes domini assensum præbuerint. Libenter assentimur (ait Mathematicus) vera enim perfectaque amicitia, præcipuè in consensu, & mutuarum voluntatum vnione consistit, vt inquit Plato, à quo Cicero illud in suo de amicitia libro decerpit. Et vt omnes communi amicitia vinculo copulemur, quidquid voluerimus, illis etiam probabitur. Ego verò (inquit Ciuis) vestra voluntati me conformo: verumtamen vt pari voluntate in me vterimini optarem. Hæc temporis materia (inquit Theologus) ita diffusa & latè patens est, vt ad extremam periodum perducere, facultatem sit concessura. Et videtur Philosophos eam pertractasse, cum opinione, vt nunquam hanc illi tribuerent. Materia hæc alia Iustitiæ perutilis est: & videtur æquissimum esse vt de ipsa verba faciamus. Cū hoc ita sit (ait Mathematicus Theologo) hoc onus tuis humeris debes imponere, & huic proposito & materiei, non solum loca Theologiæ, verum etiam Philosophorum sententiā, perantiquāque historias conuolare: quarum studio te animum adiciere prohibeas, & impresentiarum cum Theologiæ studio multum exantlatus humanitatis librum præ manibus habere desideras. Hoc est quod dico (inquit Ciuis,) dummodò hi Domini optimum iudicent. Hoc mihi etiam valde periuicundum est (ait Iuriconsultus.) Hoc munus (inquit Theologus Iuriconsultus) tibi debetur, cui facultas interpretandi & de iustitia tractandi communis est. Vestris tamen mo-

Barth. in
l. i. ff. de
superficie
bus.

Amicitia
definitio.

nitis obtemperabo, hoc potius mihi vanti desiderans vt vobis obsecundem, quàm vt vobis reuens, vestra repugnem voluntati. Et licet hoc ponderosum onus assumere non mea sponte fiat: aggredior tamen hanc vt vestris desideriis satisfaciam, & voluntati qua vestris rebus affigor. Iustitia igitur aliquando vniuersè pro virtute sumitur, hæcque virtus, omnes alias in se continet. Quapropter ait D. Gregorius Nazianzen. in primo Theologiæ libro virtutem vnicam esse, quamuis in plures diuidatur. Hoc est quod inquit D. Hieronym. ad Demetriadē scribēs, omnes virtutis species, nomine iustitiæ cōtineri. De hac iustitia intelligitur quod Redemptor noster Iesus Christus apud S. Mat. *Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus, vt videantini ab eis.* Vult Deus nostras merces asserere: ideo dicit, vt sigillum intentionis quam ei debemus, in ea imprimamus: non autem in gloria mundi, ne illam amittamus. Et quamprimum exemplum eleemosynæ & orationis subneēit: vnde sequitur eleemosynam dare, & orare, actus esse iustitiæ cum aliis bonis operibus. Iustitia etiam accipitur pro iustificatione: cū diuina misericordia homo qui peccator fuerat, iustus sit. Hocque modo intelligitur quod ait D. Paulus ad Romanos. *Nunc autem sine lege iustitia Dei manifesta est.* Et ad Galatas: *Si data esset lex que posset viuificare, verè ex lege esset iustitia.* Sed vt omnes has significationes silentio prætermittamus, eò intenti sumus vt de iustitia loquamur: in quantum virtus est moralis, vna ex quatuor quas vulgari modo Cardinales vocamus. De illa pertractemus (ait Iuriconsultus) quam nostri legum interpretes dicunt esse: *constantem & perpetuam voluntatem, ius suum cuique tribuendi.* Vlpianus eò pacto definit. ff. de iustitia & iure, & Iustinianus in Institutiis, quæ florem totius Iuris Civilis esse existimo. Plurimi equidem non hanc esse, sed pro illa institutum arbitrantur. Hæc percepta definitione (inquit Theologus) vt proposita est, non mihi probatur. Cur? ait Iuriconsultus. Tibi aperiam, ait Theologus. Virtus omnis moralis habitus est animi quam Aristoteles 2. Ethicorū habitudinem electinam vocat, nullaque potentia est habitudo animi: deinde nulla potentia virtus est moralis, & voluntas potentia est: igitur Virtus non est moralis. Cū itaque nulla voluntas sit virtus moralis, sequitur iustitiam non esse voluntatē: si enim fateris esse virtutē, necessarium est vt eam non esse voluntatē fatearis. Si iustitia esset voluntas, vt voluntas est potentia, iustitia esset potentia, & cū sit potentia, nō esset habitudo, cūq; non sit habitudo per cōsequens virtus non esset. Quare infertur si esset voluntas, nō esset virtus: & cū sit virtus, nō igitur est voluntas. Quod igitur tui Iuriconsulti, aiunt, iustitiā esse voluntatem, falsum est: & hæc definitio ita malè sonat, vt percipitur. Prius (inquit Iuriconsultus) non esset virtus nisi esset voluntatis. Aliud est (pergit Theologus) voluntas, aliud verò voluntatis: virtus est voluntatis: non autem voluntas, quemadmodum peccatū actuale voluntatis est (vt inquit D. Augustinus) quod aliàs peccatū non est. Ita in virtute vt virtus sit, intellectus eloqui debet & ratiocinari, voluntas vero confirmare. Videtur mihi (ait Mathematicus Iuriconsulto) sacrū doctorem, subtiliter punctū persequi. Mihi vero (inquit Iuriconsultus) cōueniri non potest sic definitionē Iuriconsultorū, ab omnib. doctorib. probatā, negare, quæ quidē, pro lege, vbiq; terrarū recipitur. Quid hoc sit, nescio (inquit Ciuis) sed simulatq; mentionē Legū Civilium percipi: hoc mihi ferè nuzulcā peperit, & stomachatus est: vt nesciā, an deleā errorē appellare, vt quod est litium & controuersiarum. Vt enim domi, qua

Iustitia
quid sit
vniuersè
sum.

Matth. 6

Rom. 3.

Definitio
iustitiæ
secundum
Leges.

Simile.

d infunt

insunt pharmaca & medicina pharmacopolarum, non est sanitas: eo pacto, vbi tanta legum multitudo citatur, nec pax, nec quies possunt consistere. Imò potius (inquit Iuriconsultus) vt purgationes, & apozema sunt medicamenta pro tuenda valetudine: ita vt contentiones vitentur, & quaestiones, iurgia, litésque dissoluantur Legum scientia, vt prestantissima morum Philosophia pernecessaria est. Et quauis vsu plures insint abusus: non hoc est vitium Legum: sed eius qui malè vtitur. Optima enim sunt, summaque cum prudentia & consideratione compacta. Ideo dico hanc definitionem (cùm sit Lex) nihil continere quod negandum sit: cùm etiam nullum bonum sit, quod possit negari. Habemus enim Legem dicentem. Legem non debere negari: si enim Lex negatur, negatur Iustitia: si Iustitia negatur, omnia bona negantur. Appellatio enim cum sit remedium naturale ac iustum, à pœna tamen lege inflicta appellari non licet, vt dicit textus in l. si qua pœna. ff. de verbor. signific. Potissimum cum de intentione & ratione legis apparet. Vt enim in homine anima dominetur corpori necesse est: ita in lege, ratio verbis dominari debet. Testis est l. Non dubium. C. de legib. Hoc est, quod ait Barth. in l. Com mulier. ff. solu. matrim. Rationem legis, & intentionem ipsius, esse eandem rem. Præterea in hac definitione, non solum verba sunt aperta: verum etiam ratio liquidissimè constat: ita vt nulla occasione conuelli possit. Sum vobiscum (inquit Theologus) vt Theodorus Lathæus cum suis auditoribus, quibus solebat dicere, vt refert Plutarchus cum parum progressus secum efficere auditores animaduertisset, doctrinamque dextra manu animos illorum informare, ij verò sinistra manu intentioni eius aduersantes exciperent. Et quanto magis rationibus elaborabat, vt eos ad ipsam rationem attraheret: ad eò ab illa distrahebantur, vt animis eorum nulla prorsus ratione posset infingere. Verumtamen ex te dici non potest quòd ratione careas: nihilominus sinistra intentione, quod dextra profero, excipis. Nò nego Legem, sed interpretor. Hac definitione rectè percepta, non iustitiam voluntatem esse assero, sed habitudinem esse qua voluntas constans est & perpetuo stabilitur, vt suo tempore, quod vnicuique suum est, reddat. Aristoteles 3. Ethicorum affirmat iustitiam, quandam esse habitudinem, eòque opinio nis ceteri Philosophi rediguntur. D. insuper Augus. lib. 83. quaest. sic ait. Iustitia est habitudo animi, qua vnicuique conseruatam dignitatem præbet, ad emolumentum & communem vtilitatem. Hoc principium & initium à natura ortum est, quem omnes Theologi sequuntur & probant, dicuntque suo tempore vnicuique quod suum est, esse reddendum. Quapropter si arma cuiusdam familiaris in custodia & depolito tibi dantur: vidésque furiosum te conuenire, vt in suas manus dimittas, vtque furorem & rabiem exequatur, ei non acquiescere debes, aut reddere: hoc enim eo casu iniustum est, vnicuique quod suum est, dare. Commouit Socratem hæc ratio vt obiurgaret & reprehenderet Simonidem, qui hoc verbum iustitiæ definiens, aiebat esse vnicuique esse reddendum quod debebatur, nihilque aliud superaddebat: vt refert Plato in primo Dialogo Reipub. tempus enim est, quo reddere non oportet: & si reddatur, hoc est legibus repugnare quibus non parere, iniquum est. Vt enim inquit alio in loco idem Plato, iustitia est habitudo Legibus obediens, dans vnicuique quod meretur. Hæc est excellentior Virtutum Moralium, quam quidam antiquorum Sapientum à Gentilibus maximo in pre-

Iustitia definitio ex Platone.

tio habitus, lateri Ioui depingebat: in hoc denotans, si ipsimet Dij non rectè regi absque iustitia poterant, quanto minus homines. Optimus, Rex ille David cum ægrotaret, & cùm appropinquaretur dies eius, vt moreretur, vocauit filium Salomonem, in cuius manus regni administrationem relicturus erat, iustitiam quo illi præcipiens, iussit, vt bonis faueret, à malis vero pœnas expeteret. In libro Sapientia, prima facies qua oculis obiicitur est hæc sententia. *Diligite iustitiam vos qui iudicatis terram.* Et Regius Psaltes, *Sacrificate*, inquit, *sacrificium iustitiae & sperate in Domino.* Hoc denotans iustitiam esse sacrificium acceptabile, quo Principes funguntur, cùm eam exercent, dignèque administrant. Et in Ecclesiastico, Pugna pro iustitia vsque ad mortem. Et D. Paulus in prima ad Timotheum: *Homo Dei*, ait, *sequere iustitiam.* Præterea Iesus Christus, Dominus noster, Matthæi 5. cap. ait, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Et paulo post: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Ait D. Gregorius in Moralibus, iustitiam esse pacem populi, securitatem patriæ, libertatem hominum, temperantiam aëris, tranquillitatem maris, & terræ fertilitatem. Ait D. Ioannes Chrysostomus iustitiam esse finem, aut terminum vitæ, Isidorus affirmat hanc esse ordinem & æqualitatem, qua homo sese rectè ad omnia disponit. Declarat insuper D. Ambrosius, esse hanc, qua præmium meritis conforme, pœnamque æqualem culpæ tribuit, quæque propriam vtilitatem aut emolumentum parui pendit, sed communi æqualitati adhæret, ac circumscribitur. Ideò aiebat D. Anton. iustitiam esse hanc Virtutem, qua rem vnam alteri æqualem reddit. Vnde fit, vt cùm duo sunt æqualia, dicimus esse iusta. Ita vbi est iustitia, ibi pax est: nullus enim dolendi occasione mouetur. Illud est quod Psaltes aiebat, de Principe à Deo dato, loquens. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Et alio in Psalmo: *Iustitia & Pax osculata sunt.* O terque quaterque scælix reipublica, iustitiæ fræno moderata, contra vero misera illa, vbi non præcipit, regit, gubernat, & præsidet. Quauis reipsa, vt eleganter probat D. Augus. in 10. libro de ciuitat. Dei, hæc vocari non possit, Respublica, vbi iustitia non viget. Eadem corruptio, quam corpus inanime paritur, populus etiam absque iustitia tolerat: nam deficiente iustitia, erumpit seditio, vnio & concordia in præceptis ruit, deficit, libertas, auaritia crescit, proditio regnat, fides & sinceritas consepelitur, vis & violentia præcipiunt, pax conculcatur, mendacium profilit, veritas imbellis & pusillanimis. Appetitus liberis voluptatis habentis laxatur: ratio verò captiua & incarcerata in compedibus manet. Impij extolluntur, boni opprimuntur, & denique vitia cateruatim in Rempub. irrumpunt, virtutes vero exanimata debilitata, atque confraactæ iacent in limine. Et vt iustitia antidotum est in vitia, sic iniustitia gladius est in virtutem.

De premio, ac remuneratione bonorum, de supplicio & punitione malorum & quo duorum, Princeps magis præualere debet.

CAPVT II.



VM Theologus finem suæ orationi imposuisset: sic exorsus est Ciuis. Siquidem quid sit iustitia declarasti, & quantum in hoc terrarum orbe necessaria sit: in quo potissimum consi-

3. Reg. 2.

Sap. 2.

Psal. 4.

Iustitia pulchra descriptio

Psal. 71.

Iniustitia mala

consistit, ut explices, vehementer cupio. Iustitia (inquit Theologus) in hoc tendit, ut præmijs bonos afficiat, malos verò supplicijs plectat. Hic est totius optimi regiminis concentus. Ut enim bonorù contemptus temerariam audaciam impijs gignit: ita fauor, quo malis indulgemus, corda bonorum aufert & extirpat. Quod Democritum Philosophum dicere permouit, duo mundù gubernare, nimirum præmium & supplicia. Cyrus Rex illud ipsum denotare affirmabat, cum Legum obedientiam in iis qui imperabant consistere assererat, quibus collaudare, atque honoribus cumulare obedientes, rebelles vero ab iis arcere, operæpretium est. Sic recitat Xenophon, in Ciropedia, cuius voce & organo, Musas loqui, Cicero asserit. Et quem Volaterranus Musam Atticam propter suauitatem, eiusque dulcedinem, profunditatemque Philosophiæ appellat. Qui ergo Reip. clauum arripit, his duob. brachijs muniri debet, ut suæ nauis optimam rationem reddat, & cum ea portù salutis appellat. Sicut enim corpus humanum resectis brachijs perfectù esse nequit: ita is qui moderatur, integer esse non potest, quin faueat bonis, malos verò puniat. Ex quo duorum (inquit Ciuis) is qui moderatur, magis præualere debet? Tibi satis faciam (inquit Theologus) hoc resposo, quo Titus Imperator, cuidam amico suo vsus est, qui hanc ei quæstionem proposuit. Dicebat igitur condonare esse brachium dextrum, punire verò sinistrum. Et ut libentius, dextro vtimur, maioremque illius curam habemus, quam sinistri: ita laudabilius est, gloriosiusque fauere virtutibus quam punire vitia. In primo verò amor resplendet: in alio autem timor. Hoc est consonum verbis Augustini, qui ait gubernatorem magis debere optare amore coli, quam timore. Princeps est caput, populus verò corpus. Et ut ait Plutarchus collum corpori caput coniungens amor est qui populum cum Principe vincit, ac coniungit: & quemadmodum nisi collum capiti & corpori, adhæreat, corpus & caput vita orbantur: nisi etiam insit amor inter populum & Principem: sine dubio Respub. huc & illuc fluctuans, detrimentum patietur, atque funditus dissipabitur. Responsum Titi & similitudo Plutarchi (inquit Ciuis) mihi optimè, commodèque relata videntur. Habuit Vespasianus Imperator duos filios Titum & Domitianum adeo dissimiles, ut ex Tito nisi quod honestum est & laudabile: contra vero ex Domitiano, omnium malorum sentina referatur. Illud non mirum est (inquit Theologus) Isaac enim duos filios habuit, Iacob & Esau: ait tamen Scriptura Deum Iacob amore, odio verò Isaac fuisse prosequutum. Hoc quotidiano vsu comprobatur, ut duo filij ex eodem patre procedentes, alius virtute præstans, alius autem vitis inquinatus. Id solo (inquit Ciuis) quo pepones feruntur comparo, in quo duo pepones nascuntur: alius perquam optimus, alius omnino corruptus. Hoc est, (inquit Mathematicus) sicut duo riuuli Siciliæ, de quibus loquitur Vitruuius lib. 8. qui ambo ex eodem fonte atque canali promanantes, alius dulcedinem, alius autem salem sapiebat. Ita ex Vespasiano duo filij fuerunt geniti, quorum Domitianus, ne vllum quidem verbum bonum protulit. Titus verò innumera, laudèque digna, exprompsit. Quorum vnum est illud quod tunc temporis allegasti, quod sanè vehementer mihi cordi est. Mihi verò (inquit Iuriconsultus) non probatur, certissimum enim est populum non tantoperè propter vitia sese alienare, virtuti que operam dare curat, cum Principes, propter aliquod insigne obsequium vident cuidam indulgere, sicuti cum truculentum hominem, grauif-

simis mastrari supplicijs intuentur. Quemadmodum pertimescendum tonitru fulgur, quod fragore per aera intonat, & tandem terribili lapsu in aliquem locum irruens, vnum interficit: plures verò perterrefacit: ita seuerum supplicium, vnum apprehendens cæteris terrorem atque timorem incutit. Hæc similitudo (ait Theologus) non à proposito aberrare videtur: attamen quod vis exprimere non concludit. Nec etiam inficior: sed audeo dicere amore esse excellentius, nec simili modo quod falsum asserimus. Videlicet Principem plures ducere bonis fauere, quam punire improbos. Econtrà dicebat Aristoteles in Ethicis. Regem subiectos ita moderari & tueri, sicuti pastor cum suis ouibus sese gerit. Et in Politicis ait, eum honores à seipso, punitiones verò distribuere debere. Aiebat Rex Agesilaus, ut recenset Plutarchus, Bonus Princeps subiectis vti debet, sicuti pater vtitur filiis: non quemlibet patrem dico, sed patrem benignissimum, patrem amantiissimum. Ita ut videatur subiectus amore & fauore Principis educari, & enutrir, quam Princeps ex operibus & labore subiectorum. Certissimum tamen est, nisi Princeps faueat virtutibus, perpauci tamen qui hoc munere funguntur, reperientur, quanuis facinorosos castigent. Homines magis adstringuntur, aut delicatissimo amoris hamo, quam acerbo aut seruili timore capiuntur: ita ut à vitio nisi penæ formidine non retrahantur. Non est igitur amplius disputandum, nisi amorem & benignitatem Principis, hominum corda seruitutis iugo subiicere, eos qui voluntatem illius scire non desiderant, nisi ut opere compleant, attrahere. Et hoc amore atque affectu quo Regem prosequuntur: & pro reciproca mutuaque dilectione, quam subiectis patefecit, ex se pendere delectantur, magnaque ardua & ancipitia consequuntur. Et non solum principes veros subiectos amore & mansuetudine deuinciunt, verum etiam extraneos. Hoc est quod dicebat Titus Lilius. Romam magis Imperium clementia, quam sanguinolentis victorijs adauxisse. Quam perantiqui Romani cæteris nationibus præfici voluere, & hos bellicosissimos, atque strenuissimos rerum gestarum affectus adimplere: nisi amoris æternæ memoriæ ignibus accensi, quam pro maiori omnium remunerationum pretio ducebant? Sola statua quam Senatus, cuidam duci strenuo erigendam curabat, & fauor quo eum afficiebat, ut simulachrum lapideum, pro rerum gestarum, & benemeritorum in Rempu. memoria permaneret: quod sanè honesto quodam zelo & æmulatione alios excitabat, pro patria mortem oppetere. Nostri autem Lusitani quanuis zelo & amore Iesu Christi premantur: benignitate tamen, clementia & mansuetudine sui Regis fauorèque quem in eos confert, inuitantur & vocantur. Quod efficit, ut hac nostra tēpestate tam præclara facinora in Africa & Asia sit consequutus: ut magnanima Græcorum trophæa, tantis laudibus ab Homero, Tuciddide, prædicata, & à Latinis, Lucano scilicet & Tito Livio, celebrata, minimæ tantum gloriæ, respectu montis Olympi appareant. Dicunt enim, & ratione ducti longam famam vitæ breuitatis permutatione debere mercari.

De clementia & crudelitate Principum, quæque amborum magis deceat, aut conueniat.

CAPVT III.

d 2 Videtur

Idetur mihi (inquit Cuius) his præfatis rationibus, clementiam tantopere Principi cõparari, quàm crudelitas malè quadrat. Indèque sequitur eum qui moderatur imperioque & potètia præpollet Reipublicæ, potius pietati, quàm crudelitati debere assuescieri. Nolo in hoc contendere, atque disputare: Principem tamen rectam & æqualem iustitiam sequi decet. Verum cum in throno mera & suprema potestate præpolleat: perhumanus & perbenignus sit in executione iustitiæ cumque in dubium res versetur, ex parte clementiæ pèdère debet, & ad pietatem facillimè commoueri. Sumite (quæso) in exemplum Neronem & Iulium Cæsarem: quis eorum maiori amore cultior, aut famosior, quo tempore præclariora facinora, laudèque digniora in lucem prodierunt? Nero adèd crudelis erat, ut vitæ suæ humanius, nulli vitam condonare foret: interfecit enim propriam matrem, Romam flammis abolere nisus ut crudelem efferamque rabiem qua succensebat suam ruinam & conflagrationem oculis intuens, adimpleret. Miseros Romanos, siue magnos, siue humiles adolescentes & senes perpetuis angustiis & acerbitatibus exponens: triste infortunium, gemitibus, singultibus & clamoribus adèd funestis & formidolosis, ingemiscens, ut vniuersus terrarum orbis eorum crudeli & atrocissimæ sorti, deberet compati. Ille vero nullis pietatis igniculis mitigabatur, sed è supremo turris Tarpejæ cacumine hoc spectaculum conspiciebat: maximam atque incredibilem voluptatem persentens, quod ædificia ita sumptuosa & magnifica conflagrarentur, atque in cineres redigerentur: clamorem, & fragorem semiustorum hominum, profundissimos singultus & suspiria eorum qui cradeles flammæ eos deuoratos præstolabantur, ut desperatè vitæ extremam metam adhiberent, siccis, iucundisque oculis aspiciens. Itaque hoc naturæ monstrum nil præclarum gessit, imò potius, omnia aduerso vento successerunt: ut desperatus & amens Roma effugerit, & exiens è porta Flaminia, quæ nunc Populo vocatur, mortem voluntariam sibi consciverit. Tunc Romani pacato orio fructi sunt, cum infelicem vitæ exitum illius qui eorum vitam tantis suppliciiis erat exagitaturus, cernerent. Veruntamen in primis Imperij annis, optimum sui specimen animis hominũ præbuit, adhuc doctrinæ liquor quo illius ingenium Præceptor Seneca irrorarat, recens & vernans apparebat. Quemadmodum rota quæ magno impetu & volubili cursu versa, ex seipso quodam temporis spatio voluitur, licet qui eam voluit, cesset: hocque solum primi motus virtute, qui ex brachiorum viribus contrahitur, donec pedetentim, potentia deficiente, motus & agitatio quiescit, ac sistit? Non absimili modo Nero à teneris adolescentiæ annis doctrinæ Præceptoris sui Senecæ præstantissimi philosophi educatus atque informatus fuit: & licet quamprimum administrationem regni aggrediretur, doctrina cessaret: attamen quodam temporis intervallo, sua sponte, virtutèque huius primi informatoris motus ad clementiam mouebatur & vertebatur: donec tandem, huius optimi motus atque educationis vi & potentia præfracta, hanc perhorrendam atque facinorosam crudelitatem exercere orsus est, & scelus, atque impietas quo libri omnes pleni sunt, illius mentem inuasit. Contra verò Cæsar, adèd fuit humanus, ut non solum suis inimicis condonarit, verum etiam honoribus affecerit: vitamque eius, qui suam erat ablaturus, conseruaret: illique qui honore eum orbare volebat, hono-

rem contulerit. Et cum caput inimici sui Põpeij offerretur, nunquam intueri voluit: verum tanto dolore affectus est quod eum interfecissent, ut lacrymæ ex suis ocularis effluerent, ut testatur Plutarchus in vita Pompeij. Sed tamen iniuste Pompeium persecutus est: quamobrem Dei permisso 23. ictibus gladij in senatu confossus, animam efflauit, atque in pedes columnæ, qua statua Pompeij collocata erat, cecidit: quæ Cæsarem pedibus conculcare videbatur, & mala quæ illi infligerat, vlcisci. Equidem (ait Cuius) hoc notatu dignum fuit, mori sub pedibus eius, qui mortem illius ergò perpessus fuerat. Ita (inquit Theologus) refert Plutarchus. Ecce in quo Cæsaris potentia fuit redacta, imperium lucrificet, ut vitæ iacturam faceret. O quàm celeriter commutatum est, quod à longo tempore perquiserat, & ob longi temporis spatium consecutus! Verum pius & misericors fuit, fauorèq; virtutes ditare maluit, quàm vitia punire: quod magnum in illum peperit amorem & studium: animùmque suorum ad præclara consequenda studia excitauit, quæ ipsemet, extollebat, quibus opitulabatur, quæ promouebat, tamque vehementi desiderio fouebat, ut incredibiles victorias minimo temporis intervallo, reportarit: ut ne quidem voluntas expetere posse videatur. Ad hæc iustitiam vnico amore dilexit vnicique prout merita exigebant distribuens, quod eius famam mirificè adauxit & illustrauit: quippe qui, excellentior Principis perfectio, in hoc consistit, ut præmia & pœnas dignitati meriti, & grauitati pœnæ conformes, impertiat. Ea propter (inquit Cuius) videtur, iudicem summopere integrum esse debere, omni odio & affectu spoliatum: iudex enim corruptus, bonum pro malo indicat, malum autem pro bono: sicuti aliàs intuitus sum. Illud (inquit Theologus) veritati cõsentaneum est: verum iustitia grauidæ est, monstraque parturit, quæ ita iudicium infuseant, ut cuiuscunque coloris permulta aperiant. Ita igitur est (inquit Mathematicus) Sol qui vitrum radijs penetrat tales colores qui vitris depinguntur, representat: ita qualis est affectio, talis sententia est. Sol cum oritur, aut occidit, maior quam in meridie apparet & cernitur: cum tamen huiusmodi sit magnitudinis, sed vapores qui oculos serò manèque inuadunt, visum fallunt: inter Solem & nos transmigrantes, qui vapores loco superciliarum sunt, quorum ope, optici visibilibusque radij, ut in vitrum transparens ferunt, & obliquè sese diffundens, Solem maiorem diuersique coloris quam in Meridie apparet, patefaciunt. Eò enim magis visibiles radij dilatantur, tantò maius quod videmus, apparet. Ex exhalationes ex terra salientes, nostræ affectiones sunt, quæ ex nobismetipsis oriuntur: sunt eque ipsæ quæ ante animæ oculos peruadentes, visibilia, maiora, alternique coloris nobis ostendunt. Cum itaque iudicium atque intellectus eo pacto inficiatur, res iudicamus non ex re ipsa, veritatèque duce, sed iuxta desiderium amoris, aut odij, quo eas prosequimur. Hęc ratio est, cur in terris, tam parum iustitiæ vigeat. Quemadmodum pictor arte perspectiuæ, res celsas, atq; summissas nobis obijcit, cum tamen tabula sit æqualis & vaita: nostra etiam imaginatiua, affectus industria, idem opus, aliis quidem magnū & excelsum, aliis verò minimum & obscurū oculis proponit. Et si fallax affectus perspectiuæ communis pluribus sit, iustitia in paucis vigeat, quin corruptione atq; fallacia scateat. Hesiòdus illud ipsū volebat significare, cū dicebat, Iustitia in terris opprimi cõperiens, ad cælos euolauit: vbi virgo erat incorruptibilis, ut Iustos in pauculū numerum redigi demonstraret: eosque secundū iusti-

Iustitiam, iustos iudices non posse vocari, quorum iudicium passione, & corruptione erat vacuum. Chrysippus hoc latius enodans, aiebat hanc virginem aspectu & visu timido palpebris oculorum apertis, facieque seuera & graui, compositam esse: quam antiqui, caelesti circulo sitam esse affirmabant quem nostri Mathematici Zodiacum inter Leonem & Libram, vocant: per Leonem fortitudinem: per Libram autem prudentiam & temperantiam, quæ æquilibrio omnia trutinat. Iustitia gladium vtraque parte acutum manu gerens, depingitur: contra cuius aciem, nec durities, nec rigor odij, nec amoris blanditiæ quicquam possunt: Imperterrita enim omnia recte insteque interfecat. In hoc voluerunt antiqui significare, iustitiam virtutem esse caelestem, quandoquidem in caelos erexerunt: & hæc ceteris virtutibus Cardinalibus vt excellentior antecellit, quæ nullo affectus amore freta, conformiter, prout merita quorumcunque postulant, elargitur, ac distribuit. Hoc (inquit Theologus) voluit significare Casiodorus super Psalmos, cum ait iustitiam neque patrem, neque matrem, sed tantum veritatem agnoscere. Quocirca figuram huc veteris Testamenti vult adducere. Cum igitur tu, veluti Philosophus, ex totius Mathematices imorationes exhauris, vt Theologus rationes veritatēque ex sacra Scripturæ profundo, decerpam: nonnullas etiam interdum rebus diuinis historias intermiscebo. Ait Propheta Ezechiel, libro suarum visionum 41. se in Templo quodam Fabrefacta Cherubim vidisse, his verbis. *Et fabrefacta Cherubim & Palma, & palma inter Cherub, & Cherub, duasque facies habebat Cherub. Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem Leonis iuxta palmam ex alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. De terra vsque ad superiora porta Cherubim & palma celata erant in pariete templi.* Per Cherubim qui secundum D. Hieronymum quasi plures significat, intelligimus Principem, qui quasi plures etiam vocatur: virtutes enim quæ inter subiectos diffunduntur: Principi cohærere, & quadrare debent: qui quasi plures debet esse, vt omnibus auxiliū opemque præstet, omniumque sit: ita vt qui minorem illius partem habere debeat, ipsemet sit. Vnumquemque Cherubim duas facies habere, alteram mansueti hominis alteram autem feri Leonis. Propheta vult interpretari Principem bonis affabilem ac perbenignum videri: malis verò ferum, atque inexorabilem. Aliis humanum, aliis verò seuerum apparere: aliis fauere, ab aliis vero pœnas expetere. Sed si fauere vult, si castigare, oculos in palmam semper conuertat: hæc est vera victoria laurea, æternum præmium, quod D. Paulus in prima ad Timotheum coronam iustitiæ, quæ in caelis præparata erat, appellat. In hunc diuinum præmiū, qui moderantur, oculos debent conuertere: cogitationem, sensa mentis & consilia in Deo collocantes: verum enim est pretium: sua opera Deo dedicantes: quippe qui earum perfectio potissimum vt à Deo vt meta & scopo regamur, consistit: modōque ac rationes omnes inuestigemus, vt eum attingamus, eiusque vestigiis insistamus. Illud est quod ait Sponsus in Canticis Salomonis Sponsam alloquens: qui Iesus Christus est cum deuota anima loquens. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Ac si diceret: Accipe me pro fine, pone me pro signaculo in meta tui cordis, quod omnes tuorum verborum sagittæ, operum & cogitationum insiliunt: si vis punire, si vis aliquē remunerare: oculos in me dirige. Volebat illud denotare D. August. in lib. consuetudinum & ceremo-

Ezech. 41

Princeps
qualis esse
debeat.

Cant. 8.

niarum, cum ait. Iustitia amor est, qui amato solum seruit: & quoniam seruit: ea propter quidem imperat & dominatur. Intelligit intentionem eius qui iustitiam exercet, penitus in Deum dirigi, siquidem sui ipsius amor & fauere, & punire debet, neque acceptionem personarum admittere. Et cum duo cōnexa offeruntur, cum duo respectus inuicem occurrunt, alter affectionis naturalis, alter oneris publici, quod homo exercet & administrat, eum officio publico, prius quam priuatæ personæ inclinare & adherere oportet. Ideo Redemptor noster Iesus Christus in Cruce fixus cum peccatoribus loquutus est, antequam gloriosam Virginem matrem suam, alloqueretur, quæ quidem iuxta crucem stabat, squalore & mœstitia quæ vultui imprimebatur, conficta: priusque Latronem quam Virginem expedit: Vt enim eius munus, ad hoc spectabat, vt peccatores saluos faceret, ea fretus occasione, in mundum venit. In primis publico respectui ipsius muneris voluit inclinari, quam priuato amori, quo sacratissimam Virginem prosequeretur. Respectui Redemptoris primū adhæsit: postea vero filij. Itaque tertium verbum quod in Cruce protulit, fuit Virgini, primaque petitio à Deo pro peccatoribus veniam petere. Ex hac diuini Prophetæ Ezechiel & autoritatibus præfatis colligemus, eos qui imperant aliis virtute antecellere debere: vnicuique præmium & mercedem prout meritum postulat elargiri: non affectu, sed iustitia duci, in Deum mentem dirigentes oculosque mentis penitus conuertentes, magis sui memoris respectui procliuēs, quā iis quæ ad propriam personam pertinent. Cum dico Principes æqualitatem debere obseruare: non hoc dico, vt vni tantum, quā alteri impertiat, hæc enim æqualitas inæqualis est: verum bona, fauores, & remunerationes, ad meritum valorem debet conformari: pœna verò supplicij ad amissum flagitiorum & criminum perpendi. Cum Sol, in superficiem arduæ & excelsæ domus repercutit, per fenestras, quæ ex ea parte aperiuntur, ingreditur, eas splendore irradians: verum cum aliæ magnæ, aliæ verò paræ, nonnullis magis splendoris aliis vero minus ingreditur: Dicimus tamen Solem æqualiter per his omnibus fenestris illucere: nō quod tantum splendoris vni, quantum alteri explicet: sed quod æqualiter, pariterque iuxta magnitudinem capacitatemque cuiusque ingrediatur. Eo modo tunc æquales Principes asserimus, non cum tantum fauoris abiectis hominibus, veluti maioribus demonstrant: sed cum gratiæ meritis sunt consentaneæ, Deūque imitantur: apud quem nulla est acceptio personarum, vt inquit Scriptura, Deut. ca. 10. Et D. Paulus in Epist. ad Gal. D. Petrus in Actibus Apost. vt etiam refert D. Lucas in 10. Act. capi. Talem decet esse Christianum, virtutibus decoratum, igne charitatis inflammatum, vt doceat & moderetur, non tantum legibus & verbis, verum etiam operibus & exemplis: quod quidem si affectui iudicij corruptori adhærescat, non præstabit. Et quem admodum, vt rem magnam secernamus ac diuidamus, iuxta mensuram vtimur: vtque rem ponderosam à leui distinguamus, libram & pondus adhibemus: & vt plus ab eo quod est minus iudicemus, numero certo atque vero ducimur: pari ratione, vt iustum ab iniusto secludamus iudicio liberæ atque incorruptibilis rationis vt, operæ pretium est, quo quidem necessario Princeps debet pollere. Libera enim nequit esse sententia, si iudicium cōstringatur, illæque vna & mensura recta metiri nequit: cui inest torta & obliqua conscientia.

Simile.

Deut. 10.
Galat. 2.
Act. 10.

Simile.

De Ideis Platonis, de suffragiis, electionibus, & qualitatibus eius qui moderatur.

CAPVT IIII.



Hoc in loco respondit Mathematicus, dicens: Rarius hoc erit vnum horum Principum adinuenire, quam auem Phœnicem, quem vnicum in hoc terrarum orbe esse constat: quique nisi in Phœnicia regione Arabiæ non cernitur, centumque annos vitam degit, vt ait Herodotus, cum quo Pomponius Mela consentit. Quauis Solinus dicat Phœnicem quingentos & quadraginta annos viuere, Plinius sexcentos & sexaginta. Equidem credo (inquit Ciuis) paucos horum Principum inueniri posse. Sed fortassis nullum (inquit Iureconsultus.) Imo potius plures (ait Theologus) & quauis nullus rectè ad hanc perfectionem peruenire possit: nihilominus qui eò propius accedet, perfectior, sanè iudicabitur. Vt permulti sagittarij qui ad scopum tendunt: cum nullas ipsorum metam ferit, is qui propius accedit, peritior habetur. Et insuper quamuis res non sit, & esse non possit: tamen discerni & definiri potest. Hoc (inquit Iurisconsultus) mihi videtur impossibile: quippe cum definitum & definitio relatiua sint, vnumque sine altero non possit consistere: quomodo ergo potest esse definitio, nisi definitum constet? sine dubio nunquam esse potest, quauis re ipsa consistat. Respondit Theologus. Est in conceptione eius qui definit. Vnde fit vt Plato Rempub. definiat & describat excellentiorem quam potest concipere quæ nunquam fuit, nec futura est. Et Xenophon excellens Philosophus & Orator, eiusdem Platonis Condiscipulus, perfectum Principem in institutione Cyri depingit, quem nunquam viderat, aut existere posse credebat. Illud est quod Cicero in secundo libro de Oratore asserit, & Volaterranus in vita Xenophontis, Xenophontem non tantum censere historiam Cyri scriptis mandare, quam perfectum Principem informare, arbitrari. Hi duo Philosophi Plato & Xenophon, magni Socratis discipuli extiterunt, & in viuo eius fontis scaturigine hac doctrina imbuti fuere. Quod erat, operibus suis non definierunt, sed quod esse desiderabant. Ita testatur gloriosus ille D. Ambrosius in suo Proëmio primi libri Abraham. Et idem Cicero, quem nuper in medium adducebam, perfectum Oratorem qui nunquam fuit, nec futurus est, describit. Thomas Morus Anglus nostra tempestate hos authores in libro Regni Vtopiz imitatus est, nec esse nec posse consistere. Et Bathasar Castellio in libro Aulici, alijque moderni quos breuitatis gratia prætermitto. Cum ille excellens Pictor Phidias, cuius fama per vniversum orbem petrebuit, hanc Mineræ imaginem depinxit, adeo pulchram, numerisque omnibus absolutissimam, nullo postea qui ad imitationem perfectionis artis ne lato quidem vngue accederet, inuentus est. Cum ad viuum effingere voluit, nullam mulierem contemplabatur: verum in eius animis præstantis, venustæque figuræ forma insidebat, quam perpendens, oculosque mentis in suum exemplum imaginarij, defixos habens, manus Idea conceptioneque promotæ, adeo excellentem, visusque pulcherrimam formauit imaginem, vt omne artificium insumpsisse videatur: nec tamen hanc excellentem figuram in qua eius mentis oculi inhaerebant, attigit: quod veluti naturæ extremitas erat: ita vt imaginatio aliquid adhuc de-

pingendum, desiderium verò ad optandum relinquebat. Insignis ille Plato has figuras animo efficit, Ideas appellat, quem Philosophus Panædius doctissimum Cicero verò Principem Philosophorum nuncupant. Et non solum in Philosophia, verum etiam eloquentia maiorum memoriam obnubilauit: eò quod homines docet, vt à lubricis corporis sensibus abhorreant. Ideò Gentiles, Epitaphium locauere, quo continebatur, Deum Apollinem duos filios genuisse, nimirum Esculapium & Platonem, Esculapium vt corpora, Plato autem vt animas sanaret, sicuti Marcellus Ficinus in eius vita scriptis reliquit. Ne igitur in dubium adducatis, non esse Ideas, proculdubio enim sunt. D. Augustinus in libro octoginta trium quæstionum, vbi fuse & copiose de hac materia pertractat, asserit esse Ideas, quæ tanta vi pollent, vt nisi quis eis fidem adhibeat, in sapientum numerum ascribendus non sit. Huic opinioni ceteri omnes Theologi assentiuntur. Quamobrem depingere ac describere Principem æquissimum perfectissimumque nullo negotio possumus: non quasi ab iis qui extant effectus, sed ab iis qui futuri sunt, iuxta Ideam nostris animis conceptam. Verumtamen, vt supra recensui, fuerunt, & adhuc supersunt multi Principes gloriosi & excellentes, qui iustitia, virtute, magnitudine animi & sapientia tantam tamque illustrem famam sunt consecuti, vt quauis ex huius corporis ergastulo exsiliat animus: viuet tamen in sempiternam memoriam, nihil obliuionis tumulo, eos poterit consopire. Hæ Platonis Ideæ (inquit Iureconsultus) centies obscuriores sunt, quam nostræ leges, quæ ita difficiles, atque irretitæ censentur. Equidem veræ Chimæræ videntur, propriæque laus eorum qui eas audiunt, non intelligere est. Non quidem multum claræ sunt (inquit Mathematicus) quauis Pythagoræi numeri difficiliore sint, & rotæ inuentio, spheræ viæ, circuli quadraturæ, ortus & occasus signorum, aliarque materiæ eiusmodi qualitatibus, vbi per plures quidem subtilitates insunt, verum multò minores, intellectuque atomis Epicuri abstrusiores. Quod efflagito (inquit Ciuis) est scire qualitates quibus præcipue, Rex Princeps, aut denique quouis gubernator, debet nobilitari, qui potentia, & dominatione moderatur, vt perfectus dicatur. Et cum Ciuis gubernator eligendus sit, quinam inter ceteros præoptandus? Periucundum mihi foret si hanc enodare materiam vobis cordi esset: videtur enim vtilior, maiorisque emolumentum, quam Ideæ. In Veteri Testamento & 17. ^{Numb. 17} cap. Numerorum, scribitur. Cum plures de summo sacerdotio contenderent, Deum pronunciasse, vt is dignitate frueretur, cuius virga floreret. Cumque dedissent omnes Principes virgas per singulas Tribus, fuerunt virgæ duodecim absque virga Aaron: quam cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati sunt. In hoc Deus noster docere voluit, eum dignitate ac Prælatu dignum esse, ceterosque dominatione subiugare, cuius vita folia flores & fructus emittit. Per folia verba literæ, & doctrina, intelliguntur, per flores verò optimæ existimationis spes, fructusque bonorum operum. Et e contrario ille indignus dignitate est, cuius vita exsiccat, arescit bonis literis, bona spe, bonisque operibus denudatur. Quod literæ moderatori necessariæ sint, maximè Prælato Eccl. D. Paulus ad Ephesios scribens, sic ait. Et ipse, scilicet Deus, quos-

Ephes. 4.
dum

dam dedit Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & Doctores. D. Hieronymus super hæc verba, ait, Notate, ille qui Prælatus est, Doctor esse debet. Non dicit alios pastores, aut alios Doctores, sed alios pastores & Doctores. Idem D. Paulus in Epist. ad Timoth. & in Epist. ad Tit. in quibus optimum Prælatum de pingit inter alias qualitates, quas illi annumerat, doctrinam & scientiam annectit. Interdicit Deus in Leuitico ne animalia cæca sacrificio offerrentur. Ecequodnam animal cæcum Deus reprobatur. Nisi Prælatum scientia orbatum. Hæc significari volebat cum iussit in Exodo, ut summus Sacerdos pectorale in pectore gestaret, quo hæc verba inscriberentur, DOCTRINA ET VERITAS. Prælatus sine literis, est auis sine plumis, nauis sine gubernatore & horologium sine ponderibus. Et in primo Cap. Deuteronomij, Moyses Iudæos alloquens, dicebat. *Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, ut ponam eos vobis Principes.* Antiqui Hebræi in eorum Alphabeto, nulli literæ nisi. Lamed , caput erigere faciunt. Cum aliæ sint infimæ, solum hæc in summitate coronata remanet, veluti Regina & Princeps cæterarum. Et cum in Hebræo Alphabetico viginti tres literæ consistant, litera Lamed , duodecima est: ita ut rectè in medio aliarum collocetur: & significat doctrinam, descendens à verbo Lamed, Hebraico, quod docere significat. Nam omnes literæ Hebraicæ, præter id quod extant, suas significationes fortiuntur. Hæc litera Lamed Principem & Prælatum intelligimus, qui celsior est, cui cæteri omnes adhærent, ac submituntur, imperat, alij obediunt: caput in altum erigit, quoniam Prælatus mentem in cælum debet extollere, assiduis precibus opem diuinam implorans & inuocans. Doctrina vero significat Prælatum doctrina pollere oportere, vitamque viuam doctrinam quæ doceat cum verbis & operibus. D. Cyrillus in 2. libro Commentarior. super Leuiticum, quod nonnulli Origeni volunt tribuere, ait, ea est ratio, cur in Leuitico, vbi de Prælati peccato mentio fit, non tractetur de ignorantia, sed tantum de peccato aliarum personarum: quoniam præsupponitur nullam ignorantiam Prælato inesse debere: cum electus & constitutus fuerit, ut alios edoceat. Ait Deus in 2. Psal. *Estote prudentes vos qui iudicatis terram.* Et Propheta Osee, *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacrificio fungaris mihi.* Denique eadem dignitates magistratus vocantur: ij enim qui imperant aut præsidet, magistri debent esse ornati doctrina & scientia, Hoc sat est quantum ad literas. Quod sit etiam necessarium, ut is qui eligendus est bonam ex se spem ingeneret, optimaque existimatione habeatur, docet D. Paulus ad Timoth. Eapropter Iesus Christus Redemptor noster, à D. Petro petijt antequam Principem Apostolorum constitueret, an illi amaret, ut nos erudiret: nullos ad dignitates & gradus Ecclesiasticos debere promoueri, nisi ij qui Dei amore exardescere cæsentur. Et non solum petijt an amaret, verum etiam, an præ alijs diligeret. ij enim eligendi sunt, qui laude charitate famaque alijs præfulgere existimantur. Dominus non vna vice à D. Petro, an amaret, expetere contentus est, sed ter postulauit, ut ait D. Ioannes in Euangelio. In hoc Iesus Christus & Redemptor noster regulam & normam, qua in Prælati examine uti debemus, præmonstrauit. Non à D. Petro petijt, an esset nobilis, an cantor, an pictor, sed an super alios verus amator existeret. Dixit illi, *Pasce agnos meos.* Non dixit, *Pasce te ipsum, sed pasce agnos meos:* non di-

xit, occide, & carnem comede, iugula, & dilania, eorum lana indue te, nisi, pasce illos. Hic pastus ouium, consistit, ut eorum necessitatibus, tum animi, tum corporis, subueniamus, eas doctrinas, operibus, verbis & virtutibus erudientes. Verum ne fallantur Electores, eos quos melioris existimationis esse iudicabunt debent præeligere: maioremque spem eos rectè munere perfuncturos, operaque ipsorummet recta doctrinæ Euangelicæ norma dimensuros, palam faciet. Illud est quod ait D. Paulus, *Decens est & conueniens, ut is qui electus est, ex ijs qui foris sunt, testimonium perhibeat.* Ecce quantum ad existimationem. Præterea bona opera per necessaria esse, ait Iesus Christus docens apud D. Matthæum. *Quem constituam & docebo magnus erit in regno cælorum.* Ea D. Paulus ad Timotheum, ait, *Tu vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelista,* Prælatus enim bonorum operum exemplar esse debet. Hoc declarat Scriptura in libro Iudicij, vbi Gedeo magnanimum Israëlitarum dux dicebat, *Facite quod videbitis me facere.* Bonus Princeps legibus debet parere, ut exemplum demonstrat. Deus iubet in Deuteronomio ut statim atque rex electus ac constitutus fuisset, Legem scriberet, secumque ferret, utque iuxta illam regeretur. In quarto Regum libro scribitur, cum vellent Regem aut Principem constituere. Sacerdos caput sub corona regia imponebat, subque ea legem Dei: ea enim est quam Reges sequi debent, diligere, & præ cæteris rebus magni facere. Ait D. Ambrosius. *Is qui dominatur, leges constituat, eas ipsemet obseruet, non ut ijs subiiciatur, sed propter exemplum, quod de se alijs debet manifestare.* Princeps & Prælatus amissus est, quæ non solum in se æqualis & recta est, sed etiam ædificium coræquat & erigit. Quod nullo modo facere potest, si obliqua tortuosaque sit. Et quemadmodum umbra virgæ tortæ & nodosæ non rectior suo corpore fieri posset, ita populus, qui umbra corporis Principis est, nec iustus, nec rectus esse possit, si Rex vitij sit deturpatus ac deprauatus. Hoc est, quod ait Salomon in Proverbijs, *Rex iustus erigit terram.* Et Ecclesiasticus. *Qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* Vnde fit, ut peccata populi Prælato tribuantur, qui non solum operibus peccat, sed etiam malis exemplis. Cum horologium, concordantijs rotis, ac ponderibus constans, discordat, hic error potius artificij tribuitur, cui illud regendi, & disponendi, cura demandata est, quam ipsi-met horologio. Ita populo errate, & à virtutis via deflectente, culpa, cui onus regendi & moderandi commissum est, inculcatur: quoniam malo suo exemplo, eum deprauat. Et quemadmodum mare aëris temperiem sequitur: ita ut si aër serenus, mare pacatum ventisque placidum sit, si aër procellosus, mare etiam turbatur ac agitur: pari ratione si Princeps virtute præpolleat, virtutem sequitur populus, si contra vitij suffundatur, populus etiam vitij inquinatur. Ideo ait D. Paulus ad Titum. *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum, irreprehensibile.* Ut igitur redeat vnde aberrauit oratio, vestraque quællioni respondeam: illum voce pro gubernatore acclamare debetis, quem præ cæteris doctorem esse iudicabitis, qui maiorem spem ex se præbeat, melioribus operibus fungatur, quæ quidem Principis & Prælati substantiales qualitates sunt. Quemadmodum nauis bona non debet appellari, eo quod melius depicta sit, nec quod proam argento munitam habeat, nec quod pulcherrimis velis, insignisque decoretur nisi quod sit firma, tuta, rectè con-

Prælati
iudicij
descriptio.

Exod. 1.
Osee. 4.

Psal. 2.

2. Tim. 3.

Tit. 2.

Timot. 4.

4 Reg.

Prover. 29.
Eccle. 10.

Tit. 2.

glutinata, leuis, ad fulcandum prompta, Naclero obediens, malis asseribusque transtris & antennis, vtiliter confectis cumulata. Ita bonus Princeps aut Prælati dicitur non potest, eò quòd optimè choreas ducat, quòd peritus sit cytharæ dus, bonus scriba, & nobilis, cum tamen alijs qualitatibus magis necessarijs sit orbatus. Nam licet hæ partes optimæ hominem exornent, aut illustrent: non tamen in optimi Principis, aut Prælati essentiam ingrediuntur. Verùm ille optimus Princeps, optimusq; Prælati vocabitur, qui literis, existimatione, & virtute præfulgebit: in his tribus sobrietas Iustitia, prouidentia, diligentia, prudentia, & amor Dei concluduntur. Ad extremam ij gubernatores creari debent, qui moderatione periti sunt, vita virtute præstantes, bonorum operum exemplo, ætate experti conuersatione humani, officio liberi. Ideò homines sub Cotricula imponendi sunt, ijq; meliori ære compati, pro gubernatoribus eligendi: tantò enim quisquam in loco eminentiori collocatur: tantò præcellere virtutibusque ac meritis debet decorari.

Principis,
aut gubernatoris
qualitates.

De officio Principis, de periculo ipsius vita, de qualitatibus, quibus insigniri debet, iuxta opinionem Philosophorum.

CAPVT V.

Hilosophus Bias interrogatus, quisnam esset bonus Princeps, ac gubernator? Respondit (vt refert Cælius Rhodiginus) illu esse qui legibus paret, & præ ceteris ijs submittitur. Hoc pacto à veritate minimè dissentit: vt enim asserit Pindarus, Lex omnium mortalium Regina est. Idcirco Reges Aegypti se felicissimos putabant, cum legibus obsecundarent, vt testatur Diodorus Siculus. Narrat Fulgositus Antiochum tertium Regem Asia, vniuersim per omne regnu scripsisse, vt si suis Edictis Decisionibus, & Præceptis, aliquid legibus contrarium comperiretur: considerarent ac firmissimè tenerent, hoc ignorantia & obliuione contigisse: non igitur eius rei rationem haberent, non enim ad corruptionem Legum ijsque cereum nasum effingere, intendebat. Simili modo Cæsar vsus est, vt narrat Nicephorus in sua historia. Ait Solon Salomonius, Moderaberis, reges, & imperabis, cum regi, atque gubernari didiceris. Inquit Socrates, nimiam esse ignorantiam velle cæteris imperare, seipsum verò regere non posse. Narrat Plutarchus eu esse nequissimum Imperatorem, qui sibi ipsi nequit imperare: malum enim imperium, rebellionem & inobedientiam populi parit. Et e contra cum Imperator æquus est, & legibus paret, illi subiecti morem gerere debent, ea igitur ratione Imperia proteguntur, ac conseruabuntur. Aiebat Cambises Rex Persarum, Rempublicam, duobus posse moderari, primu cum virtus possessori imperet: alterum cum ij qui obediunt, agnoscunt & sciunt, quanti honoris & pretij sit rectè obediendi scientiam tenere. Quidam Theopompo Lacedæmonum Regi referens, res Lacedæmonum rectè tracturi, quippe qui Reges, vt rectè imperarent, addiscebant: imò potius (respondit ille) eò quod subiecti rectè morem gerere discunt: obediensque sunt, cum Principes rectè quodam negotio moderari intuentur, rectèque sciunt imperare, cum quod imperant primi exequuntur. Hoc enim pacto Lex Princeps est mutus, Princeps verò lex loquens. Princeps & Imperator lex loquens est,

cum debito munere fungitur, absque nimia libertate, quam imperium & dominatio, se cum se penumero comitantur: quod est vitij eorum naturam bonamq; indolem corrumpere. Tunc Princeps lex est loquens cum mundi prosperitate vitur, tãquam re quæ nullum alicui adiniculum, aut fundamentum affert: sed eius varietatem & inconstantiam agnoscit: non prosperitate extollitur, nec aduersitate deprimitur, vt Iustitiæ curam relinquat, sui que imperij temporis iacturam faciat. Est lex loquens, cum animo & audacia suos auget & confirmat, cum ratio frænâ appetitum, & iustitia nullum cum affectu habet commercium: cum in communem vtilitatem oculos defixos habet, non solum sibi ipsi natum, sed populo, animo pernoles, eumque solum & æqualem omnibus effici debere, omnibus provide-re, omnes admittere, & maiori oculorum multitudine quam Poëte Argum Osyrim effingunt, id est multioculum. Ideò ait Eusebius, in libro de Præparatione Euangelica, & Porphirius libro contra Sarcophagos, id est, Carniuoros, Aegyptios hoc nomen Osyris Soli imposuisse: quod suis radijs tenebrarum dissipatoribus, oculisque fulgentibus, totum terrarum orbem perlustrat. Et quoniam Osyris (vt inquit Diodorus) Rex Aegypti fuit, vbi plurimam artium scientiam professus est, Aegyptij vt Deum & Regem diuinum colere, eum ipsum Solem esse asserentes. Hoc antiqui denotare voluerunt, bonum Principem & Imperatorem, Solem esse omnibus communem, qui multioculus coruscet, & populo inuigilat, medium semper tenens, vt sol qui in medio Planetarum interstitio est collocatus. Prisci Aegyptij qui litterarum loco figuris caracteribus & signis Hieroglyphicis utebantur, cum Deum volebant denotare, sceptrum erectum, altum, in cuius apice oculus, erat, depingebant. Hoc significantes, Deum esse iustum Regem, omniaque perlustrare: tales deberent esse Principes, si vita potiri auerent, vt eam operibus gloriosæ memoriæ insumerent. Itaque Princeps & gubernator, subiectos moderetur, atque ijs summa cum sagacitate inuigilet, omnibus opem ferat, rationemque omnium habeat. Eapropter Tribuno Plebi à Roma integrum diem abesse, minimè licebat: vt Aulus Gellius cap. 3. lib. noct. Attic. affirmat, & Macrobius 3. cap. lib. 1. Saturnaliorum. Ideò Romani statuebant, vt ij qui muneribus publicis perfunderentur, populoque ac nationibus intenderent, rebus omnibus interessent, vt nullam culpam absque punitione, aut virtutem absque premio & remuneratione præmitterent. Et pro effectu ac executione illius laudatæ voluntatis, Magistratus eligebant, qui non tanta socordia & pusillanimitate obdormirent, vt ipsorum propter nimiam mansuetudinem, amicitiam, ac benevolentiam iacturam facerent: neque etiam adeò inexorabiles rudes seueri, & insulsi, vt à rigoris limitibus transilirent. Fronton Consul, qui tempore Imperatoris Neruæ extitit, vt testatur Fulgositus, dicebat, illud esse perniciosum, atq; ab omni probitate alienum, obediens Principis submitti, qui nulli quod cordi erat exequi permittebat: Verùm multò peior erat is, qui omnibus ad libitum, quidquid ardebat, concedebat. Licet enim is, qui nihil permittit, malè fungatur officio: multò tamen peius se gerit qui omnia impetrat. Magna (inquit Cuius) est pœna ægritudo, & labor optimi Principis, aut Imperatoris: siquidem vt Iustus & rectus sit, omnibus opitulari, vnicuique satisfacere adstringitur, quod quidem non solum difficile, verum etiam à potentia alienum videtur. Hoc (inquit Theologus) adeo permolestum, atque pericu-

riculosum est, vt diceret Demosthenes, si duo nobis eligenda itinera ostenderentur, vnum ad mortem tendens, alterum ad administrationem. Reipub. illud ad mortem ducens præoptare deberemus, quam illud Imperij. Ita refert Plutarchus in eius vita. Dicebat etiam Chrysiptus nulli esse ad dignitates, & munera Ecclesiastica aspirandum: quippè qui certum sit, si recto fungatur officio, hominibus non satisfacturum, si verò malo, Deo repugnaturum. Illud ipsū volebat significare Pythagoras, in illa sua sententia à Laërtio quidem recitata, sed non explicata, à multis lecta sed à paucis intellecta. Qui ait, vt à fabis nos abstinemus. Non hoc dicit, vt esu fabarum nobis interdicit, sed quoniam olim electiones fabis fiebant: cuique plures eueniebant, is ad dignitatem & dominationem promouebatur. Volebat dicere Philosophus, ne aliquis onera dominationes aut administrationes procuraret, aut exposceret, si tranquillam ducere vitam peroptaret. Turbus Romanorum præpositus quam magni atque immensi sint eorum labores, qui recto funguntur officio, expertus est: qui cum ab Adriano Imperatore admoneretur, vt quiesceret, & à laboribus tandem aliquando superfederet, respondit (vt refert Cassius) hominibus qui moderantur, necessarium esse, laborando animam erectis pedibus exhalare. Huic rei assentitur Seneca in libro de Clementia, cum ait, eū qui regit & imperat. Remp. ad se pertinere non arbitrari: sed se esse in Repub. putare: & non dominum, sed seruum publicum haberi. Et vt ait Pyttacus, vnus ex Græciæ sapientibus, rationi suorum subijci debet, & aliorum rationi adstringi. Ait Petrarca, eodē die quo Rex regnare incipit, pro se viuere desinere, proque subiectis vitam aggredi: si enim contrarijs ramis moderatur, Rempub. funditus euertit. Vt enim ait Xenophon, omnes Respublicæ quæ aboleuerūt, hoc incuria imperatorum factum est. Ideo quam graue sit peccatum intuemini, artificio & industria indignum hominem eligere, siue id, aut effectu, aut priuato interesse fiat. Afirmat D. Anthon. in 3. parte, eos mortaliter peccare, quippè qui cum charitatem extinguere nituntur, maximum Ecclesiæ detrimentum pariunt, quam nihil tantoperè quā malus Princeps affligit. Papa Pius, (vt refert Platina) ait hominū dignitatem, hominibus conferri debere. Quæ præstantiori virtute laudatus fuit Cōstantinus, hæc erat præcipua, vt hominibus infimæ conditionis, quos antequam Imperium teneret, dilexerat, munera gratiam fauorem, beneficia, nummorum liberalitatem largiebatur: non tamen Reip. officia, præterquam dignis idoneis, & capacibus, vt refert Pomponius Leta in eius vita. Propterea quia (dicebat) munera publica, non affectu, sed ratione conferri debent. Hic est ordo, quo omnia confunduntur, cum homines officijs providentur, non autem officia hominibus. Vnde seditiones, & bella ciuilia inter populum exoriuntur: quippè qui si scaturigo, aut fons sale aspersa sint dulces non possunt esse riui: ita Principe corrupto: sunt etiā corrupti subiecti. At bonus Princeps officium quod exercet, debet præuidere & considerare, quantò altius extollitur, tantò maiori discrimine periclitatur. Declarans D. Gregorius hæc verba Iesu Christi, apud S. Ioannem. Accipite Spiritum sanctum, sic ait. Dignitatis honor magnus est, onus verò pōderosum. Durum atque crudele est illum de vita alterius iudicare, qui seipsum regere non potest: qui parua vitæ nauicula ductor esse nequit, quomodo Nauclerus erit magna Reipub. classis? Quo animo, quo motu quæue audacia, clauum dominationis omnium audebit arripere,

re, qui seipsum regendi, viam ignorat? Si Angelus custos spiritus purus & excellens, custodia vnus hominis contentus est, quisnam cedit, qui plurimum administrationem & custodiam manu tenere cupit? cum sit debilis imbecillus & impotens: deniq; cum sit homo? & potissimum cum de ouibus, quarum habet custodiam, ratione sit redditurus? Loquēs Deus Principi, in tertio cap. Ezechielis, sit ait, *Si non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt aueriat a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Hæc sunt verba vt terrorem & metam incutiant, arrogantia rotam dissipent, inanēque cogitationes pedibus conculcentur. Cum ait Deus Principem mortem sui subiecti soluturum: hoc significare vult, malum Principem exemplum populum disperdere ac labefactare. Qua occasione motus D. Augustinus, ait, Principem deprauatē vitentem, homicidam esse, & ne sit homicida occurratur, scientiæ dotibus cumulari debet, Iustitiam integram seruare, vitæ sanctitatisque exemplum demonstrare? Voluit illud sacra Scriptura denotare, cum 3. lib. Reg. ait, Salomonem præcipisse vt in templo bases erigerentur, his verbis. *Et ipsum opus Basium, in terra file erat, & sculptura inter iuncturas. Et inter coronulas & plethas leones, & boues & Cherubim: & in iuncturis similiter desuper &c.* Bases sunt Principes & gubernatores, qui totum ædificij pondus debent sustinere. Ideo à Græcis rex vocatur βασιλεύς, quasi basis populi, vt fundamentum quo totius Reip. moles fulcitur. Vnde sequitur, quantò magis homo in dignitatis gradus extollitur, tantò laboris pondere opprimi ac onerari debet. Per Cherubim, qui à multis perfectio scientiæ interpretatur, quam interpretationem D. Gregorius sequitur, Salomon denotat Principes, & imperatores, præcipuè Ecclesiasticos scientia & cognitione sacre Scripturæ ornari debere. Per Leones significatur Iustitiæ seueritas, ad hæc magnitudo animi & intellectus. Per boues verò infiniti labores in virtutis operibus & exercitationibus. Hæc omnia basibus templi continebatur, vt sunt Principes, & gubernatores basibus & fundamentis ædificij comparati: nam quemadmodum licet lapis vnus ex pariete decidat, facili negotio hoc reficitur: sed sublato fundamento, totum ædificium corruit, & si cementum tollatur, lapis cadit: ita error subiecti, facile potest refici, reparari, & resarciri. Et si principes pereunt, vitijs & negligentijs rapti, Respublica adeo labefactata remanet, vt aliquando malum posse conualescere, spe destitatur: & ad euersionē plurimos attrahat: si tamen suorum infortuniorum timores & stridores, spes possit appellari. Verumtamen, cum Dei misericordia sit immensa, nunquam est desperandum. Sed Principibus considerandum est, cum sint Reip. fundamentum, constantia & fortitudine polleant: vt tam sublime ædificium possint sustinere, sijs penitus virtutibus incumbendum est, conformiterque iuxta legem Euāgelicam viuendum: ab æquitatis & iustitiæ recto tramite non desistendum gloriæ alas superbis dissipantes: easque quæ fauoris sunt, pacificis conseruantes: vt optima scientia, optima fama, optimisque operibus imbuti & illustrati, nomen & existimationem optimorum Principum retineant. Et cum caducos vitæ anfractus transmigrauerint, & ex huius corporis viaculis exsilierint, aliam vitam æternam & immortalem cuius gloriæ immensus est, amorque infinitus, consequantur. Quamuis etiam huius seculi amor, euanescat, ille tamen qui Dei est, nunquam consopietur: hæc enim principium ducit,

Ezech. 3.

3. Reg. 7.

cit, sursumque maioris perfectionis radices agit: & hinc mundi amor Sol est nubibus infuseatus, qui multum comburit, pauco tamen temporis momento durat. Quamobrem, non tantum diuinis literis, sed etiam humanis satis superque explanatum videtur: quodnam sit boni Principis & gubernatoris officium, quoniam discrimine periclitantes, viuat: qualitates, quibus, ordine eligatur, muniri debet: officio recte fungi hoc est, omnes corporis neruos in splendorem virtutis adhibere: cum igitur omnibus dominetur, ut tanquam prudens & sagax administret: doli enim boni, quauis saepenumero ex iis parum reportetur, multum tamen adminiculatur.

Quod Principes humiles, perhumani, & ab omnibus nouitatibus alienati esse debeant.

CAPVT VI.

Boni Principis qualitates, dulci clementia & humilitate mitiganda sunt, & condienda: ira enim, bilis, & arrogantia, eas amaras & inspidas reddunt, virtutes dissipant, ac labefaciunt. Et si hoc doceat, conueniatque omnibus Principibus, quanto magis Praelato Ecclesiastico, cui Christus Deus noster, insequendus & imitandus est, qui in homine ouem perditam & aberrantem inuenit? Ait apud D. Matthaeum, *Quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister: & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus. Sicut filius hominis, qui non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis.* Idcirco Papa uocatur *SERuus SERVORVM DEI*, qui titulus, meo iudicio, maior humanis dignitatibus uidetur: cuius inuentor fuit gloriosus D. Gregorius, Vicarius Iesu Christi. Deus noster bonum Praelatum alloquens in 22. cap. Isaiae, ait. *Dabo clauem domus Dauid super humerum eius.* Ac si diceret: Dabo illi potestatem in Ecclesia, quae ueri Dauid Iesu Christi Dei nostri, domus est. Sed notandum est, cum Deus hoc in loco quem Praelato, tribuit loquitur, non ait zona sua esse affigendam, sed humeris suis esse ferendam. Quamnam clauis est haec, quae zona funiculo alligata suspendi non possit, ac firmissimis ac robustissimis humeris indiget, quod sustineri possit. Ecquae nam clauis est, quae homines genus flectere, cogit nisi summa superioritas, dignitas & potestas ligandi, atque soluendi? Eheu, quam miseri sunt hi, qui hanc clauem non cupiunt ut humeris suis ferant, sed ut collo gestent: id est, non Praelaturas concupiscunt atque insectantur, ut seruiant & laborent, sed ut iubeant imperent, moderentur, ac extollantur? Collo gerunt, tanquam quiddam leue, & pretiosum anulum, ut uas quisque intueantur, & illos esse praelatos cognoscat: non humeris, ut onere graui & ponderoso. Nullo zelo, aut ardore animi ad munera & officia rapiuntur, sed ut redditus dignitates & possessiones accumularent, exardescunt: quas ut obtineant, non maioribus utuntur meritis, praeterquam inexplicabilem suam qua, eas arripiedi quouis pretio anhelant: quod sane uerum immeritum est, quippe qui charitate & humilitate spoliuntur, ut temeritate atque praesumptione insentur. Tantum rationibus & considerationibus miseram eorum conditionem, uacui, quantum uanitatibus ampulescentes, quibus amens & futile desiderium, illorum cogitationes inefcat. Verum enim uero, permulti sunt excel-

lentes Praelati ueri uirtutis amatores Pietatis & Religionis Christianae cultores, qui pondus & manus dignitatem humeris suis gestant, humilitate curuati, cura sollicitudine, & diligentia in administratione penitus intenti, & tandem ueri Pastores. Praelati etiam officium (teste D. Bernardo) ad hoc tendit, ut sit humilis, & mansuetus, non superbus & praesumptuosus. Et quanuis hoc praecipue conueniat & quadret Praelatis Ecclesiasticis: non tamen oportet ut Principes seculares, alijque qui imperant ab obligatione qua clementiae & humilitati adstringuntur expediri praesumat: imò potius tenentur labori incubere, ut eas aquirant & conseruent: ueluti uirtutes quae maximopere illi adaequantur, ac per necessariae sunt. Et si fortassis ab ira & bili odio, aut quauis alia passione, inuadi, aut praecurari cernerent, in qualemcunque cuiusmodi sit: statim imperandi potentiam, praemanibus uident, eo ipso tempore omnes inimicitias conspeliere, culpisque condonare debent. Thrasibulus Graecus, simulac Tyrannos ex Athenis extirpauit, solusque in Principatu permansit, in Repub. quosdam inimicos qui eum iniuriose tractarant, esse perpendens, legem tulit quod interdictum fuit, ac defensum, ne quispiam ob praeterita delicta inculparetur: sed iussit, ut profunda obliuionis abyssio consopirentur: ut nulla occasio, priuatas suas uiscendi iniurias superesset: haec quoque constitutio, Lex obliuionis fuit appellata. Aelius Adrianus cum Imperator confirmaretur, uirum animaduertit, quem inestino quodam odio prosequeretur, eumque attonitum ac tremebundam conspiciens, ait illi Imperator. Fac animo forti magnoque sis, noli timere: tu enim euasisti: ac si diceret: gratias age potentiae Imperio, & dignitati, quam nunc possideo: ni enim hoc obstarer, poenas certe lueres, uitionemque feueram ex te sumerem. Dux Aurelianus cum ab aliquo magnate iniuriam recepisset, deinde ad Gallorum coronam peruenisset, persuasus fuit ut uitionem sumeret, cum tempus atque occasio sese offerret: at ille respondit. Non equum est ac decet Gallorum Regem, iniurias a Duce Aureliani exceptas uisceri, minus eas cordi aut memoria infigere. Huiusce tempestatis Principes, illos praeteriti temporis deberent imitari, ut cernimus, uirtute praecellentes, iustos, summo ingenij acumine & prudentia perornatos, praestare: uerum iniqui, ignari, ueroces, hebetisque ingenij, ad onera officia, & munera iustitiae non aspirant, aut ea admittunt, ut illa sincere ac caecide administrerent, nisi, ut praestinas inimicitias & iniurias uiscerentur. Clementiam flocci faciunt, imò crudelitate atque uitione moti patrant omnia, ueluti prunae ignitae quandiu cineribus teguntur, quietae, atque pacatae permanent, cumque uiuae sint, uidentur nihilominus esse mortuae: sed ita iam atque insufflantur aut accenduntur, ignitos carbones atque flammam crepitantes producunt. Ita subiectus passionibus agitato cuius uiscera intestina capitali, & inueterata inimicitia saucia sunt & corrosa, cum nullam uiscendi habet potestatem, simulat se mitigatum & in iniurijs dissimulatum: si tamē insuffletur, cineremque detegit, eum ad dignitatem ducis Praesidis, aut huiusmodi muneris promouendo: subito ira & furore inflammatur, uitione appetitibus in aliquem irruere cupiens: tunc flammam atque ignem inimicitiae detegit, tunc incuriosis uerbis exardescit: tunc tanquam ultor succenset, inueteratas & abstrusas inimicitias in intimas penetralibus abditas reserat & patefacit: nullamque delectationem nisi ut tollat alijsque praeripiat, maioriq̄ uerore cum relinquuntur, aut penitus deseruntur.

runtur. Quemadmodum dolium, quod quanuis multum in locis rimulas agat, si vacuum sit, nullomodo foramina aduertuntur, si verò aqua cumuletur, statim rimulæ & foramina deteguntur, hiantesque fissuræ internoscuntur: ita subiectus non illico qualis sit, apparet, & quantumuis sit perfectus, sua tegit errata: sed simulac plenus est, potentia præualeat, frangitque manu tenere cœpit, omnemque munus & cura ei demandatur, tunc imperfectiones, vitiisque manifestat: alia enim arrogantia, alia cupiditate, alia rabie, alia crudelitate, alia inueterascente intestinòque vltionis appetitu apparent. Idèd Pittacus vnus ex septem Græciæ sapientibus, officia hominum detegere asserbat: ij verò qui alijs temperandi desiderio anhelant: ijs obseruanda, atque ocludenda errata propria, vt suauissimæ prudentiæ liquor, meliori negotio retineatur. Cùmque deliquisse conficiant, ne pudore suffundantur in errorum castigatione & reparatione: neue nimis prompti, ac celeres, sese manifestent. Philippus Macedonum Rex, cùm iniusto animo furorèque inflammatus, causam in Machææ sui subditi detrimentum iudicasset, ait Machæas se appellare, quam appellationem cum Philippus irrideret, atque illuderet. Quid ais? Num scis me nullum superiorem habere? Apud quem igitur appellas? Cui ille, Rex ex te ad te ipsum appello, cùm scilicet tuum furorẽ lenieris, melioresque oculos iuxta meæ causæ meritum adhibueris. Tunc Philippus in seipsum reuersus est, cùmque se à recta via deflectere cerneret, suam sententiam reuocauit. Eo pacto Principes humiles virtutisque dotibus ornati geruntur: qui enim arrogantia extolluntur, aut ampullascent, quamuis errores & iniquitates cognoscant, nimis submissè abijci existimant, cùm refarciunt. Et quemadmodum ducuntur, & reguntur proprio sensu, opinione & iudicio, eorum inuentiones cupiunt aperire, obuiamque procedere tot millibus nouitatum quibus Rempub. prorsus euertant atque destruunt. Ante omnia Princeps à nouitatibus abhorreere debet: tribus rebus præoruari, nimirum, iusticia, fortitudine & horrore nouarum inuentionum. Laudat Plato Siciones quod nouitatibus in ciuitate aurem arrigere noluerint. Rhodij mirificè ab Historiographis & Chronographis laudati fuerunt, eò quod nullas leges nisi maximis cum difficultatibus ferebant, aut promulgabant: sed statim atque tulissent, ac admisissent, tanquam ius inuiolabile in posterum obseruabant. Lacedæmonij à Rempub. cõsuetudines alienas propulsabant. Et legibus Lycurgi cautum erat, ne quis alienas terras peragraret, ne nouitatibus perspectis, imbueretur: ita vt, cùm Terpander fidem ac neruum instrumento musices supperaddidisset, in exilium egerunt, instrumentumque dissiparunt. Florentia, Sienna & Pisa, tres excellentes erant dominationes in Italia, vnaquæque segregatim: sed cum inuentionibus, nouitatibus, & permutationibus deditæ fuerint, libertates status & priuilegia amiserunt, & tandem hac nostra tempestate dominationi & Ducatui Cosme Medicis obnoxia sunt, qui virtute, atque magnitudine animi, earum Dux constitutus est. Et è contra Dominatio Veneta, cum nouis rerum permutationibus nullo modo consenserit, huc vsque in pristinum dignitatis splendorem adauclta fuerit, hodièque illustrium, ac famosiorum totius orbis Rempub. primas tenet. Hoc inter alia boni inter alios Venetijs innatum est, vt à nouitatibus penitus abhorreant: quod de Lusitanis nostræ tempestatibus nequaquam dici possit: qui inter cetera vtilia, hoc deprauationis habent, vt nouas inuentiones magni faciant: potissi-

imum, in vestitiu curiositate & diuerso genere, quod in dies permutant: itaque si hodie quidam ex maioribus Lusitanorum reuiuisceret, sui temporis more indutus, nec nos villo pacto, aut ille nos agnosceret. Sed heu facillimè hæc vestium adinventiones diuersaque nouitates tolerarentur, dummodo Principes eas pro legibus cõsuetudinibus statutis & dominationibus admitteret. Ex hoc colligimus, quod gubernatores, licet sint humiles & perhumani, nouas periculosasque inuentiones odio habeant: si status & dignitatem propagare desiderant: Insignes enim Rempub. in adeptis honoribus constantes sunt atque immobiles, cùm res quibus adepti aut lucrati sunt, prosequuntur: non nouas inuentiones supponendo, quibuscum plurimæ euerse fuere, perditæ, ac labefactæ.

De liberalitate, de Iuris Civilis laudibus, & de Mathematicis disciplinis.

CAPVT VII.

SVperest adhuc qualitas (inquit Ciuis) quam nondum attigimus: quæque meo iudicio potissimum in Principe relucere, atque splendere debet, veluti ex magis substantialibus, quibus cumulari possit. Quam est hæc qualitas? (petij Theologus) Est (respondit Ciuis) liberalitas & magnificentia. Hæc (inquit Theologus) in virtute continetur, cum quibusdam peculiaribus quæ non attigimus. Cùm dico Principem, literis esse instructum, humanis non solum intelligo, verum etiam diuinis. Cùm verò dico eum virtute imbui & ornari debere: omnia simul connecto, quorum vnum est liberalitas. Ait Socrates (vt refert Xenophon) magis decorum atque honestum esse principi dare, quam retinere. Agesilaus (vt refert Plutarchus in sua vita) eum, ait, bellicosissimum esse Ducem, qui suum exercitum magis quam seipsum, ditat. Princeps cupidus, aut avarus, præter id quod ab hominibus odio habetur, cum Deo malè cohæret, & quanto magis diuitijs augeri exoptat, tanto magis egellate premitur. Quidnam possidet is, qui seipsum nõ possidet? Qui cupiditatis seruus est, quibus potest dominari? Quomodo domo bonis ditata, vitam ducere potest is, cuius anima vitijs scateat? Quomodo Principi pulcherrimis tapetibus ornata palatia possidere cõuenit, si anima virtutibus denudetur? Paries & mœnia lapidibus circumornata, pauperes verò Iesu Christi habere nudos? Equidem maiores in toto terrarum orbe existere posse cenleo diuitias, quam eas non appetere. Homo absque cupiditate, scilicet est quies: si tamen ambitione anxietat perpetuis excrucietur tormentis: quippe qui sensus habet in negotia affixos, cum follibus ardui laboris cogitationes accendentibus, vt nocte dièque cor inflament. Veluti cùm stomachus cibum non concoquit alimentumque per membra non diffundit, eum maximè indigestum esse dicimus: ita cum Princeps parcus atque avarus est, eum morbo laborare, sine dubio dici potest. Stomachus cibos ad se attrahit & recipit: postquam autem digessit naturali calore focus, eos per corpus diffundit. Sed calore deficiente, calor nulla digestionem perfungitur, inflatur stomachus, membra profus eneruantur & debilitantur. Diues stomachus est quod diuitiæ glomerantur, vt cum amore caloreque diuinæ charitatis digeste fuerint, in opibus elargiantur. Sed amore deficiente charitatis ignis extinguitur,

Simile.

Simile.

tur, inflantur diuites, pauperes vero perunt: & quod stomachus plenus est, eò magis homo repletur, membraque, hoc est, egeni magis comminuuntur. Quod pauperibus datur, non datur, sed consignatur, atque vt depositum in arca Dei concluditur, vt illic conseruetur. Vt enim ait Chrysologus. Pauperis manus arca est Christi: & idem Christus ait, vt thesaurizemus in caelo, quo melius thesauri custodientur: & non tantum quod erogabimus, recipiemus, verum etiam centuplum accipiemus vitamque æternam possidebimus. Quid igitur est, eleemolynas erogare, nisi schedulis hic consignare, & in caelis pecunia numerata recipere? Hoc ait Salomon in Proverbij. *Feneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* Si ad hoc diuites mentem arrigerent, bona sua rectè erogarent: & stomachi crudi, aut indigesti non fierent, sed alimentum late per omnia membra disseminarent. Ait Sextus Aurelius Trajanum, solitum esse suum thesaurum splene Reipub. appellare: crescente enim splene, corpus corrumpitur, & consumitur: tantò etiã thesaurus Principis augetur, tantò magis Respub. enervatur: thesaurus enim Principis populo, iudicio ac ratione impertiri debet, dummodo inopum necessitates subleuentur. Etenim hac sola occasione diuitias appetere possumus, vt pauperibus egestatis & necessitatis premente tempore, opem feramus. Quid prodest fico, dulcissimis optimisq; ficis onerari, si inter cautes scopulos, ardua que precipitia, quo nullus valet peruenire, seratur? Quid etiam prodest Principi, diuitijs, bonisque cumulari, si eas non potest præsentire? Fuit liberalis Alexander Magnus, vt videretur nullo ardere desiderio, tot tantasque regiones consequendi, teneri nisi vt eas dono distribueret? Cumque ab eo amicus seiscitaretur. Quidnam sibi relicturum illi esset, si omnia daret? Respondit. Dandi gustus & delectatio. Quanuis Plutarchus dicat eum respondisse, spem adhuc superesse. Idem Plutarchus in vita Phocionis ait, Alexandrum magnam auri atque argenti copiam Phocioni misisse, qui pauperimus erat, atque indigens, quam ille repudiavit, dicens se sua pauperie contentum esse, cum illud parum quod possidebat, ei sufficeret. Hæcque questio in Acadèmia Philosophorum Græciæ fuit agitata, quinam ditior fuerit, an Alexander mittendo pecunias, an Phocion repudiando? Tantam gloriam adeptus est Alexander, hoc insigni & magnifico liberalis nomine, quantam ignominiam suus inimicus Darius incurrit, quem auarum esse fama & rumor erat. Narrat Herodotus in primo libro suarum historiarum Nitochorim Ægypti, Epitaphium Sepulchro insculptum curasse, cuius hic erat sensus. Si Babyloniorum Rex pecuniarum penuria premeretur, hunc tumulum aperiret, indeque pro arbitrio exciperet, sed eum aperire caueret, nisi extrema necessitate cogeretur. Cumque huic regno postea plures reges surrogarentur, nullus hoc sepulchrum voluit referare, Dario excepto, sed ne obolam quidem potuit hinc decerpere, præter hanc inscriptionem, Nisi auarus esses & turpi detestabili que lucro anhelares, non mortuorum sepulchra detegeres. Cupiditas summoperè odiosa est. Auarus nummum retinere arbitratur, nummus autem ipsummet possidet. O quantopere homines ditarentur, si pauci contenti essent! Ait Seneca, Si iuxta opinionem vitam agis, nunquam diuitijs abundabis, si verò secundum naturam, nunquam egestate opprimeris. Opinio nunquam exsaturatur, natura verò paucis contenta est. Equiparat Architas Tarentinus animum vasi aut dolio perforato, quod nunquam impleri po-

test: & econtra animus à cupiditate abhorrens, statim exsaturatur, paucisque contentus est. Socrates cum in aream semel exspatiaretur, & celeberrimè adforent munditiæ, magnam diuitiarum animaduertens, & variam rerum copiam, ait attonitus. O quantum istis rebus nequaquam indigeo! D. Chrysostomus ait, contemne diuitias, & diraberis, contemne gloriam, & gloriaberis. D. Paulus in prima Epist. ad Timotheum cupiditatem malorum omnium radicem appellat. Vti terra quæ aurum producit, syl-
Simila. uescit, fit sterilis, nihilque aliud potest emittete: sic homo auro plenus nihil prodest. Loquor de auaritis quibus aurum plus elucet quam radij solares, qui spe & cupiditate lucri stimulis agitati atque inhiantes, partim quò ducit appetitus, percurrunt, & à tramite ducis rationis aberrant. Et quanuis auaritia quocumque in loco pedem figat perniciosa sit, multò magis Principibus & Prælatibus, qui egenum propugnaculum suat, aut esse debeant, pilæ lanceis similes, qui vt alios operiant, in aëribus obijciuntur, debent moderari, atque prout æquum est, ius reddere. Quod nulla ratione possunt exequi si cupiditate, atque auaritia conficiantur: munera enim & dona quæ illis conferuntur, eos omnino deprauant & corrumpunt. Illud rectè agnoscebat Ietro, quum
Exod. 18 Moyse præciperet, vt homines Deum timentes, veraces & auaritiæ inimicos præligeret. Ait Deus in Exodo, eos qui munere & officio Magistratus funguntur donis, atque muneribus non corrumpi: obsecant enim non tantum ignaros, verum etiam sapientes & prudentes. Cupidus Iudex stateræ perlimilis est, quæ trutinat, pendetque ea lance qua maius pondus imponitur, nefariosque ac licarios homines porta ferrea cathenis supponit, & aurea ianua pertrahit: sic flagitiosus est iniustus & mobilis. Et è contra, si liberalis, cordatus, atque largus, diligitur, colitur, atque iustus constantiæ amicus habetur. Verum necesse est, vt liberalitas solitis circumstantijs præuideat, ne Principes horologia incomposita & indigesta sint, qui extra tempus horas dāt, decem cum prima instat, & primam cum decem imminet. Denique liberalitate muniantur, magnòque ingenio & iudicio perorantur, non tantum verbis operum culpæ volentes satisfacere, regno similes in quo sola verba monetæ loco percurrunt. Hæc quantum ad libertatem sufficiant, quam dicitis fore principi necessariã, vt etiã pluribus virtutibus & sciētijs indiget. Saltem (inquit Iureconsultus) ei iuris scientia utilis est, cum leges obseruandas & custodiendas procuret. Nullo enim pacto eas seruandas potest curare, quin primum sciat atque intelligat. Quanto magis tempore quo leges sancienda & promulganda sunt: nouæ enim constitutiones antiquis ignoratis fieri nequeunt. Indubitati iuris est, nulli fas esse leges, quæ ad communem regni statum, spectent, promulgare. l. fin. §. penult. & final. C. de Legibus. Virtutis legum sunt (vt inquit noster iuris interpres Modestinus) iubere, defendere, punire, & permittere. Vlpianus verò dicit, præcepta iuris esse, honestè vivere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere: in quo tota Philosophia moralis includitur, legesque ex sunt, quæ præceptis docent. Liquidò igitur constat quana Philosophiæ regulæ sint, doctrinaque rectè viuendi pro communi hominum utilitate impertita. Lex enim nihil aliud est nisi rationis constitutio, præceptumque atque imperium ij concessam, cui onus iustitiæ demandatum est, pro communi utilitate atque humanæ societatis conseruatione. Legibus lites dirimuntur, pacis requies conseruatur, denique ijs omnis terrarū
Virtutis legum. orbi

Prou. 17.

Alexander
liberalitas.

orbis regere, ne dicam Piratae atque raptores, qui societate cum cōplices nullo modo inire possent, ni certis legibus iustitiāq; distributiua inter eos seruata, vteretur. Ciuitas quae bonis legibus spoliatur, breui euertetur, regnumque quod optimis legibus non moderabitur, facili negotio corruet. Lacedaemonum respub. tanto tēpore permansit, quantum authoritas Licurgi legū vigorem habuit: eaq; Atheniensium quantum leges Solonis. Sed Legibus corruptis, respub. etiā perierunt: imperium enim sapientū ab ignavis fuit vsurpatum. Cui rei vt confirmationē, testimoniūmq; adhibeamus, non hae verba, sed antiquas historias, in medium adduco. Plato fore beatas Respub. putauit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere cōpissent: aut qui regerent, omne suum studiū in doctrina, ac sapiētia collocassent. Hac autoritate (inquit Mathematicus) Philosophiam esse Principibus necessariam, confirmo, vt fitū mundi percipiant, cæli motus, nauigationes, institutiones astrorum, cælestium orbium mutationes, vt Ciuitatem erigere atq; collocare possit: exercitiū duce, castra metare, & similia perfecto Principi multū vtilia. Huius rei desiderio percitus Ptolomæus Rex Aegypti Mathematicis disciplinis aded nauauit operam, vt sui temporis philosophos deiecit, imo antiquorū memoriam obscurauerit, atq; infuscavit. Creauit Deus mundū, Ptolomeus hūc describere & depingere voluit. Rex Castellæ Alphonsus hunc illustre Imperatorē Iuliu Cæsare in sōarū tabularum Mathematicarū cōpositione, imitatus est, qui, in cognoscendo Solis Lunæ, & cæterorū astrorū cursu tā tā industriam collocauit, tamq; ardue in his quæ ad Mathematicas artes spectabant, philosophatus est: vt tanto crudelius atq; grauius præliū cum seipso, sub scientia gesserit, quanto in propagandis imperij limitibus, contra inimicos debellandos insudarit. Tantūq; precio doctrinā, quam perdiscebat, quādo regna quæ consequeretur, faciebat. Nec quidē tāta fuisset adeptus, nisi in mappemundo, aut Sphæra, ab Anaximandro inuenta inculpsisset: vt narrat Eratosthenes, & refert Strab. 2. lib. Geograph. Cū effingebant Poetæ Regem Prometheū in montis cacumine concatenari, & ab aquila, quæ cor aut (vt alij dicunt) iecur corrodebat, excruciarī: neque vnquā cessare quia continuo comederet, nihil aliud voluerūt denotare, nisi optimo Principi, cursuum stellarū notitiā non ignorandā. Quæ nā est hæc Aquila quæ illius cor rodit, nisi cælestiū orbū ardua peracerbaq; meditatio, & Sphæra Mathematicæsq; contemplatio? Quocirca cū in huius scientiæ, subtilitate, cogitatio aliā cogitationē ingeneret, Aquilā cor illius corrodere, neq; vnquā consumēdi finē imponere, effinxerunt. Pars enim quæ rodebatur, cōtinuo renascebat. Et quoniā hæc Mathematices meditatio, sub rebus arduis & cælestib. versetur, aiebant hūc regē non in amena, aut vmbrosa valle, verū in supremo mōtis Caucaei apice collocari, qui cælū ipsum ferire videretur: non etiā aliquod terrenū animal illius cor comedere fingeant, sed auem, non etiā qualemcūq; sed cæterorū Principē, qui sublimius volat, qui à supremo Ioue maiori amore cōplectitur, quē Astrorū Regē vocitabant, & inter falsorū deorū fictitia, natiuaque, tanquā excellentissimū, supremūmq; aliorum reponerent. Cuius rei gratia, excellentiā, celsitudinēmq; Mathematicarum disciplinarum præ omnibus alijs scientijs voluerunt denotare, quique sensus acerrimi, ad ardua earū iudicia, præcipuaq; considerationes requiratur. Et ne aliquis hanc scientiam Regū non interesse effutiret, ferunt, hunc Prometheū non hominē plebeiū aut infimum: sed magnū Regē extitisse. Non abs re inquit Homerus

totius Philosophiæ fons, in illustriissimi Achillis clypeo multas institutiones, & cælestes constellationes inculpi, nisi vt patefaceret, insignes strenuos duces excellentes Principes, pluris seipso faciendo esse, quod cognitionem scientiarum Mathematicarum calleant: eas ab ipsis magno in pretio augendas, & fauore cumulandas fore, vt eorum fauore dilatentur, ac exaggerentur. Vt enim aëris temperies terrā fertilē reddit: sic Principis fauor populi animos ad magna consequenda incitat & extollit.

De Philosophia actiua & contemplatiua, quæque melius perfecto Principi cohereat.

CAPVT VIII.



Non dubiū est (inquit Iureconsultus) quin Mathematicæ disciplinæ, Principi sint vtilis, vt sunt aliæ scientiæ, artesque liberales, quæ magnum lumen atque splendorem afferunt: verum que illi inueniatur quadret, germanēque ad illum pertineat, iuris et scientia. Vt enim inquit Iustinianus in proemio Institutionū? Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, vt vtrūq; tempus, & bellorū, & pacis, rectē possit gubernari. Et quantum ad Platonis autoritatē, Philosophos regnare oportere, aut reges philosophari, meam potius in partē, quā in tuam inclinatur, illud enim non intelligitur de Philosophia contemplatiua, sed actiua, non de Mathematicæ, sed de morali: in quo legum scientia vt satis probauit, concluditur. Quæ quidem aded sunt præstantes atque excellentes, vt non solum Regnum ipsum stabiliant, verum lōginquas etiam Regna, terras, atque dominationes moderentur, atque sustentent: vt clare videre est in legibus hoc in Regno latis, & ex ijs quæ ab eo dependent, & dimanant: quæ tamen longa immensi Oceani inter nos, illōsq; insit distantia: ditissimos tamen atq; opulētissimos Indos Christianos fulciunt, ac sustentent: vt inuictissimi, & Christiani Lusitanorum Reges. Dom. Emanuel, & Dom. Ioannes, hac nostra laudabili gloriosaque memoria detexerint, ac strenuissimorum ducum viribus diligentiaq; sint consequuti, & diuino fauore gratij que fuit, in veram Iesu Christi veri Dei nostri fidē, asseruerint: aquas Gangis Orientales fecundissimæ atque amœnissimæ Asiæ, cum Occidentalibus Tagi bellicosa Lusitanæ superadentes: quod quidem adeo nouum atque inauditum fuit, vt totum terrarum orbem in admirationem rapuerit. Quauis, vt magna & spatiosa Indorum regna adipiscerentur, gentilitatem & sectam Mahometicam funditus euerterent, inuicta audacia incredibilēque desiderium, cum quo nostri bella gesserunt, magnitudoque animi multum utilitatis & emolumentum attulerit, vt nauibus prælijs mare quod sanguine cruentabant, terras, quas cadaueribus operiebant, campos sanguine horum truculentissimorum ac Barbarorum Iesu Christi inimicorum, consequuti sunt & possederunt. Verū leges summoperē fuerunt necessariæ, vt conquisiti termini propagarentur & conseruarentur, verum vt præclara alia maximēque ardua facinora aggredierentur: quippe qui ex his terris Leges atque constitutiones, Ducibus obseruandæ, vt aliquid consequerentur, Equestrique ordini, vt parerent, transmitterentur: qui hisce legibus instituti, atque exagitati, inaudita, atque à memoria hominū aliena sunt adepti: vitā pro gloria haud ductes: verū victoriā quod maiori discrimine atq; periculo

Mathematicas
disciplinas
Principi
necessarias
esse.

Similo.

Exod. 18

Exod. 18

culo sese obijceret, honestiorē, maiorēq; censentes. Quæso à vobis, nisi leges quibus nostrates terra marique conformantur, extarent, quomodo indiā possent conseruare, minus verò detegere atque consequi? Sed absq; Mathematicis disciplinis, qui has leges illis imponere, aut promulgare possent? Nū vides hoc à tua opinione discrepare? Dic quæso, quæ ratione hoc profundū procellosūq; æquor sulcari posset, Mathematicis non perceptis? Quo pacto ambigua inanis vnda atq; scopuli transuadari possent, rectaque via posset explanari, Cauro, stellis circulisque cælestibus ignoratis? Acus siue charta marina, quidnam est hoc, nisi mera ipsa Mathematices. Quomodo fieri posset, ut hæc regiones, ad eò abstrusa, alienata, & separata detegeretur aut lucrisferet, nisi nostrates cognitione cæli, gradibus altitudinis, circulis cursūque Planetarum, climatum diuisione, vniuersa charta, Astrolabio, Solario, proprietate & varietate ventorum, eclipisibus, nauigandi arte, Cosmographia, sitūq; orbis, terræ magnitudine, & natura elementorū imbuti atq; informati essent: deniq; Sphæræ notitia: quod potissimum in Mathematices studiis consistit? Vnde apparet quod in me adducis, in teipsum vibrari, quodque contra Mathematicā esse arbitraris, pro ea facere: quodq; famę & existimationi illius obstare asseris, pro eius valore in mediū propono. Perpende paulisper tuas rationes, easque meis verbis conformes inuenies. Narrat Plutarchus pictorē nomine Pausaniā cum quodam conuenisse ut equum depingeret, cuius pedes sursum verterentur: ad hoc enim maximè intēdebat: pictor verò cōuersionis nescius, eum currentem efformauit. Quod cum alter agrē ferret, qui equum pinxerat, ait, Verte tabulam, tuòque arbitrio effectam esse inuenies. Cui obtemperās simulatq; tabulā vertere cœpit equus pedibus in altū erectis visus est. Quod itaque malè iudicio illi cohærebat recte collocatū esse arbitratus est, minima solū versione adhibita. Perpende igitur, verte, & examina tuas rationes, oculisque circumspectis intuere, quod in meipsum cōtorqueri arbitraris, in meum emolumentum fieri conspicias. Vti sæpenuerò permultis accidit, qui in inimicos retorquendos, aliquid in lucem edunt, ut adulterentur & scandalo sint: quæ præmaturè comesta & digesta, merito, ad eorum emolumentum conuerti possunt: quodq; in eorum contemptum adducitur, in eorū honorē vergit, secus verò quod in eorum gloriam referri potest. Nihil vnquam protuli (inquit Iureconsultus) quin aditum meæ orationis semper intercludas. Et videris voluptatem quandā in mea opinione retrorsum conuellienda, percipere, nec aliqua ratione fulciaris: Tuam causam, iusta æquilance trutinatam arbitraris: verum tantò à te victoria propius accedit, quantò longius à merito distas. Ego verò (inquit Ciuis Iureconsulto) tua percepta & cognita ratione, mihi videtur nulla moueri occasione, cur in illum succenseas, cum hoc in loco ne quid vilius molestè fert: sed, ad eò subtiles atque peracutas rationes pro seipso in medium affert, ut qui ratione præditi sunt, eum iusta moueri ratione allerant. Cum igitur aliis probentur, tibi etiam ipsi probari debent. Imò potius (inquit Iureconsultus) molestè ferre debeo, quod aliis satisfacere volens, mihi displicere perquirat. Tali hæret voluntate, ut ad illorum voluntatem sese accingēs, nullā meæ rationem habere dignatus est, vultque affirmare Mathematices cognitionem magis in Repub. tuenda, propaganda, & conseruanda necessariam esse, quàm iuris scientia & vsus: cum Mathematica philosophia sit contēplatiua, sciētia verò iuris, actiua. Omnes auctores aut optimi Regiminis harmoniā in bonis re-

munerandis malis autē puniendis cōsistere, quæ opera actiua sunt, nō contēplatiua, quæq; Principi & gubernatori apprimè conueniūt. Et enim moderari non est secreta & abdita natura, cæliq; motū speculari: sed iustitiā exequi de morib. tractare saluti Reipub. inuigilare, vnicuiq; quod suū est, reddere: quod equidē Philosophiæ actiue & morali, non autē speculatiue, & Mathematicæ conuenit. Quantū in me est (inquit Ciuis) illud affirmo, ut rectè Ciuitas administraretur, nec Philosophis: nec Philosophia vlllo pacto indigemus, sed viris integritate dignis, optimoque iudicio roboratis: quod mihi hoc in negotio videtur, vtq; viuus atq; probatissimis rationib. explanabo. Quā in Repub. vtilitatē affert Philosophi, Mathematici, aut morales professio? Scitis (inquit Theologus) quantū necessaria sit philosophia: quod asseritis, in philosophos inuehētes, hoc est Philosophi officio fugi. Quod hætenus in Philosophiā adduxillis, ipsamet philosophia est. Planūne faciā vobis? Philosophorū officium est proponere, disputare, quo pactoq; respub. gubernari debeat, & quot generibus cōponi quibusve non, ostēdere. Cum itaq; rationib. explanare vis, nullos in Repub. philosophos esse necessarios, Philosophi officio fungeris, & in Philosophiā disputans, Philosophia vteris. Vti Socrates, qui non altiori eloquentia vsus est, quàm cum eloquentiam taxaret: quod nō de vera, sed de falsa debet intelligi, quā in Platonis Dialogo Gorgia reprehēdit: quò loci eā speciē adulationis vocat & in Phædone eū qui ea vitur, serpentē pestiferū & venenosum, & in Menexeno, proditorē, fortilegem, Circe peiorē: illa enim exterius mutat, hæc vero totū interius, iudiciū vacuans, intellectūq; confundēs. In Apologia eloquentiā suorum aduersariorū carpit, nec tantū in eloquentiā irrupit, quantū ad locū, quē obiurgat. Ideò vt rectè in eloquentiā disputetur, diserto, facundiq; dicendi sermone vitur: tuncq; Princeps Oratorum demonstratur, cum in eos argumentatur: & cum Rhetoricā, cōuellere, atq; dirūpere conatur, tunc eā extollit, vtq; denigret, & annihilat, magis eā confirmat. Qui contra somnia disputabat, omnino erat persimilis, cū fidē esse somniis adhibendā dicebat, in somnis enim illud acciderat, ne quis quod somniaret, crederet. Tractās itaq; de somniis, ut ea expungeret, atq; ex sensibus vanitatēque hominū euelleret, multo magis, autoritate, vsu, atq; rimore insignibat. Enimverò meo iudicio Philosophia Principibus necessaria est, potissimū Moralis. Ea est Platonis, & omnium cæterorū Philosophorū opinio. Mathematicæ & Philicę magnoperè etiā vtilis sunt, ut res accessoria nō principalis. Ideo Philosophia, quæ in actione consistit, multò magis illi cohæret, quàm ea quæ in speculatione versatur: potius actiua, quàm contēplatiua, potius iuris, quàm Mathematicarū disciplinarū cognitio. Equidē cōpertissimū est Ciuitatē nō apprimè gubernari posse absque notitia globi & spheræ cæli, nō tamen absque legū & constitutionū intelligentiā. Mathematica in speculatione defixa est. Moralis ad vitia refecāda, virtutisq; surculos serēdos, mores repurgādos, vitāq; in melius asserendā quæ sunt Principis propriæ qualitates: Quod faciliori negotio poterit assequi, si sacræ Theologiæ notitia illustretur, quæ quidē vera est, ardua & suprema omnium scientiarū: quippe qui diuina est, alia autē humanæ. Permulta (inquit Mathematicus) in discrimen possem adferre, si Mathematicos in Repub. magis esse necessarios, quàm procuratores demonstrarē. Verum quoniam vt in laudibus Mathematices percensendis exparierer die sex mensū (veluti qui prope Caurū, aut Affricū habitāt) opus foret, infinito sinem impono. Existimo (inquit Iureconsultus,

re adeo difficili negotio probaturum, quasdam esse regiones, quibus dies sex mensibus perficiantur, quam Mathematices, scientiam iurisprudencia esse vtiliorem, comprobare. Ne tantopere oblesse (inquit Mathematicus) conscius enim veritatis illud profero. Illud non est obstare, sed verum tueri. Gratulator maximè (ait Cuius) illud intelligere, videtur enim mihi fieri non posse, terram, locum, aut regionem reperiri, quò dies sex mensium sit. Ne vobis illud haud fieri posse videatur, constat enim pro certo & necessario. Si hoc probari Mathematices demonstratione possent, hanc scientiam admirandam conferre (inquit Theologus), qui ex tunc ora in Mathematicum conuertens, ait. Si quodam fretus honore Mathematices, hanc hypotesim explanare ne deneges. Exequar (inquit Mathematicus) dummodo paululum mea verba attentè audiat: nam prompta & diligens attentio eius qui audit, eius qui loquitur iudicium auget & corroborat. Vt hoc probetur, ut duo sint principia necesse est: primum quocumque in loco consistamus, siue in montis supercilio, siue in planitie, aut loco quodam aperto & vacuo, mediam cæli partem oculis aperimus. Ab hoc dissilio axioma (inquit Iureconsultus) Probatione confirmabo (ait Mathematicus.) Sol circumferentiam & rotunditatem terræ viginti quatuor horis perficit, hocque in medio cæli spatio, & ut continuo æqualique cursu semper meat, sequitur eum tantum spatium duodecim horis conficere, quam aliis duodecim peragit: ac in unoquoque spatio mediæ cæli perambulat. Hocine verum, annon? Verum est (inquit Iureconsultus.) Peto à te (ait Mathematicus.) Mense Martio cum dies noctibus æquales sunt, nū dies duodecim horis constat? Imò (respondit Iureconsultus) ortus enim Solis sexta hora matutina incipit, & occasus sexta ferona perficitur. Perpendisne (ait Mathematicus) unde oritur Sol, vsque quò fiat occasus. Video equidè (inquit Iureconsultus.) Vides igitur (pergit Mathematicus) mediæ cæli: quippè qui cum Sol duodecim horis mediam cæli partem conficiat: sequitur te videre medium cæli. Istud principium concedo (inquit Iureconsultus) ad alterum descendamus. Alterum est Solem sex mensibus ex linea equinoctiali sursum currere, menses tres in ascensu insumens, tres verò in descensu, aliosque sex menses è linea Equinoctiali, deorsum progredi. Nò hæc inficior (inquit Iureconsultus) siquidem linea Equinoctialis per medium cæli ab Oriente in Occidentem graditur: & quamprimum Sol in mense Martio lineam Equinoctialem intrat, subter nos conscendit, donec dies nò amplius crescunt, tuncque per lineam descendit, donec in mense Septembri, illam lineam ingrediatur, indeque versus Africum descendit, donec dies abbreviari incipiat. Cumque elongari incipiunt, rursus eadem linea retrogreditur, vsque ad mensem Martium, quo intus ingreditur. Et ne tibi videatur me Mathematices, ita esse nescium, quin aliquid calleam. Optime (inquit Mathematicus) eo pacto citius demonstrationem perficiam. Qui proximi Cauro & Iapigi sunt, mediam cæli partem vsque ad lineam Equinoctialem intuentur, quæ est Horison, eademque linea in duas partes æquales cælum diuidit. Orientem & Occidentem. Illud autem sole clarius est, pro priori principio quod attulimus, quocumque in loco simus, nos mediam cæli partem videre, Solemque sex mensibus è linea Equinoctiali retrogrediendo ambulare, pro secundo principio, quod etiam attulimus. Qui ergo vicini sunt Cauro, quales sunt ij, quorum verticis imminet, sex mensium continuo spatio Solè intuentur. Cumque dies propriè sit dies pro Solis sub terra presentia, certissimè est sex mensibus continuis

& sequacibus, quippè qui oculis eorū sex continuis mensibus, Sol irradiet: & simulac Sol è linea Equinoctiali, quæ est Orison, descensum orditur, quò loci visus eorū qui in Septentrione habitant, perficitur & terminatur, nox incipit, quæ alios sex menses à mense Septembri durat, quo Sol è linea descendit, vsque ad Martium, quo rursus in eadem lineam ingreditur. Quocirca cum dies à Martio mense vsque ad Septembrem perduret, atque sex continuo menses quibus dies iis qui in Septentrione vitæ degunt, illucescit, nox iis qui in Meridie manent, obscuratur: & econtrariò continui sex menses quibus iis qui in Meridie sunt dies est, nox etià est iis qui in Septentrione viuunt. Qui enim pro Zenith Septentrionem tenent, quales sunt ij, quorum capiti appendet, pro horizonte lineam æquinoctialem, ex sursum, in inferius habent: quibus etià Meridies pro Zenith est, pro horizonte eandem habent lineam ex inferius, superius. Verumtamen partes quæ Septentrioni & Meridiei subiacent, quas polum Arcticum, & Antarcticum vocamus, sunt inhabitata: eo tamen in loco, dies sex menses, nox verò sex menses durat: quod mihi probandum erat. Ideò illic annus dies naturalis est, qui diem artificialem & noctem continet. Hæc est hypotesis clara & perfacilis, in qua si incuria quidam inusitatus sermo Mathematices partes defendendo illapsus sit: quæso ut ignoscatis. Argumentandi enim ardor ori sæpè numero verba nò præmeditata, & iudicio quodam ponderata, immittit. Ad hoc tamen non intendo, ut meis verbis aliquè offendam, rectè conscius, verba dulcia & benigna, retia esse quibus voluntates vincuntur.

De Principis & Prælati æqualitate, deque intentione Electoribus seruanda.

CAPVT IX.



VM Cuius mentis iudicio, quibusdam de dubiis, quibus defatigabatur, satisfecisset, sic est loquutus. Maximam perrepsi delectationem, cum te huius hypotesis enodationem dissoluere audiu, quandoquidem ita clara est, ut cum nunquam literis operam applicarem, hoc meo sensu naturali, ingenioque factura comprehendo, ut tu ipse, qui tantum laboris, & annorum literarum studiis insumpisti. O quam vtile maximique emolumenti docti hominis oratio est (inquit Iureconsultus) Hæc ratio ita meum animum suppeditauit, ut nunc pro necessario indagem quod nuper impossibile fieri putabam, & in hac hæreo sententia Mathematicen scientiam excellentem, summo opereque periucundam esse. Verum siquidem præcipuum Principis munus, & officium, consistit, ut iustitiâ exerceat, legesque ad eam administrandum præcipiant, non dubium est quia magis substantialia & Principi magis necessariae sint, quam Mathematicæ. Non igitur multum honoris posses adipisci, cum in scientiâ legum disputas: quippè cum Carneades Græcus, & Furius Latinus, temerè insolentemque in Iustitiam debacchari ausi sunt. Verum illud est (inquit Theologus.) Sed Princeps si possit fieri, nò tantum Mathematicis disciplinis, verum etiam omnibus scientiis, virtutibus, præstantissimisque operibus deberet perornari. Eadem differentia (ait Plato) qua aurum ab aliis metallis discrepat sit inter Principes & subiectos. Non iniuria (inquit Mathematicus) nam quemadmodum solis Eclipsis imminentem quandam ruinam & maximam infortunium prælagit: sic periculosissimum est bonos Principis mores videre corrumpi & deprauati, eclipsique vitiorum obscurari: siquidè cum lumen iustitiæ amittatur, subiectos obscura tenebrarum caligine

obscuros, deserit, & ex publica exemplarique corruptione, relapsa & correctio Reipub. prouenit. Quocirca prudētior esse debet, humanior, & præ cæteris excellentior. In illum enim quisque oculos deflectit, & qualis est Princeps, talis etiã subiectus. Vnde sequitur nisi sit iustus, nulla vnquam in Reipub. vigebit iustitia: si verò æquo indiget, Reipub. etiã egebit, & ubi iustitia, aut æquitas nõ est, Reipub. etiã esse non potest. Vti sphaera, cui centrũ in medio ponendũ est, à quo omnes lineæ ductæ, vsque ad circumferentiã sunt æquales, sic Reipub. vt sit Reipub. in medio eius Principẽ habere necesse est, adeo iustum, & æquũ omnibus, vt à circumferentia vulgi nihil incompositũ aut impar profiliat. Et non solum debet esse æqualis: verum etiã alios æquare debet, eos qui temerè & audacter extolluntur, vanisque eorum opinionibus aliis dominari cupiunt, deprimendo. Ciuitas quædam Græcæ cum à Philosopho Periandro consiliũ expeteret, qua ratione Reipub. pace & tranquillitate persisteretur, Legatum in quoddã claustrum, quo triticũ erat seminatum, duxit, & quasdam spicas, cæteris eminentiores, & altiores præcidit, cumque eas coæquasset, ait Tribulo (ita enim Legatus vocabatur) vt rediret, nullum aliud responsum ferens præter iudicium eius quod oculis creuerat. Hoc denotans Philosophus, nihil magis decorare, aut illustrare Reipub. quam æqualitatem, vt que pax otio pace & tranquillitate moderetur, superbi atque arrogantes opprimendi sunt, ij enim qui maiori pretio consentunt, ij quidẽ minoris æstimantur. Quemadmodum spicae quæ in quadam triticea planitie præ cæteris eriguntur, sæpius exsiccatae atque vacuæ sunt: sic in Reipub. qui maiori dominandi si grant desiderio sæpius meritò deiciuntur: & nihilominus sæpenumerò bonis in electione præferuntur. Cato Uticensis dicere solebat, eam fuisse causam cur nunquam Consul fuerit, quod in Reipub. Romani vitã degeret, ac si illi in Ciuitate Platonis viuendũ foret. Quasi diceret Romanos non solitos esse pro Consulibus, præter indignos eligere, minimique virtute præstantes facere: id quod se pro viribus, ne crearetur, moliri, cum virtutes exerceret, atque insequeretur, ad eò tunc odiosas Romanis, vt in illa perfecta Ciuitate, quam diuinus Plato in ipsa Idea effinxit, amplexas & dilectas. Æquitas (inquit Theologus) res est prorsus admiranda. Regius Plaltes, ad hoc tendebat, cum diceret: *Templum tuum sanctũ est, & mirabile in æquitate.* Non ait mirabile cellis columnis Ionicis, aut Corinthiis, aut pinnaculo eminenti & pulcherrimo, aut claustris spatiosis mira industria, porticibus, area, radiantibus valuis, aut ditissimis pretiosissimisque frontispiciis Romanorum opere factis, sed æquitate & iustitia. Hoc mirabile & excellens appellauit. O quàm mirabile templum foret noster populus, si æquitate & iustitia eluceret! si voluntas iusto rationis equilibrio trutinaretur! & denique si unicuique quod suum est redderetur! Verum homines ad eò sunt stupidi & vecordes, vt nisi priuatis atque domesticis negotiis intendant, nec imminens eorum periculũ proximamque euerсионẽ perpendunt. Nos verò qui per sentimus & agnoscimus minimæ eorũ curæ & memoriæ meminisse debemus, vt eorũ obliuionis memoria, Deũ pro nobis proque; ipsis obsecremus, vt iis quibus parum illorũ sollicitudinis, maximũ desiderium vt perentiant, asserere debet, imò maius vt deplorent. Scitis quàm verũ & compertum sit, in omnibus electionibus quæ ad dissensiones & iniquitates consopendas sunt effectæ, infirmitatẽ, imbecillitatẽque; humanã occasionem quo ruat, nancisci, easdem perquirendo dissensiones, iniustitias, & iniquitates. Dominatio & imperium, eo pacto quo in

orbe est, è peccato ingeneratur. Ni Adam peccasset, homines regibus aut moderatoribus, vt tunc temporis non submitteretur. Verum quã primũ peccauit illi Duce & moderatore, ad lænendas simultates & inimicitias, opus fuit. Iussit Deus, vt vnus pro remedij medela, moderaretur: sed impiorũ iniquitas inter contentionum remedia, eas accendendi occasione nanciscitur. Et ex medicina, oritur morbus: quippe cũ sæpenumerò rixas & contentiones in Electionibus videamus, tam ex Electorũ parte, qui publicæ utilitati nequaquã prospiciunt: sed propriis emolumentis & progressibus inhiant, quam ex parte eorum qui electionem ambiunt ac insequuntur: quarum vnusquisque non solũ columna vt Reipub. fulciat esse arbitratur, verum etiam Athlas, qui suis humeris caelorum pondus sustinet. Et sæpius ex vtraque parte error promanet: siquidem electores propriis affectibus & utilitatibus consulere non debent, imò potius oculos in bonum emolumentum atque utilitatẽ publicã conuertere: cæteri verò imbecillitatem atque incapacitatẽ eorũ debent intueri, neque ultra vires, sibi ipsis fidem adhibeant. In lib. Numer. Legitur Hebræos ex Ægypto in terrã promissionis proficiscentes, adinuicẽ dixisse. *Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum.* Nolebãt Ducem aut gubernatorem qui eos in Hierusalẽ duceret, sed qui in Ægyptũ reuerrere permitteret. Nullum petebant, qui per deserta virtutis, vitæque solitariae, recessusque deuotionis circunduceret: sed qui vitis laxas daret habenas, & per latam viam intrmitteret. Cũque Ægypti recordaretur, inanesque voluptates in memoriã reuocarent, ad quod reliquerant, redire peroptabant: & quemadmodum pedibus rectã Hierusalẽ versus properabãtur, in Ægyptũ animo & voluptate retrocederent: cum Deus in Deuteronomio sermone inhiuisset, vt Princeps caneret, ne populus in Ægyptum reuerreret. Latus marciæ campus ad hoc propositum tam pro Religiosis, quam pro Principibus & subiectis sese offert. Sed quo verba nos vocant, redeamus. Ait sacra Scriptura, Cũ filij Israhel à iudicibus regerentur, dixerunt Samueli: *Constitu nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent nationes.* Quam propter petitionẽ grauitèr Deus iratus est, nõ, vt videtur, quod Regem petierãt, quippe cum iam modum & formã eum eligendi patefecerit: sed cum non pro iustitia exoptarent, at vt ab hostibus vincerentur, vtque ad eorum arbitrium eos viuere permitteret, cumque Gentilibus vitam degere. Quod ex Scriptura colligitur. Ideo hac de causa Deus ab ipsis cõquirebatur, quoniam in electione, qua Regem eligendi desiderio ardebant, priuato emolumento atque comodis consulebant, nec utilitati publicæ quodam zelo, aut affectu moti prospicerent, cum ex essentia iustitiæ dependeret. Quamobrem qui eius administrationem præ manibus habent, non tantum proprio commodo & utilitatibus, quàm honore, utilitatibusque publicæ seruiãt. Vt enim ait D. Bernardus, Expediit vt vnus, solus pereat, quam plebs vniuersa. Alio autẽ in loco gubernatorem sapienti atque prudenti Chirurgo comparat, qui cum putridam membrum, atque corruptum amputet, vt corpus liberet: sic Princeps & gubernator impium, atque nefarium subiectum pœna debet multare, ob totius Reipub. salutem, publicamque utilitatẽ, in qua sui oculi continuo defigendi sunt. Qui verò munera, dominationes, atque imperia suscipiunt, cum pro viribus, rebus omnibus intendere nequeant, coadiutorum ope vtantur, vt in Exodo scribitur. Et quemadmodũ manus

Simile.

Psalm. 146.

Numer. 14.

1. Reg. 8.

Simila.

prompta

prompta est, nec ideo ad laborem magis apta & idonea: sic Princeps non minus habet virium & diligentia ut imperet, muneraque & negotia que ferre non potest, humeris gnarorum & idoneorum hominum imponat: hoc pacto Respub. melius regitur, isque liberiori atque expeditiori otio fruatur, maximi emolumenti negotijs defunctus. Illud enim vitio non ferendo verteretur, rebus futilibus atque parui momenti, relictijs serijs atque magui ponderis negotijs, detineri. Optimum hoc (inquit Cuius) mihi videtur, eò enim iustior erit Princeps quo maiori Iustitiae exercitatione perfungetur. Itaque maius commodum, maioremque gloriam ex maximis, insignibusque rebus consequetur, quam ex minimis: maiora ergo illi sunt obeunda, futiliaque & leuiora ceteris præcipienda. Hæc ratio (inquit Mathematicus) nullo pacto concludit: tam lata enim est Iustitia in minimis rebus, quam ex maximis: adhuc ita iustus est princeps qui vera iustitia, constanti, firma, & perpetua voluntate fungitur, cum nihil nisi leue & parui momenti occurrit, ac si ardua & grauiora negotia offerrentur. Vti circulus, si verè sit circulus, rotundus etiam est, cum minimam ducit circumferentiam, ac si maximam duceret: sic quæ vera est Iustitia, ita rebus exiguis, quam magnis dilatatur. Mirum hoc est (inquit Cuius) tuas omnes similitudines esse Mathematicas: non tantò altius penetra rem. Ad hoc mea tendit significatio Principem magis rebus maximis, quam minimis oblectari & detineri debere: & absque dubio, quibuscunque est illi inuigilandum. Nihil ad hoc (inquit Mathematicus) debet contendere aut disputare. Cum enim omnibus sit communis omnium etiam Iustitiae illi consulendum est, ac prouidendum: potissimum ad id quod maioris est momenti, utque omnibus prouideat, duobus temporibus prospiciendum illi est, ut præteriti in memoriam reuocatio, nonnullam sapientem & solertem pro futuro prouidenciam, exhauriat. Illud voluerunt antiqui denotare cum Ianum (quem primum Italorum Regem serebant) genuina facie depingerent, alia retrò alia verò antè: optimus enim cuique gubernator retro debet intendere præteritum considerans, & antè ut futura prospiciat, non priuato commodo seruiens sed vtilitati publicæ, honori, & cultui diuino, in eum oculos continuo aspectu tendens & despectens. Et quemadmodum cum Luna eclipsi obscuratur cum terra soli & lunæ interponitur. Ita etiam gloria & splendor Principis deficit, cum aliquid rerum terrenarum desiderium & commodum inter, illum, & Solem Iustitiae opponit, aut intermiscet. Voluntas subiecti (inquit Theologus) quamuis deprauetur, siquidem ex illa nulla alia dependet, vas est veneno plenum, vnum tantum interficiens: verum voluntas ex qua multa alia dependent, si corrumpatur, scatebra est aquæ intoxicatæ, omnibus communis, multosque deperdit, ac funditus destruit. Princeps & Gubernator veneno non debent corrumpi, non tantum eorum voluntatibus, sed multò minus actibus, ne aliquid præceptum Dei transgrediantur. Cum enim recta conscientia munientur, perfectam Iustitiam exercebunt, ac reddent, nullo affectu moti iudicantes, amore & odio vacui, priuatam personam, ut publicam induant, exuentes. Sed quamprimum munera & dominationes ad miserunt, oculos in Iesum Christum conuertant, eum insequantur atque imitentur, ut Iustii, ac æqui iudices habeantur. Quomodo Iustitia sana & integra dici potest: cuius conscientia est deprauata? Omnino horrendum est, ac prodigiosum, virgam iudicij erectam intueri, affectionem

vei de eius qui iudicat, tortuosam. Ait. D. Ambrosius, Iustitiam proprijs etiam inimicis exequendam, & obseruandam esse. Lactantius ait iudicem nec priuatis etiam amicis parcere, non enim eius voluntati, sed alienæ inferuit. Equidem à veritate tanti viri non abhorrent: iudex enim, omnesque qui imperio & potestate pollent: quamuis conuersatione humani sint, cum tamen officio funguntur, ab ipsa humanitate debent alienari.

De Iustitiæ laudibus, deque ipsa loqui, non tantum sufficere, ver. m. etiam eam possidere necessum esse.

CAPVT X.



Vm huius orationis metâ attigissent, petijt Theologus an quædã dubitatio ad hoc propositum ijs adhuc supereslet: quicum non habere respondissent, sic exorsus est. Diuinus S. Paulus in prima ad Corinthios ait, *Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute.* In alio etiam loco eiusdem epistolæ ait, *Scientia inflat, charitas verò ædificat.* Multarum rerum non est expertus diabolus, ipsum enim nomen Dæmon, quod diabolum vocamus, Græcè Doctus interpretatur. Eapropter Lactantius Firmianus, quem sequitur D. August. 9. lib. de Ciuit. Dei, ait: Fuit hoc nomen illi impositum propter multarum rerum cognitionem, qua valebat: sed quidnam illi prodest scientia, cum in æternum excrucietur. Ea igitur ratio est cur adeò superbiat, cum scientiâ absque charitate habeat. Assimilat D. Gregorius Nazianzen. verba absque operibus, somnijs. D. Hieronymus ad Nepotianum scribens, ait matre se prius rudi quadam simplicitate, quam eloquentia fucò delimita cumulati. D. Gregorius Doctores vitijs suffulos alloquens, qui de virtute mirifice loquuntur, non autem eam possident, eum chyrurgi, mola comparat, quæ celeri cursu atque festinatione voluitur, ferrumina exacuens: tamè ea non acuitur, sed corroditur ac consumitur: hoc ipso denotans parum de virtute verba facere, prodesse, subtiliterque de illa disputare, nisi eam amplectamur. Quid prodest de Iustitia loqui, si iniusti simus? Quam vtilitatem ex hac oratione, & ex eo quod perorati sumus, poterimus decerpere, si absque illa vitam degamus? Mallem ornari Iustitia, quam eius definitionem noscere. Non enim sufficit de Iustitia tractare, imò eam obseruare necesse est, ut nostra verba, nostraque opera ex eodem metallo, eademque materia connectantur. Amplectamur igitur nos ipsos per Iustitiam, supremum illum Deum, totiusque huius vniuersitatis moderatorem imitemur, qui oculis perlucide, præmium quo bonis virtutibusque præditis adstringimur, poenam verò qua nefarij ac perniciosi iuxta diuinæ Iustitiæ effectus plectendi, obicit. Hæc è cælo in has terras deicit, ac detrusit Luciferum, cum omnibus apostatis eius sequacibus, ob eorum detestandam, atque perhorrendam superbiam. Hæc Protoperetes nostros ob inobedientiam in Deum patratam, expulit. Hæc figura igneæ columnæ & nubis Hebræos duxit, vndique rubeis Aegyptios submersit. Hic est ille lapis qui blasphemum illum Goliath interemit, fidelemque Dauidem incolumem liberauit. Quidnam amplius dicam, nisi eam filium Dei vnicum in has terras dimisisse? Adeò dilexit Deus iustitiam, ut pro illa mortuus sit, communi que vite vsura, quam iustitia priuari maluit. Quamobrem D. Paulus in Epistola ad Romanos, sic loquitur. *Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem proceden-*

1. Cor. 4.

Generis humani debita Christus persoluit.
 tium delictorum, in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: ut sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi. Haec verba sunt Apostoli, quibus declarat Deum se iustum, in filio proprio, ab omni peccati labe puro, peccata puniendo, manifestasse. Debito infinito genus humanum Deo obstringebatur, cui satisfacere non poterat, quod esset finitum: decebat igitur summopereque expediebat eum, qui infinitus erat, ut est Deus, pro nobis solvere. Ille per opportunum satisfacit, qui debet & potest. Debebat homo: sed non poterat: contra vero Deus poterat, sed non debebat. Deus homo factus est, ut tanquam homo moreretur, cum Deus esset, ut Deus persolveret. Et quoniam Deus mori non poterat, homo factus est, ut Deus & homo, in quantum homo pateretur, & in quantum Deus, saluos nos faceret. Iustitia, ut peccata nostra puniretur, postulabat, ea propter suis humeris imposuit, ut pro omnibus satisfaceret: hocque D. Paulus demonstrationem iustitiae appellat. Illud est, quod dixerat Propheta Isaias: *Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Et ita ait, *Propter scelus populi percussit eum.* Ita etiam in quodam Psalmo ait Iesus Christus. In cruce quae non rapueram persolui. Quidnam Christum ut nostram carnem indueret, incitavit? Iustitia? Quid tot tantisque laboribus, tormentis & angustiis submitti fecit? Iustitia. Haec impassibilem vulneravit, inuincibilemque alligavit, militem immobilem, aeternumque mortalem reddidit. Haec illa est quae Deum in terras demisit quae nos e terrenis ad caelum erepta est. Haec fecit, ut optimus Iesus pro nobis solueret: fecit ut innocentissimus agnus altari Crucis pro nostro sacrificio obiceretur, ubi pro nobis mortuus est, affixus, clavis transfossus, percussus lancea vulneratus, in capite acerrimis durissimisque spinis dilaniatus, dehonestatus, ictus colaphis, liuidus sanguine omnino cruentatus & madefactus, adeo dissipatus, & dilaceratus, ut dixerit Propheta Isaias, se spiritu Prophetico illum vidisse, cui neque pulchritudo, neque forma inerat, plagis enim ac cicatricibus vndique erat sauciatus. Illic diuinum erat sacrificium ardentibus flammis, diuini ignis immensa charitatis exardescens: Pro nobis iustus Deus solvere voluit, ut ab antiquo Tyranno per sui pretiosissimi sanguinis pretium redempti, liberi permaneremus. Mortuus est ut vinceremus, & cum propria morte, de morte triumphum agere voluit, sicuti per Prophetam suum dixerat: *O mors, ero mors tua.* Adeo illustres sunt laudes iustitiae, ut nec tempus nec dicendi copia, non solum ad eas ornandas & illustrandas, verum etiam ad recensendas & perorandas, satis superque sit. O vita nostra iustitia dux! Quid sine tuo splendore & lumine non modo nos, sed omnino vita hominum esse potuisset? Tu virtutes extollis, vitia deprimis, tu acerbae simultatis inimica, suavissimaque pacis conservatrix: tu impios ac sceleratos perterrefacis, bonos sustentas, sine te ordo confusio est, vita mors, requies labor gloria infamia, bonum malum. Tu confusionem destruis, optimamque moderatorem paris. Tu fontes eripis, fontes supplicio plectis. Iustos tristes oblectas, & iniustos iucundos mœrore af-

Iustitia laudes.

ficis, ut lubricas, inanisque voluptates quibus delitescunt, exuentes, veris sempiternisque solatiis perfruantur. Denique tu gloriosa illa schala Iacob, quae vna summitate, caelum, extremitate vero terram pertingebat. Qua alij ascendebant, alij descendebant, quandoquidem iustos, & electos ad supremos usque caelos extollis, impiosque & damnatos, ad profundas usque abyssos detrudis. Et cum unicuique quod suum est, iubeas reddere, nosque omnes Dei sumus ut illi nos dedamus, si te insequi velimus, opere pretium est. O bone Deus! trahe nos ad te: animas nostras quae tibi in sacrificio obiciuntur admittite, easque candentibus & æstuantibus flammis diuini amoris inflamma, in hoc beato igne, qui inferas fatiles & impudicas cogitationes abolet. Vinifica, & decora quod turpe ac deformi propter peccatum extiterat, animasque in sublime viam & tramitem caeli diffundentes, extolle, ut mundum cum omnibus fallacibus dolis atque astutiis obliuioni tradentes, in diuinam pulchritudinem translatis, vinculis amoris & charitatis cum illa deuincti atque concatenati, aeternis gaudiis voluptatibus, & gratiarum amoenitate perfruamur, quando in hoc corporis ergastulo exules & lacrymarum valle ingemiscences, morabimur. Vnde, summe, ac imense Conditor, in hunc gloriosumque montem diuinae visionis efferes, in hoc caeleste Angelorum conuiuium, in hoc voluptatum omnium solamen ac complementum, in has aeternas felicesque gloriae sedes, ubi tuo conspectu aeterno auro perfruamur. Vix dum perorationis Theologus aetam attigerat, cum raptus in seipsum permansit, ut ferè omnis memoriae & recordationis suipsum obliuisceretur: veluti qui in amorem & memoriam immensi Dei raptus fuerat. Cumque velut in seipsum rediret, ait. Haec summarim quae de iustitia, peroranda sese obtulerunt: & hoc est quod plus sciam, quodque minus in ea insit. Huic consensit Cuius dicens, Tui sermones tantum vitam apud me habuerunt, ut eas ingeminarint, quo deinceps iustitiae vestigiis, usque ad extremum vitae afflatus, insistam: & econtra mei deficient, ut fructum quem in meipsum tui operati sunt, patefaciam. Nihil est quod displiceat, praeter id quod à tam paucis temporis spatio tuam societatem inierim: ita ut tempus cuius iactaram feci, quin potius tibi adiungerer, ingemiscam: cumque aditus iam pridem huiusce domus multis clausa & obserata, nullique quo pateat digna, interceperim. Illico Iureconsultus & Mathematicus Theologum alloquuti sunt, laudum ipsius panegyrum aggredientes: Verum quia dignus iis fieri, quae auribus percipere desiderabat, filium orationis interscidit. Et quoniam Sol à nostro hemispherio euauerat, terramque radiorum splendore orbatam reliquerat, ait Cuius. Amici, quandoquidem aduesperascit, melius est ut secedamus, priusquam nocte obscuremur. Optimum erit (dixerunt omnes) solenim iam occidit. Adsit vobis (inquit Theologus) Sol iustitiae, vestrisque mentibus, pro ipsius cultu & honore illucescat. Teque (respondunt) semper comitetur, tecumque permaneat.

Oratio ad Deum ardentissima.

Finis Dialogi de iustitia.

DIALO-



DIALOGVS DE TRI- BVLATIONE.

Interloquutores, Incarceratus, & Amicus eius.

De labore mundi, deque tribulationum utilitate.

CAPVT I.



V M quidam Nobilis, in miserissimo carcere captiuus detineretur: eius amicus verè fidelis, eum inuisit, eumque salutans ait, Deus tibi longinquos annos, faustamque quietem impertiat? Tibique tantumdem tribuat (respondit) teque in suam sanctam gloriam perducatur: quod identidem à meipso, exopto, & requiro, non enim vitam, aut laborem exopto. Quis? (ait amicus) propterea quia (inquit incarceratus) adeò tedet me ac sordet huius vitæ, ut quanuis mihi in vernantem adolescentiam redire, eligendum mihi foret: non pro totius orbis thesauris illud exequerer. Illam semper certam & veram adinueni Menandri sententiam, à Plutarcho in libro de animæ Tranquillitate recitamam, duo esse indiuisim coniuncta & inuicem coherentia, nimirum viuere, & dolere. Hæc itaque vita, continuum propriè tormentum est. Quis confert longinquam exoptare vitam, cum hoc sit longum cruciatum expetere? Si vnusquisq; nostrum suos labores frustratum, veluti quadam anatomia discerperet: suos dolores corpus confiteretur, corpus autem desideria, vitam sanè triste & deplorandum exilium granissimiq; cruciatu supplicium arbitraremur, & ab hac via deflectere, aut aberrare quocunq; modo, aut ratione nollemus. Quisnam est (quæso) qui ex securo portu, in æquor vellet regredi, ut spumantium vndarum rabiem, rursus experiretur? Ex iam triumphati victoria, in horribile, crudele, ac sanguinolentum prælium? Ex firmo solidoque ponte, in rapidum velocissimūque torrentem? Denique ex tuto incolumique domicilio in sylvarum crudelium aut roris periculum, sicarijs aut raptoris cuiusdam iugo subnixus? Hæc videtur esse ratio, cur Iesus Christus adeò amare fuerit, cum Lazarum à mortuis exsuscitauit. Hoc pro responso sufficere quandoquidem à me expetis, cur viuere non postulem. Quantum ad reliquū, videlicet quietem exoptare, nullo modo illud necessarium est, cum hoc sic desiderium in re impossibili inferre. Qui hoc in orbe quiete perfrui potest? Cum igitur nulla sit quietis, non etiam video cur mihi sit exoptanda. Illud rectè video (inquit Amicus) & ingenue fatear, non debere concupisci, nisi hoc quod iuste & honestè obtineri potest: melius itaq; est quietem possidere, quam posse possidere, secus autem de labore. Etiam illud considero, quanuis homo laborem patiatur, in eius tamè potestate situm est, quiete frui. Præterea (ait Incarceratus) potentia nunquā

sine effectu redigitur. Terra herbas, fructus, pecora, metalla, gemmas pretiosas parturit, tandem victus edulijque varietatem resque vsui humano necessaria, emittit. Sed quantum ad quietem, ô quàm excellens fructus est, quem dare non potest. Hoc igitur extremæ esset dementiæ notandi que erroris, cū post tantos quos patimur aut in nobis ipsis experimur labores, in dijsque alios excruciarum cernimus, nos ipsos rursus ad quietem optandam & sperandam exponamus, cum nunquā in sua eam dandi potestate situm fuerit. Quocirca veteres Romani, Quietis templum construxerunt, extra moenia Romæ ab humana conuersatione seiunctum & alienatū, ut etiam demonstraret penitus ab hominibus secludi & alienari. Intra moenia templa Labori consecrauerunt, alijsque rebus ut rota penè ciuitas Templis circumdaretur, Idolis simulacris, falsis que dijs: quātum tamen ad quietem nullū præter extra ciuitatē erexere, ut refert D. Augustinus 4. lib. de ciuitate Dei. Ait Plinius illud templum in quodam vico extra fores, qui Lauicanus appellabatur, ædificari. Itaque sine dubio nulla quietis est in hoc terrarum orbe. Facili negotio inter homines titulus Imperatoris Regis aut Principis, poterit inueniri. Sed nullus mortalium, hoc illustri præstantique Quietis titulo iactari potest, quanuis mundus polliceatur, & dare non possit. Tutius literis in profundissimo maris centro scriptis quā volubilibus incertisque quietis mundi promissis inharerem. Tantum in cælis integra perfecta que quiete potiemur. Veruntamen qui Iesu Christo, in hoc mortali cursu morem gerunt, in animis quandā huius quietis scintillam perferunt, tamen, infinitis laboribus compositam atque immixtam. Quinetiam cum hæc vita (Iob teste) militia sit hominis super terram, imò bellum asperum atque furiosum, nulla ideo est quietis, aut otium absque tribulatione. Non itàdè altius euolabam (inquit Amicus) de hac loquebar quiete, qua vulgo dicimus eos frui qui minus laborum experimur. Videtur etiā mihi, me nunquā ea ipsa potiturum (inquit Incarceratus) infortuniam enim & ægritudines adeo cor vulnerarunt, & adeo omnes aditus semitasque quo mihi hæc dies illabebatur, intercluserunt, ut ea ratione, nec habere, nec possidere valeam. Prorsus vitriarum fornax effectus sum, quæ nocte dieque succenditur, intra quam corculum meum candentibus flammis, magis desperatarum & furiosarum tribulationum, quæ animo possent concipi, exarsuat. Alias me ipsum maximis atque acerbissimis exesum tormentis perspexi. Sed leuia atque facilia erant horum respectu: quippe qui priora quadam spe breui

*Quies
nulla in
mundo.*

recuperandæ valetudinis ferebantur: præsentiaque aded graua & ponderosa sunt, vt peccata mea fila omnia humanorum subsidiorum & remediorum, amputarint. Tantas tamque peracerbas ægritudines & ærumnas in me contorserunt, vt nulla vis, quo inuictis eorum viribus resistam, amplius superfit. Et si nonnunquam crudeliam atque acerbissimarum cogitationum flammam exemplo cuiusdam miselli atque mea sorte afflictæ reslinguere, atque mitigare experiar: subito mei cruciatus pondus læcem quotidianarum mearum tribulationum aded ponderosè deprimat, & deiecit: vt ne quidem vlla sit paritas aut conformitas cum meis ærumnis: eę enim iam huiusce procellosi maris sinus sulcarunt, portumque attigerunt: sed ò bone Deus! ita adhuc per medias vadas fluctuant, neque vnquam aliquot pacis interstitio aut intervallo subleuant: sed vt alijs quæ meos cruciatus faciunt recrudescere, locum cedant, atque adytum præbeant: verum (me miserum!) illud est alias attrahere, quæ aduncas acutalque vndis iniiciunt anchoras, ne vnquam quiescant, aut à fluctibus elongentur. Quòdque peius est, nunquā cessant sed in dies continuo impetu auferunt. Sic est earum consuetudo (inquit Amicus) ærumna enim aut infortunium, nunquam separatim accedit, quin post se infinitas alias accumulæ. Hoc maius malum est, ab ipso malo allatum, hominem nunquā in infortunium cadere, quin hoc sit principium & origo aliarum imminentium ærumnarū. Et quæadmodum eminentis aliquod aut superbi ædificij quod rimas agit, ac disiungitur, nunquam lapis solus conuerti cernitur, quin alios secum trahat: sic in hoc periculoso vitæ ædificio, nunquam tribulatio in id irruit quin alias secum adducat. Sunt tribulationes vt magni quidam riuli, qui à longè veniunt quibus infiniti alij aluei coniunguntur. Siquidē tribulationes à longinquo veniunt, vt per multas alias secum copulent, donec multum valte, ac profunde, non possunt esse vadosa, nec, nisi glorioso patientie ponte possunt transfretari. Illud accidit (inquit Incarceratus) cum dulcè descendunt ac effluunt: sed aliquando riuli tanto impetu irrumpunt atque fluunt vt pontem dissipent, secumque quicquid in occursum obijcitur euehant, nec quicquam eorum violentiæ potest apponi. Hoc contingere potest (inquit Amicus) cum pons firmissimis columnis nõ sulcitur, sub firma constantia collocatis: si enim optimis fortissimisque columnis & fundamentis sustentatur, quamuis omnia mundi pericula in eum irruant, circudent aut propugnent: semper tamen immobilis securusque consistit, neque humi prosterni vilo modo poterit. Si, inquam homo magnanimo inuictòque animo roboretur, sub firmo lapide affixus, qui Iesus Christus Deus noster est, tamen si omnimodis exagiteretur periculis, nunquam tamen debellabitur, neque quicquam mundi ambiat aut sperabit, præter id quod dare potest, veluti opera felici atque tranquillo præmio, peracerbis, atque angustiis laboribus compensare. Si tamen fortassis magnas ærumnas, quibusdam volucris gaudijs & recreationibus permutet, tandem in maiores & vehementiores miseras redigit: desideria cū mœroribus intermiscet, voluptates cum doloribus mille mala pro quodam exiguo bono, omnia in vnum colligens, vt in hac crudeli, indigentique infortuniorum obsidione nobis alimenta suppeditent. Qui hoc attentamētis acie perpendere auebit, seque ad illud viriliter, fortiterque tolerandum obijcere, in Deo omnem amorem & spem desigens, omnes mundi turbines procellæ, aut tempestates non conquassare ne dicā

Simile.

minimam pontis firmitatis contignationem poterunt concutere, aut à cursu, virtute, magnitudinēque animi præstantis constantiæ deterrere. Dic, quæso, (ait Incarceratus) quis adeo firmus atque immotus, cuius constantia non fuerit quassata? Quis aded securus, quin vnquam perturbatus fuerit? Nisi tamen alius Alphonates lacus Palestinæ sit, qui, vt ait Seneca, narratque Tacitus, vndis caret, nec vllis ventis, procellis aut tempestatibus à quiete recedit. Vidi ego meis oculis plures magnos, insignesque viros, aded constantia fortitudine & virtute præditos & communitos, vt imperterritos, & inuictos animo in arenam patientiæ cum Iob descendere viderentur: nihilominus tamen cum tantillum persecutionis vento fuerint insufflati, arma è manibus excidebant, victi que; quamprimùm cedebant. Demittebatur cor ad pedes vsque, spe destituti confringebantur, oculisque tantis obliuionis tenebris immerfi ac obæcati, vt remedio & valetudini nequaquam prospicerent: aut si cogitarent, illud aded effrenato impetu fieret, vt quod pro antidoto in venenum libere arbitrentur, multo peius venenum reperiretur. Denique patientia multoties læsa, conuertitur & redigitur in furorem. Videtur ex hoc inferri cum tribulatio homines deiciat, aut deprimat, vt ab ijs qui eam perpetiuntur, pro re vili abiectaque censeri debeat. Imò potius (inquit Amicus) gloriosa & æterna laude digna est: multi enim sunt, qui ed cruciantur & persequuntur, ed amplius merentur, ambobus brachijs patientiam amplexantes, magnitudinēque atque fortitudinem inuictorum eorum animorum præferentes. Quod magis splendorem & gloriā virtutis, decorat, exornat, & illustrat, Tribulatio est. Illa nox est, in qua virtutis Luna elucet ac resplendet. Ait Diuus Bernardus super Cantica, quemadmodum nocte stellæ refulgent diēque non apparent: sic virtus, quæ nullum splendorem, aut lumen sepe numero secundis rebus affert, pulchra, lucida, & clara rebus aduersis apparet. Phiala odorifera aqua, rectè obducta, & in cuiusdam arcæ abdytis reclusa nullum odorem aut fragrantiam infundit aut producit: cum autem vltro citroque vertitur, odoris fragrantia tota domus redolet. Sic virtus Tribulationibus libera & expedita, non splendore & præstantiam demonstrat: quotiescunque verò concutitur, & persecutionibus agitatur, odoris exquisitissimæ suæ perfectionis fragrantiam vndique dispergit, ac late diffundit. Iob pretiosum illud pharmacum in Hus Arabiæ terram reuersum, odorem suum per vniuersum terrarum orbem disseminauit. Nisi commotus atque afflictus fuisset, non dulcissimum atque fragrantissimum eius patientiæ fructum protulisset. Cum omnes eius filij vna comederēt & biberent, domus corruens eos oppressit vno die illic consepulti remansere: fuit hæc domus & sepultura, mensa & obsequiæ, festum & tristitia, conuiuium & lacrymæ. Iob vno eodēque die omnes suos filios interemptos vidit, bona deperdita dilapidata, & euerfa, suū pecus partim interfectū, partim direptū, ea propter gratias agit Deo, dicens, *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Quænam musica inueniri potest quæ suauius auribus personet, quàm huius sancti viri Iob verba? Cythara, Testudo, aut aliud quoduis musicum instrumentum nisi tractetur & pulsetur, quomodo illius cæus & harmoniæ suauitas poterit diudicari? Nisi Iob afflictus & persecutus fuisset, quomodo ipsius constantiam agnosceremus, dulcēque musicam & ipsius patientiæ harmoniā perciperemus? Ait sacra Scriptura, cum hæc trillia & acer-

Patentia
læsa sit
furore.

Simile.

& acerba nuntia audisset, loquutus est, nec peccauit. Verba Lydio Rationis prius examinata fuerunt, quam in linguam immissa: adeo sublimē sonarunt, vt ipsorum sonus per vniuersum orbem diffusus fuerit: ipsius etiam constantia cæteris exemplū præbuerit, qui iniuncto animo qua audacia & alacritate vitæ labores subierint, manifestarunt: prius eā perdere quærentes ob patientiæ conseruationem, quam huius insignis & perlicidæ virtutis ob vitæ conseruationem, iacturam facere. Lapidēs, nisi malleo primū fracti sint & delineati, deinceps antiquis pulcherrimisq; ramusculis elaborati, & in medio torius ædificij collocati: sic nos ponendi & collocandi sumus, in illo opulento magnificoque ædificio cælestis ciuitatis Ierusalem. Malleo prius tribulationum conquassandi sumus, operib;que virtutis perpoliendi. Vt in nostrorummet considerationem cadentes, opera digna ijs quæ esse debeamus, exequamur. Quid in hoc terrarum orbe, quod magis in nosmet ipsos redire faciat, quā tribulatio? hæc nos deducit, regitq; ad cognitionem eius quod sumus: à nobis lites fallaque mūdi iurgia propellit, quæ nos in nostrorummet obliuionem trahunt. Cū itaque homines in erroris & falsitatis huius mundi considerationem dilabantur, animos in Deum erigent, in ipsum intimam sinceramque cordis amicitiam reponētes. Ita vt antea submissi atque perculsi, in sublimē rapti permaneant. Vt enim amor homines ad id quod expetunt, & diligunt, extollit & rapit: certissimū etiam est ardua & excelsa colētes, manere superius collocatos, & inde sequitur res demissas & abiectas volūtātibus & affectibus inherere, quos frangunt ac pedibus conculcant. Aiunt Philosophi eam fuisse rationem cur rotunda figura perfecta sit, desinit enim vbi incipit, mediūque principio & fini adæquat. Porro cum initium atque vitæ nostræ introductio doloribus repleatur, exitus etiam à doloribus non discedat, qui vita eorum qui nascendo fiunt, afflindo emoriuntur, perfecta esse possit? viuunt amen semper ridendo? Ne tam cito vitæ nostræ ærumnam & tribulationem agrè feramus, cum plurimum ob suam perfectionem conducatur: vt enim ortus & occasus vitæ maximè pœna & ægritudine comitantur, non in lubrica fluentique gloria cursus huius stadij est insumendus.

Ostenditur terram, locum verum exilij esse, vitamq; peregrinationem.

CAPVT II.



Vltu atq; signis exterioribus Incarcerati, incredibilem extremamque voluptatem, qua suos audiendi sermonis capiebatur, agnoscens Amicus, vltimas suscepit eorum sententias, hocque pacto est orsus. Quam ob causam Deus pœnam, ægritudinem laborem & afflictionem suis infligat, ne desideria & affectus in rem ad d. demissam humilem & abiectam sicuti mandus est, irretiant, atque adstringant, imò potius vt infinitis atque sempiternis delicijs & voluptatibus fruantur, anhelent. Quemadmodum Peregrinus, qui eò merore & solitudine in alieno solo conflictatur, eò desiderio patriam reuifendi, tenetur: & e contra si inter exterarum nationes aliqua voluptate, lætitia, aut diuitijs capiatur, ad paternos lates redendi desiderium, e memoria excidit: sic homines eo magis infortunijs, & calamitatibus consistantur eò magis ad quietem æternam aspirant: si

verò secundis rebus insolescant eò minus futuræ vitæ recordantur. Ideò ait D. Ioannes Chrysostomus, prosperitatem crudelem nouercam esse virtutum. Et D. Augustinus maximam esse virtutem, rebus secundis collectari, fœliciores atque beatiorē prosperitatem illis resistere, & vtrò citroq; oppobi, ne ab ijs deuincamur, aut suppeditemur. Alio quodam loco affirmat, prosperas res animæ multò magis periculosiores, quam corporis aduersitates. Aduersitas enim corpus cogit vt de labore terreno doleat & conqueratur, prosperitas verò, cæli quietis, quæ locus eius originis est, obliuionem affert. In hoc terrarum orbe peregrini sumus, vitæque nostra longum & angustum est exilium. Terra nostra & hæreditas cælestis est gloria, beata illa ciuitas, ad quam tendimus gradūque acceleramus. Vt igitur continuo animæ memoriā nostri exilij atque peregrinationis imprimamus & infigamus, opere pretium est, vt veluti viatores rebus huius seculi vitamur & fruamur, nec illecebris inescantibusque blāditijs spem aut desiderium collocemus. Antiqui Patriarchæ fœlicis memoriæ hoc spiritu afflabantur, cum promissionis maternam terram flocci facientes ad cælestem aspirabant, à longè lacrymis obortis, imitque singultibus eam salutantes, fatentes se esse peregrinos viatores, & extraneos, vt testatur D. Paulus in Epist. ad Hebræos. Huic consentiebat altissimus atque illustrissimus Propheta David, in quodam Psalmorum. *Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe, lacrymas meas ne silias: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres tui.* Hæc illa oratio est quam sanctus Propheta Deo effundebat, confictus & madefactus lacrymis, quæ veluti sclopetorū fragor, orationis sulfur & puluerem ignea eius desiderij vi pulsabat. Non igitur dicit, Domine vide lacrymas meas, sed, deprecationem meam auribus percipe, lacrymas meas ne silias: quoniam aduena ego sum, & terra pro exilio relinquatur. O miseros & captiuos eos qui veri terræ incolæ arbitrantur nō autem viatores, & aduena! Ait sacra Scriptura Genes. 22. cap. Cum proficiscerentur de Oriente, dixerunt ad inuicem. *Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim cuius culmen pertingat ad cælum: & celebremus nomē nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.* Hi sunt qui fecerunt & construxerunt Babylonem, vt gloriam consequerentur, & ædificarunt ciuitatem, turrimque confusionis perpetuæque infamæ. Iusti verò non ciuitatem ædificant: ciuitas enim eorum in cælis est, non autem in terris, lacrymantur, suspirant, & pro ea ingemiscunt. Quantum autem ad habitatores terræ, viuunt terrenis suis desiderijs languescētes, & affectibus mundi delitescētes, nullomodo diuinorum thesaurorum & diuitiarum recordationem memoria repetentes: cumque ita sint socordes, & in hac vita desidijs, mors in eos irrupit, domibus suis antequam ostiū pulset, intercipientis. Itaque nisi accuratè prudenterque inuigilent, suisque ipsis prouideant, sentiunt se perpetuò in infernum consepultos, vbi iustis cum supplicijs, iniustarum voluptatum & delectationum pœnas luunt. Ait D. Ioannes in Apocalypsi. *Et vidi, & audiui vocem vnus aquilæ volantis per mediū cæli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ, habitantibus in terra.* Non hæc aquila contenta est semel tantum dicere, Væ, sed ter repetit ad maiorem efficaciam & energiam. Ille idem est D. Ioannes, aut aliquis verus Euangelicus prædicator qui in cælum, vbi sua est conuersatio, euolat: quod dicto D. Pauli conformatur. *Nostra conuersatio in cælis est, & terribili voce,*

Heb. 11.

Psal. 33.

Gen. 11.

Apoc. 8.

ce, peccatores mundi amatores comminatur, in luto & sterquilinio rerum delecti & volutati, pretiososque Dei thesauros aspernantes, ac contemptui habentes. Vocat eos habitantes in terra, æternam ijs dominationem denuntians, quippe rebus terrenis adeo distineantur, vt pro voluptatum domicilio esse censcat: cum tamen seuerum sit exilium, & periculosa peregrinatio. Narrat sanctum Euangelium, *Mat. 27.* ex triginta argenteis quibus Iesus Christus saluator noster fuit venundatus, agrum emptum fuisse pro sepultura peregrinorum, qui vocatus fuit, *Alchodemach* id est, pretium sanguinis. Non hoc absque arduo sacroque mysterio est, neque abs re Euangelista notat. Quinam igitur sunt ij peregrini qui in hoc agro, pretio sanguinis Iesu Christi empto consepe-liuntur, nisi ij qui mandam exilium & peregrinationem, cælum verò pro cœlesti patria reputant? Hi sunt qui ex sanguine immaculati Iesu Christi proficiunt & prævalent, qui exilium eorum & fugam agnoscentes oculos in promissionis terram tantopere appetitam, efflagitam, & ab ijs salutatam, conuertunt. Et quò grauius à mundo persequuntur, opprimuntur, ac exeduntur, eo magis terrenarum rerum amore deferunt, desiderioque cœlestium donorum exardescunt. Itaque liquidissimo constat, quantum tribulatio profit, ij qui optime illa sit vti & prævalere, & quò opere sit salutaria atque excellens. Illud est quod in memoriam occurrit, vt tuis dictis responderem: cumque tribulatio hominẽ deprimat & annihilat, sequitur eam abiectam & vilem esse censendam. Multa cogitatione peruolebã quæ tuam opinionem contorquent: sed quoniam ad te consolandum non autem ad sollicitudinem & mœrorem ingrauescendum, penitus intendo disponorque, hæc impræsentiarum sufficiant, nisi hæc in partem alia opinione ducaris cuique mea omninò cohærens, tuis votis & desiderijs præsto sum. Te obnixè obsecro (inquit Incarceratus) huius orationis filium persequi, ex qua animo incredibilem voluptatẽ atque vtilitatem effluere persentio. Torpens atque anxius mœror, qui cor meum nũc alligat, ad eò melancholiz nube illud obduxit atque irretijt, vt antequam aduentum, ad me ipsius, salubriumque cæterorum remediorum obliuionem aliquantũ attraheret. Videtur itaq; quod tuæ orationis dulcis harmonia, in me ipsam remiserit, & respirare permiserit. Te igitur etiam atque etiam rogo, ne tuam orationem interrumpas: animus enim cum ad fores suarũ sollicitudinum clauis consilij alicuius pulsatur, illico exsuscitatur.

De patientia, & de victoria sui ipsius, deque armis ad eam assequendam idoneis.

CAPVT III.

LXtremis his verbis ab Incarcerato venemẽti quodam motu & efficacia protatis, sic respondit Amicus. Tametsi lectio literarumque studium, longaq; multarum rerũ quæ vidisti, quibusq; perfundus es, experiẽtia præsentium rerũ codicem tuæ memoriæ impresserit, verũq; rerum præteritarum & antiquarum armamentarium, vnde permulta salutaria remedia summãque consolationes ad ærumnarum amaritudinem leniendam, facillimè potes depromere: tamen cum non ita clarè & nitide nostris negotijs sicut alienis prospicimus, potissimũ cum dolore quodam intolerabili præoccupamur,

quæ nostrum intellectum infuscat atq; obtenebrat, aliquot optima & notãda exempla in medium proponam, quæ tibi conueniunt, & ad patientiam cohortantur. Itaque habenas meæ orationi cum tibi hoc cordi sit laxabo. Agendum ex maioribus detrimentis, quæ homini possint contingere, illud est animam perdere: & ex maioribus felicitatibus quæ possideat, hæc illa est eam saluare & conseruare. Et quemadmodum ira & cholera succenti eam amittimus, & in patientia possidemus, compertissimam est quàm graue malum sit, quàm verò optimum bonum patientia. Iesus Christus Dominus noster summus præceptor & Magister, qui mentiri nõ potest ait 2. cap. D. Lucæ. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Quòdnam bonum felicius euenire posset, eo ipso quo hanc excellentem & ditissimã gemmam possidemus, qua amissa, in æternum sine dubio periremus? Ait D. Paulus in Epist. ad Rom. *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem spes autem non confundit.* Et ad Ephesios, *Obsecro vos, vt dignè ambuletis in vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicẽ in charitate.* Et ad Thesalonicens. *Operam detis vt quieti sitis.* Et ad Hebr. *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem Iesum.* D. insuper Iacobus in sua Epistola, ait, *Patientes estote, & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquabit.* Ait D. Ambrosius finem patientiæ spem esse promissorum. D. Gregorius affirmat non minorem esse victoriam hostes tolerando, quam gloriam & laudem eos debellando, ac deuincendo. Ait D. August. conditionem eius qui iniuriam fert excellentiorem maiorisq; meriti esse, quam eius qui infligit. Ad hæc D. Chrysostomus testatur nihil esse quòd adeo, frangatur, atterat, & debilitet magnos ventorum impetus tribulationis, quã tolerantia & patientia eius qui magno animo resistit. Si copiosius quot locis & modis diuinæ literæ sanctique doctores, patientiam locupletarũt & laudibus illustrarunt, oratione vellem conuestire, prius dicendi copia, quàm tempus mihi satis superque esset. Quidnam in hoc terrarum orbe rarius & pretiosius patientia, quippè qui nosmet ipsos vincere atq; suppeditare facit? Multi olim magnanimique Duces fuere, & nunc etiam extant, qui innumeras atq; inuictas copias armis subegere, crudelitate quidem barbaras, locis infinitis, quocunq; armorum genere, commeatibus, victu ditissimis exuberantibusq; diuitijs: sed tandem hæc sunt victoriæ humanæ: seipsum tamen posse vincere, iram, furorem & choleram suppressere, afflictionem & res aduersas aquo animo tolerare, iniurias, atque opprobria condonare, hoc diuini potius quàm humani iudicio. Insignior atque triumphantior victoria, quàm quisquam possit adipisci, est seipsum vincere. Hæc illa est quæ famã perpetuis statuis & imaginibus consecrat: digna quæ quibuscunq; linguis literisque concelebretur, & ætate mortalium memoriã præcedat. Cum Israelitæ circumdati & obsessi à Philistæis fuissent, in hoc acerbissimo crudelissimoque bello, tanto tamque imminente discrimine periclitati sunt, vt mœrore atque squalore corda eorum perurere ratur: cum itaque penè in crudelem desperationem redacti, oculis extremum vitæ terminum cernebant, nec pro viribus valebant eos vita priuare, qui eorum vitam sitiebant. Et quod vulnus angustiarum & calamitatum inflammabat, erat ex parte inimicorum quidã Gigas Goliath nomine, miræ magnitudinis, altitudinis

Luc. 21.

Rom. 3.

Ephes. 4.

Thes. 4.

Hebr. 12.

Iacob. 5.

dinis sex cubitorum & palmi qui superbia quadam vultuque crudeli inflatus, eos singulis diebus perterrefaciebat, nec quisquam eorum in capum descendere cum illo luctaturus, auderet. Eo tempore David adolescens pascens gregem in agris patris sui, zelo quodam animi magnitudine, cultuque summi Dei exultans, totoque affectu suum Regem patriamque tueri exardescens, in duellum ingredi deliberavit, & extemplo in castra proficiscens, vt Regi Saul qui tunc in Iudea erat, sese offerret: & licet Saul ab hac pugna eum deterreret, eique propter imbecillitatem, & immaturam aetatem ad praelium parum idoneus videretur, existimans illius tenellum cor iuuenili quodam impetu ad hanc terribilem pugnam excitare: nihilominus tamen in Deo omnem spem & victoriam figens, inermis, pera tantum pastoralis funda & quinque lapidibus munitus, Monomachiam aggressus est. Cumque misisset manum suam in peram tulit vnum lapidem & funda iecit, & circumducens percussit Philistinum Goliath in fronte & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Hic erat ille Goliath, qui in eum adeo verbis insolentibus & petulantibus, superbus, vt suis conatibus & trophæis confusus, insurgere conabatur. Itaque optimus David hunc execrandum blasphematorem, gladio eius proprio caput amputando, interfecit. Hac victoria, sic hostium terrore corda percussit, vt perterriti in fugam verterentur: sed à tergo eos Israelitæ insequentes, tantam stragem cõfecerunt, vt omnibus ferè solo æquatis maximam, insignemque victoriam fuerint consecuti. Cumque in Hierusalem David ouans triumpho ingrederetur, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes chorosque ducentes, atque instrumentis musicis voce coniunctis hæc verba perfonantes, *Percussit Saul mille & David decem millia*. Cui itaque gloria atque laus Davidi à populo attributa, auribus Saul percerebisset, subito liuore quodam atque intellino odio corrosus est, cum tanto in honore habitum conspiceret: & à die illa & deinceps insidias vt eum inuaderet atque enecaret, tetendit. Et vt iniquam animi voluntatem atque rabiem palam faceret, lanceas nonnunquam in eum immitteret, nec vnquam configere, aut vulnerare villo pacto posset. Ingratissimus ille Rex præclara facinora infinitis meritis ac præmijs digna, falsi præmij pecunia, atque prodicione erat persolurus. David igitur cum in extremam incidisse miseriam & calamitatem animaduertisset, seque expulsam & persequutum à Rege Saul, domum, deseruit, & à chara patria exulauit quam à seruitutis iugo & tyrannide hostium ereptam, in libertatem & quietem asseruerat, perque deserta latitauit. Illic optimus ille David confugiebat, ad Deum omnes cogitationes sensaque mentis & consilia appellens, oculosque in cælum dirigens & contorquens, vt speluncæ, atque cauernosæ cautes imis eius suspirijs, singultibus, atque gemitibus, ex cordis penetralibus, flammis diuinæ charitatis præulsi, resonarent. Orabat Deum vt Saul ignosceret, in memoriam & recordationem ei benefaciendi, qui nihil aliud præter insidias mortemque ipsius moliebatur. Videbatur à Saul persequi, quem inuiso animo propugnarat. Ille eum disperdendi, atque destruendi desiderio estuabat, qui ab illo ereptus & conseruatus fuerat: is denique illum è communi luce hominum extirpare sitiebat, quem adeo alacri animo sese libentissime morti obiecit vt vitam illius conseruaret, viderat, & pugnam cum atrocissimo illo Goliath, vita periculo morti exposita, summo cum animi ardore sub-

ijisse. Nihilominus tamen ideò scintillam charitatis & amoris, quo eum prosequabatur, amisit, nec vltionem vnquam sumere concupiuit: sed aptissimis, inuisis que patientiæ armis asperrimus, omnia summi Dei nutui & voluntati reponebat, eum cõtinuò ac iugiter pro salute sui aduersarij obsecrans. Et cum nunquam suos derelinquat, ab infinitis etiam periculis Davidem extraxit: multi enim suorum parentum per hæc deserta vt eum seruariet & custodiret, sunt concomitati. Verum impius ille ac perfidus Saul nec otio, nec quieti vnquam parcebat: sed vt eum interficeret, omnes conatus adhibebat, eumque hæc perniciofa facinorosaque cogitatio, suscitauit, vt voluntati satisfaceret, eum in desertum multis stipatum satellitibus adorsus est. Cum autem Saul à suo exercitu semoueretur vt ventrem exoneraret, speluncam ingressus est, in cuius interiori parte, David atque eius amici & socij latebant, qui facili nulloque negotio poterant Saul interficere, non enim eos videbat, illi tamen eum videbant: dixeruntque Davidi, vt trucidaret eum, cum absque villo impedimento illud exequi poterat: cumque cognoscerent Saul eum nulla occasione motum, persequi. Hoc in loco apprimè considerari potest, cum David inimicum qui eum quærebat vt necaret videret, in memoriam obsequia & beneficia quæ in illum aliàs contulerat, ad hæc crudelem & ingratum animum huius peruersi & impij Tyranni, reuocauit. Sed nec hæc omnia, nec aliæ clandestinæ atque sinistra tentationes, quibus agitur & commotus fuit, villo vnquam modo potuerunt frangere ac debilitare, vt sui inimici vlcisceretur: imò potius libenti animo ignouit. Et non solum voluit interimere, sed à morte quam eius socij inferre parant, liberauit. Eum incolumem atque saluum remittens, cuius causa huc & illuc exul fugiebat, & vagabundus pererrabat. Et vt Saul tantæ indulgentiæ gratiæ & benignitatis quam in illum David vsus fuerat, nescius foret, præcidit oram chlamidis regiæ, quam vt frustum postea ostendit. Hæc spelunca campus fuit, in quo David tentationes, & seipsum debellauit, & ex quo illam gloriosam celeberrimamque victoriam est assecutus: in hoc duello quod cum Goliath habuit, alium deuicit: in hoc autem seipsum vicit. Hæc victoria multò insignior alia fuit, multoque illustrior atque præstantior triumphus. Visne videre? In alia pugna vastum atque fortem Gigantem domuit: in hac verò multò fortiolem suppeditauit, cum seipsum vicerit, qui Gigantem vicerat, atque superarat. In alio duello funda & quinque lapidibus victoriam reportauit: in hac verò ratione, atque quinque sensibus naturalibus. In alio Goliath caput amputauit: in hoc verò diabolo & tentationibus caput & ceruicem abscidit. In alio in terram Hierusalem de hostibus ouans ingressus est: in hoc verò de seipso triumphans in caelestem Hierusalem euolauit. In alio virgines & matronæ de ciuitate egressæ sunt choreas ducentes in hoc verò Angelorum & Archangelorum cætus continuo cõtinuerunt. In alio oculos in terram deiecit: in hoc verò in cælum erexit. In alio coronam mortalem atque corruptibilem: in hoc verò immortalem commeruit. Gloriosus D. Petrus Apostolorum Princeps in 1. Epistol. coronam gloriæ vocat, quæ nunquam exsiccat, sed in æternum immarcescibilis permanet. D. Paulus in 2. ad Thimoth. vocat coronam Iustitiæ. D. Iacobus in Epistol. coronam vitæ. Hanc David obtinuit cum de seipso triumphauit, seipsum superarit, ignoscens Saul, patienter omnes ab illo inflatas tribulationes & persecutiones tolerans, sese ex rerum humanarum tolerantia obtegēs.

Arma

1. Pet. 4.

2. Tim. 4.

Iacob. 1.

Arma quib. illustriores insignioresque victorias adipiscimur atque consequimur, sunt gloriosæ & triumphantes, virtutes quibus continuo sumus muniendi. Nimirum patientia & tolerantia, cum ijs sui ipsius acquiratur victoria. Ait Salomon in Proverbijs *Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium.* Nulla potest esse patientia, nisi magnitudo insit animi, fortitudo, atque insignes virtutes. Pretiosum vas est patientia, quib. ceteræ omnes virtutes cõglomerantur. Et sicuti cū vasis fundū fractū est, liquor qui est interius diffunditur, ac effluit: ita patientia dirupta & attrita, ceteræ virtutes foras cadū atq; dilabūtur. Adeo utilis & magni emolumentū est patientia, vt dicat D. Hieronymus, nullū sine ipsa patientia fuisse coronatum. Eaque adeo gloriosa & pretiosa est, vt dicat D. Gregorius nos posse absque flammis & ferro fieri martyres, patientiam autem absq; aduersitate & tribulatione habere nequimus. Ideo tribulatio necessaria est, & patientia cooperatur. Ait D. Ioānes in Apocalypsi, se vidisse ante thronum Dei sanctorum innumeram multitudinem, qui amicti erant stolis albis, & palmæ in manibus eorū, quorū vnus clamauit, *Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna.* Hoc est quod dicebat Iesus Christus Discipulis & Apostolis suis, *Mundus gaudebit, vos autem plorabitis & flebitis, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Opponit mundum Discipulis, sicuti res omnino contrarias: ac si diceret: Ij qui ex mūdo sunt, hic gaudij, solatijs voluptatibus, lætitiæ & alacritate fruuntur, ideo hoc omne in perpetuum conuertetur in luctū & mœrorē: mei verò hic tristitia premetur ex qua de hinc æterna gloria orietur & succedet. O fallia mundi gaudia, tam citò in mœrorē & ærumnas versa? ò fallacia, atq; fraudulenta desideria, quæ in iuneris principio, in superficie supernant, & cum ad portum sunt peruēcturi, naufragio pereūt ac submerguntur, quorum loco intolerabiles atque acerbissimi cruciatus renascunt! Ait Salomon. *Extremum gaudij luctus occupat.* Et vt sudum atque malicia gustus & oblectationis malorum & flagitiosorum geniorum, in lacrymarum diluuium commutatur: sic bonorum, lacrymarum diluuium, in serenitatem lætitiæ & gaudij conuertitur. Qui malum aureū ferere vult, aut quamuis aliam fructū feram arborem, non ramum solum cum folijs floribus aut fructibus ferit: hoc enim esset laborem & operam perdere: nam folia decidunt, marcescunt, flores exsiccantur & cadunt, fructus cum ramo arefcit: qui autem arborem habere desiderat, ipsam radicē humi figat, quæ cum in arborem redigitur, frondes flores & fructus producit. Hortus est cor nostrum in quo si ramum alacritatis & lætitiæ cum suis floribus & fructu ferere optamus: labor erit omnino incredibilis: quippè qui ex vno solatio alia solatia non nascuntur: Nullus voluptatis ramus arbor lætitiæ redigitur: exsiccatur enim ramus: perit gaudium, & tandem omnia in tristitiam rediguntur. Qui ergò in corde arborem lætitiæ cupit ferere, radices eligat, ramusculos verò relinquat. Truncus & radix lætitiæ tristitia est, non omnis species & genus tristitiæ, verum ea quæ ex memoria mortis & passionis Iesu Christi, ex eius tormentis, & doloribus Virginis matris, ex peccatorū memoria, tam propriorū, quàm aliorū, & celestis gloriæ gaudio expiscatur. Hæc tristitiæ radix in amantissimam gaudij arborem, & spiritale solatium commutatur. Hoc est quod aiebat Dominus noster Iesus Christus. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Vnde D. Chrysostom. ait, tristitiam solatium gignere & procreare: D. etiam Bernardus. Lachrymæ inquit, sunt semē gloriæ. In summa, bona tristitia sur-

culus est & radix boni gaudij. Illud ipsum dicebat Psalmographus. *Qui semināt in lacrymis in exultatione metent.* Et paulò post. *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* In alio Psalmo sic ait. O domine conuertisti & commutasti fletum meū in gaudij & lætitiā. Hoc dicebat Dominus noster apud S. Matthæum. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Præsens & futurum bonorum multum ab eo quod est malorum discrepat: tempus enim præsens bonorum nihil aliud est nisi temporalis tristitia quæ in futurum in gaudium æternum mutabitur. Et è contra malorum præsens momentanæ lætitiæ felicitas in futurum in æternam pœnam conuertetur. Et quemadmodum semini portetia fructus inest: sic in tribulatione cum patientia gloria sperabit. Ideo dicebat Saluator noster apud S. Matthæum. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Vnde Deus suis tribulationes infert, vt eos exerceat, & in viam tramitēque cæli calcandum corroboret. Læter aut tegula, nisi coquantur igne, quassantur conteruntur & liquefiunt quamprimum aquam tangūt: cumque videtur ea ignis cõsumere & in cineres redigere, tunc fortiora firmioraque reddit: sic homo qui fornace tribulationis non purgatur, cum tantillum arumarum & afflictionem persentit, exanxius atque debilis conteritur atque conuassatur: quodque eum destruere atque supplantare videbatur, eum confirmat. Aquæ quæ laterem madefiunt sunt tentationes, quibuscum impij indurantur & peiores fiunt: boni verò conseruantur & protegentur. Gedeon prudens Hebræorum Dux, cum magnam hominum copiam, vt Madianitas expugnant, perduceret, ait Deus ne secum duceret, præter eos qui erectis pedibus palma manus biberent: dimitteret autem eos qui sedentes in litore fluminis biberent. Ideò ex decem millibus, tantum trecenti remansere, qui miracā ab inimicis victoriam sunt adepti. Typus est hic excellens atque maximæ considerationis. Quænam aquæ sunt hæc, nisi tentationes? Ecquidnam isti Madianitæ, nisi diabolus, mundus & caro, contra quos dimicamus? Qui tentationes persentientes vltro citroque prosternuntur, ignauiam & pusillanimitatem præse ferentes retrò manēt, nec diuinum hunc Ducem Iesum Christum Salvatorem nostrum, verum Gedeonem Israelitarum propugnaculum, insequuntur. Ij tantum insecantur, & ab inimicis animæ insignem gloriosamq; victoriam reportant: quibus cum tentationis aquæ opponantur, rectis pedibus adstant firmi, impauidi, optimo sermone confirmati, Constantiæ virtute armati & communiti. Hi sunt qui strenuè contra inimicos debellant, & patientia galeati, cum gloria immortale ab ijs triumphum obtinent. Verū enim verò tentationis aquæ firmæ non possunt transferari & vadari, absque ope diuina, Sed Iesus Christus si quis eum imploret, nihil renuit, opemque statim præstat. Dedit suum pallium Helias Heliseo, cuius virtute aquas Iordanis fluminis transferebat. Quænam sunt hæc aquæ nisi tentatio? Ecquodnam est hoc pallium quod Helias Heliseo dedit, nisi diuinum propugnaculum quo Deus suorum necessitati subuenit? Hæc sunt aquæ de quibus Salomō in Canticis, *Multitudo aquarum non potuit extinguere charitatem.* Vnde fructus tentationum Iustorum colligitur, quæ quantumuis magnæ atque asperæ sint, rectis pedibus ouantes & victores stant, in charitate, suffultæ. Et cum tentationes atque tribulationes, pugnam ingenerent, pugna verò victoriam, ipsam etiam vic-

toriam,

toriam ingenerent. Hæ sunt feroces illi gigantes quos Deus in terra promissionis reliquit, vt in filios Israel dimicarent, eosque bello assuefacerent. Itaque quemadmodum in pugna corporis, in quo homo sese maioribus periculis exponitur: ibi sit etiam celebrior victoria: sic in prælio spiritus, eò maiores tentationes & tribulationes sunt, patientia, virtutis, que robore æquo animo & patienter tolerare: tanto excellentior est corona victoriæ, & æterna remuneratio.

De varijs Tribulationis effectibus, deque vtilitate quam secum ducit.

CAPVT IIII.

Non Amicus fuit contentus, Incarceratum, bonum ex tribulatione manans docere: verum etiam obiectioni voluit respondere, dixitque. Quantum ad id quod initio nostræ orationis attigit, tribulationem vituperatione dignam esse: quippe qui cum à sapientiæ limitibus plures faciat transilire, dico hoc potius verti in eorum culpam & errorem, non in eam tribulationis: Vti sol idem est cum ceram eliquat lateremque indurat, non quòd in se durus sit, sed propter obiectorum diuersitatem. Et quemadmodum cum in eodem igne pomum odoriferum recte olet, sulfur verò male, aurum expurgatur, lignum in prunas redigitur: & ex eodẽ vento bona herba dulcem & suauem odorem, ruta verò & abinthium malum emittit: & in eadem area palea conteritur, frumentum autem purgatur ac nitidum fit: sic eadem tribulatione, alij perpoliuntur, alij cremantur: alij fiunt mansueti, alij impatientes, alij denique corriguntur, alij verò in peius ruunt. Sed pluribus eorum tribulatio multum conducit. Et quemadmodum cera fluit & liquefit in igne: pari ratione afflictio & mæror cor disponit. Illud est quod dicebat Iob. *Deus molliuit cor meum.* Poculum quo permulta animalia subtili quadam industria insculpuntur, aut aliquod vas stanneum multis figuris elaboratum, si in ahenum aut cacabum immittatur, calore liquefit, vbi omnes formæ & imagines delentur, restatque alia noua forma & figura: sic cor lapideum & emasculatum, mundi figuris immixtum, & in ignem tribulationis iniectum, dissoluitur & liquefit, vanitatum mandanarum figuras amittens, veterem imaginem relinquit, aliamque nouam retinet: imaginem Adam relinquens & in illa Iesu Christi permanens. Ad hoc nos inuitat D. Paulus, cum ait in 1. ad Corinth. *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem celestis.* Quidnam vtilius tribulatione esse potest, cum ea efficit, vt vitiorum imagine exuamur, ac spoliemur, & eam que virtutis est, induamur: deseramus & abnegemus mundum vt ad Iesum Christum tendamus & aspiremus? Illud profert Esaias: *Domine in angustia requisierunt te, & in tribulatione murmuris, doctriua tua eis.* Et Psaltes, *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Ait etiam Deus per Oseam: *In tribulatione sua mane consurgēt ad me.* Et per Ezechielem. *Auferetur zelus meus à te & quiescam, nec irascar amplius.* Quali diceret, Cum grauius in te exacerbatus fuerim, te relinquam, neque te emendabo. Vnde sequitur Deum magis esse contra nos iratum, cum minus agere fert, neque nostra crimina & peccata punit: maioremque in nos tunc vltionem exercet, cum pari pena nos nequaquam vlciscitur. Et e contra singularem amo-

rem & benevolentiam qua nos prosequitur, manifestat, cum flagellis atque perfectionis virgis à nobis pœnas expetit. Vt ipsemet ait in Apocalypsi. *Quos diligo castigo, Et in Psalmis de tribulatione loquens: Clamauit ad me, & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.* Et per Isaiam: *Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne non combureris, & flamma non ardebit in te.* Hoc accidit Hebræis, cum mare rubrum transierunt, & pueris Babylonis cum in fornacem flammaram ardentiū iniecti fuere. Poterat Deus occurrere, ne tres pueri in Fornacem Babylonis precipitarentur: sed maiorem gratiam & fauorem illis contulit, cum eos imitti permisit: vt potè cum ignis nullomodo eos læsit, quam miraculo quodam efficere, ne Babylonij possent eos illic immittere. Maiorem etiam gratiam Deus nobis confert, cum agitare tribulationibus permittit, patientia nos confirmans, quam si nos redimeret, aut ab ipsis tribulationibus eriperet: quippe qui, cum liberati atque incolumes euasimus, eas obliuioni tradimus. Et quamprimum huiusce procellosi maris fluctus in huius mortalis vitæ nauiculam prorumpere persentimus, extensis brachijs accurrimus, vt fortes & potentes ipsius misericordie anchoras arripiamus, ita vt nobiscum habeamus, & retineamus? Hoc voluit denotare sacra Scriptura cum ait, Regem Babylonis vidisse tres pueros in medium flammaram progredi, illæsos sanos & integros Deo laudem & gloriam intonantes quarto simili filio Dei concomitatos: qui cum vineti, & constricti iniicerentur, atque precipitarentur, erant tamen soluti. Quippe qui tribulatione quam cum patientia subimus, efficit, vt Deus nostrum sit propugnaculum ac defensio: vt liberi simus, & à curis sollicitudinibus & impedimentis huius seculi simus expediti. Quocirca sapientes viri afflictionibus & ærumnis lætantur, resque secundas timent ac formidant. Assimilat D. Hieronymus tribulationem cetero Ionæ, qui cum alij putarent eum absorpturum vt deuoraret, deglutit vt conseruaret, atque tueretur. Ait D. Gregorius, sicuti fumigationes atque Sabæi odores, ardentibus prunis & tædis diffusa, vim pretiosi atque fragrantis odoris effundunt: sic sancti viri persecutionum procellis expositi, virtutis eorum vim testantur. D. Bernardus, Quemadmodum (inquit) lana, succidi excuti & lota fieri debet vt pannum aliquod purpureum ordiatur: ita hominum vita persecutionibus turbanda & concutienda est, vt conscientia nitida pura, limpida, & excellentior appareat. Ait Gerson tribulationem aquam esse diluuij, quod eò inundatur ac inflatur, eò arca Noe, quæ anima est deuota altius in cælum dirigitur. Ait Theodoretus hoc esse truncum aut radicem arboris resecare aut amputare, cum iustus perturbatur & persequitur, ex quo plurimi periuicundi & exuberantes sarculi enascuntur. Ait D. Gregorius Nazianzenus, Antiquos arborem, quæ cum morte viueret, effinxisse: eò enim excidebatur, eò sarculos copiosiores viridiores, & ybenores emittebat. Ita vt in ferrum bella gereret, morte curaretur, & consummata cresceret. Hac arbore, inquit, allegorice vir iustus intelligendus est, qui tempore persecutionis floret & reuiuiscit: nam patientiæ, constantiæ roboris aliarumque præstantium virtutum materiam suppeditat: & tantò abscinditur, concutitur, & resecatur, tanto magis ramos extendit, dilatat & excrescit, cum sit fauore gratiæque Dei ornatus & locupletatus. Illud ipsum ait D. Ioannes Chrysost. virtus, cum fert ac patitur, tunc victoriam consequitur.

f Vnde

Psal. 124.

1. Cor. 4.

Iob 23.

1. Cor. 15.

Isa. 26.

Psal. 32.

Os. 6.

Eze. 16.

Vnde vetus illud Prouerbiū: *Virescit vulnere virtus*. Diuus Augustinus ait eum esse sicuti ignis, qui cum adhuc exiguus est, minimo venti flatu extinguitur: sed cum maior sit, eo ventus vehementior, imperūque grauior est, eo magis accenditur. Sic quauis imperfecta virtus, quæque nascere incipit, multoties quadam tentatione, & tribulatione extinguitur: quamprimum tamen homo diuino amore ardentem inflammatur, tanto maior & vehementior, tanto magis charitatis & constantiæ flammæ augetur. Alio loco ait nos scire debere, Deum esse fiscum, & tribulationem non esse pro nostra damnatione supplicium, sed salubris pro nostra salute medicina, & remedium. Et quemadmodum excellēs chyrurgus, ignea cauteria malo apponens: quauis prima fronte vlcere videatur: nihilominus si recte considerentur certa & secunda contra vulnera sunt remedia: sic tribulationes, licet dolores, atque intolerabiles mœrores appareant, saluberrima tamen sunt contra hæc mala antidota. D. Gregorius, Afflictio (inquit) ianua est, qua regnum cœlorum ingredimur. Testatur etiam & affirmat D. Ambrosius, si patientia toleretur & feratur, eam beatam esse, hincque sclicitatem iuxta diuinum iudicium, exoriri, vbi aliquod malum iuxta humanum iudicium imminere sentitur. Ait Lactantius nos in hac vita posse beatos effici: in eo solum, ne iudicio mundi esse videamur, qui in fallaci prosperitate, sclicitatem reponit, iustus vero in tribulatione patienter perpessa. Phisici ferunt quædam animalia esse quæ solum elementis vescuntur: utpote Talpa terra, Pisces aqua, Chameleon aere, Salamandra igne. Nullam differentiam in his tribus primis auctores constituunt solum in Salamandra, quidam enim aiunt vermiculum esse, alii compositum, qui in vitriariorum fornacibus progignitur, ac nutritur, quæ continuis ignis flammis exardescunt. Alij vero secus esse illud animal quod depictum videmus, quodque vulgari modo Salamandram vocamus: quæ nisi tempore magnarum & frequentium imbrium apparet. In ea sententia Plinius in 10. libro suæ vniuersalis historiæ. Hoc quæcumque sit, compertum est esse animal quæ medijs flammis vitat. Sic iustus homo & charitate accensus, in medijs ardentium prunarum Tribulationis tædis vitam degit. Quænam Salamandra (vestro videri) erat D. Paulus qui in ignem tribulationis immitti, gloriabatur, ut ipsemet testatur in Epistola ad Romanos? Plinius in 6. suæ Historiæ naturalis libro, narrat, quandam esse arborem quæ vocatur Larix, quæ nunquam ardet, cumque in ignem iniicitur, velut firmissimum saxum induratur. Recensent historiæ (vti refert Cælius Rhodiginus 6. libro lection. antiquarum) Cæsarem hanc arborem in ciuitate Lariensis expertū fuisse, vbi iussit, vt in turrim ex ligno huius arboris constructæ & compositæ ignis immitteretur, quæ cum flammis vndique circumdaretur, nunquam ardere voluit, sed in medio flammarum firma & incombusta permansit, neque vllō modo fracta aut disrupta fuit. Quænam turris, Laricis erant sancti & præstantes Apostoli, qui in medio æstuantium flammarum persecutionum iactati, nec tantillum patientiæ ab eis dimouebatur: sed vt narrat D. Lucas: *Ibant gaudentes à conspectu Concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Hic rubus, qui vt narrat Sacra Scriptura, flammam emittebat, neque comburebatur, quoniam Deus intus erat. Quidnam hoc præter alia mysteria vult de-

Luc 5.

notare, nisi iustum cuius in anima Deus residet & permanet, posse tribulationum igne angī & diuexari, non autem deuinci? Ardebit, sed non consummabitur, excutietur, agitabitur, quassabitur, & debellabitur, firmus autem & constans permanebit. Non abs re hæc visio in spinoso rubo ac sente apparuit, non autem in aliquo alio arbusto, siquidem multi spinæ sunt tribulationum. Et vt ait D. Paulus in 2. ad Timoth. *Omnes qui pie volunt viuere in Christo* 2. Tim. 3. *Iesu, persecutionem patientur.* Lege Scripturas, tam diuinas, quàm humanas & præstantes insignisque virtute & sapientia viros peracerbas & infinitas tribulationes adisse comperies. Quemadmodum magni pisces in spumosis maximis, atque salis maris vndis nutriuntur & conseruantur, parui vero in riuis aquisque dulcibus: ita magni & præstantes viri in magno & spatioso tribulationum pelago aluntur, quique fragiles sunt & pusillanimi atque animo imbecilles, in aquis dulcibus voluptatum & deliciarum delitescunt. Et veluti nullum est ferrum quantumuis durum quæ ab Struthiocamelo nõ deglutitur & digeratur: sic nulla est tribulatio, quantumuis rudis atque aspera, quæ à virili, constantique natura non absumatur, aut exedatur: maximam voluptatem cupiendo pro Iesu Christo pati: vt cum illo in gloria cælesti regnemus: Huic rei conformis est Apostolius ad Timotheum. *si siliuclimus, & conregnauimus.* Illud est quod ait D. Chrysostomus, Vultusne regnare cum Iesu Christo? pro Iesu Christo patiamini. Et quauis tribulatio suapte natura rudis aspera & amara sit, nihilo scilicet considerandum nobis est Iesum Christum, Redemptorem nostrum, eam degustasse, sanctisque Apostolos & martyres, aliisque sanctos viros medium eius ardētium flammatum penetrasse: ita vt nunc quiete, & æterna felicitate perfruuntur. Si fontis aqua putrida & insipida per venas & viscera terræ leuis & optime meet, fluens & per dulces suaves & medicinales herbas currens, asperum & gustum & saporem amittit, in aliumque gustum dulcem & iucundum commutatur, semper, in dulcedine, sapore & suauitate permanens: sic est tribulatio, quæ quauis suapte natura sit aspera & acorba: si tamen terra qua permeat, radices, & plantæ quas transcurrit, considerentur: & per quas effluit, lymphidissimisque Iesu Christi & sanctorum suorum alueis inundauit, in hac quidem gustum dulcem & peramanum reperietis. Ait Dominus noster, *ardētiam esse viam quæ ducit ad vitam, quæ vero ad mortem latam & diffusam:* vnde sequitur eos qui cælestem gloriam ingredi cupiunt, multas tribulationes adire oportere: sed eadem tribulationes lætitiā voluptatem & gaudium afferent, cum Iesu Christi vestigijs insistitis: hancque viā ducere ad vitam, & pro æterna gloria præparari, arbitramini. Ea propter ne huic angusto, itinere, difficili, anfractibus & præcipitiis pleno adhæreamus: sed tantum viæ quam strauit atque conuiuit. In libro Sapientiæ scribitur. *Iustum deduxit* Sap 10. *per vias rectas, & ostendet illi regnum Dei.* Et quina sint illi labores declarans Scriptura, paulo post ait: *Honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.* Vnde liquid simò constant labores & tribulationes æternæ felicitatis esse vias, si virtute patientiæ & spei patienter ferantur & perpetuantur, quæ non solum tolerabiles efficit, verum etiam dulcissimos, atque iucundissimos. Vt enim vita suiipsius pœna est: ita etiam virtus ex seipsa gaudium & solatium propagat.

2. Tim. 3.

2 Tim. 1.

Matth. 7.

Sap 10.

De bonis ab Afflictione allatis, iuxta Gentilium testi-
monia.

CAPVT V.

Tribulatio res est adeo magna ardua & admiranda, vt non solum eam Christiani degustauerint: sed Gentiles etiam perentierint, & experti fuerint. Ait Seneca, nullam maiorem, esse in tribulatione, nullamque vehementiorem atque acerbioram afflictionem, quam eius reijs nunquam incubi, aut ireriri. Alio in loco ait, Non humana felicitate indigere, beatam nostram esse felicitatem. Ait Bias, Eum infelicem esse qui infortunium tolerare nequit. Ait Diogenes eum magis infelicem, qui maiorem nauat operam, vt fortunetur. Et Epyctetus, Perfer & patere. Hæc sententia adeo grauis serua, & magni momenti est, vt meo iudicio, omnem in se philosophiam moralem comprehendat. Vtitur ea Aulus Gellius lib. 17. noct. Attic. Marcus Marcellus primus qui Corsicos debellauit & subiecit, templum Romæ construxit, quod Tempestati consecrauit: quippe qui cum fluctuosis atque spumosis Maris Mediterranei vndis exagitaretur, inter Corsicam & Sardiniam, ex illius furore & rabie incolumis euaserit, vt antiquæ narrat historia, & refert Fuluius in suis antiquitatibus. Videtur hunc Marcellum tribulationem adeo excellentem sensisse, vt ferè censeretur adoranda. Polycrates narrat, & recenset etiam D. Anthon. in suis partibus Theologalibus, quædam, cum ab alio iniurijs affectus fuerit, lacessitum respodisse, Amice, profer & fac quicquid volueris. Ego enim imperati auribus meis ne audiant, linguæ ne loquatur, sed taceat, cordi denique ne commoueatur. Quidnam magis diuinum dici possit, aut quænam sublimior & celsior philosophia possit excogitari? Lacessitus absque iniuria permansit, & aggressor iniurijs affectus est. Qui detrudere volebat, subactus, & quem denigrare volebat honore atque virtute cumulatus remanet. Etenim nulla maior esse malis ac fragitiosis hominibus infamia potest contingere, quam firmam bonorum obtrectare, neque maior gloria pro bonis, quam ab impijs persecutione affici. Narrat Xenophon in sua Oeconomia, Socratem dicere solitum, inimicos vtilia esse supellectilia & ornamenta si iis vti & præualere sciremus: Ita vt inimicos in numerum pretiosorum thesaurorum adscribat. Istud optime perentiebat Scipio Nasica, cum post Carthaginis euerisionem Romæ æmulam & inimicam, in Senatu protulit, Carthaginem cum felicitate atque rebus secundis ornaretur, plus prodesse Romæ quam cum esset labefactata, atque diruta. Quippe qui inimici frantum quoddam asperum erant, vt effratos atque indomitos appetituum cursus auerteret. Sic narrat Titus Liuius, licet Valerius Maximus hoc dictum, Quinto Marcello tribuere voluerit: vnde consequentiam consiliumus, quauis mali atque facinorosi homines, nos perturbare atque persequi veant: nihilominus possunt famam nostram vilo quodam modo deturpare, aut obicurarè: imò potius sibi ipsis dedecus & ignominiam fabricant, & cum nobis nocere arbitrentur, vtilitati nostræ plurimum consulunt. Excerptis inde Plutarchus subiectum & argumentum librum componendi, De vtilitate ab inimicis nostris capienda. Cordati atque sapientes homines iniurias, & contumelias in eos à scelestibus illatas flocci faciunt: eò

Sententia
notanda.

trā verò æquanimiter & patienter eas ferunt, nec vllomodo disputant aut detrectant, quominus à vero tramite & itinere optimarum & candidarum cogitationum & propositorum impedianur, aut deflectantur. Itaque quò magis angustæ atque permolellæ tribulationes obiciuntur, eò inuictos animos magis excitant ac impetunt. Præterea in præstanti virtute perdiscenda, sese exercent & accelerant: optima enim sapientia eos edocet & instruit, quò vterius progrediantur. Hoc ipsum volebat significare Homerus, angustis & perdifficilibus laboribus describens, dicensque eos omnes deuicisse & superasse, quinimò ex omnibus periculis euasisse, quoniam secum Deam Mineruam ferebat, eaque comitabatur: quam Gentiles inter falsa eorum simulachra pro Dea sapientiæ & scientiæ colebant, ferebantque illam esse Virginem, vt libidinem capitali odio scientiam prosequi, eliminarent. Hoc ipso denotantes nullos labores, nullas ærumnas & tribulationes esse, quæ ab hominibus non opprimantur aut vincantur, dummodo sapientia, virtute, & constantia præditi sint, & ornati. Hic est equus Pegasus quo Bellerophon assidens omnia monstra quorum præci Poeta in suis fictiis fabulis perpetuam posteritati memoriam reliquere, dimicabat. Hic est clypeus & scutum quo caput Medusæ infixum erat, quorum coruscanti ebrius, ij qui oculos temere in id delugebant, in saxa subito commutarentur. Hic Philo sophicis fabulis atque historiis permixtis, Antiqui nos docere voluerunt, vt quicumque in sapientiâ oculos mentis erigerent, eius vestigijs insistentes, præceptisque sese informantibus adeo firmi, in virtute constabilirentur, vt merito firmis atque solidis faxis comparari possent, quæ nec malleorum laborum & tribulationum ictibus frangi possunt: pro comperto & rato habentes, propter virtutem afflictionibus exasperari multò melius esse, quam gaudiis & delectationibus propter vitium exhilarari: & quanto maior prosperitas mundi est, tanto magis pertimescenda est, & econtra quanto crudelior & furiosior aduersitas, tanto magis ea laudari & gloriari debemus. Hoc ipsum volebant effingere cum Solem aquis salis Lunam verò dulcibus pasci assererent. Per Solem hominem sapientem & tenacem intelligimus, qui calefacit & resplendet, eiusdemque formæ semper remanet: per Lunam verò ignorantem vitiosum & inconstantem, qui lumen & splendorem nullomodo recipit, præter eam, quam Sol illi communicat, quæ etiam frigida est, nunc plena, nunc vacua, varia, & mobilis. Per aquas salas tribulationes & ærumnæ significantur: per dulces, delectationes gaudia & voluptates. Hæc igitur huius allegoriæ interpretatio est, vt homines magni & præstantis ingenij literis erecti & heroicis virtutis operationibus sublati, fallaces & inanes delectationes, ac momentanea gaudia contemnant, æstimentur & in tribulationibus ob virtutis honorem gloriantur. Et econtra homines stolidi hebetes & ignari, voluptate & libidine corrupti, cum oculos mentis semper rebus terrenis & caducis detentos & defixos habeant, lubricis voluptatibus inanibus & mendacibus delectationibus mundi que prosperitatibus pascuntur, & inebriantur. Denique impij vitam suamque afflictiones lamentantur: nec modum aut mensuram veræ lætitiæ ac perfectæ quietis adhibent. Et boni maiori ex parte cõ:cti exsaturati & solati remanent: quippe cū inter eorū afflictiones & mœrores dulce gaudiorū & solatorum fructum degustant. Vt aqua amara & salsa Ierico in dulcedinem fuere cõmutata, cum

oilla nona sale plena iis immitteretur: si etiam si pericula, detrimenta, supplicia, angustiae atque mundi aegritudines nomine Ierico comprehensas in dulcedinem & suauitatem conuertantur: si nostri cordis vas, medio illorum positus, gratia innouetur, & ab omni peccati macula expietur, & sale verae sapientiae impleatur. Aquae amarae nostrarum tribulationum dulcescent, & in medio earum refrigerium singulare persentient. Verum si vas sit vetus, fractum & absque sale, gustus erit amarissimus & acidissimus. Et quamuis impij & flagitiosi, sua detestanda & execranda facinora patrent: absque tamen dubio boni maiori delectatione & gaudio afficiuntur, cum hoc gaudium non possident, quam impij iis fruendo, eaque possidendo. Talis est sententia Socratis à Xenophonte relata, cum dicebat: Non minorem animo percipere delectationem cum à re quapiam abstineret, quam ij qui graui atque infinito labore & solitudine obtinerent, multoque minorem dolorem & passionem sentiret, cum ea careret. Idcirco nec prosperis nec aduersis insolecebat, sed vacuus & liber passionibus permanebat, quae libertas mirificam admirandamque constantiam eius animo ingenerabat ut omnes auctores qui de illo perscripserunt, maximi eam habiti sint. Haec fuit in Philosophos Orientales sententia, uti narrat Patritius Siennensis in suis libris de Repub. Ut ij qui aequanimiter gaudium, molestias huius vitae aegritudines, & terrores ac apprehensiones mortis, contemnerent, ac minimi facerent nullomodo seruitutis, aut captiuitatis iugo possent adstringi. Et quoniam ij qui haec dona gratiasque possidebant, iusti erant ac prudentes, esse tamen liberos, de iis ferebatur & e contra impios esse ignaros captiuos & seruitutis iugo alligatos. Socrates hanc docebat doctrinam, ex quo Cicero exhauriuit, & in suis paradoxis proposuit: ij etiam qui Philosophiam Platonicam sunt insecuti, tam antiqui quam moderni: qui hac in parte vnanimiter consentiunt, nimirum sapientes & virtute praeditos, succumbi aut collabi laboribus, praelijs, insultibus non oportere: sed forti indefessaque patientia, obuiam prodeant & virtutis itinere praenuntiant, fundati & sulci potenti firmaque constantia, magis tribulationibus, quam falsis delectationibus congaudentes. Nam tribulationes virtutum sunt conseruatrices, vnae & vasa, vbi dulcis liquor memoriae quales simus, asseruatur: falsaque laetitia quibus vitiorum aculei affiguntur & vasa vbi obliuionis poculum latet, quo absorpto, & delibato, à nostrorummet memoria prorsus auocat. Itaque asserit Petrarchus in proemio Remediorum contra fortunam, multo difficilius atque incommodius nauim placida malacia, quam tempestatum & procellarum tempore ducere: & eò magis fortuna arridere eò magis res secundas & aduersas terrore atque timore concuti. Non equidem hoc iniuria dicebat: quippe qui quotidie oculis intuemur, plenisque omnes sunt libri, plures Tribulatione seipsos lucrifectos, qui postea in profundis gaudij & voluptatis abyssis precipites acti periere: praclaræque eorum cogitationes & facinora submersa sunt in sudo placidoque suae malaciae mari qui diu furiosis & rabidis suarum aduersitatum vndis fuere asseruati. Notabile habemus exemplum in Dauide quem ferunt sacra Scriptura cum persequeretur atque perturbaretur inimico Saul cui enecandi potestas erat pepercisse, & cum prosperis rebus gauderet, amicam & familiarum eius Vriam vitam priuasse. Non igitur res secundas expetere, aut aduersis desperare oportet: sed

prouida prudentique sagacitate quaecumque acciderit, subire, ne maliciae tempore superuacaneo aut immodico gaudio insolecamus, & procellis, ærumnis & tristitia demittamur. Et quemadmodum peritus Lusor, dexteritate sua ludum solerter, & satis commodè disponit: contra vero insolens atque imperitus, felicem aleam ut perdat, deserit: sic superbi & arrogantes astutia & dolos mundi ludos ita refarciunt, ut fortunam ludi lucrentur, ignari vero & improvidi cum bonis suis abutantur, ea deperdunt. Scipio Nafica cum esset Consul Romanus à Carthaginensibus inimicis mari interceptus est: sed cum captiuus detineretur, tanta prudentia & sapientia usus est, ut incolumis euaserit, & ex captiuo rursus Consul Romanus factus fuerit. E contra Polycrates Samiorum Rex tanta felicitate potitus est, tamque à fortuna (ut fertur) dilectus, ut videretur nulla re indigere, votis enim & desiderijs omnino satisfacere: ita ut ab illo diceretur, eius potentiam & aequalitatem pari passu incedere: donec quandam volens experiri iacturam, & ad quid conducebant ærumnae, annulum pretiosum, immensique valoris quem multum aestimabat, in mare proiecit, ut corde iactura & priuatione illius quandam dolorem imprimeret: sed paucis post diebus eum in visceribus piscis reperit, qui pro edulio sua mensa fuerat paratus. Tamen cum prospera fortuna vni nesciret, ab inimicis fuit captus, & subito se regno spoliatus, famamque eius gloriae & splendoris obscuratam perspexit: donec collo suspenderetur, mortemque ignominiosa in supremo montis Micaeulij manibus Oronis sui aduersarij vitam finiret: cuius caro vulturibus & animalibus ceteris carnivoris exponeretur, ut narrat Strabo decimoquarto libro, & Valerius maximus 16. permultique alij. Martius Romanus, vnus ex bellicolissimis & inuictissimis Romanis Ducibus ab Anthonio exilio pulsus & proscriptus fuit, quoniam Bruti partes fuerat insecutus. Et cum pluribus alijs bello Macedonico in carcerem coniectus fuisset ab Anthonij satellitibus, finxit se esse captiuum, pecunia itaque à Barbulo emptus est, qui eum cum Romam duceret, agnoscens, in pristinam plenamque libertatem restituit. Dehinc idem Martius tanto fauore & amore ab Octauio dilectus est, qui Anthonij amicitia utebatur, ut ad gradum & dignitatem Praetoris peruenerit, quae dignitas erat, sicuti nunc gubernatores vocatur: Sed paulò post rota volubili atque inconstanti euersa Anthonius ab Octauio fuit debellatus & detrusus, amicitiaque Anthonij partim intercepti partim spoliati sunt: cumque Barbulus mortem perhorresceret, ne internosceretur se captiuum reddidit, venditque ultimo licitatori, & emptus à Martio qui paulò ante suus captiuus extiterat: neque à Martio dignotus est, quippe qui captiuus habitu indueretur: sed quamprimùm noscitauit, eum è seruitutis iugo exemit, liberumque dimisit, tantumque amicitiae vinculo cum Augusto copulauit, ut in dignitatem Praetoris promotus fuerit, insignique honore & reuerentia Romae habitus. Bellisarius Imperatoris Iustiniani Dux, cum Vandalos debellasset, de Persis triumphum egisset & à Barbaris Italiam liberasset, calumniatores & inuidi maleuolo quodam animo auribus Imperatoris susurrarunt: cumque in eius suspicionem venisset, rebus ita feliciter & praclare gestis, verensque ne Imperium inuaderet, eum oculorum visu priuauit, & omnibus suis diuitijs spoliavit. Denique in adeò miseram viuendi conditionem fuit redactus, ut non longe ab itinere casam humilem construxerit, vbi à viatoribus cibum emendicare, his

verbis, viator confer eleemosynam Inopi Bellifario, quæ virtus ad virtutem euegit, & inuidia obcaecauit. Huius historia Procopius & Ravius Textor in sua Officina sunt authores. Sunt hæc mundi facinora ac fraudulentæ doli, hæc est eius consuetudo, hæc sunt mutationes. Et non solum tempore hoc lapsu homines perterret, verum ciuitatibus etiam & ædificiis, vt cum ipsis colludere videatur. Erat olim Romæ quædam rudis atq; aspera catena, vbi rei carceri mancipati & atrocibus criminibus conuicti alligabantur, & constringebantur. Cùmque quædam misera atque egeus mulier, quam fame perire conceperant, detineretur, filia quædam illius vt eam inuideret carcerem petiit, & cùm à custode eam semel in die visendi licentiam obtinuisset, dummodo nulla edulia suppeditaret, quotiescunque carcerem ingrederetur vt matrem videret, à lictoribus & custodibus acuratè scrutabatur. Qui cum incarcerationam tam diu absque alimentis vitam degere perspexissent, longinquitatis vitæ causam sagaciter perquirere, atque filiam quotiescunque ingrederetur matrem visendi causa, vberum suorum lac ei porrigere mammâsque filia matrem sugere, conspexere, quo modo eam sustentaret & enutrirer: qua re ad Romanos perlata filia summis laudibus fuit cumulata, & ob admirandum filialis pietatis amorem, atque respectum, mater à vinculis soluta in pristinam vitæ libertatem exiit, fueritque constitutum atque à Senatu promulgatum, vt in posterum ambæ publico Reipub. ærario alerentur, & cathena exinde extraheretur. Quo facto, ex hac domo Templum Pietati consecratum fuit constructum atque ædificatum, & deinceps temporis progressu, hoc Pietatis templum fuit in Theatrum ludorum commutatum, quod vulgari modo Theatrum Marcelli vocitabatur. Insuper fortuna alia rursus reuolubili rota mundi statum reflexit, ira vt altior atque superior pars Theatri cotruerit, & iuxta muros & parietes qui restarant, quædam Palatia erecta fuerint quæ sæpissime vidi, quo loci mansionem tunc temporis facit Cardinalis Sabelius D. Sanctissimi nostri Papæ Vicarius, ibique res & negotia Religionis pertractantur. Vide igitur (quæso) mundi mutationes: ex cradelitatis catena in Templum Pietatis redire, & ex templo Pietatis, in Theatrum ludorum obscenorum, & ex loco prophano in domicilium pudoris sanctitatis & virtutis, & Palatium Vicarij Romani commutari. Mons est Italiæ qui pecoribus pro pastu relinquebatur, vbi dehinc Roma collocata fuit, celsisque & superbis ædificiis condecorata: nunc verò mons ille opacis syluis & arboribus syluestribus contegitur, & pecori atque animalibus pabulum præbet. Denique mons ille in eum ipsum statum, quo ante Romulum & Euandrum fuerat, rediit: nunc verò nulla supersunt vestigia, nisi quædam parietinæ, atque muri ruinosi euersti & conglomerati hedera, vepribus, & arbutis tecti: inter quos quædam antiquitates reperiuntur, qui quid olim existerint, demonstrant. Quid amplius restat, nisi quòd mundus tantis vicissitudinibus reuolutionibus & mutationibus vtatur, vt quod tempore quodam pro vili obscæno & deformi habetur, alio honore & exultatione perornatur? Quidam Nobilis cùm diu quendam reum captiuum & incarcerationam detinuisset, ferreæque catena ingenti lapidi affixa colligasset, tandem permisit, vt dissolueretur & in pristinam libertatem restitueretur: ea tamen lege atque omine, vt annulum manu gestaret cui gemma includeretur, in signam & memoriam

catenæ qua lapidi victus & connexus fuerat. Vnde quidam asserunt annulorum usum suam originem & initium sumpsisse: quod itaque ludibrii & dedecoris causa fuit inuentum, nunc pro ornamento honesto laudabili & pretioso habetur. Quod olim in signum captiuitatis & seruitutis vsuæniebat, nunc pro plenè libertatis testimonio sumitur: quod abiectæ & vilipensæ egestatis probatione fuit excoGITATUM, nunc maximarum atque opulentarum diuitiarum indicium est. Deniq; quod infamiae & ignominiae vertebatur, nunc excellens magnificaque gloria æstimatur. Prius horæ atque dies quàm materia mihi deficerent, si sigillarim mundi varietates & inconstantias vellem percensere: & quam multi placida malacia perierint, & procellarum tempore incolumes euaserint. Nullus igitur insolenter gaudia sitiat: immoderatâsque sollicitudines & angores per timeat: quippe cùm inter acerbiorum dolorum vim, quandam spem, quietis æternæ animo concipiamus.

De virtute, & in quo potissimum consistat.

CAPVT VI.



Verbis Amici multum intentus incarcerationatus adhæsit, & si quædam oratio posset labefactare, hanc præ cæteris in illum primas attingere posse videatur: nihilominus sic respondit, Quod ex promissis cùm miror, tum etiam animo perpendo: verum aliquando adeo subitanæ atque vehementes ærumnæ meis animis obuersione, vt nullo vnquam pacto possim resistere, potissimum primis earum impetibus, cùm me captiuum immeritò conspicio, dedecori & viuiperio expositum, meumque honorem cùm debito officio perfunctus sim, explosum atque demissum. Duo, sicuti scis, fuimus, quòdque nobis accidit, disputamus & contendimus, ego quidem ratione, ille quidem nulla occasione: ita qui aliquo iudicio pollent, existimant: maleuolus tamen atque molestus mundi ventus mecum adeo è diametro pugnavit, votisque ac prosperis rebus illius ita feliciter aspirauit, vt eodem instanti atque tempore ambo fuimus ille quidem saluus atque incolumis, egò vero perditus, atque pessundatus. Maxime vellem diuitiarum quas in vastissimum atque immensum pelagus cieci iacturam facere, si proram tantum nauis honoris in hoc procelloso tempestatibusque agitato itinere possem à fluctibus eripere: quanuis vndis fluctuans huc illuc vndis circumuoluerer, dummodo portum possem appellere. Sed mihi videtur hoc nullomodo euenire aut accidere posse, præsertim cùm hanc Tribulationem videam latam atque certam mei perpetui dedecoris esse viam. Quomodo igitur ab extrema sollicitudine & angustia possum vacare, cum me in hoc horribili sordido & angusto carcere detineri conspiciam? Nunc rectè video (inquit Amicus) mea consolatoria verba foribus tuarum aurium inherere, nequidem limen cubiculi animæ attingerunt. Potius deberes gloriari cùm carcere detinearis D. Paulum imitari, qui in tribulationibus gloriabatur. Et cùm multis insignibusque nominibus ac titulis donaretur, videretur mihi ea non tantum facere, quam ob amorem Iesu Christi carceri mancipari: & cùm seipsum nominabat dicebat. Ego paulus in Domino carcere detentus, Paulus ob amorè Christi incarcerationatus, sicuti multis in locis suarum Epistolarum videre est. Nullus vnquã fuit Rex aut

*Annulorum
museo
secundum
quosdam
quosdam
eam.*

Rom. 3.

Monarcha, qui capiti coronam & diadema aureum gestare gloriaretur, quam D. Paulus pedibus, ponderosis cōpedibus circūcludi. Sic erat bonus ille Ioseph carcere detētus in Aegypto: qui nihilominus spiritali quodam gaudio affici cessabat: siquidem, quanuis in carcere sententia iudicis coniectus fuisset: nihilominus liber & immunis erat suapte pura & infantis conscientia sententia. Quam maior consolatio aut gaudium homini potest in hoc miserando terrarum orbe contingere, quam suapte conscientia confirmari, vt cum Deo bene sit. Optimus ille sanctus Propheta Ieremias carcere quidem detinebatur, sed diuina consolatione recreabatur. Iustus Daniel in foveam Leonum coniectus est, qui tamen constans atque immobilis permansit. Virtute eximius Iob in sterquilino stratus, indeque mundum carnem & diabolum oppugnabat. Latro bonus in Cruce suspensus atque affixus erat, indeque paradysū lucrabatur mirifico oblectatus gaudio, quod illud supplicium ad perpetuam gloriam obtinendā, subiret. Denique nulla est crux, labor, carcer, aut qualiscunque locus, quantumuis durus & intolerabilis videatur, quod homo recte consolari non possit, si ea omnia cum Iesu Christo amplecti, exardescat: pretiosumque lignum Crucis amaris mundi aquis velit irrigare, quales sunt tribulationes, quas passionis Iesu Christi memoria sapidas reddit, dulces, & pericundas. Quid verbis opus est, nisi, quo pacto impij Iesum Christum verum Deum nostrum & Saluatorem apprehenderent. Apprehenderunt eum qui illos erat liberaturus, damnarunt eum qui illos erat absoluturus, interfecerunt eum qui illos erat redempturus: adiudicarunt mortivitam ipsam. Elegerunt Barrabam vt libertate donaretur, qui Iudas trucidabat atque latrocinabatur, mortem autem Christo infixerunt, qui mortuos ad vitam reuocabat. Absoluerunt damnatum, & damnarunt innocentem. Vitam ij qui mortem commeruerat relaxarunt, morte vero aut horem vitæ affecerunt. Quocirca cum mundus tot tantisque impietates in suum Dominum patrarit, quid speras facturum esse in seruos? Et quantum ad illud quod conquereris te hac molestia cruciari, propterea quod ea re ad quam ratio adstringebat, perfungebaris, ab ipsa rationis norma longissime aberras. Nam cum homo, qui ratione tanquam optima duce, & ob amorem Iesu Christi eius vestigijs insistit, ac passibus incedit, multum honoris adipiscitur: quanuis ingratus mundus nullos in eum referat: & e contra homo nequam & flagitiosus temere atque insolenter ad latam vitiorum viam percurrit: quanuis in supremo apice & honoris cumulo sit constitutus. Ait Plato honoris essentiam esse dignitatem virtute aptam: ideo Virtus honoris est & ad honorem spectat, & in suam definitionem, tanquam id quod illi substantiale est, ingreditur. Quare sequitur honorem non posse absque virtute acquiri. Memini, cum quadam vice Romæ degerem, in suburbij extra mœnia templum D. Sebastiani inuisisse, vbi plurimæ cauernæ & spelūcæ, quæ olim multorum sanctorū habitationes fuerunt, & Calixti Cimeterium, in quo multa corpora horum gloriosorum Martyrum consepeliuntur, qui multa horrenda atque innumera tormenta perpessi sunt, & è morte quam in hisce terris adierunt immortalitatem in cælis sunt consecuti: in hoc etiam loco permulta alia sunt reliquæ. Et cum per viam, qua è porta Appia egredimur, quæque antiquitus Capena vocabatur, nunc verò S. Sebastiani, deambularem, contuererque plures parietinas &

ruinosos muros verustorum ædificiorum ab hominibus vt corpus sine anima desertorum, pluresque etiam eorum omnino eversorum & dirutorum: infinita, & augusta monumenta & sepulchra Gentilium, de quibus Cicero in prima Tusculana loquitur, nonnullas etiam antiquitates visu quidem pericundas. Memini, inquam, me legisse apud Fulvium, in libro, quem de antiquitate Romanæ composuit: hunc esse verum locum in quo Prisci Romani Tempia virtutis & Honoris olim erexerunt, tanta cum industria & artificio, vt nullus in illud Honoris ingredi posset quin per id Virtutis transiret: interim recordor etiam me hoc legisse apud D. Augustinum in quinto lib. de ciuitate Dei. His rebus Prisci illi voluerunt denotare, quemadmodum nulla situm erat potestate verum honorem nisi per virtutis viam attingere: pari ratione virtutis iter transgredi non poterat, quin eodem modo per honoris domicilium transitus fieret. Diu quidem hæsi hanc inuentionem mecum animo voluens, quæ mihi adeo acuci & sublimis ingenij visa est, vt meū quo minùs quod eo tempore pensasi, exprimam, longè alienetur. Verum enimuero hinc colligimus quacunque tribulatione opprimatur homo, si virtute tamen fulciatur, statim honore illustratur: & e contra si vitiiis scateat, quanuis in supremam gloriæ apicem sit euectus, nulla prorsus reuerentia honestatur. Et non longè ab hac porta, prope hæc duo templa, supererant alia duo, quorum artificio eximiam doctrinam, subtilèque ingenij acumen eliminabant. Vnum quidem templum erat Scientiæ, alterum verò Spei, vt signarent sapientes à remedio nunquam desperare: verum continuè eorum tormentis & calamitatibus spes continuè scientia fidelis est comes. Eo tempore quo Cassander in Macedonia regnabat, Athenas dominationi subiecit, quò loci pro Vice-rege Demetrium Phalereum constituit, qui magni Theophrastis fuit discipulus, qui quidem tanta equitate, iustitia doctrina, prudentia, animique virtute administravit & moderatus est, vt Athenienses eum pluribus statuis & imaginibus, in signum & memoriam preclarorum eius facinorum, donarint: sed mundus à suo gradu puncto, & instanti, sicuti solet, desistens, Cassander obiit & Demetrius falso calumniatus & ab obtrectatoribus accusatus, qui adeò instanter eum persecuti sunt, vt Athenis relictis in Aegyptum eum confugere, coegerint: & quam primum sui inimici eum absentem viderunt splendorem & lumen eius memoriæ extinguere, & virtute eximiam famam perpetuis obliuionis cauernis consopire, animo conceperunt. Cum itaque absens esset, vti aduersarij eius statuas erant demoliti intellexit: qua re nullo dolore angi simulauit: sed cum hoc nuntium ad illum perferretur, subridens ait, Euertent, ac diruent statuas meas, atque in puluerem redigent, virtutes autem & honores, quorum præmium verus est honos (propter quorum memoriam hæ statuar fuerant erectæ) nullo vnquam modo poterunt abolere. Hæc sine dubio est diuina, & summo opere notanda sententia, tali viro digna, quæ docet, nullam esse persecutionem, opprobria, aut contumelias, quæ honorem in virtute suffultum possint denigrare: & quamuis quod oculis corporeis in hoc mundo cernitur, perituum sit: virtus tamen intaminata remanet: quippe qui tempus quanuis quodcunque demeti aut colligi possit, vetusta falce refecet, & noui deinceps continuo fructus renascantur: secūda tamen memoria preclarorum facinorum & operum

rum non tineis aut putrefactioni est obnoxia: imò potius eorum diligens custos est sagaxq; seruatrix. Eapropter Archimedes Syracusanus tempus nouarum rerum inuentorem & codicem antiquarum vocabat. Inde etiam Poëtæ occasionem sumpserunt, filiam terræ famam appellare, deamque æternitatis, propterea quod rebus terrenis alas expandit, æternasque reddit, eas immortalis memoriæ commendans. Itaque dicebat Euripides, tametsi terra corpora hominum eximiorum virtute, fortiū & inuictorum heroum absorberet, & deglutiret: fama tamen quæ eam pedibus atterit & conculcat, non præstantium operum lumen & splendorem obfuscauit, quæ tempore tribulationis nullis vndis abortæ facere, & dilucidè post vitæ terminum explicabuntur. Porro rebus aduersis quanuis falsus honor conteratur, & humi prosternatur, verus tamen pedibus rectis immobilis & inuictus perstat, & in dies adolescit. Quidnam igitur egemus eo quod nullum detrimentum aut incommodum parit, nobisque multo emolumento est? Mundi dignitates, honores, officia & munera meritis occupari decet, non autem procurari: ut enim obtineamus, multo decentius est ea mereri. Ait Titus Liuius, nullum esse excellentiorem triumphum, quam nolle triumphare. Complures ad dignitates peruensere, qui non tanto honore fuerunt affecti, cum obtinere, quam infamia & dedecore dehonestati, propter quasdam rationes, quibus vti sunt ut eas acquirerent. Ideo aiebat Plutarchus in quadam Epistola, ad Trajanum Imperatorem, eius discipulum, meritò suum Imperium felicem dici posse, quando quidem operibus perfunderetur, ut ijs dignus fieret, neq; impijs & exoticis quibusdam modis vteretur, ut illud possideret. Perniciosus ille Cacoæmon Euxæ persuasit, ut pomo verito vesceretur, Adam enim & illa honorarentur, & Deo similes redderentur. Primus qui homines effrenatis fucatorum honorum illecebris tentauit, fuit diabolus. Itaque si eo pacto nos tentari sentiamus, considerandum nobis est eas tentationes à veteri illo serpente manare. Verumtamen honor verus nobis est inuestigandus, qualis est qui in virtute consistit, splendorq; est honestatis inseparabilis, quam sancti alique viri præstantes & excellentes magni fecerunt, hunc honorem nihili pendentes, qui solum in opinione vulgi temeri atque inconstantis consistit: ut nulla sit clepsydra, aut arenosum horologium quod magis sit versatile, aut mutabile. His omnibus rationibus concludo tuam tribulationem nullomodo in tuum verti dedecus, neque trames quo eam petimus: & longissimè opinione falleris, cum dicas te incredibile dolore affici, cum tuam hanc persecutionem viam perpetuæ infamiae perspicias. Imò potius dico atque affirmo, si hanc patienter masculoque animo feras, hoc rectum tuæ gloriæ iter explanabis. Tribulatio, uti probatum fuit, est via ut securitatem & patientiam experiamur, utque virtutem expiemus & cædes faciamus. Omne quod est iter ad vitutem est iter ad honorem, & cum tribulatio sit iter ad virtutem, sequitur illud esse ad honorem. Præterea quo pacto fieri potest, ut vna eademque via ad decus & dedecus perducatur? Duo sunt isthæc contraria, quæ non possunt simul coherere. Sed quemadmodum virtus sit in eo, quo honor consistit, patientia in tribulatione sit virtus, certissime probari potest, in illa honorem consistere. Itaque in eo quo tuam iacere infamiam arbitraris, gloria inest: quæ tunc eo præstantior est cum magis meretur, minusque se procurat.

Narrat Amicus quid illi contigerit in Italia cum Eremita, & quoniam sint veri amici.

CAPVT VII.

VM Incarceratus aliquantulum præfatarum rationum vi oblectaretur, sic fatur. Gaudio mihi summopere verteretur (si mihi tantillum gaudij adhuc superest) ut sæpe mecum agas: quamprimum enim dulcem tuorum verborum suauitatè auribus percepi, confestim magnam vtilitatem, magnūmq; progressum hinc exhausti: quippe qui quod multis ignotum & abditum est, profundissimo tenebrarum ergastulo extrahunt, quod quidem dignū est ne vlli vnquam celeretur, aut tegatur. Etenim cum autoritatibus & rationibus quas adducis video fundamentum gloriæ (ut ais) ab eo quod arbitraber, discrepare: cum eius sis opinionis, ut in patientia consistat: ego verò in gaudio & lætitia reponebam, tu in aduersis, ego in secundis, tu in virtute, ego in opinione. Demum quoad meus intellectus potest perspicere, vera gloria in contemptu & neglectu falsæ versatur, & ut summam dicam, consistit ut à mundo suis fraudibus deceptionibus & fallacijs abhorreamus, Iesum autem Christum Deum nostrum amplectamur, omnes tribulationes ob amorem ipsius, oppetentes. Hoc verissimum est (inquit Amicus) cum enim duobus tantum diebus vita sit degenda, quidnam hoc est, nisi ut reddatur illi qui eam nobis est elargitus? Nullum adhuc hominem vidi, tanta æmulatione, & zelo flagrantem, sicuti Siculum cui in Italia occurri, qui adeo segregabatur, atque ab amore mundi alienabatur, ut penitus in memoriam Iesu raptus, potius diuinus, quam humanus videretur. Quo in loco (inquit Incarceratus) natus es huc hominem, quò ve pacto eum cõuenisti? Aperiam tibi (ait Amicus) dummodo non tibi sit molestum. Imò potius (inquit Incarceratus) illud intelligere concupisco. Amicus itaque sic est loquutus. Cum Barcinonæ nauim cum alijs viatoribus ingrederer, tanto tempore Maris Mediterranei vndas sulcauimus, gurgitem Leonis transgredientes, ut paucis diebus Italam terram detegeremus. Et cum vada falsa alti maris Lugustici Genuam versus velis & remis transfretarem, nauis obuiam occurrit, propter quam talia percipi auribus nūtia, ut à societate discedere coactus fuerim, quod maximo cum dolore feci. Confestim super plagam maris arenosam incessi, solusque terra meui, propter quædam quæ reticenda satius dūco: longam enim requirunt orationem, nec in præsentiarum ad propositum accõmodetur: pedibus tandem tandem commigraui. Locus, quo perueni portumque appuli in conualle montium Genuæ, vbi mare vastas cauernas & profundos anfractus concauat, sono & murmure vndarum: ventorum fragor, qui per hæc antra intonabat, cum arborum agitatione, atque mutatione, quæ his scopulis cellisque præcipitijs insigebantur, & adeo quibusdam locis frondosæ & spissæ erant, ut umbrarū tegmine, radiisque solis radios obtegerent: tamque prædulce melos & concentum excitarent, ut dolorem & solitudinē, qua ob sociorum dimissorum iacturam, afficiebar, releuarent: qui nauis vndis vecti ferebantur, & à me semonebantur, non sine maximis lacrymis quæ ex oculis ut riui effluebant: quibus etiam socijs maxima coniunctionis copula deuinciebar, propter virtutem, literarum studium, bonam

indolem, quibus illuminabantur, quam propter nonnullam opinionem, quam de me conceperant: magnique eam ducebant, quippe qui rationis desiderij supercilio conspiciebant. Cumque loca quaedam inuia, & saxea, propè fluminis litus attingere, quod excelsis conuallibus locisque; inaccessibilibus maximo impetu prosiliebat: longius in locum quendam solitariam sum progressus, ubi quaedam vallis peramnis herbis fragrantibusque floribus decorabatur, quorum pulchritudo, penitus oculos in eos cōfixit, ut hanc politam selectam & illustratam pulchritudinem admirarer. Itaque quodam temporis spatio illic detentus, cumque hæc peristromata, hunc naturalem, odorem hoc mirabile naturæ artificij pulchritudinem, varietatem, rerumque à solo productarum multitudinem contemplerer, venit in memoriam, Prisci Iunij dictum, qui terram Mineruam vocat, Virgilius Circeus, & Lucretius Dedalum appellat. Et cum conscensum aggredere, ut ad viam quæ ad aliam montis partem tendebat, pergerem, tuguriolum quoddam domus interuisi, inter quasdam celsas & erectas abietes situm: quod quidnam esset scire cum auerem, cumque adhuc longè ab eo distarem, non admodum oculis potui discernere. Verumtamen non desiderio, quod meos Comites deserueram, recta domunculam versus properans, sepè maris undis perspiciebã, oculosque; quod eos ducebat conuertebam, & de repete tuguriolum obtutu pertingere potui, nauiculatores à me disparuerunt, in mare prouidentes: ego verò huc illuc per umbrifam aream arboris consistam aberrans. Cumque sic properarem, hunc riuium volui transuadere, quem cum esset nimium profundus ac cauatus, nullo vnquam passo vsque ad aliud litus potui transillire: in magnam arborem fortè fortuna reperissem, vi rabie & turbine ventorum & procellarum dirutam, cuius adminiculo, tanquam ponte aliam fluuij oram attingi. Petens itaque tuguriolum Eremum esse animaduerti, cumque ingrederer, nedum quenquam nactus, præter Crucifixum in altari quodam perbellè ornatum, illi meam direxi orationem. Et quanuis eremus magna egestate & inopia premeretur: nitidus tamen erat, ornatus, & ramusculis Miri & Lauri circūseptus. A dexteriori parte liminis, hic versus Psalmographi erat inscriptus. *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.* A sinisteriori verò alia D. Pauli sententia, eiusmodi, *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Et sub ianua eremi alia sententia suo idiomate inscripta erat, quæ sic interpretatur, *Vita qua semper moritur, perit, in eo quod perit.* Cum hæc Precationi finem imposui, inscriptionibus perleatis, eremòque contemplato foras exiij, ut experirer, an illum qui denuò hos ramusculos strauerat, nascisceret, perrexitque vsque ad opacam & celsam arborem adminiculis, & nodosis palis circūseptam, quæ illam ne vi ventorum concuteretur ac euelleretur propugnabant: terræque eius radice tenus conglobata: & ediametro densissimus atque inaccessus mons apparebat, anfractuum & immensorum precipitiorum tenus: quod finiebatur oculorum obtutus. Undiq; mare magnum detegebatur, quippe qui visus eò longè, quò penetrabant, oculi expandebatur: ita ut vitro citroque Orisõa magnas & solitarius erat. A tergo huius arboris, & Pino assidebat quidam Eremita manu sustentatus, alia manu rosarium radicibus herbarum textum, ex cuius oculis innumeri lacrymarum fontes emanabant quibus niue candidiorè bacchè irrigabat, ad zonam vsque protensam, humili synthesi indutus lacera & multis in locis detrita, adeò exãgnis ac de-

*Fulchri
Eremitæ
cripto.
Psalm. 25.
Philip. 1.*

bilitatus, ut grauem & peracerbam pœnitentiam, quam exercebat, palam faceret. Arata erat rugis fronte & instantibus à mento palmaribus quibus continuo lacrymæ defluebant. Quamprimum igitur me præuidit, oculos terfit, surrexitque ut me urbana comique quadam beneuolentia exciperet. Et posteaquam nos inuicem salutauerimus, sederimusque; ut vernaculi sui Siculi sermonis eram nescius, illique meum Lusitanum ignoraret, loqui Latine orsus est: mirifica enim linguæ Latinæ cognitione valebat: cumque de mea vita percontaretur, ego de sua, totum illius noctis, residuumque diei varijs confabulationibus, ac sermonibus insumpsimus. Itaque mihi narrauit, si ab hinc triginta annis illic vitam degisset, quò nedum vnquam vir aut mulier, nisi aliquoties miraculo, aduenteret. Sed alius homo non longè ab hinc duabus aut tribus sagittæ iaculationibus distans, singulis diebus Dominicis alijsque diebus festis sacram Missam illic celebrabat. Ille verò non illinc exibat, nisi perrarò ut cibum mendicaret, totusque attonitus erat, quò ad hunc locum veneram. Et prout ab illo didici, fusiisque ab alio Eremita intellexi, illustri quadam familia satus erat, aliisque ditissimus ac Nobilis plurimorum subditorum extiterat, sed cum omni vitiorum genere sustuaderetur, triumphanti curru seculi uehebatur, nec in memoriam quò in Iudicij die illi parabat reuocabat. Cum igitur ad magnos dignitatis gradus anhelaret, vanisque ac fucilibus mundi promissis irretiretur, & fata spe inescaretur, omnia perperam succellere, angustiisque laboribus verà quietem, quam pollicebantur, persoluere. Illud est proprium mundi ad prosperitatis scopum tendere, metamque & terminum infortuniorum atque incommodorum ferire, eius infelicitates puræ sunt, milleque acerbitatibus gaudia sunt immixta. Denique iste vir fuit comprehensus captus, & in perpetuum à Sicilia pulsus, dicebatque illud malum esse, quò iuste comeruerat, & ideo nullum bonum esse quò malum vocaretur, quò quidem propter suum bonum acciderat: hac enim tribulatione in seipsum reuersus erat, & in considerationem eius quantum longissime ab eo quò esse debebat, illapsus: perpendensque se mereri quò perpetuo rerum celestium exilio danaretur, legibus sensus suos coercuerat locaque; à sua patria remota perquisierat, ubi penitentiam ageret oculisque miseram vitæ conditionem collacrymaret. Illic morabatur mansionemque faciebat in Iesu Christo solatus maiorem talis vitæ oblectationem percipiens, quàm quibus terræ Principes propter Dominationes, Imperia & Potestates: quippe qui (ut ab illo didici) noluisse hanc voluntariam inopiam, quibuscunque mundi diuitijs permutare. Ostendit mihi cellulam, quæ caverna erat propè eremum, ubi pernoctabat ut somno & quieti indulgeret, ingenti que lapide ostium occludebat, ne ferocia animalia in eum irrumperent: adeò erat demissum atque angustum, ut potius mortui sepulchrum, quam viui habitatio & mansio videretur: Et quoniã nimis strictè illic comprimebamur, neque stare poteramus, hac nocte in Eremum secessimus. Ille meum cor tanta deuotione perfudit, ut si alio tempore me præuenisset, nullam aliam vitam præter hanc eligere voluissem. Quid igitur amplius hac in vita desiderandum est, quam Deo inservire, cum diuitijs, sceptra & corona morte consepeliantur. Quid opus est mundi satagere, cum nullus ipse satagat? Sed nostri optimi Dei meminisse cuius creaturæ illi cura sunt. Fateor quidem me hanc synthesim & laceratam vestem induendi, ardere desiderio, ut verbis exprimere nequa-

quaquam possem, quantopere hæc humiliâ atque austerâ vestimenta me ad deuotionem concitent, & inflamment, cum intueor: indicia enim sunt humilitatis penitentiamque præ se ferunt. Ni ijs vestiri in virtutem verteretur, non tantopere Dominus noster in D. Ioannis Baptistæ persona laudibus extulisset. Ait D. Bernardus in lib. de considerat. nimiam curiositatem vestimentorum, vitium esse animæ, & malorum operum testes. Memini me apud Remedia Petrarchi legisse indumentum delicatum & immoderatè pretiosum, arrogantiam esse vexillum, libidinisque ac sensualitatis iudum. Sequenti die, hinc discessi: erat enim mihi necessarium, quod quidem vehementis amoris fuit discessus. Nam postquam me amplexibus & osculis adstrinxit, desiderio quodam & dolore premi visus, oculos clausit, ne meum discessum conspiceret, ego verò meos aperui vt lacrymarum flumen effluerem, quæ cor meum irrigabant, ac inundabant. O quantum salutarior huic pio viro erat tribulatio qua premebatur, quam res prosperæ, quibus potitus fuerat: siquidem res prosperæ à Deo illum separabant, tribulatio autè cum eo illum deuinciebat, res prosperæ ad libidinem excitabat, tribulatio ad continentiam: alia erat ei occasione vt periret, alia verò vt saluaretur. Verùm homines ab ipsis adeò sunt alienati, vt nunquam in hanc considerationem incurrant, & putantes se Nestore sapientiores, Demosthene eloquentiores, Dedalo ingeniosiores Archimede subtiliores, excellentiorique memoria quam Simonides, maiori dicendi vbertate quam Xenophon, Platone, Philosophos præstantiores, Enclyde Mathemacos famosiores & doctiores, in rebus Sole clarioribus latissimèque patentibus, toto cælo aberrant: cumque ad res corporeas animos eleuent, in ijs quæ ad animam spectant, iudicio orbantur. In quo adeò corda rubigine consumunt, vt quàm perniciofa, damnosâque sit vanitas, & periculosa prosperitas nullo pacto agnoscant: & quam parum res in quibus vana desideria, sine vlllo fundamento detinentur, inculcant, aut imprimant. Mirifico delector gaudio (ait Incarceratus) cum hanc historiam narras. Equidem homines longinquas debent peragrarè terras, multumque videre, vt multum sciant. Amulor hanc Eremitam: vtinam Tribulatio tantum progressus in me fuisset operatus, quantum in illo. Hactenus Tribulatio mihi permolesta visa est: nunc autem video eam præstantibus & eximij perfectionibus, quas refers, illuminari: Mihi videtur rationes quas ad propositum eo pacto adduxisti, intellectus mei caliginem detexisse. Tantum vnũ malum in Tribulatione reperio, quòd amicos à nobis distrahat, atque alienet. Quod tanto me dolore excruciat, vt meipsum corrodam, ac consumam, videturque mihi cor meum vulnerari. Dux (inquit Amicus) referuntur Pythagore sententiæ, quas si adimplere velis, remediũ perquam salubre reperies, ambæque eandem rē referunt, diuersis tamen verbis: alia dicit, Corde ne vescitor, alia, Annulo nimis compresso & angusto ne vtitor. Significare vult ne in domos nostras homines molestos tristes & melancholicos, qui cor nostrum corrodant: neue adeò perturbato animo sollicito & anxietatibus pleno viuamus, quæ nos comprimant & doloribus, ac cruciatibus vexent, sed vt cor nostrum patientia crescamus & dilatemus. Sed nescio quo pacto hoc efferas. Dico (inquit Incarceratus) quia post multas ærumnas, & posteaquã mundus vitam meã pessumdedit, ab omnibus amicis derelictus fui, nisi à te, & adhuc nescio an me scis deserturus. Deus me derelinquat (inquit Amicus) si à tuo latere vnquã discedo, & mei obli-

uiscatur, si te obliuioni trado. Vellem equidem vt tuarum ærumnarum cumulus meis visceribus inhereret, bonaque mea gaudia, oria, & quies tua essent, tuaque incommoda & infortunia me occuparent. Et quantum ad illud, quo asseris Tribulationem efficere, vt ab Amicis destituamur, crede illos nunquã vera amicitia coniunctos fuisse: vide & considera (quæso) peristromata coriacea aurata & adeò exquisitis figuris & lineamentis decorata: mirificè delectaris oculorum acie illud intueri quod prima fronte videtur excellens, & politissimum: sed si manibus tractetur, detritum & lacerum intus comperies: ita vt articulatum conscindatur, ac deleatur. Sic fictis amicis videtur nil esse pulchrius, ditius, & pretiosius aspectu solo, si tamen altius penes, & premente necessitate eos experiaris, in mille frustra dilaceratos indagabis: secundis rebus copiosissimè amici officio fungentes, aduersis verò, ne tantum opera sua lancis pondere volunt impertiri: quod maximè alienum est, & facinus graui supplicio dignum: Domini enim amici executio & effectus pari passu debent incedere, parique amissi cum promissis, & actiones, atque operationes verbis coæquari & correspondere debent. Non tamen Tribulatio idcirco, malum potest esse: verum ex præcipuis bonis quæ possideat, nimirum vt veri amici à falsis fictis & fucatis diiudicentur. Inueniunt potest in hoc terrarum orbe lapis Lydius certior ac verior, vt amicos experiamur, quã Tribulatio. Ait Salomon in Prouerbis, *Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.* Ait sacra Scriptura in Ecclesiastico, *Nò agnossetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus.* Sunt quidem homines qui à parte turbinis ventorum vltro citroque voluntur, quemadmodum turrium pinacula, sunt alij adeò firmi & constantes in amicitia, vt potius vitam quàm amicitiam amittant, quam tempore necessitatis & urgentibus casibus explicant. Zopyrus tanto amore Darium flagrare percepit, vt nunquam ab eo discesserit, verum ob illius amorem labia nasumque abscedit ac discepsit, multisque ictibus vultum petij, vt Babylonem illi pararet, & conquireret: & cum Darius eum deformem & dilaceratum conspexisset, dixit se male eo sano frui, quam centum Babylones lucrifacere. Itaque cum quadam die malum punicum in duas partes discinderet, quidam ab eo sciscitatus est quorū numero abundere mallet, sicuti grana erant in malo punico, respondet, Zopyris, quem adeò vnicè & charè adamauit, vt nunquam è memoria aut rebus secundis, aut aduersis deleuerit. Inter Alexandrum & Phæstionem fuit par & similis amicitia, vt nunquam, aut bono, aut malo dissociati fuerint: hæcque amicitia non solum in vita permansit, verum etiam ad mortem vsque. Alexander enim tanto mœrore & dolore propter Ephestionis obitum, fuit exagitatus, vt oculis continuo impressum gestaret: eò quidem vsque, iussit murorum fimbriam demoliri, vt moenia ipsa & insensibilia signum aliquod propter huiusmodi hominis obitum manifestaret, cuius inaprella intimis cordis penetralibus erat amicitia, vt nunquam aut rebus prosperis, aut aduersis eum deseruerit. Hi sunt veri amici omni tempore firmi & constantes. Plutarchus de amicis, ait, res prosperas eos attrahere, aduersa verò experiri. Dicebat Ennius, Amicus certus in re incerta cernitur, Cicero etiam, Tarquinum cum se exulè cerneret dixisse, eo tempore quo nulla dandi aliquid illi potestas esset, quinam sui amici essent, cognouisse. Plutarchus illis ait, qui flante prospera fortuna vitam degunt, hoc malum inest, vt an diligan-

Prou. 17.

Ecc. 12.

diligantur, nequeant animadvertere. Et quantum hi authores nullomodo de hoc mentionem facerent, videmus tamen singulis diebus experto comprobatum. Itaque cum tribulatio ea proprietate & virtute concomiteretur, vt fallacia, dolosque mundi detegat, non ludibrio afficienda sit, cum potius æterna laude sit cumulanda. Quidam in hac rerum vniuersitate cernitur, quod potius fallaciam hominibus palam faciat, quam Tribulatione. Ea (inquit Incarceratus) nunc plenissime tuæ amicitiae vinculum & constantiam comprobat. Ero tecum (inquit Amicus) alter Ionathas cum Davide, alter Pitias cum Damone, alter Pilades cum Oreste: & quoniam dicit Alcibiades arcas & viscera amicis referari oportere, à me quidquid cordi tibi erit exposce, firmissimas enim atque tutissimas ancoras in procellis huius vitæ amicos existere opere pretium est.

De diuina misericordia, & quo pacto nostris in Tribulationibus ad Deum recurrendum sit.

CAPVT VIII.

Is præfatis Amicus paululum sistens, (ait Incarceratus.) Antequam huc accederes tanto mœrore vexabar, vt cordi meo, alij nouo dolori, locus aut sedes relinqueretur: erat enim omnimodum plenum & angustis Tribulationibus implicatum, nullam in mundo esse patientiam memineram: sed inconsideratè plangebam nimium insolenter conquirebar, cum recordarer tantæ prosperitatis & felicitatis, quibus olim potitus fueram, vt deinde me detruderent aut pessumdarent, & in exemplum miserorum ascriberent. Sed nunc (Deo annuente) subleuor, videturque mihi meam voluntatem rationi conuenientem, quæ bona quæ ex patientia promanent, quibusque rebus sum obnoxius, patefacit. Te obnixè obsecro atque obtestor, (inquit Amicus) vt quantum fieri poterit, hanc rationis cum voluntate societatem conserues, Iesum Christum amplectens, te ipsumque illi incorporans, & obliuioni nunquam sua vniuersa tradens: quibus portum & perfugium quibus aduersitatum prementibus procellis, solaberis. Vniuerso Diluuiio peracto tempore Noë quæ deinde iuxta quorundam opinionem Gentiles Ianum appellarunt, vt affirmat Berolus Chaldeus, pollicitus est Deus nullum rursus fore vniuersum Diluuium, & in signum ac confirmationem huius fœderis ac promissi, Irum seu Arcum cœli dedit, quem in nubibus in memoriam sue misericordiae collocauit. Sæpius in Sacra Scriptura aquarum nomine tribulationes intelliguntur, nubesque aquis circumfusæ, pericula sunt quæ nos comminantur, sed in medio illorum Deus noster tuam misericordiam declarat. Arcus cœlestis est misericordia quæ in nubibus fulget quem vulgari modo Arcum Vetularum vocitamus, id est, Arcum vetularum Scripturaram. *Apo. 10.* Hic est illè Arcus quem D. Ioannes in Apocypsi ait, se in capite Iesu Christi vidisse, quod Christum crucifixum brachijs in Arcum tensis, significabat. Purpureus color arcus, sanguinem Domini nostri

Iesu Christi designat, color videlicet est spes, quonia in spe suorum vulnerum collocatur spes nostrorum remediorum. Colorum varietas, infinita generis & modos misericordiae denotat. Hic est arcus à Patre æterno promissus propter mundi Redemptionem, qui ab hominibus visus est, vt ait Diuus Paulus, ad Titum scribens, *Benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei: non ex operibus Iustitiae, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Cum tristitia ærumnarum ægritudine & molestiarum oculis obijciemur magis inbribus, procellis, periculis casibus, iacturis, persecutionibus, iniurijs, alijsque tormentis nos comminantes, arcum cœlestem suspiciamus, oculos in Iesum Christum vertentes, in illo spem, misericordiam & consolationem inueniemus. Etenim nostrum est propugnaculum à D. Paulo Patrem misericordiarum, Deumque totius consolationis vocatum, qui solatur nos in omnibus tribulationibus nostris. Consolationis humanæ sunt verba aures haud penetrantia, sed ea quæ Dei sunt, ad cor vsque pertingunt, vbi tristitia origo est. Hæc sunt veræ consolationes, quæ nunquam deficiunt ei qui in Deo per seipsum ac spem reponit. Et cõ maiores sunt nostræ tribulationes, eo Iesum Christum amplecti pernecessarium est. Quocirca ad illum recurre, teque firmum & constantem perfer, immobilisque animo: expertus enim Chyrurgus scientiam & capacitatem, periculosis lachryibusque vulneribus aperit, doctus Physicus, aut Medicus, grauibus morbis, prudens bellicosus & magnanimus Dux, ambiguis ancipitibusque prælijs. Et solers Nauta prudentiam & diligentiam crudelibus furionibus quæ maris procellis, demonstrat. Monet nos D. Gregorius, vt consideremus quid sancti perpassi sint, & quod patimur, leue ac suauè putabimus. Potissimum verò si oculorum obtutus in Iesum Christum, verum Deum nostrum in suam Crucem & tormentum spectamus, tunc nostræ aduersæ guttula tantum respectu immensi Oceani nobis videbuntur. Itaque nouis viribus renouatis, ne nos sinamus deuincere. Audiamus quo pacto D. Paulus nos adhortetur cum ait in Epistola ad Hebræos. *Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes.* Ait D. Bernardus, non solum Iesum Christum Saluatorem nostrum esse patientis speculum, sed etiam patientis probatione: & ideo cõ Crucem contemplatus fueris, mirifica consolatione & premio donaberis. Elaborabo (inquit Incarceratus) vt tuis dictis obsecundem. Te iterum atque iterum rogo, vt sæpius quo me consolentis, interuisas. Nulla de his sollicitudine occuperis: hoc enim quædiu tibi gratum videbitur, cura erit: alijs enim nullus mihi esset labor aut pœna, cum qua meam delere culpam possem. Sed quoniam sermonum meorum cursum prolixius extendens, in eum errorem illapsus sum, cum hoc sit mihi à natura insitum tantò breuitatem verborum requirere, quando abundans & liberalis in eorum effectu sum, finem imponam. Vale, tecumque gratia sancti Spiritus, quæ animam tuam soletur, permaneat. Adsit tibi Deus (ait Incarceratus) teque præcipue custodiat, Amen.

Finis Dialogi de Tribulatione.

DIALOGVS DE VITA SOLITARIA.

Interlocutores, Tres Peregrini, alius Lusitanus, alius
Gallus, alius Flandrensis.

De Interpretatione cuiusdam antiqui Epitaphij, de disputatione inter Peregrinos orta, nimirum, Quenam vita sit excellentior, an Solitaria, an publica.

CAPVT I.



LUSITANVS Peregrinus cum è Roma in Lusitaniam proficisceretur, ab hoc eo celfo monte Cynethio, qui Pedemontanos ab Allobrogibus separat, descendens, statim atque duos socios solo peragrantes animaduertit, vt terrarum orbem perlustrarent & quod rarius politius atque exquisitius est seligerent: qui longi & angusti itineris tedium in lymphidi fluminis littore à celsa & opaca sylua defluentis, releuarent. Alter erat Italus, alter Flandrensis, ita societatis & amoris vinculo alligati, vt à patria & prouincijs longè remoti. Illi præmanibus quasdam Tabellas habebat, quibus nomina locorum & regionum quas peragrarent, morum diuersitates, consuetudines leges, & ceramonia antiquas inscriptiones & Epitaphia Tumulorum & Sepulchrorum, & alia perantiqua memoriaque retinenda inscripserant: qui inuicem sub interpretatione & intelligentia cuiusdam Epitaphij quod ibi descripserant, certabant. Cum itaque Lusitanus eos attigisset, eosque Tuscano idiomate loqui audiuisset, alius quod eius propria & vernacula lingua esset, alius verò quod longa & frequenti conuersatione in Italia didicisset: salutem perhumanè eis dixit: ij etiam tantundem salutis reddidere pari quidem beneuolentia & vrbantate, quantumque honestate ducebantur. Rogâtes eum utque assideret, vt hac nemorosa periucundaque sylua frueretur, tanta vernantium florum & herbarum varietate circumtexta, que dulci murmurantiq; Zephiro agitata oculis nostris vitreos, & coccineos colores depingebant: Ille verò cū se defesse & itineris pericula perensisset: cūque eos vsu & iudicio plurimum peritos tam gestibus, quàm sermonibus animaduertisset, trūco cuiusdā præcelsæ & opacæ fraxini præ cæteris quæ illic erat insertæ, accubuit: plurimum eorum liberalem voluntatem faciens, pari reciprocoque desiderio suam illis deuouens. Verum ne tempus natijs rebûsque inutilibus frustra insumeretur (ait Italus.) Cum tūc temporis libellum & itinerum Ductum manibus cepti, in quoddam Epitaphium incurrimus à nobis in Italia sub antiquo quodam sepulchro repertum, sic ferens: Hic iacet Similius, qui longinquam duxit ætatem, sed tantum septem annos vixit. Ideò disceptamus & disputamus: ait enim socius. Quomodo fieri potest, vt ætas hominis sit ita longa, cuius nihilominus vita adeo breuis fuerit, vt tantum septem

annos durauerit. Quantum ad me attinet, dico eum adeo præclara & insignia facinora gessisse, vt quantum anni pauci numero sint, respectu tamen operum meritò magni & longi possunt appellari. Verum ab hoc dissentit, dicens. Quenam repugnantia & contrarietas in hac propositione inest, vt septem annorum puer, tam præclaris rebus gestis perfunctus sit? vt post mortem vitæ testimonium reddant, adeò longè in virtute, vt breuis in ætate? Nonc (Domine) effugitaremus, vt tuam opinionem ad hoc nobis edoceres: vt ei penitus innitatur, ac cõformemur. Memini (ait Lusitanus) ab hinc pluribus annis, cum in patria degerem, multò pacatiori quiete, quam hac tempestate, & eo tempore quo huc commigrare, adeò difficile videbatur, vt tunc ad credendum paratus sim. Legi apud Dionem Cassium, antiquum Historiographum, in vita quâ de Imperatore Adriano scribit, suo tempore famosissimum Ducem Similium nuncupatum, extitisse, qui idem ipse est de quo loquimini Imperatori perquam familiaris: non autem immerito, quippè qui vir erat virtute & auctoritate præditissimus, qui que Romæ Præfectus fuerat: ex illustri quidem familia oriundus, modestus & dominatione sapiens, strenuus & magnanimus, verbis liber, operibus autem virtute donatus: tūc demum in pace pacificus, bello verò bellicosus & inuictus. Dein tunc Similius cum vndis curiæ Romanæ se circumuolutum agnosceret: adeò laboribus atque negotijs intricatus, & si tempus tantillum, otij & quietis reliquisset, nouo alio animo quo labores susciperet, opus fuisset: in considerationem & cognitionem sui ipsius illapsus est, & se non aptum intueri cognouit. Etenim quibus aspirabat, tanti erant momenti & ponderis, vt antequam ad tempestiuam maturitatem perduxisset, ea potius ad extremum vitæ terminum ipsummet præcipitassent. Et nisi prudentiæ filo, tot tantisque negotijs quibus inuoluebatur sese extricasset, funditus pessum rueret. Cum igitur hos conceptus memoria fixisset, deliberationesque animis insculpsisset: suæ opinionis penitus conscius factus est, & spontanea voluntate à Præfectura & Gubernatione, sese abdicans, & à forensibus negotijs distraheas, cum iam esset annosus, in suam domunculam non longè à Roma, & prope amicos recessit, cum multorum cognitione, paucorum verò frequentatione, vbi quinque annorum spatio multū hac solitaria vita oblectatus, vixit. Cūque se maiorem vitæ partem transegisse, mortemque ad præcipiendam vitam iam iam imminere animaduertisset, iussit vt Tumulo inscri-

inscriptio quam tunc temporis legistis, insculperetur: quo quidem declarat, quamuis eius aetas longinqua fuerit, nihilominus sex tantum annos vixit. Nō quod re ipsa vitam adeo breuem duxerit, sed quoniam in vita non annumerabat, nisi eam, qua distractus à secularibus negotijs quieti & tranquillitati solitarię indulgit. Annos enim quos in Curia insumpsit, non annos existimabat, sed annorum perditionem: nec in super talem viuendi modum nomen vitę mereri, sed crudelis mortis arbitrabatur: quādoquidem ex laboribus quos ita inquieta & anxiosa vita subibat, nihil colligere, quā vitam ipsam perdere, sperabat. Qui oculos in Rationis speculum dirigere voluerit, eum ab ipsa eademque ratione non fuisse abalienatum, experiretur. Siquidem, uti nō multum laboris colligimus, vasi cuidam perforato & vndiq; fissuris pleno, infundendo: non multum etiam prodest multos annorum cursus in vita absque quiete infumere, quę vtrō citrōque quassata & lacera est, ad vanitates & negotia mundi procliuis: euanescent enim anni, & vita inutilis signisq; remanet, nec aliquid vitę vestigium relinquit. Quocirca dicebat Seneca, quoddam genus esse hominum, qui viuere delinerēt, priusquam vitam essent aggressi. Ait Stobæus, quosdam longinquos annos ducere, sed paucos annos, quod illud ipsum est à Similio prolatum. Hęc est interpretatio Epitaphij: hęc sententia Similij Romani, qui meo iudicio, singulari quadam virtute, magnoque iudicio præstabat. Imò potius (inquit Italus) videtur illud mihi contrarium: aut enim Repub. in pace administrabat, aut bello: recte moderabatur exercitum, aut malè. Nisi apprimè muneribus & officijs functus sit, non dignus est laude, quam illi tribuis, quam nullomodo possidebat. Si verò secus, dignè exercebat, non multo iudicio pollebat, tanta munera relinquendo: quippè qui priuata quieti studens, propriam utilitatem bono publico anteposuit: æquum enim erat prius Reip. utilitati inferuire, quam proprijs commodis. Nam ut ait Dionysius, Bonum ex se communicatum est. Afirmat Aristoteles, eo maius esse, quo vniuersale. Incredibilem percepi delectationem historiam, quam mihi de Similio narraisti, audiendo, germanæque explicationi qua Epitaphium sui sepulchri es interpretatus. Mihi que videtur te sigillatim verum sensum penitus perlustrasse, exceptis laudibus, quibus illum tantopere extulisti. In ea etiam sum opinione (inquit Flandrensis) ea enim sententia Diuini Platonis fulcitur, qui ad Architam Tarentinum scribens, ait, Non solum nobis nati sumus: verum etiam ceteris. Hanc sequutus est Aristoteles opinionem, quinto libro Ethicorum, dicens, Ille vocari potest bonus, qui bonitate vititur, non solum propter seipsum, sed etiam propter proximos. Quod est illud ipsum à Chrysippo relatum, Præcipuum, propter quod homines in mundo nascerentur, esse ut hominibus opitularētur. Ut enim Similius multis in Repub. prodesse poterat, non igitur ab ea alienari æquum erat, nedum eam propter solitariam commutare. Præterea multorum utilitati in Repub. consulebat, & in solitaria sibi ipsi solum. Quauis Marcus Tullius, sine contouersia eloquenti parens, qui vberissima dicendi vberitate viui fontis Philosophiæ scaturigines reserauit, copiose hanc questionem pertractet, libro primo Officiorum, quam antea inter Philosophos tractat: eamque dissoluit, allerens: tamen si vita solitaria magis tuta minisque anxiosa sit, publica tamen præstantior est maiorisque æstimationis censetur. Itaque cum in te ipsum adeo claram & patentem rationem retundas, nescio quo

pacto tuæ possis inherere sententię, adeo probatis optimisque authoribus repugnanti, finemque rei imponere, quę neque fine, neque principio constar. Facili negotio his omnibus possem respondere (inquit Lusitanus) & è memorię receptaculo non solum arma tutantia, verum lædentię depromere: siquidem cum maiori vitę parte bonarum literarum studijs tam diuinis, quā humanis, insudarim, non solum in Lusitania vnde oriūsus sum, verum multis alijs in locis quę perlustravi, plurimisque regionibus qua peragraui, & cum infinitis hominibus diuersarum nationum, diuersarumque Regnorum communicauim, non rationibus & authoritatibus, indigerem ut eas quas in me ipsum tundis conuellerem. Sed cum mea intentio ad hoc non tendat, ut tuam audeat detrectare, nec molestia, nec insolentia utar, ignarum potius videri quam arrogantem aut petulantem, desiderans. Summoperè ardemus (ait Italus) tuos audire sermones: ego verò potissimum conscius sanè quod à tam paucis temporis spatio, quo huc conuenimus, in te adeo firmissimū desiderium & intrinsecam voluntatem inuasi, teq; pari amicitię vinculo erga nos deuinci conspicio, ni fallor, assero que meum socium huic opinioni conformari. Alia re inquit Flādrænsis mihi antecellere potestis: sinceriori verò & perfectiori ardere amicitię vinculo, nullomodo tibi cedam, nedum desiderio te audiendi, tuorumque argumentorum solutionem percipiendi, & vitam solitariam laudibus extollendi. Ut quodammodo oblecteris: mihi enim videtur docti hominis orationem, suauissimum esse animi alimentum.

De vita solitaria excellentia.

CAPVT II.

Consciū equidem sum (inquit Lusitanus) me huic amori & benevolentię quo prosequeris verbis non posse satisfacere, nedum operibus. Itaque si voluntates voluntatibus compensentur, nullatenus dubitatis meam voluntatem præsto esse, quo vobis obsecundem. Et si in fœderis huius mei desiderij amoris signum, censetis ut vobis respondeam, laudibusque vitam solitariam extollam: hoc amore vestrum mihi summoperè arridet, quauis re vera quo ingenioli mei acies possit penetrare, agnoscam: verum hoc eloquedi onus meis humeris imponere audebo, quauis in præsentiarum (rebus magni emolumentum intentus) longè ab hac vita abalienes. Nihilominus vidi me alio quodam tempore ita solitudini studens, ut versatus, & expertus, de ipsa possim verba facere. Quod quam breuissimè fieri poterit, exequar: cum enim mea lingua has laudes recensere expetat, illud esset ex arena maris calculos ducere, & è re innumera, certum numerum velle perscrutari. Quantum ad argumentum, quod in medium proponitis, Similium bene aut male administrasse: respondeo ego rectè officio fuisse perfunctum. Et quantum ad reliquū quod afferis, nimirum, cum rectè functionem & onus exerceret, non eum ab ea deficere oportebat: deficiendo enim à ceterorum progressu cessabat: hanc cōsequentiam non admitto: verum affirmo illum plus Reipub. profuisse eam relinquendo, quā administrando: quippè qui aliorum egregiorum virorum, qui eam moderabantur, penuria erat: ille autem quiete indulgens optimo & pio exemplo, mundum fugiendi metho-

dum

dum, contemnendique falsam eius spem & vanitatem, edocebat. Poterat insuper multos edere libros, quibus non solum civitatis emolumento, verum etiam totius orbis cum hacce tempestate, tum in posterum consuleret. Eius itaque honestum otium negotiis nostris & rebus proderat: quod quidem non ita commodè securèque vitæ publicæ tumultibus, potest effici, ut solitaria tranquillitate, ubi iudicium liberum & quietum melius potest philosophari, & absque villo impedimento sensa mentis, consilia, & deliberationes quæ in imaginatione concipiuntur, colligere; indeque opem Reip. ferre, eandemque tueri possit, cum suis operibus scriptis, tanquam alij viribus atque armis. Illud est quod bellicosus Græciæ Dux Agamemnon persentiebat, cum diceret (vbi refert Homerum Poetarum Princeps) prius se consilium, quam vires malle, priusque Nestorem quam strenuos inuictosque Achilles, & Aiaces. Illud insuper est quod referebat Cato Censorius, Rempublicam non tantum pessumdari tam ob fortiorum Ducum penuriam, quam ob honorum consiliorum raritatem. Et non solum eas moderatores habere ut nunc operibus, nunc verbis administrant, opere præteritum est. Sunt enim nonnulli qui tacendo loquuntur, alij loquendo tacent. Nam boni in silentio vocem emittunt: mali verò vocem reddendo muti sunt, iuxta Menandri sententiam à Plutarcho recitatam Sermo (inquit) narratio, & vis orationis non persuadet: sed virtus & exemplum vitæ. Quod dicitis fateor, nimirum hominem non solum sibi soli consulere oportere: ut enim arbor in littore irrigui fluminis confita fructum maturitate tempestiva producit, non solum ut alios propter seipsum producat, & perpetuo in specie conferuetur (quod in individuo non potest) verumetiam quamplurimis aliis profit. Pari etiam ratione homo sapiens & solers diuinis gratiæ aquis rigatus utilitati, & emolumento publico, debet interuire, fructuque omnium operibus virtutis & doctrinæ prospicere. Et non solum salutem omnium debet perquirere, rebusque perfungi quibus posteritati, atque immortalitati nomen possit commendare, nec idcirco vento ambitionis committatur. Ideò Psaltes Regius, in primo Psalmo, virum iustum arbori semper viridi comparat, his verbis: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo: alio Psalmo ait, iustus ut palma florebit.* Quod optimus religiosus optime potest exequi, qui doctrina diuinarum scripturarum irrigatus & amore supremi Dei delibutus, suis precibus orationibus, sanctitatis vitæ exemplis luculentis virtutum fructibus oneratus curis & negotiis (quietis spiritualis raptoribus) plus mundo prodest, quam innumeri alij qui spontanea voluntate, in abyssum & gurgitem curarum & negotiorum mundi dilabuntur. Existimandum nobis est, quauis homo sit solitarius, à proximi charitate semotus, quantum ad corpus, sit etiam quantum ad animam, ut enim ait D. Chrysostomus. Quemadmodum in materiali ædificio, lapides vnà calce & cemento conglutinantur: sic etiam in ædificio spirituali, homines inuicem coherent & cemento charitatis consociantur. Itaque vincula quibus annectuntur ad corpus non spectant, verum ad animam vitæque solitaria non ea disiungit, imo potius confirmat, & adauget. Planè ut vobis faciam? Ipsemet Rex Dauid qui iustum exuberanti arbori coarquat, quique omnium com-

Plutarch.
in Apoph.

Psal. 1.

modis studere & amoris atque necessitudinis vinculo omnibus copulari ardebat, cum se à curis Ciuitatis corrodi persentiret, quietem atque otium solitarium efflagitabat. Postquam etiam confessus fuit cor molestitis ac solitudinibus publicis confictari, dicebat. *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo, & requiescam?* Ac si diceret. Heu quis mihi alas pernicios palumbæ adiunget, ut in desertum euolem, & à mundo distrahar, atque in vita solitaria conquiescam? Cùmque effectum non posset adimplere, voluntate iugiter utebatur: si fortè fortuna solus cogitationi inhaereret. Illud ipsum est quod inferius ait: *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Ecce discedo, & à me ipso auocor, cum apud me perpendo, vnà cum cogitatione, solitudini meis votis & contemplationibus periuicundo, intendo. His utebatur sermonibus, expertus fructum diuinæ consolationis, quem degustabat, cum solus deserta Palestinae percurreret, peccata deplorando, & ea quæ mundi sunt, ad instar velocissimi fontis vnde lacrymarum ex oculis emittens, imis cum singultibus & suspiriis tractis, quibus nubes calòsque ipsos penetraret. Ibi diuinos & pretiosissimos Psalmos prædulcis cytharæ concentibus edebat. Inde tandè mundum docebat doctrinæque celestis cathedræ assidens. Vnde sequitur solitarium & contemplatum sibi multisque prodesse posse, & ad instar eius quod vester Plato, Aristoteles, & Chrysippus ait, vitam degere: qui sunt ij quos in medium produxistis, ut hanc vitam non solum nostrum, verumetiam aliorum causa esse clargitam, comprobaretis. Videtis igitur quo pacto auctoritates, quas commodè & eleganter proposuistis, in me nõ retorqueantur, imò potius ad amissim exarata in vos ipsos, iaculari apparebunt. Exponamne? ijdem philosophi, ut multorum lucro inseruirent, quoad potuerunt à mundi curis sese distrahere, & arduæ sublimique arcanorum naturæ contemplationi penitus incubuere, indeque prioris causæ contemplationem penetrarent, & potissimum Chrysippus, de quo Seneca. Quauis inquit nunquam Ciuitatis inoderator extiterit, neque oneribus functionibus, & muneribus publicis vacarit: suis tamen speculationibus, ardua philosophia, viuendique modo solitario, magis commodis omnium interuicuit, quam plurimi Duces, præfecti, & Governatores. Quo igitur pacto Aristoteles nomen Principum Peripateticorum obtinisset, philosophiamque cum naturalem, tum moralem & Metaphisicam delineasset, memoriamque nominis insigni doctrina posteris commendasset, ni à negotiis rebusque publicis sese expedisset, vitamque solitariam votis & desiderijs contentaneam, perquisisset? Cum perquam familiaris Alexandro eius discipulo fuisset, Asia iter perficere noluit, sed Athenas reuersus, penitus sese contemplationi adiunxit. Adhæc (ut Plutarchus & Strabo narrant) Athenis relictis, Ciuitatem Chalcididis Euboræ perrexit, quo loci philosophando mortem cum vita commutauit. Eius obitus adeò deploratus à permultis fuit, ut complures assererent spem enodandi & arduas Philosophiæ quæstiones dissoluedi perisse, siquidem is cui omnibus clargendi potestas erat, cum iis occumberet. Præterea Plato ut sibi non cæteris prodesset, ex Athenis egressus perturbationibus Reipub. vale dicens, in locum solitarium, Academiam nuncupatum, se recepit, vnde dehinc Philosophorum scholæ nomen sortitæ sunt: ibiq; discipulos suos edocebat, ut quietè solitariq; tranquillitate inuestigarent, diuitiasq; humanas ut ad

Psal. 57.

Senec. lib.
d. vita
beata.

Plutarch.
in vita d.
la Scral.
in Geogr.

divinas aspirarent, nihili putarent. Libros edidit, quibus quo pacto Republicæ administrarentur, præcipitur: mortalesque immortalitati, & contemplationi primæ causæ divinæque pulchritudinis excitabat, adeo admirabili subtili eloquentia, & ardua philosophia, ut divinus communi omnium voce, sit iudicatus. Hæc ad rationem quam uterque vestrum in medium proposuistis, horum trium præstantiorum philosophorum sententia comprobata. Deinde, quantum ad aliam Marcij Tullij Ciceronis: Illud adiungo, eum ipsum fateri contra cæterorum philosophorum opinionem disceptare, conaturque Platonem notare, & nulla occasione fretus in libris de Repub. censura conatur denigrare, quo loci vitam solitariam extollit, cæteris partibus & locis cunctis eam anteponebat: atque in prima quæstione Tusculana, se malle cum Platone errare, quam aliis assentiri. Fateor Ciceronem præstantiorem Latinis Philosophis sua tempestate extitisse, & totis viribus ut Platonem imitaretur, elaborasse. Verum nihilo secius pro comperito dici potest, eum sic, à tergo commoratum fuisse, ut de illo dici possit, quod Pindarus de Thimeo historico assererat, qui cum vestigiis & imitationi Magni Thucididis vellet insistere, erat sicuti pedester quidam, qui tardis & segnibus passibus perniciosissimum cursum Lydiæ cursum attingere moliebatur. Seneca deinde hanc quæstionem pertractavit, & in Ciceronem vitam solitariam præstantiorem & chariorem publica esse, & pacatum Cleanthis & Zenonis otium maiores fructus & utilitates Græciæ attulisse, quam multorum functiones, qui præcæteris cum pacis administrationibus, quam bello Ducis oneribus promoveri minimè dubitarunt, ut liquidò constat in suis operibus. Adeo Seneca vitam solitariam extulit, ut ad Lucilium scribens, diceret Plures fuge, paucos fuge, & unum solum fuge. Alia rursus epistola. Nullum (inquit) possum invenire cuius societatem te inire peroptarem, quam tuipsum solius. Alia etiam ait, præcipuum rectè coherentis animæ finem esse pacatum cum seipso remanere posse. Tam latè patens est vitæ quietæ & solitariæ pulchritudo, ut si lasciosi suis oculis possent contueri, nullus profecto reperiretur, qui amoris suiipsum & perfectæ pulchritudinis iugo succumberet. Illud cupiebat de notare Demetrius Phaleræus, cum diceret, *Bona res quietis*. Illud etiam Demetrius Pythagoræ imitator sentiebat, cum felicitatem, omnibus desiderandam & procurandam in animæ serenitate consistere assereret. Iterum hanc pulchritudinem & animæ tranquillitatem vita solitaria adipisci, publicæque evanescere. Quisnam igitur is est qui unam aliam præstantiorem non diiudicat? Hoc sufficit, ut explicem opinionem Ciceronis hoc in loco, è diametro contra plurimum philosophorum sententiam pugnare, & potissimum contra Senecam, quem antiqui Magistrum vitæ appellarunt, cuius animus à Columella mirificis laudibus extollitur, & à D. Hieronymo inter illustres viros, & Scriptores Ecclesiasticos annumeratur, quorum plures, à mundo, suisque in multis sese abdicarunt, ne ab eius illecebrarum deliciarum escarum hamo caperentur: totòque se vitæ solitariæ abdidit, quæ ut copiosè demonstrari præstat publicæ, quo loci mirifica cum voluptate vixerunt. Et quemadmodum filij Israel solenni festo diem quo Deus ab Egypto extraxit, celebrarunt: sic ij infinita cum gratiarum a-

ctione diem quo Deus è mundo seclusit sanctitati deuovere, ut ei ocius morem gererent, neque vitia aliena quotidie iudicari perciperent, aut intentiones actiones & uniuscuiusque opera damnarent: hoc enim sufficit ut à mundo, cum homines ab hominibus iudicatos cernimus, amandemur.

De mundi fuga, & Exitu Babylonis, & quo pacto eo casu, fugere vincere sit.

CAPVT III.

Dermulti fuere viri (inquit Italus) qui mundum contempserunt, & ab eo effugere, ne suis retiis & nexibus implicarentur. Verum nullo unquam pacto potestis conuellerè, quod mundi fuga non sit vera segnitias & pusillanimitas: quippe qui integra & absoluta in mundum victoria illum vincere est, nedum terga dare, eumque pertimescere. Verum hoc vero dissentaneum est. Tameris enim hoc in præliis insultibusque; & acie aliisque rebus corporeis vsurpetur, nihilominus rebus in spiritualibus (ait D. Hieronymus) fugere propriè vincere est, ijque qui propter munera & officia à mundo deficere aut alienari nequeunt, quantum ad corpus, saltem quantum ad voluntatem ab illo deficient. Et Babilonem, incolentes Ideam Hierusalem, quæ visionem pacis significat, contemplantur. Itaque angustorum atque anxiorum laborum corporis pertæsi, ad quietem spirituales aspirent, Danieli similes, qui cum Babiloniæ carnaculo & cubiculo includeretur, *Fenestris apertis contra Hierusalem tribus temporibus in die flebat gēna sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo sicut & antea facere consueverat. Oculos erigebat in Hierusalem quò desiderium rapiebat, pro quo illa suspiria trahebat, cum exul & pulsus ab ea vagaretur, cogitationes & desideria divina spe imbuens. Non ait sacra Scriptura eum fenestram aperuisse, ut intueretur Babilonem, sed Hierusalem: oculi enim cum versus hanc visionem pacificam desisteret, quam cogitationi & menti penitus infigebat, subleuabantur. Non ab simili modo ij qui multis, grauibisque de causis vitæ publicæ innodentur, ne aperiant fenestram, quæ Babilonem detegit, neque oblectentur, mundum eiusque astutias, & captiones contemplantur: sed referent fenestram animæ quæ versus Hierusalem tendit: indeque visionem pacis contemplantur, oculos mentis in pulchritudinem & tranquillitatem spirituales dirigant, aspirent & tendant ad quietem solitariam: & ex hac cogitatione ad quietem æternam, ad hanc supremam Hierusalem, cuius nullas unquam erit finis, peruolent. Et obortis lacrymis atque suspiriis ingemiscētes, solitudinis desiderio flagrantēs, hæc omnia in memoriam reuocant, & instantibus temporis pauculis spaciis, momentis, internallis quæ negotiis atque rebus intendentes poterunt surripere, tantorum bonorum iacturam, cum vitæ solitariæ quietem amiserint, deplorant, ac lamentantur: & quantum illis situm est, ut eam assequatur saltem pro viribus elaborant*

Cicer. lib. 1. Tuscul. quæstion.

Seneca lib. de vita beata Idem in Epist. ad Lucil.

Seneca magister vita.

Daniel 6.

borant, ut à Babylone exeant, atque ab huius seculi perturbationibus quietis animi inimicis, dimoueat-
 tur. Quidnam ergo prodest, tali confusione hac lucis
 visura potiri? Quid prodest, rei tam fraudulentæ
 inferuire? Quodnam Oceanum, quis anfractus, quis
 Euripæ sinus, qui Flandriæ Bannes quæue Leonis
 Charybdis, quis bonæ Spei apex, adeo vndis volu-
 bilibus, adeo ancipitibus & perniciousibus, adeo celer-
 rimis motibus, rabiosisque agitationibus, adeo infeli-
 cibus procellis, & tempestatibus abundet, sicuti
 mundus? Quinam sunt mundi labores? Quæ incon-
 stantiæ, quæ vndæ, quæ huius seculi æquora, quæ
 tempestates, qui fluctus & refluxus? Si à ventorum
 rabie & tempestate diffugimus, ut quam celeritate
 tutam portum attingamus, si nauem vndis iactabun-
 dam relinquimus, si domum ruinosam, & vndique
 fissuris laceram, imminentesque casus minitaban-
 dam euitamus, cur non & mundum, qui inhiantibus
 faucibus, molitur, ut nospenitus deglutiat, & absor-
 beat? euademus, siquidem nos continuo commine-
 tur, nos fallacibus desiderijs fucatisque voluptati-
 bus inescans, cum illius præstigia & quisquilias di-
 gnoscamus: cum iacturam nostram & euersionem
 equo setino ceruicibus nostris appensam intueamur,
 cum nobis inter peccatum Inferorum horribiles la-
 cus, caducæ & miserandæ vitæ nostræ parietes male
 materiatis esse contiguos non sit ignotum? Cur si-
 nimus nos captivos in Babylone duci, neque
 meminisse? O nostrorummet ignaros! qui Canticum
 Domini nolumus in hac fallaci Babylone concine-
 re, & horum rinulorum littoribus resupini, non alios
 nostris ex oculis profundimus dulci cum spiritua-
 lis Ierusalem memoria? & ut melius differentiã in-
 ter Babylone & Ierusalem agnoscamus, typum
 sacræ scripturæ vobis proponendã duxi. Cum Israe-
 litæ in Ierusalem mansionem facerent, continuam
 ignem aræ templi apponebant, pro sacrificijs, prout
 Deus illis præceperat, sicuti in Leuitico videre est.
 Sed quamprimum Babilonij in eos insiliere, irruere,
 expugnare, domusque eorum depopulati fuerunt,
 Ciuitatem funditus evertere, templum demoliti
 fuere, victosque Babylone duxerunt, Sacerdotes
 tantas clades ob eorum peccata illis inflictas, oculis
 mentis & corporis perpendentes, ignem, qui conti-
 nuo in Altari ardebat, cepere, eumque in profundum
 puteum eiecerunt. Post autem septuaginta annos ab
 eorum captiuitate, Deus eos liberauit, & Ierusalem
 repetentes solitum sacrificium obrulere, ignemque
 qui in puteum coniectus fuerat perquisiere. Nar-
 rat insuper Sacra Scriptura 2. Machab. eos non po-
 tuisse indagare, sed tantum aquam crassam, qua hau-
 sta & altari superposita tempus affuit quo sol re-
 fulsit, qui prius in nubilo, accessus est ignis magnus,
 ira ut mirarentur omnes. Eo tempore quo in Ieru-
 salem remasere, cumque ignem altari supponerent,
 Babylon efformabatur, ignis in aquam conuersus est
 & reductus in aquam cænum & corruptionum: re-
 uersi autem in Ierusalem, aqua in ignem est com-
 mutata. Sic quantum anima cum Deo, cum seipso,
 & cum proximo pacata est, in Ierusalem visione
 pacifica reuidet, & quantum reponitur, & in sabli-

2. Mach.

mis Dei amore & recordatione rapitur, altari ignis
 diuini amoris coruscat, cui Deo sua desideria & co-
 gitationes deuouet. Sed quamprimum iacta est,
 depopulata & captiua à Chaldeis reddita, quales
 sunt diabolus, mundus & caro, statim atque iugo sub-
 ditur, & se in Babylone captiuam duci patitur,
 ignis diuini amoris extinguatur, & aqua odij reman-
 net, & cænum luteum absque desiderijs: sed è Baby-
 lone, Ierusalem repetens aqua in ignem conuertitur
 diuinaque charitas elucescit: pari ratione anima
 ex frigore peccati mortalis in ardentem & estuan-
 tem amorem redit, non tamen sine Solis Iustitiæ ra-
 dijs. Illa, inquam, non potest à peccato mortali se-
 gregari, aut extricari absque fauore & gratia Iesu
 Christi nostro vero Deo, diuino Sole, tenebrarum
 interiorum victore & dissipatore. Veruntamen o-
 perantes quod in nobis situm est, cum sua gratia co-
 operatur: sed absque illa nostris viribus aut facultati-
 bus à morte animi ad vitam spiritualem reuocari, &
 impietatis aquam in iustificationis ignem commu-
 tare. Hoc est quod ipse ait apud D. Ioannem, *Ioan. 14.*
Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Tali etiam sponsa
 sermone vitur sponsum alloquens, id est, Iesum
 Christum in Canticis *Trahe me post te.* Ac si diceret, *Cant. 1.*
Non ex meis potissimum incedere, trahe me post te &
te sequar. Illud insuper aiebat. Heremias in Threnis, *Thre. 5.*
Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Hoc
 etiam est quod Deus noster ait, per os sui Prophetæ
 Osee, *Perditio tua Israel ex te, tantummodò in me auxi-*
lium tuum. Quasi diceret, O Israel tua perditio ex
 teipso orta est, sed tua salus est ex me cum in aquam
 redacta es, tua fuit culpa sed tua in ignem conuer-
 sio, mea est gratia. D. Paulus ad Corinthios scribens, *1. Cor. 3.*
 ait. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex no-*
bis, sed nostra sufficientia ex Deo est. Alio etiam in
 loco, *Gratia Dei sum id quod sum.* Quasi diceret, mei *1. Co. 15.*
 criminis aquam in sui amoris ignem reduxit in me
 radios suæ gratiæ reuerberans, ego verò hunc diui-
 num, celestemque fauorem suscipiens, vela meæ vo-
 luntatis, libertatemque liberi arbitrij expandi. Quam-
 obrem cum differentiam quæ est inter Babylone
 & Ierusalem, agnoscat, ex animi perturbatione
 ad quietem, hancque perturbationem è
 vita multibus plena circumdata & negotijs publi-
 cis obducta manare, quietemque à vita solitaria
 procedere: compertissimum est solitariam esse præ-
 stantior, & mundum ad eam obtinendum, effu-
 gere, non est animi defectus, verum egregia magni-
 tudo. Præterea hoc in loco fuga est victoria. Ut e-
 nim mundum fugere est seipsum fugere, & seipsum
 fugere, est seipsum vincere & propugnare, seipsum
 autem vincere gloriosa est victoria: certissimum
 est mundum fugere, esse omnium triumpho-
 rum præstantissimum: quippe qui hoc
 est ex acerrimis hostibus triumphum
 reportare: nullus enim à crude-
 lioribus & ferocioribus ini-
 micis, quam proprijs
 desiderijs & affe-
 ctibus con-
 sicitur.

Lusitanus suam propositionem exemplis & auctoritatibus Gentilium comprobat.

CAPVT IIII.

Nollem equidem (Domini) vos eiusmodi opinione duci, ut omnes qui in communi vitam degunt & negotiis publicis, velim reprobare: & omnes solitarios celebrare: cum certò sciam in ciuitatibus atque Aulis Principum, per plures negotiis atque curis inuolui, qui summa virtute præditi sunt, cultusque Dei veri sectatores, eiusque sanctorum Præceptorum observatores (ut nullo modo inficior complures reperiri.) Scio etiã multos posse existere vitæ solitariæ immixtos, qui aliis in locis conteruntur, ac confringuntur: sed pro rato statetòque remota omni difficultatis dubitatione, cenfeo, Vitã solitariã simpliciter & nude loquens quantum est ex se, multum præstare ciuili & tumultibus agitatz, & non solum tutiorem esse, verumetiam multis in partibus vberiore. Quamuis non dubium sit quin aliis in locis publica maioris sit utilitatis: absolutè tamen loquens, solitaria multò præstantior est, quod à sententia Ciceronis abhorret in auctoritate quam adduxistis, ex primo libro Officior. deprompta. Et si cum hunc librum perscripsisset, rectè apud se probasset, & rationis scabritie limasset, credo equidem hunc articulum maximo discrimine quo deleretur, periclitari: quippe nullo vnquam pacto decet, ut in libro tanta eruditione, tantãque facundia illuminato, talis repugnãtia talèque contrarium reperiatur: sicuti hæc à cordatis omnibus iudicijs aliena sententia. Desideratisne ut clarius hoc exarem? Idem Cicero fatetur, quamprimum à Republica ut vitæ solitariæ intenderet, semotus est hos libros edidisse, ferèque omnes alios, quos composuit, quibuscum tantum emolumento utilitateque quam plurimorum virorum cõsuluit, ac tantam famam est adeptus, ut memoria mortalium vitam adæquans, nulla vnquam ætas de suis laudibus conticescet. Admittit ipsemet eos qui quietem sectantur, in villas & rurales domos secedentes. Egregiè laudibus Scipionem Africanum extollit, qui ab omnibus negotijs & functionibus distractus ac semotus, à communi societate & frequentatione hominum sese amandauit. Et ferè retrocessit, solitudinèque ut tutissimo portus adhaesit. Quare dicebat se nunquam minus otiosum esse, nec minus solum, quàm cum esset solus. Laudabat etiam Marcum Curium antiquum Romanum, qui cum Samnitas & Sabinos, Pirrhũque Epirotarum aut Albanorum Regem deuicisset, à Roma, omnique suo cõmercio sese abdicauit, in villamq; secessit, maioris vitam solitariã ducens, quiete comitatam, quam dignitates, honores, & acclamations Romanas tacita eum animi sollicitudine. Itaque vice quadam cum domi prope focum ageret Samnitarum legati ei magnum auri cumulum & thesaurum obtulere, quem reiecit, dicens mille diuitibus imperare, quàm ditari, & cum in acie hostes eum suppeditare non potuerant, æquum non erat, ut aurum pacis tempore illum deuinceret. Nobilis & virtute cumulatus Cincinnatus, ab aratro & terrarum cultu extractus est, ut Romæ Dictator crearetur, quæ dignitas summa & præcipua erat

Cicer lib. 2. Offic.

totius Reipub. ut ait Fenestella, cumque Dictaturã officio perbellè, mirificèque administrasset, in rusticum paternumque tugurium incredibili cum alacritate se recepit, ut ait Columella. Romani non solum Cincinnatum ab hortorum & agrorum cultura reuocarunt, ut in honorem & Consulis dignitatem constituerent, verumetiam ut totius Reip. clauo & imperio præficerent. Cecilius Metellus Bellicosissimus Dux Romanus, qui magnas bonorum tacturas parui pendebat, multis arduis & improbis defunctus laboribus, se in suam villam seclutit, nec vilo vnquam pacto Consulatum admittere, aut Dictaturam, quæ illi obnixius offerebatur, voluit, dicens se velle pace ocuis iis frui & vesci, quæ bello fuerat consecutus. Cato Magnus Censorius à Maioribus tantoperè commendatus, ut vitam eius viuam virtutis & grauitatis imaginem, pectusque prudentiæ & modestiæ Oceanum, animum, roboris & constantiæ speculum ducerent: ita ut ait Plinius, perfectus Dux fuerit, perfectus Orator, & perfectus Senator, postquam Quæstor Tribunus Militum, Prætor, & Consul extitisset, maiorisque Romæ dignitates cum pace, tum bello suscepisset è Ciuitate egressus Agrum Picenum, quem nos Notas Anconiz vocitamus, petijt. Quamuis nonnulli opinentur eum in Campania, aut vulgo Terradi labore, permansisse. Certum tamen est eum in suam possessionem se recepisse, quo loci nunc legendo, nunc scribendo, nunc meditando, nunc terram colendo, cum agris commercium habens, qui sapissimè quod feritur aut immititur, multiplici vsura profundunt, reliquum vitæ terminum peregit. Itaque cum fortunatus ille senex felicitate vitæque solitaria perfunderetur, accidit, ut quidam vir, solers quidem rebus humanis, sed nimum eius negotijs alligatus illac permeauerit, & animo tribulationes & occupationes quibus ille velis & remis agitabatur animo voluens: partim verò quietem cui illic Cato indulgebat, mundi nanij & fallacis coæquans dolos fraudesque quæ illum à seipso alienabant & distrahebant, quos dolos Cato longissimè à se propulsarat, in hæc verba prorumpit. O felicem & perbeatum Catonem, tu solus viuendi modum apprimè cognoscis: quæ quidem sententia in posterum mentibus & animis hominum infixam permansit. Qui hos promebat sermones boni solitariæ vitæ non erat nescius, sed solatantum illius cognitione præditus, maiori vituperio & dedecori vertens, cum quod sui erat muneris nequaquam exequeretur: ut certissime scio permultis aliis contingere. Pericles Atheniensis illis multò solertior fuit, qui in sui ipsius contemplationem attractus, quietemque solitariam mentis acie perpendens, eam perquisijt, & ut bonum quod approbaret, insectaretur à malo quod sectabatur exiit. Hic vir omni scientiarum genere fuit peritissimus, dicendi vberitate præditissimus, consilio sapientissimus, conuersatione perhumanissimus & urbanissimus, armis asperrimus, periculis discriminibusque audacissimus, rebus denique secundis humillimus & benignissimus, in aduersitate verò constantissimus & firmissimus. Vitæ igitur varietatem & inconstantiam obtuens cum maior hominum pars nulla ratione adhibita mundo inebriatorum prorueret, alij anxii cogitationibus & desiderijs exagitati, crudeles & quietis tyranni, mille chimeras & phantasmata mentibus peruolutantes, alij fortunæ donis desiderijs eorum qui sua minimè curabãt, adstricti, alij pelludati & in profundissimis ergastu-

Fenestell. lib. de Magistrat.

ergastulis consepulti præfracta eorum spe, & inte-
pestivius refecata, omnibus conceptibus & facino-
ribus in medio cursu amputatis opinantes tamē nil
esse tam arduū ac sublime, quod non illorū meritis
dignum videretur: quinetiam alicui nullo vnquā
pactō volentes credere stultitia & amentia inflati,
nec quidquam illi consentaneum præ se ferentes, in
dicēdo sublimes, sed multō meritis ac valore tenues
& exiles. Cūque à mundi fraudulentis technis se
inescari cerneret, & partim honore illius cor am-
pullefceret, partim verò ab illo illudi & derideri, ra-
tus eam pedibus conculcare, statim ab Athenarum
imperio sese distraxit, & à solitudinibus tædiis &
curis semorus, in villam longē à consortio humano
alienam, abscessit, & in limine hanc sententiam exa-
randam curavit,

Inveni portum spes & fortuna valete.

Nil mihi vobiscum est, ludite nunc alios.

Ac si diceret: Hactenus spumosis, periculosisque
mundi vndis absorptus, sicuti navis patrono destitu-
ta, quæ à ventis maxima cum vehementia concuti-
tur, vagabunda & aberrans, malo quassata, velis ef-
fractis, nulla ope à solario Buxella, aut charta mari-
na emendicata, atvltro citroque fluctuans, nec por-
tum vnquam appellens: nunc vero portum perfu-
gium in vita solitaria attingit: pergite igitur spes &
fortuna dextris auibus, nihil ex vobis expeto aut ef-
flagito. Hactenus me sefellistis, mihi me in supremū
vestræ volubilis rotæ sublaturam pollicentes, quam
stabilem & firmam mihi simulabatis. Nunc alia cer-
tè vobis est via calcanda. Ego verò nunquam ve-
stris obsoniis aut opiparis eduliis inescabor.
Tametsi inter Christianos illud fortunæ simulacrū
dignotum sit, non tamen hac in parte Pericles de-
flexit, quoniam Gentilium more loquebatur. Ve-
rūm præ his rebus maximum nobis reliquit exem-
plum, cum multum quod occuparet, desereret, vt
eo paucō, quo tutabatur esset contentus. Et quem-
admodum ex solo exucco & sterili, aurum obryzum
effoditur, & venis atque intimis terræ penetralibus
pretiosæ metallorum fodinæ latent: sic etiam ex
Gentili egregiam doctrinam promanare certum est,
quanuis exucca fidei respectu, sin diligenter specu-
letur vita, insigniorum moralium virtutum fodinas
extrahere poteritis, quanuis non absolutæ sint, quip-
pe qui à Theologicis destituantur: apprimè tamen
& sentiebant, & agnoscebant quantum solitaria vi-
ta præstans esset, cum illā publica permutarent. A-
naxillus Philosophus, vt prædulcem vitæ solitariæ
fructum delibaret: Primatum Athenarum est as-
pernatus, dicens se malle seruum esse bonorum,
quam impiorum Ducem & Governatorem. Empe-
docles Agrigentinus Pythagoræ discipulus (vt scri-
bit Thimeus) nunquam Regnum quod offerebatur
suscipere voluit, vt refert Xantes in libro quem de
de laudibus ipsius composuit. Tantōque pretio vi-
tam solitariam habuit, vt potentiz diuitisque mū-
di prætulit. Cū Demetrius Phalereus ab Egi-
pto relegaretur, postquam rempublicam Athenarū
administrasset, Cratem Philosophum inuisit, à quo
tanta sublimia & ardua didicit, vt dixerit Deme-
trius (sicuti refert Plutarchus) Vx negotiis quibus
quondam irretitus fui, siquidem obstarunt quomō-
nūs maturius cum hoc philosopho notitiam inire.
Sermones quidem tali viro digni, qui optimè gu-
stum & emolumentum quod è vita solitari depro-
mi potest, callebat. Idem Plutarchus refert, cū Ze-
no mercaturam exercens, nauis eius vndarum rabie
obuoluta cum suis diuitiis & mercibus, egestate
premeretur & ab omnibus illusus, apprimè nouit, eū

*Plutare.
in lib. de
tranquill.
animæ.*

hucusque perfecte se cognouisse, dixitque se iactu-
ra oblectari, ob maximum emolumentum quod in-
de successerat, quippe qui philosophus esset euasur-
us & penitus vitæ solitariæ intenturus. Cūque
suo desiderio potitus fuisset, omnibus doctrinæ nu-
meris completus, aiebat (vt refert Apollonius) se
nunquam magis secundo vento nauigasset, quàm
cū naufragium fecisset: hoc enim crudele terribi-
lèque naufragium, tranquillam & prosperam otij
vitam ei peperit. Philosophus Anthistenes rogatus
quem fructum ex philosophia collegisse, ait viuere
posse, secum loqui, solūque suo receptui canere.
Narrat insuper Valerius Maximus, Magnum Ana-
xagoram, vt philosophiæ nauaret operam, à patria
recessisse, longo verò post tempore Clazomenā re-
uersus possessiones & patrimonia diruta & pessun-
data reperiens, ait, Profecto nunquam euasissim, ni-
si & hæc periissent. Tibullus hæc verba profert,
quorum talis est sensus. Alij thesauros ingentes &
ditiarum acervos possideant, & in egestate mea
domi victitare permittant. Diogenes Cynicus cui-
dam percontanti, an aliquis mortalium opulento,
& potentissimo Gige ditior & felicior existeret, re-
spondit (vt refert Valer. Maximus.) Multo magis
Aglam Phophidium esse fortunatiorem. Aglaus
ille inops erat, qui totum vitæ cursum in quoddam
Thraciæ tuguriolum degeret, nunquam illa egres-
sus, hac paupertate, vitæque solitaria exsaturatus. I-
ta etiam narrat Plinius. Ait Horatius,

Beatus ille qui procul negotijs

Vt Prisca gens mortalium,

Paterna rura bobus exercet suis, &c.

Eapropter multi oneribus & functionibus publicis
vale dicunt, ac à ciuitatibus & Imperiis segregan-
tur. Petrarcha vocat populum, beluam ferocem &
indomitam: Horatius verò, illum qui multitudinem
plebeiam fræno cohibere tentat comparat homini,
qui remo tenui & debili, multiplicibus capitibus
vellet dominari, solūque nauem ventis, procellis,
& incurfibus tempestatum in medio vndarum agi-
taram vellet moderari. Ait Sidonius Apollinaris,
Non opinioni eorum assentior, qui summam felici-
tatem in summa potestate consistere arbitrantur.
Ait Flavius Vopiscus, imperari odiosum esse & in-
bere in onere publico, rem deperditam. Quinetiam
hoc merito tanti philosophi, quorum pleni omnes
sunt libri, persentiebant, qui Imperia, Dominatio-
nes & munia popularia contempsero, & in solitaria
domicilia sese occlusere, vt tranquillo otio liberè
indulgerent: siquidem nullum bonum esse, neque
fructum hac vita, quod vitæ solitariæ posset æqui-
parari, opinarentur. Hæc erat dulcissima illa Am-
brosia, suauissimūque Nectar quæ Poetæ esculē-
tum & poculentum Deorum esse, effinxerunt: vt
mirificam dulcedinem quæ diuinarum rerum con-
templatione flagrat, palam facerent. Contemplati-
ui enim, qui in terris versabantur, dij vocabantur, in
cælum collocati. Fructusque contemplationū illo-
rum Ambrosia, & Nectar appellabantur, quocum
animus nutritur & alimentatur, cū adeo sublime
in considerationem & imaginationem conscendit,
& peruolat, vt girum cælestiumque orbium influē-
tiam feriat. Illud ipsum volebant poetæ significa-
re, cū in fictitiis fabulis, memoriæ reliquerint, pul-
chram illum Ganymedem ab Aquila in supremum
montis Idæ cacumen raptum fuisse, & in cælum
elatum, Ioui Astrorum regi oblatū: vt denotarent
eum qui singulari pulchritudine perornaretur, &
contemplatione in cælum illum Idæ montem con-
scenderet, mente ipsa in arcana Solis, Lunæ

*Diogen.
Laert. li.
de vita
Zenonis.*

*Tib. lib. 1.
Elegiæ.*

*Plin. lib. 7
Hystor.
Naturæ.*

& Syderum saperetur, cumque Ioue communicaret, cui Gentilitatis errore infuscati totius cæli dominationem & imperium tribuerent. Vnde Homerus Ganimedem à Dijs raptum vocat. Hi sunt rapti Ganimedis honores, de quo loquitur Virgilius. Poëtæ & Philosophi, huic contèplationi tantum retulere, ut quâuis Hercule monstra deuicisse faterentur, infinitos ac penè inauditos labores, propter virtutem aded versibus poeticis que operibus elatam, perpessum esse, ut totum orbem perterrefacere in animo haberent: non tamen eum diuinum atque immortalè opinati sunt, nisi postquam ab hominum conuersatione solutus, in supremum atque inuium Môtis Oetæ cacumen conscenderit, vbi in maximam flammam prosilierit. His curis & laboribus Herculis, vitam actiuam, vita verò solitaria celsi montis Oetæ, contemplatiuam intelligebant. Et igne quo concrematus est, amorem ac intestinum desiderium prioris causæ qua animus in diuinam contèplationem exardescit. Et cum hic Lybius Hercules vulgo Thebanus Osyris filius vocitaretur, (vt Diodorus Siculus & Berosus Chaldæus referunt) tantam gloriam Græci æmulati sunt, ut omnia hæc ad Herculem Græcum Alceum vocatū Amphitrij & Almenæ filium, tribuere voluerint, uti fufius probat vester Annus Viterbius. Veram enim uerò ij gloriosum & augustum dacentes virum perquam insignem in thesauros suos reponere, qui multis exantlatis laboribus & periculis penitus vitæ solitariæ & contèplatiuæ sese accinxit, Herculem Alceum in præcariis atque mirificis facinoribus Herculis Lybij esse dotatum, effinxere. Quare manifestò apparet, quantopere vitam solitariam & contèplatiuam reuerentur, quippè qui omnem industriam in ea collocabant, semper ab iis immortales asserantur. Hos enim tantum dignos quo posteritati commendarentur, ducebant, qui quietem solitariam efflagitabant, à mundo distracti & semoti qui ut ferunt, Rota Arcaducum conuoluitur, quorum alij pleni, alij verò vacui sunt, nec alios extollit, quin alios deprimat.

*Anni
Viterb in
Commen.
supra Bo
rosam &
sup. Orig.
Caton.*

De excellentia & dignitate vitæ solitaria, de fructu etiam & utilitate historia.

CAPVT V.



Viri qui cum literis & iudicio quoddam habent commercium, hac opinione suffulti sunt, nimirum, Vitam pacatam, rem esse dulcem & tutam: imperium verò acidum & periculosum. Ideò Rex Zeleucus, cum coronam Regiæ manu teneret, dicere solebat, O diadema, multo ditius quàm felix, qui præuidere posset, quantis solitudinibus ægritudinibus laboribus & periculis confligeris, licet te suis calcatum pedibus inueniret, ad te capiendum nollet incuruari. Hoc Lidiadem Regem Megalopolis à Regno spontanea voluntate separari, comouit: cuius vestigia Augustus Octavius imitari flagrabat, si hominem qui tantum onus suis imponere humeris potuisset, nactus esset. Si verò obicias Augusti voluntatem fictam fuisse, siquidem à potestate ferè alienum videtur, ut homo Monarchiam Imperij Romani relinquere desideret, ut ij, qui suus est subditus, sit obnoxius. Quid de Imperatore Diocletiano dicetis, qui non inuitus deseruit, & spontanea fretus voluntate, nec vnquam perquisiuit. Hic Diocletianus cum plurium annorū spatium regnum administrasset, præclara & insignia trophæa fuisse assecutus, mirabilisque Romæ Ther-

mas construxisset, quæ septem mirabilibus mundi meritò possunt æquiparari, imò compluribus illorum anteponi, penitus imperium neglexit, ac dereliquit cum secundis fortunæ ventis veheretur. Ait Ignatius, eum non ingrauescentem ætatem, animiue imbecillitatem commouisse, sed spontaneum & liberum illius arbitrium, tantæque delectatione potitum esse, ut dixerit, se nunquam Solis fulgentioris, lucidiorisque radiis illuminatum quàm cum dominatione imperij spoliatum perspexisset, tanto tamq; graui pondere liber & exoneratus, negotia fugiens, quibuscum obuolueretur: & sese in vicum prope Solonam Liburniæ Ciuitatem abdidit, (sicuti Eutropius & Pomponius Lætus referunt) quo loci cursum & extremam vitæ periodum terminauit mirum in modum hac solitudine oblectatus. Dicebat insuper nos debere Imperatoris commisereri, agricolæ verò inuideri. Quibusdam itaque elapsis diebus à quo tempore in hunc locum abscesserat, Legati Romani eum conuenere, ut rogarent, an iterum Imperij fræna vellet moderari. Et eo instanti quo hortulum ingrederetur ut lactucas colligeret, adorsus sunt, quibus respondit, ne amplius de recipièdo Imperio verba faceret: sed ut ocius his lactucis, suapte manu confitis, vesci permetterent, tum demum ne tanta solitudine defatigarentur. Eius enim erat voluntas rata non deinceps dominatione aggredi, cum vitæ publicæ fructum degustasset, malleg; potius in hortulo runcare, & serere, quàm Imperium Romanum denuò regere. Ait Trebellius Pollio (vt etiam Lætus in vita Diocletiani) eum solitum esse dicere nihil esse difficilius quàm bene imperare. Lætus ait, cum se ab Imperio semotum cerneret, eum repuerascere dixisse, & ex hoc tempore vitam solum adoriretur. Ne igitur alicui hoc esse segnitiam, aut pusillanimitatem, sed virtutem atque magnitudinem, videatur: non enim magnanimi est animi res contemnere quas ij qui ambitione ardent summo desiderio concupiscunt, omne desiderium, aut voluntatem in iis collocantes. Et ne ipsæ historiae fabulæ appareant, conuertamus quæ oculos ad id quod nuperrime attigit, & cum eorum quæ oculos cernimus, memoria, incredulitatis rotam coerebimus, quam ei quod legimus tribuere solemus. Imperator Carolus V. vnus ex præstantioribus virtutèque cumulatoribus Principibus, qui vnquam communi luce potiti sint, cum insignes præclarasque victorias in Africa, & Germania fuisset consequutus, spontanea voluntate ab Imperio, Regnis & Dominationibus sese abdicauit, & à mundo segregatus nulla gloria, aut hypocrisis iactatus in quoddam D. Monasterij Cænobium sese occultauit, quo loci mira cum animi tranquillitate, in hac vita solitaria perseuerans, extremum vitæ diem clausit, qua quidem virtutis splendorem magnanimiq; animi generositatem patefecit. Ait Seneca, magna contemnere à magnitudine animi promanare. Et Quintilianus asserit, illud esse permultas possidere diuitias, eas non appetere. Philippus Macedonum Rex, cum Philosophos ad cænam conuocasset, iussit eis, ut quæstionem grauem & seriam in medium expromerent. Adinque itaque percontati, Quidnam in toto orbe maius esset; alius respondit esse montem Olympum, qui altitudine nubes superaret summoque cacumine feriret, vbi venti nullomodo poterant insufflare: quæ ob causam à Græcis Ὀλυμπὸς vocatur, id est omninò respèdendens. Sol enim eum illuminat, nec vllis vnquã nubibus infuscatur, tū demum aded celsus & arduus est, ut poetæ cælum Olympum vocent. Alius dicebat quodcumq; maius in orbe reperiretur

esset aqua, quæ ignem extingueret, & maiorem terræ partem impleret. Alius Solem esse qui suo splendore aquam terramque opperiret. Alius verò nihil maius in mundo esse, corde, asseruit: quod maiora contemnit & parui pendenda esse ducit (meo iudicio) longius & rectius iaculatus est, cæterisque antecelluit. O celsam, & arduam sententiam proculdubio admiratione æternæque memoria dignam: siquidem nos quantum res mundanæ humiles demissa abiectæ & infimæ sint, commonefacit, eum maiorem gloriam conmereri, cuius animus rendit ut eas flocci faciat, quæ eum qui desiderio eas accumulandi exardescit. Per multa possem meæ orationis filo contexere exempla Gentilium, ab antiquis historijs deprompta, qui non mediocres diuitias munera auctoritates, dignitates, functiones, honores Regna & Imperia contempserunt, ut vitæ solitariæ omnino incumbere, ac dedicarentur. Ij quidem solitudinem, societati & contubernio anteponebant, maioriq; ac firmiori iudicio pollere, cum eos res & diuitias mundi aspernari quam possidere demonstrabant. Verum ne verbis superuacaneis me occupetur oratio, tempusque in historijs Gentilium recensendis teratur, eas relinquendas esse censeo ut vitam probatis verisq; diuinarum literarum historiæ Ecclesiasticarum, sanctorumque Doctorum testimonijs, dummodo vobis haud sit importunum, aut permolestum, fulciam. Nulla enim molestia vestras obturare aures vellè, cum omnino vestris obsecundare desiderijs exposcam. Quinimò (inquit Italus) incredibilem voluptatē in ea de re percipimus: propterea quod diuinæ Scripturæ maiori auctoritate firmantur, humanis pericundiores, magisque cordibus cælarur. Humanæ sunt hominum qui sæpenuerò falluntur, alioque decipiunt: diuinæ verò Dei, qui non fallit, nec falli potest. Quamobrè asserere audeo homines qui diuinam scripturam, earumque utilem doctam & deuotam lectionem relinquunt, tempusq; in legendis fabulis, fictiisq; prelijs, amoribusque lubricis, & impudicis, & obscenis conterunt, publica pœna in cæterorum exemplum, esse multandos. Sed video eos tantò longius à punitione distare, quanto propius adherent, ut eam commereant. Equidem video (inquit Landrensis) diuinam Scripturam, materiam adeò arduam & sublimem esse, ut magno errori mihi verteretur, si priuatim atq; sigillatim diuina eius mysteria collaudare aggrederer: quippè hoc auditorum aures mea illarum intelligentia esset imbueri: materiamque adeo profundam & arduam ordiens, tantoperè animus ex sanguis redderetur, ut primo cursu impetu animo labascerem. Asseram tamen historiam humanam esse utilissimam, quam Cicero fidelem testem temporum, lumen veritatis, vitam memoriæ, magistrum vitæ, & nuntiam antiquitatis, appellat. Vnde sequitur libros fabulis plenos libros historiæ non esse vocandos, sed mendacij: siquidem, ut ait Cicero, historia sit lumen veritatis. Rectè perpendo tempus libris ita profanis & inutilibus non esse infumendum. Sed veræ historiæ, ad multarum rerum utilitatem plurimum conducunt, consilium & sententiam multis rebus ferunt, & ad obeunda præclara facinora excitant. Equidè (Domine) summo gaudio perfundor, cum adeò pulchras & admirandas historias quò vitam solitariam collaudares, citatas, & adeò luculentè dispositas, adduxeris. Et quemadmodum Eques aut Miles (inquit Lusitanus) è suis castris nonnunquam discedit, & in aciem hostium proficiscitur, non ut in eorū potestatem submitatur, verum ut quidquid geratur, quidquid agatur, timeatur, & rursus suos commonefaciat, tanquam o-

Cicer. lib.
1. de Ora-
sor.

culartu explorator. Pari ratione, Theologus aliquando, à libris sacræ Theologiæ peruoluendis, potest desistere, librumque cuiusdam Pagani aut Gentilis peruolutare, non ut Gentilitatem aut Paganismum imbibat, nec minus suorum historiæ lecturas, verum quidquid inter eos geratur, speculetur, subque admoneat, ut ille qui aduersariorum castra adorsus est, non ut cum exoticis commoretur, verum ut aliquid noui afferat, animosque suorum adaugeat, & exhilaret. Adeò magna est historia (ait Italus) ut Regna Imperia & dominationes finiatur: ea verò nunquam deficiat: omnes siue magni siue humiles moriantur, illa semper uiuit. Imperia & Principatus permutantur, alijque adimuntur ut cæteris elargiantur, & transferantur: denique omnia labascunt, illa perstat: eò magis vetus est, eò in pretio & estimatione habetur: tunc enim plus autoritatis habet, cum longinquiribus annis constat. Itaque ne tempus teramus, laudando quod ex seipso satis laudatur, obsecro vos (Domini) ut vestram orationem prosequamini, vestram conclusionem auctoritibus sacræ Scripturæ confirmantes: quoniam ea vera norma est veritatis. Et doctrina quæ sua amissi dirigitur, doctrina est, firmissimis & æternis fundamentis stabilita.

Simile.

Lusitanus præstantiam vitæ solitariæ auctoritatibus Sacræ Scripturæ comprobat.

CAPVT VI.



Rotoparens noster Adam, quoad solus in paradyso terrestri, non à diuinis præceptis transiit, sed quamprimum societatem iniit, ea ad peccatum instigauit, hocq; mortifero pomo nostrarum miseriarum & infelicitatum fomite & scarurigine incitauit. Ex eius primogenitis filijs nimirum Cain & Abel, Cain reprobatus, Abel verò electus est. Ait Scriptura reprobum huc & illuc vagabundū peragrassè, ciuitatemque ut in ea sua cum familia permaneret, construxisset, sed electus vitæ solitariæ deditus agros solus perlustrabat pinguis depascens pecora, Deo sacrificia offerens, seipsum potius quàm agnos sacrificans. Non ex illo legitur eum ciuitatem construendam curasse: ciuitas enim iustorum in cælis est, ubi eorū est cōuersatio. Quidnā significare aut deuotare voluit præceptū à Deo Patriarchæ Abraham datum, ut egrederetur de terra sua, de cognatione sua, & de domo patris sui, nisi ut astutias, technas, versutias & cauitationes mundi, spontaneamque voluntatem, & conuersationem effugeret, vitamque quietam solitariam, otium atque animi tranquillitatem perquireret? Ait D. Ambrosius hoc designare, ut in cælis cōuersaretur: à conuersatione mundanorum negotiorum sese distrahens, cum Deo conuersatus est, omnemque cogitationem ac cor in eum reposuit. Exit nesciens quo iret, ait D. Paulus de ipso loquens in Epistola ad Hebræos ac si diceret, eodem instati quo Deus imperauit Abraham ut è terra egrederetur eo ipso puncto morem gessit, nec ullomodo Deo repugnauit: sed incedebat, sed quò pergeret ignorabat: loci enim quo Deus illum mitebat, erat nescius, à nulloque ducebatur, sed obedientia duce, gradiebatur, quæ in eum locum quò Deus illi iuberet, deduxit. Filiumque diuina gratia & permissione, què præcepit Deus in monte Moria, id est montem-visionis, quo vnà cum filio Isaac incredibili quadam magnitudine, ut eum qui erat primogenitus ex Sara, oculorumque suorum

Genes. 41.

Genes. 12.

lumen, immolaret. Poterat quidem Deus imperare ut filium domi suae mactaret: sed iussit ut e terra egrederetur, solusque cum filio montem sterilem & exuccum, montem visionis nuncupatum conscenderet. Non hoc est absque magno mysterio. Mihi videtur Deum hoc significare voluisse, maxime nostra interesse, filium nostrum qui nostrum desiderium & voluntas est, igne divini amoris, immolare: locumque ad id praestandum commodiorem & convenientiorem vitam solitariae & contemplationis recessum esse. Hic est mons ille arduus visionis, ubi deuota anima mirabilia atque insignia mysteria inuenerit & contemplatur abdita & obtrusa ijs, qui in conualli segnes commorantur nec ad Deum cogitatione & desiderio conscendunt. Ait D. Chrysostomus solitudinem ciuitatibus esse digniorem, omni que terrarum orbe fulgentiorem, & de Abraham loquens, ait, Te obsecro perpende quanto amore hic excellens patriarcha ardebat, ob tranquillitatem, siquidem a tanto annorum spatio quod deinde David dixit obseruaret. *Electus abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Itaque D. Chrysostomus per domum Dei vitam solitariam & quietam interpretatur. Iacob cum tribulationibus agitaretur & a fratre suo Esau persequeretur, a conuersatione fugiens, e domo patris sui in longinquas & alienas terras peragravit, & pergens Haram, tanto tempore cogitabundus & solitarius incessit, ut *Cum venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram & cacumen illius tangens caelum, &c.* Vidit ille in somnis hanc scalam diuinam, quae in extremitate terrae affixa, cacumine caelos contingebat, & in ipso culmine huius vniuersitatis Creator sol iustitiae stabat, cuius diuinus splendor animos accendit, tenebrarumque caliginem disciuit. Sol visibilis latuit, & Sol inuisibilis apparuit. Radij coruscantis solis, qui corpus inflammant, fugiebant ut aliud hemisphaerium illuminarent. Et vidit diuinos solis radios qui animam succendit: sensuum lumen menti lumini commutatum est, splendor exterior, in interiorum versa, sol creatus illi disparuit, Sol qui eum creauerat, apparuit. Vidit Solem diuinum, e cuius splendore omnis alius splendor procedit, ut lumen aeternum, fontem vitae, & essentiam nostrae essentiae. Sublimis & omnipotens Deus hanc visionem parefacere voluit, ex illo Messiam Iesum Christum, Saluatorem nostrum, verum hominem prouenturum: primus huius scale gradus erat Abraham, secundus Isaac, tertius idem Iacob, & exinde omnes alij quos D. Matthaeus in sui Euangelij principio enumerat: donec ad Iesum filium Mariae diuinum Solem, qui in cacumine motis astitabat, caelum referans antea clausum & obseratum. Posset quidem Deus illum hoc mysterium docere, cum domi patris moraretur, cum suis parentibus & amicis conuersans: sed tunc declarare noluit, nisi cum solus pergeret, & somno indulgens ab omni hominum conuersatione separatus. His igitur videtis quantopere sit excellens contemplatio, cum contemplatiui & solitarij somnia negotiatoris vigilijs proponantur. Verum enim uero quid denotare vult Scriptura cum refert Iacob iter Haram transire, locum ubi Tare recubuit, nisi ut conditionem qua cumulandus est is qui vitam solitariam eligere ardet, exprimeret? Haram, Spelunca interpretatur, ut Philo homo Doctissimus affirmat verum eius doctrina Platonica, de quo dicit Eusebius, eum dicendi veritate cumulatissimum, sententijque ditissimum extitisse. Ait D. Hieronymus, Platonem Philonizatum esse (verba sunt ipsius) aut Philonem Platonizatum, quod prouerbium Volaterranus in sua Antropologia recitat. Praeterea idem Philo in libro quem de somnijs composuit, ubi somnium Iacob ad mores reduxit, ait Haram Speluncam & Thare odoris contemplationem interpretari. Hoc antrum & spelunca, quoniam hi solum ibi requiescunt, qui odorem & gaudium in contemplatione percipiunt, Deusque ardua & in scrutabilia sua mysteria ijs communicat, aeternosque diuinorum thesaurorum constituit. Illud est quod ait Propheta Osee, de anima deuota loquens, & homine spirituali. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.* Quasi diceret: In locum solitariam hominem deuotioni deditum & dulci memoriae sapore inebriatum erigam, indeque eum solabor & cor suum alloquar. Loquitur Deus cum ijs, qui torrente negotiorum & rerum circumuagantur, cum mundo pertractantes & negotiarios. Quemadmodum is qui a longe loquitur quasi voce tubae, sed contemplatiuis & solitarijs, quibus amor & patrie caelestis amorem tam felicem, aded ardentem & solitudine plenum propaget, ut eos multarum lacrymarum haeredes constituat. Ita propius Deos alloquitur, ut sit in eorum cordibus, cum ijs sermocinans, eos solatur & adhortatur, cum oculis lacrymas quae a suis effunduntur, proponat. Pascebat oues Moyses in deserto Madiam, cum Deus illi in rubo apparuit, qui ardebat, sed incombustus manebat, eumque pro suo legato misit & Primipilum Israelitarum Ducem constituit. Solus existens cum eum alloqueretur, & in suas manus Legem traderet. Isaias solus erat cum Dominum vidit sedentem super solum excelsum & duos Seraphim alis velatos vidit volitantes. Helias & Heliseus deserta soli peragrabant, ut etiam filij Prophetae cum Deo loquentes, & de mundo triumphantes, quamplurimique alij, de quibus ait D. Paulus ad Hebraeos, scribens. *Quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & cauernis terra.* Ac si diceret, Deus ab humana conuersatione multos segregauit, non enim ijs dignus erat mundus qui a tumultibus & disceptationibus semouebantur & distrahebantur ab hominibus segregati, loca inuia & solitaria peragrantes celsis montium anfractibus aberrantes, in profundis speluncis latitantes, abyssis, antris & terrae visceribus obuoluti & cosepulti. Deus ab Vr Chaldaeorum Abraham extraxit, Iacob a Mesopotamia, Moysen ab Aegypto, Heliam & Heliseum, ab Aulicis Samarijs. Et filios Prophetarum a Iudae conuersatione: denique Deus suos dilectos a mundi contubernio abduxit, & in vitam solitariam extulit, ubi magna & incomprehensibilia mysteria eos perdocuit. D. Ioanne Baptista in Eremum pergebat. Illemer, de quo multis ante annis Isaias prophetauerat, dicens, *Vox clamatis in deserto.* D. Ioannes Euangelista in deserto residebat, in Insula Pathmos, cum Deus illi Apocalypsim reuelauit. Eunuchus Candaces Reginae Ethiopiae, desertum peragrabat ab Ierusalem veniens, cum D. Philippus illi apparuit, qui sacra Scripturam est interpretatus, sacri baptismatis fonte tinxit, & rebus fidei informauit, ut refert D. Lucas in Actis Apost. Solius horae spatio maiores progressus in deserto effecit, quam toto tempore, quo in ciuitate commoratus est. Quid amplius restat, nisi Iesum Christum, Redemptorem, & caelestem praecceptorem, sapientissime loca solitaria petiisse, ut nos exemplis & praecceptis imbueret, ut plura Euangeliorum loca testantur? Et D. Matthaeus ait. *Ductum esse in desertum,* hoc

D. Chryf.
hom. 33
super Genes.

Psal. 83.

Genes. 28.

elef.
Volater.
in Antropologia

Osee. 2.

Exod. 16

Isaie. 6.

8 Reg. 1.

Hebr. 1.

Isaie. 40.

Apoc. 1.

Act. 8.

Matth. 4.

Euseb. in
hist. Eccl.
cap. 27.
D. Hier.
in catal.
Scrip. Eccl.

hoc denotans. S. Spiritum esse illum qui nos ad re-
ceptum & vitam solitariam perducit: & ecōtra dia-
bolus trahebat atque ducebat solitarios & reclusos
per ciuitates & humana negotia: ait enim ipsemet
Euangelista, diabolum, Iesum Christum per ciuita-
tem duxisse, vt an eum deruderet experiretur, pin-
naculumque templi demoliretur: eius enim munus
est moliri, vt solitariæ & contemplatiuæ viæ inui-
gilantes detrudat, eosque in cœnum & volutabrum
mundi negotiorum projiciat. Vt deinde tumulo &
sepulchro voluptatum & flagitiosarum corporis il-
lecebrarum cōlopiat. Hlud voluit palam facere sa-
cra Scriptura, cum in libr. Numeror. ait, Cum filij
Israël de solitudine Sinai egressi fuissent, venerunt
ad Sepulchra concupiscentiæ: sapissimè enim acci-
dit Monachos hominésque solitarios quietæ & con-
templatiuæ vitæ deditos, per celsum Sinai montem
significatæ, aded superuacaneis rebus & negotijs
inutilibus & periculosis immergi, & deinceps
aded confusionis retijs impleri vt in mundi sinum
vitam exhalent & in sepulchro nefandorum aper-
tuum consepeliantur, seipsos pessumdantes, à
Deo deficientes, nec vlllo modo pretiosum thesau-
rum cuius Deum admittendo, iacturam faciunt,
animaduertunt. Notandum est, vbi communis
versio scribit Sepulchra concupiscentiæ, Septua-
giata interpretes, ponunt memoriam desiderij. Et
hoc pacto recitat D. Hieronymus. Pericunda enim
& fallax memoria, quæ ab effrenato & corrupto
desiderio promanat, putridum & graueolens est se-
pulchrum, quo impij vini sepeliuntur. Et vt hæc
vincantur desideria, radicésque occentur, eaq; nos-
que ipsos ditione frenemus, solitudo, societate oc-
cupata & distracta, aptior & conuenientior est. Non
ergo abs re ait Hieremias in Thren. *Sedebit solita-
rius, & tacet, quia leuabit se super se.* Qui in Regum
comitatibus versantur, superbiæ fumo infuscati,
ambitione verò inflati, percutrunt & multis cum
laboribus diuagantur: solitarius verò & contempla-
tiuus in quiete firmus adhæret. Ambitiosus nunquã
do suis negotijs loqui intermittit: solitarius verò
seclusus, ea omnia silentio præterit. Nam quemad-
modum inutiles de vanitate sermones negotiatorum
nota & insigne est. Ambitiosi negotiatores laborant
vt ceteris imperet: sed solitarius ab ambitione exu-
tus vt sibi ipsi iubeat, plurimum studet. Hoc signifi-
cat solitarius in silentio sedere, quia leuabit se su-
per se. Non cœca opinione & temerario genio du-
ctus sese eriget, nec arrogantia vela distendet aut
explicabit: sed seipsum deuincet: animus carni do-
minabitur, & nouus homo, qui secundum Iesum
Christum est, hominẽ veterem qui est secundum Adã,
detrudet, & debellabit. Cùmque in his terris contem-
plationi adhaerit, in cælis conuersabitur mundo
mortuus, in Iesu Christo viuus, qui cum D. Paulo

Galat. 2. Apostolo potest dicere: *Vino autem non ego, viuit ve-
rò in me Christus.* Eapropter Sanctus ille Propheta
Jerem. 9. Jeremias Isnaëlitaram lumen alio loco dicebat.
*Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, &
derelinquam populum meum & recedam ab eis?* Ac si
diceret: Quis me in desertum deducet, quo aliquod
antrum & speluncam, vt concludat, nanciscar, quò-
ue nullus possit ingredi nisi quidam peregrini &
viatores, si forte fortuna illac aliquis permeat: vt
derelinquam meum populum & ab hominum con-
uersatione me separem. Hoc dicendi modo vtoba-
tur S. Propheta, vt conceptus suos patefaceret, &
quã opere ad vitam solitariã deuolare arderet: vt e-
nim ait D. Bernard. Os est ianua & officina cordis.

Ostendit Iustanus noui Testamenti exemplis, vitæ soli-
tariæ præstantiam.

CAPVT VII.



Anegandus est nobis mundus, ante-
quam nos deserat: ne formidabilis
mortis nox, nos falsis mundi gaudijs
indulgentes, intercipiat. Ad quod
præstandum, vita remota, & solitaria
nobis est inuestiganda: vt in præsentiarum exem-
plis sanctorum præter alias sacræ Scripturæ autho-
ritates quas in medium adduxi, comprobare non
dubitabo. Magnus Onufrius (vt Sabellius narrat)
aded profunde per inospita deserta, & salebrosas
cautes intrusus est, vt nullum vnquam mortalium,
siue virum siue mulierem ab annis sexaginta vi-
derit. Hæc loca inuia & solitaria solus peragrabat,
has nouas regiones quò nullus vnquam transierat,
formidandis atque horribilibus terroribus plenas
lustrabat. Et si qui cum Deo est, solus dici potest,
solus per hæc deserta habitabat, finem huius morta-
lis vitæ expectans, vt aliam vitam, cuius non est
finis, aggrediretur. Oculis madefactis incedebat,
quibus anxium cor distillabat, hunc canens Psal-
mographi versum. *Singulariter sum ego donec tran-
seam.* Ita solitarius vsque ad extremum vitæ efflu-
tum peregrinabor per calicem mortis ad veram vitæ
regionem. O sælicem permutationem. Hoc D.
Paulum primũ remittam D. Anton. alijsq; inau-
meros in deserta loca se conferre mouit, & à mundo
abhorretere, quo loci semper orationibus, & contem-
plationibus intendebant, nihil aliud præter Iesum
Christum efflagitantes. Gloriosus D. Hieronymus
Roman cum omnibus voluptatibus dereliquit, vt
in eremum magis perhorridum, spectris atque om-
nibus terroribus plenum, quàm effera & formidabi-
lia, possint concipere, sese abdidit, quo loci neque
præterfluenti riuo, amœnis ac fragrantibus arbori-
bus solabatur, sed tantum arduis Pinis, magis lugu-
bribus & tristibus, quàm oculorũ in dicio iucundis aut
ridentibus. Verũ feruidus Iesu Christi amor hæc dul-
cia pericunda & pulchra obtutu colorabat, tan-
tæque oblectatione captus in hac solitudine vitam
ducebat, vt aliquando diceret. O solitudo, in qua
lapides, quibus ciuitas Regis Magni ædificatur
de qua D. Ioan. in Apocal. loquitur, enascuntur. O
Eremita in quo maiori cum familiaritate Dei miseri-
cordia degustatur. Alia verò Epistola, in qua vitam
quam in deserto egerat recenset, his verbis. Sede-
bam solus, quia amaritudine repletus eram, horre-
bant sacco membra deformia: & squalida cutis si-
am Æthiopiæ carnis obduxerat. Quotidie lacry-
mæ, quotidie gemitus: & si quando repugnantem
somnia imminens oppressisset, nuda humo vix ossa
herentia collidebam. De cibus verò & potu taceo,
cum etiam languentes Monachi aqua frigida vtan-
tur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur,
ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse
damnaueram scorpionibus tantum socius & feris
sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ie-
iunijs, & mens desiderijs aestuabat in frigido corpo-
re, & ante hominem sua iam carne præmortuum, so-
la libidinum incendia bulliebant. Itaque omni au-
xilio destitutus, ad Iesum iacebã pedes, rigabã lacry-
mis, crine tergebam, & repugnantem carnẽ hebdo-
madarũ inedia subiugibã. Non erubescio cõfiteri in-
felicitatis meæ miseriam, quin potius plãgo me nõ esse
quod fuerim. Memini me clamãtẽ dicẽ crebro iuxisse
cum

Psal. 140

D. Hier. in
Epist. ad
Heliodor.
Idem Ep.
22. Ad.
Eustach.

elef.
Volater.
in Aro-
polog.

Osec. 2.

Num. 33

D. Hier.
in tract.
de miseri-
si v. l. s.
rael.

Eccl. 16

Isaie 6.

8 Reg. 2.

Hebr. 1.

Thren. 3.

Isaie. 40.

Apoc. 1.

AG. 8.

O cordis
officina.

Matt. 4.

cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam, & mihimet iratus & rigidus, solus deserta penetraui. Sicubi concaua vallium aspera montium, rupium prærupta cernebam, ibi mea orationis locus, ibi illud miserimæ carnis ergustulum, & ut mihi testis est Dominus: post multas lacrymas, post cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus gaudensque cantabam, *Post te in odorem vignentorum tuorum curremus.* Hactenus D. Hieronymus. Quis non videt, quam maiori gaudio & desiderio sanctissimus hic vir, in deserto ætuabat, ibi sub se eleuatus Angelorum agminibus interesse cernebat: quã illud quo negotiatores, & seculi curis adhærescentes fruuntur, qui inanibus onusti cogitationibus eiusdem farinae homines insectantur? Tristitia qua ob peccatorum memoriam premeretur quæ Mundus in Iesum Christum patrabat, in suum gaudium vertebatur. Mundi peccata vehementissimum dolorem progigebant, hic verò dolor gaudium & alacritatem illi pariebat: si aliquando tædio quodam concutiebat: dolebat quod illud non grauius atque asperius pungeret, quam exposcebat: hæcque ægritudo in latissimū fructum mutabatur: Et fructum, quem Sancti in solitudine degustant multo sapidius ac delectabilius esse quam eos, quos in ciuitatibus peccatores degustant. D. Bernardus Doctor ecclasticus, ait, nullum maiorem laborem homini contingere quã terrenis desiderijs inhiare, neque dulciorem, aut tranquilliozem quietem, quam nihil mundanum expetere. Et, ut hi sancti viri nihil à mundo exposcebant, viuebant etiam gaudentes & solati in locis solitarijs: amabat enim eos Deus, fouebat, aderat, docebat magnaue & ardua mysteria reuelabat. Nam ut ait Diuus Chrysostomus, locus ad Christianam Philosophiam aptus & idoneus solitudo est: secus vero qui mundi negotijs obuoluuntur, obtuso sunt ingenio, & eò mentem terrenis rebus adijciunt, densissimilq; rebus incurant cogitationes, eò minus cogitationem in cælum deflectunt, ut incognita, & ardua secreta & mysteria penetrēt. Ut ait D. Gregorius eò anima curis & solitudinibus oneratur, eo dimittitur, minusque in sublimia erigitur. Nō erat huius rei nescius D. Augustinus cum diceret, solitudinem piam esse exercitationem nostro iudicio & sensibus consonam & pernecessariam: & non immeritò, siquidem maior virtus apparet minusque occasionis propter vitium serpit. Ideo ait D. Gregorius, hæc verba D. Matthæi declarans, *Spiritus exultem in deserto*, ait. Non spontanea voluntate diuinus Spiritus residet, vbi sunt contentiones iurgia tumultus & dissidia: sed liberè propriam mansionem in loco solitario facit. D. Hieronymus. In solitudine, (inquit) plura euitatur peccata. Petrarchus vitam solitariam, turrim firmisissimis propugnaculis vallatam vocat, & portum securum contra tempestates & procellas perfugium. D. Chrysostomus, illud os aureum, eloquentiæ fons, virtutisque cumulus ait, Rex vrbiū, regionem præfecturam gerit, prætores, prætores, exercitus, Populos, senatus, suo vnus nutu agens. At monachus iræ, inuidiæ, auaritiæ, voluptati, imperat, assidue speculans, ne suum animum obicænis effectibus non subijciat. Inuenies hunc cum dæmonibus pugnantem, eundemque & superatē & vincentem. Regem verò cum barbaris bellantem cernas: quantò autem hominibus dæmones terribiliores sunt, tantò splendidior est, qui hos superat, eo qui illos vincit. Quod si causam belle perdiscere cupis, magnam pro-

D. Chry-
sost. 3 bo
milia sup.
Marc.

fectò inæqualitatem reperies. Alter proprietate, & Dei cultu cum dæmonibus bellum gerit, vel vrbes, vel vicos ab errore asserere desiderans: alter cum barbaris digladiatur, pro locis finibus, opibus raptis, illum auaritia, atque adeò iniusti principatus ambitione & pugnam prouocante, vbi certè plerique plerunque, reges maiora cum appetuissent, parta amiserunt. Iam ad vtriusque vitam & gesta descendamus. Re vera hunc inuenies cum Prophetis versantem, Pauli sapientiæ animum exortem, assidue à Mose ad Esaiam: ab Esaiam ad Ioannem à Ioanne ad alium quempiam transeuntem. At Regem Assidua centurionum prætorum & spiculatorum consuetudine abutentē, &c. Hactenus Chrysostomus. Quibus verbis denotatur Regem mendacibus & assentatoribus aurem præbere, præcipue cum ab ijs laudibus, fraudum & technarum incude contusis extollitur. In summa Regem cogi tale scurratorum genus audire, quibus sæpenumero fides non est adhibenda. Hoc enim incommodo sunt obnoxij Principes, nullos secum interesse, qui intemerata fronte veritatē illi manifestare audeant. Quid amplius restat nisi quosdam Papas extitisse, qui à summa Potestate sese dimouerunt, ut vitæ solitariæ incumberent, qui nunc cum Iesu Christo Deo nostro in cælis conregnant? Et Ecclesia sancto Spiritu ducta & moderata, eos in Catalogum sanctorum annumerat. Quamobrem cum adeo præstantes & egregij viri tanta doctrina, eruditione, virtute, & sanctitate afflati, hanc vitam pro solitaria abnegauerint, eamque mirificis summisque laudibus cumularint, humilesque eremos opulentissimis potentissimisque regnis anteposuerint: necessariò vitam solitariam, publicæ antecellere, fatendum est. In hoc enim summa nostræ orationis debet consistere, ut dicamus, quod non putamus, & putemus quod non dicimus.

De silentij vtilitate, de nimia loquacitatis periculo, de fallacia, & mundi vanitate.

CAPVT VIII.



Quid Aristoteles profert (inquit Italicus) veritati consentaneum est: homini docto nihil nouum atque inuitatum esse: ingenue fatebor, me ignarum esse: quippe multa cum exquisita, tum rara & (meo iudicio) insignis nouitatis & admirationis de vitæ solitariæ laudibus peroratus es. Verum in ea defectum comperio, nimirum priuationem locutionis & conuersationis, mihi que videtur solitariū nullo gaudio aut alacritate posse affici cum nullus ad confabulandum & conferendum illi assistat, proculdubio enim nihil est iucundius nihilque gratius quam cum hominibus sapientibus & perurbanis aliquid agere, potissimum si doctrina orientur. Verum illud est (inquit Flandrensis) vbi nullus est sermo neque gaudium esse potest. Ut hoc comprobem non aliud subiectum & argumentum peto præterquam illud quod nunc tractamus. Quod gaudium in hoc terrarum orbe potest reperiri, cum sermonum læticia cœquandum? Cur tantis tamq; præclaris rebus quas discō, valerem imbui, nisi hoc tantillum conuersationis pensissemus? Ego verò (inquit Lusitanus) qui exprimerem, nisi in quietis solitariæ aura didicissem? Effer (inquit Flandrensis) quicquid gratum videbitur. De me hoc velim existimes conuersationem, bonosque sermones dulcissimum esse animæ alimētum, ab eaque distrahi, ut eremitica vita seligatur, cruciatum pergrauem esse duco: quippe illud est cor hæc fami-

familiari comiq; sodalitate, qua depascebatur, orbare. Quamobrem compertum est solitarium ab omni humana conuersatione separatam rebus quo gaudium desideriumque flectit, intensus: nisi stirpitis recordationem rerum mundanarum e memoria deleuerit. Non dubium est (inquit Italus) quin sermo thesaurus sit excellens, quandoquidem nobis ad nostros conceptus exprimendos sit concessus, veluti vsus scripturae ad nostras orationes explicandas. Cum autem nostri conceptus diuersi sint, eos etiam varijs hominibus comunicari necesse est. oratio enim ad auditorum capacitatem conformari oportet. Hoc vsu venit ijs precipue qui Principum Aulas sectantur, pluribusque Magnatibus famulantur, quae diuersa hominum genera, vt cum ijs aliquid conferant, nanciscuntur: vt etiam accidit ijs qui negotia politica pertractant, quod quidem in vita solitaria fieri non potest. Cum igitur sermonis praestantia in solitudine desinat: quod sane vitae hominum perutile & pernecessarium est, nescio qua ratione ducaris, vt tantis tamque superuacaneis laudibus id quod immeritum est, exornes. Si amputes, rescesque arborem (inquit Lusitanus) surculus continuo adolescit, & latius desursum extenditur, luculentisque folijs & floribus decoratur: & eò in cacumine ramos dilatat: Sic solitarius eò magis conuersationes & humana gaudia occat, eò magis in contemplatione suorum desideriorum crescit. Et quemadmodum Deus manna & panem caelestem filijs non est largitus, nisi postquam farinam Aegypti comedisent: non etiam Deus consolationem spiritali hominibus impertit, nisi postquam corporea reiecerunt. Etenim illud dissidens est, anima eodem tempore duabus consolationibus cumulari, sibi inuicem repugnantibus. Et quanto magis solitarij à rebus mundanis elongantur, tanto magis de caelestibus sunt benemeriti. Et eò contra qui in Aulis & Palatijs Principum versantur, morem Magnatibus gerentes, aut eorum negotiorum curam habent eò magis quietem perquirunt, eò minus inueniunt. Propterea quia optant in rebus quae ex se nullam quietem possident, requiescere, & manu rapidissimum ingentium negotiorum humanorum fluminum cursum retardare posse opinantur, quae continuo impetu rabie & inundatione fluunt: donec illud vastum & immensum mortis pelagus attingant: ijsdem sermocinationibus & conuersationibus perturbantur, milleque dissidijs contentionibus, molestijs odijs, dissensionibus, alijsque infinitis malis eos afficiunt. Riuiusque cursus cum non longe a fontibus distingitur, facili negotio possunt retardari, sed quae primum longius percurrerunt, aquaeque quis perniciosissimo murmure agglomeratur, Torrentes Torrentibus, aluei, alueis, impetus & furor tantum serpit, vt omnia occurrerentia diripiatur: sic dissidia iurgia, lites & contentiones, initio quidem primisq; insultibus possunt sopiri: & si quid fractum aut disiunctum fuerit, potest coglutinari: verum simulac verbis verba supernatant, iniurijs iniurijs, errores erroribus, furoris riuius adeo inflatur, rapidusque & furiosus redditur, vt irae furoris & odij aquis vnà conglobatis, vitae agros & animarum plantias stirpitas labefactat. Nescio qua occasione linguam & sermonem collaudetis. Nam quamuis aliquando praesint: saepius tamen nocent. Aiebat Simonides (vt refert Plutarchus.) Non penituisse quod tacuisset, sed quod multoties fuisset locutus. Et idem Plutarchus ait, silentium sagaciter moderatum, & dispositum supremam esse sapientiam longe sermone praestantior. Afirmat Plinius, Oratorem non minore dotari virtute cum tacere scit, quam cum scit loqui. Pittacus ait, Qui nescit tace-

re, nescit loqui. Inde Pythagoras qui adeo sermonibus parcus, quam operibus profusus, tacendi modum, cum alij dicendi methodum aperiant, edocuit. Ideo sua Rhetorica magis in praecipis tacendi, quam in praecipis loquendi consistit: quantum enim lingua nimiaque loquacitas mali afferant, haud ignorabat. Et ne tempus in percussendis Gentilijs exemplis conteratur, vtat verbis Salomonis omnium mortalium sapientissimi, qui in Proverbijis ait. *In multiloquio non deest peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Alio loco ait, *Mors & vita in manibus lingua.* Os clauis prudentiae obserandum & occludendum est: ita vt in primis verba Lydio rationis experiantur, priusquam in linguam immittantur, neque absque iudicij licentia effutiantur, quod est oris custos & clauiger. Illud ipsum dicebat Propheta in Psalmo, *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labijs meis.* Voluite diuinam scripturam, praemanibus volumina sanctorum Doctorum habetote, clare quidem intuebitur quae magni sermones nobis sunt pendendi, tanquam nuntij & antesignani cordis. Vt enim ait tritum Proverbium. Ex cantu cognoscitur avis. Ait D. Ambrosius, eum sapientem esse, qui scit tacere, & quoquomodo necessarium esse, vt modus tacendi discatur. Perbellè sane, silentium enim non laedit quenquam, multiloquium vero pluribus officit. Nulli sunt gladij adeo acuti, quique maiorem sanguinis copiam effundat, magisque homines interimant quam subdole & petulantis linguae. Lingua ad instar ferri hastae confecta est, multo vero periculosior, & peior: haec enim solum corpus, lingua vero animam transfodit. Haec vitam in discrimine ponit, lingua vero honorem labefactat, vulnus hastae facili negotio curatur: vlcus autem famae sero aut nunquam solidatur. Lingua igitur nobis maxime curae esse debet: os enim semper loquax est crumena sine resticula, ostium absque vestibulis & sera. In li. Numerorum praecipiebat Deus vt defuncti olla quae absque tegumento inueniretur esse immunda. Quidnam sibi vult hoc, cum Deus imperet ne olla ore aperto maneret, nisi etiam vt os occludamus frenumque ori nostro imponamus, imperare? Sed haec tanta utilitatis praecipia non obseruamus. Quodque peius est plures hominum, eò ignorantiae tenebris immerguntur, eò magis loquendi licentiam aucupant, & saepissime tanto cum dedecore & scádalo, vt nullomodo hoc sit tolerandum: praecipue cum qui loquuntur impias cogitationes odia & inuidias euomere oblectantur. Etenim inuidia mola est, qua maleuoli & obrectatores petulantes linguas exacuunt, vt bonam alicuius famam praescindant: licet tamen in ijs multa obiurgatione digna reperiantur, imò tota eorum vita sit resarcienda. Horrendum sane est, cum maledici honorem bonorum discerpant, nec vnquam quiescunt, quin articulatim eos dissipant ac comminuerint. Eo pacto viuas famas dilaniat, in frustra palam omnibus discindentes, nec in memoriam renocant, rationem quam Deo sunt reddituri, veluti, qui nunquam se à morte praeripi putent, vitaeque tanquam permanens hereditate potiantur, vnde fit vt nunquam ad frugem redeant: imò in peius blaterant, ac si in clarorum & virtute affluuntium virorum corrodenda & mordenda fama saginarentur. Eo etiam modo cum de alijs detrahunt, vitae iacturam faciunt, & adeo insolenter & immodeste debacchantur, vt ratione frenis linguae laxatis, spoliuntur. Et vt vasis vacuis magis liquoris, quam plenis infunditur: sic omnes ferè ignari magis quam sapientes & prudentes loquuntur, magisque officiant. Et veluti rapidus riuius qui, per stagna paludesque percurrit, mul-

Simile.

Exod. 6.

Plut. r. l. lib. de lib. instituc. dis.

Prov. 10.

Isai. 140.

D. Ambr. 1. lib. Officior.

multum luti & cœni secum trahit: sic nimirum loquax tempus in rebus superuacaneis & odiosis frustra consumit multos deturpat & contaminat magisque sibi ipsi nocumento est. Diuus Hieronymus, longè antè inquit animo præuidendum est, quid paucò momento sumus dicturi, vt nos male locutos, nequam poeniteat. Sine dubio igitur est certam esse hominum conditionem quibus carere lingua expediriùs esset, cum melius quod effutiant, sit, quod non effutiant. Ait Gregorius. Qui tacere scit, scit etiam loqui. Loquacitas nimia sæpenumerò damnosa & perniciofa est, saltem verba otiosa, adeò ab ijs abhorre-re oportet. Nam vt ait D. Paulus, *Corrumpunt bonos mores colloquia praua*. Et ne tempus in censuris & inuectiuis deperdamus, ea omnia cum illis Iesu Christi annecto, qui ait, *De omni verbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij*. Si de otiosis rationem est à nobis expetiturus, quid faciet de intoxicatis & pestiferis? Porro nimia loquacitas sapius verbis tabidis immiscetur. Ideò nullomodo expetenda, nec laudanda, sed tantum pertimescenda. Cum igitur verbum periculosum sit, silentium autem securum, non video quo pacto vitam solitariam vituperetis, cum sermocinatione & conuersatione destituatur, quandoquidem ipsi solitarij tacentes de Deo loquuntur, solique peregrinantes concomitantur. Verum si præter ista, vita penitus solitaria, ab omni sermone & familiaritate remota, vt ea Eremitarum non vobis probatur: saltem vita solitaria eorum qui in deserto perrexerunt vobis sit cordi, qui sua tēpeltate cum virorum prudentum & de virtute bene meritorum à mundi curis & negotijs semotorum, conuersatione potiti fuerint, huic solitudini & recessui maiorem temporis partem deuouent, seipsos intra solitarijs rupes meditando, magis exercentes, quam si in conuentu quorundam sermocinarentur: Etenim frequentes prolixique sermones, & potissimum si odiū redoleant ingentes tumultus excitant magnaque negotia & commercia solitudines tedia, & mœores conscientia pariunt, cor perturbant, id produtione quadam & perfidia ad venatum ducentes, nedum vllam prædā capientes, nisi quod seipsum suffurantur. Vnde fit vt complures votis non potiti viuant, & de vita quam ducunt deblaterent, & viritim iuxta modum & consuetudines mores omnium emendare moliantur: cum iisdem maiori correctione indigeant. Ait D. Nazianzenus, quemadmodum nauta à fluctibus maris in terram rediens, stupefactus remanet, cum terrā vltro citroque circumuolui sibi videatur: non quod illa moueatur nisi motu quem animo cōcipit fluctuum & vndarum agitatione ingeneratum, quod humores cōmouet: sic Aulicus, de Senatu & Principibus detrahit, de iniustitia blasphematur, cupit viuos & mortuos subiugare, sibi que videtur terram currere: quod quidem prouenit ex eo quod vndis maris huius mundi conuoluitur, mille infortunijs & discrimibus exagritus. Quibus quæso gaudijs & alacritatibus exhilarari potest is, qui quotidie sinistrum à suis oraculis responsum debet percipere? ad suorum negotiorum infelicem exitum reduci, in alios debacchari, obsequia perperam insumi & omnium desideriorum surculos videt amputari? Quanam quiete vitam ducere potest is, cuius anxium cor fornax efficitur, qua omnia nunquam completa desideria calefcunt, & incus qua infiniti labores ærumnarum malleis contunduntur? Ego verò nescio quo pacto suis votis & desiderijs satisfaciant ij, qui tunc tēporis feruidis & inexpectis votis & desiderijs exardescunt, nunc frigidis desperationibus congelantur, nunc tristi mœore diuexantur, nunc abundantius oculi eorum lacrymis ma-

dent, homines qui seruiunt, neque sciunt, cui, nec cur seruiant, iudicio & deliberatione ancipites, cogitationibus varijs, desiderijs vani, laboribus impatientes, beneficijs ingrati, sermonibus fracti, operibus multi, negotijs vagabundi, mille infortunia milleque incommoda in dies perpetiētes, nec ad extremā periodum ea valentes perducere. Præterea, ne exitu perficiantur vitam pungunt & acie fallacium desideriorum, stimulis agitant. Magnam quidē Deus gratiam confert ijs, qui ex his inuolucris remoti in quoddam tuguriū sese conferunt, vbi paterna rura bobus exercēt suis, negotiantes & lucrum ab agris nunquam ingratis reportantes, vbi Deo seruiētes votis satisfaciunt: à nimijs sumptibus abhorrent, iniurias obliuioni tradunt, appetitus corporis effrænatos coercēt, spes rescindunt, die gaudio & lætitia perfusi vigilant, nocte verò absque vllò timore, aut terrore somno indulgent: & denique quo quiescant, mundum nihili æstimantes, qui eum omnino contemnit, sed Deo rationem & obsequium reddētes, qui secundum nostra opera nobis redditurus est. Quidnā amplius requirit, qui vitam continuo fugere, mortemque imminere præsentit? Hoc verum est, & contrarium dolis & technis plenum est. Quidnam amplius petit Christianus, nisi vnum panem in pace possidere, cum quo sustentari valeat: modumque vitæ pacatum inuestigare, quo mediante suis mederi necessitatibus Deoque quietē morē gerere, queat? Heu quam fausta quies est illa vitæ solitaria, o quam felix tranquillitas, o quam dulce gaudium & solatium! Quicumque propius illam intueri desiderat, oculos in laboribus & occupationibus procacium seculariorum deflectat, videbitque gratiam cuius quietos solitarios facit participes. Negotiator curis & sollicitudinibus adstrictus summo diluculo expurgiscatur, vsuis cogitationibus exsuscitatus, cumque non vsque ad profundum somnum, quiete priuatum, à cœlo seiunctum humiq; reptantē, sinant oscitari. Et primum quod in cogitationē occurrit, est vt suā exacuet accē, tela ordiatur, retia tendat, vt alios implicet, seipsum verò inuoluit. Denique primum quod parit, & ex vtero voluntatis emittit, est quomodo Deum possit offendere. Contrā verò solitarius, summo mane cantu philomelarum, aliisque volucrum musica surgit, qui eum inuitantes, agrestibus cātulenis, suscitant, vt Deo laudem intonet, & experrectus Deo se commendat, eius laudibus omnino se deuoueat, & in cœlū oculos dirigens, ad cœlestem patriam anhelet: constans & firmus in officio diuino, perfectus & plenus suis continuis meditationibus, prædulci animi edulio cor enutrients & alimentans. Equodnam igitur in mundo gaudium est, quod cum gaudio vitæ solitariae possit æquari? Quænam hac in vita sunt diuitiæ, quæ cum his comparata, non sterquilinum, cœnū & eiusmodi quiddam vile & fetidum appareant? Hos pretiosissimos & exquisitissimos thesauros is possidebit, qui perfectè mundum cognoscere ardebit: eius insultus, fraudes, & fallacias fugare? lubrica & inania eius desideria contemnere, & ita inconstantem eum habere, vt nullo adminiculo aut fundamento possit inniti. Si mihi creditis, ne mundo credatis: incredibile enim capitur voluptate cum eum qui maiori æstimatione prosequitur, decipit: sub pauculo auro multas addit putredines, sub veritatis vmbra mille mendacia effutit, vt vni voluptati, mille dolores immisceat: & tandem maiora detrimenta ijs quos fallit molitur, licet sub spe maiorum bonorum. Cur ergo potest mundo fidem adhibere, cum sit fallax? Cur eum sequitur cum sit errans & vagabundus? Cur illi seruiamus, cum tanta in nos ingratitudine vtatur? Cur eum amamus cum sit cu-

fit capitalis inimicus? Præclaros deicit & deprimat, infimos autem & inglorios extollit, viles & abiectos honore afficit, infamia verò virtute præstantes dehonestat. Bene meritis & claris hominibus dignitates tollit, easque impiis & sycophantis elargitur. Itaque præstantior virtus, vt eas mereamur, est vt eas nunquam obtineamus, si quidem merita metitur, non quidem iusti ponderis subdola opinionis. Mundus est fera adeò callida & versipellis, vt suos ipsos implicet, promouet, vt annihilat, extollit, vt pessundet. Sic fumo similes sunt, qui ascendit, & tandem in maiori altitudine annihilatur. Quidnam igitur à mundo sperari potest, cum eius spes sit desperatio, gaudium, mœror, pax bellum & discordia, decus infamia, vita mors & denique bonum malum? cum virtutum sit dissipator, fautor verò vitiorum? Quidnam à mundo potest sperari, cum suos perdat, destruat, & deprimat? Malorum causa est, vt mala patret, bona largitur, vt eripiat: permittitque lucrari, vt perdamus, nunquam enim præsto est vt quemquam extollat quin subito eum per calcatum pergat vt funditus euertat. Nihilominus tamen innumeros habet alumnos qui eum venerantur maximoque honore prosequuntur, qui vehementi cupiditate & ambitione suorum fauorum inflammati, non intus & in cute eius technas & impietates villo pacto possunt agnoscere. Et tantum abest, vt ab officiis, muneribus publicis dignitatibus aliisque muniis periculosis velint exonerari, quin potius per fas & nefas ea omnia concupiscunt: nec diuini obsequij cultusque recordantur, nisi vt vecordi & peruicaci opinionioni obsecundent, quod vulgo honorem vocitant, & vanitates atque voluptatis desideria exsaturent. Dissident itaque de his rebus, tanquam re utili, multumque conscientia proficue. Quemadmodum Nautæ qui cum nauim procellis agitatum ruituramque intuentur, in mare iniiciuntur vt quis eorum prior laminam auram immersuram arripit experiatur: interim tamen laminæ pondus eos attrahit, & in profundum præcipites demergit: contra verò ij qui magis suæ utilitati consulunt, quam ad capiendam illam laminam auream aspirent, naufragium euadunt incolumesque in terram firmam insiliunt: ita illi qui de Magistratu muneribus, & dignitatibus publicis disceptant, nauim eorum quietis vndis obuoluunt ac submergunt abs pomosis mundi maris vndis sepeliuntur, ac absorbentur: nec opinantes, laminas aureas, quanuis exterioribus emicent, vt aurum honoris respectu, ingenti tamen, earum pondere obolui & in profundis fluctibus submergi. Ij quidem è naufragio & tempestate euadunt, qui præstigia technas & versutia mundi haud præuidentes, parui has laminas aureas pendunt: conscientiarum autem maximè, terramque firmam & portum vitæ solitariae appellunt. Ingenuè fateor nonnullos esse qui licet oneribus, muneribus, & dominationibus impediuntur, pericula tamen euitant, quoniam iis, vt decet, perfunguntur. Verum de iis loquor, qui ambitione freti ea omnia possident, aut saltem concupiscunt. Et si eos adeo robustos & agiles esse vt manu laminam tenentes possint supernatare: respondeo, vbi tantillum latet ambitionis nulla est vis, sed prorsus omnis debilitas, omnisque arrogantia est pusillanimitas. Quanuis nõ de sua vi & potentia, sed de cruciatu, mentionem faciam. Qui fieri potest, vt pacati, desideriique potiti vitam possint ducere, quandoquidem omnibus hominum numerus, eos non possit exsaturare? Hi etiam omnes honores nec hilum fere proficiunt, inextinguibilem & ardentiissimam sitim accelerantes, maioraque adhuc peiora infligentes. Continuo defessi sunt pertæsi & confictati, tamen de mundo conqueruntur, milleque conuitia in vitam impetunt. Vi-

detur, quod aliis conceditur, illis præcipi, nec beneficia quæ illis conferuntur, meritorum & obsequiorum pondere trutinant. Omnes ad comparisonem volunt accedere, nullus verò ex seipso seipsum vult speculari. Vnde fit, vt plurimi corde rabido & cicatricibus multarum ærumnarum & dolorum fesso corrodantur, vt sæpius quod attendunt, nequeant consequi: elaborant, vt pios viros imitentur, quanuis nihil minus expetentes, numerosiores colores, quam Prothæus induentes. Et cum hoc parum prodesset sentiunt, ab omni vultu, modestia & quiete deficiunt. D. Iudas Apostolus vocat eos: *Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.* Sydera errantia rariorem motuum, ab stellis fixis & firmamento sitis discrepantia. Hisque rapidis, atque velocibus motibus, prærupti atque confusi reptant: quousque mundus eos fallendi, vnguibisque suis diripiendi pertæsus omnino eos depopulatur ac pessudat. Quid ergo utilitatis exprimitur mundo fidem adhibere? Eum prius abdicemus antequam nos abdicet. Ne tamen mundi nomine creaturas in natura comprehendere, arbitremini, verum peccata, eosque qui peccatis obliniuntur, qui quidem ij sunt qui è corporibus viuis animas effodiunt. Vt enim profert D. Augustinus de seipso loquens, se peccato mortali animam spiritaliter interficere, & corpus suum viuam animam mortuam esse sepulturam.

De Technis & fallacijs mundi, antiquarum historiarum exemplis. CAPVT IX.



HT vt perspicacius technas, versutias & fallacias mundi detegatis, humanarum & antiquarum historiarum exempla vobis indicabo. Diues ille Cræsus rex Lydiae, tam magnos, tamque ingentes thesauri aceruos accumulauit, & tunc pauco tempore omnium desideriorum, quæ aut appetitu, aut cogitatione, animis hominum possunt occurrere, vt felicissimus vocari nullatenus dubitauerit. Et cum aliquando innumerabiles Soloni Philosopho thesauros ostentasset, sciscitatus est, an in toto terrarum orbe quisquam fortuationi felicitate ueheretur: cui respondit, multos existere. Et quosdam summæ virtutis & integritatis viros adducens, qui sagaciter communem vitam vsuram vsurparant, & bonarum existimatione mortem obierant: nõ enim illud in diuitiis verum in virtutis & probitatis perseuerantia consistit. Addit tandem se feliciores illos habere: quanuis enim ex humili progenie, plebeisque hominibus nati essent, tanto tamen virtutis decore præcellere, vt nulla vnquam ætas, de illorum existimatione & laudibus conticesceret. Ille vero qua alea vitam terminaret ignorabat: non igitur felix quandiu in hoc corporis ergastulo concluderetur iudicari poterat, quantumuis potens, & fortitudine præstans, quandoquidem volubilibus fortune gyris rotarumque impetu, & efferis mundi infortunis erat obnoxius. Hæc fuit tanti Philosophi sententia, quam Cræsus rex ludibrio habuit: tanta enim spe thesauris & opibus innitebatur, vt à quacunque re detrudi aut, insolenti superbia conuelli nequaquam posse, abitraretur. Verum posteaquam tantis procellis exagitatus, efferisque fluctibus despumans, omnia relinquere coactus fuerit: nec re quantumuis leui, onerari, quominus in mare prorumperet, tantum cymbæ asserem conseruare pro viribus nitens: Et tunc (sed serò miserande Cræse) philosophum verissimè non sine tuo magno malo hariolatum esse expertus es, quem antea fabularum narratorem censebas. Amicus tamen cum quod euenturum erat vaticinatus est: nam à Rege Cyro fuisse debellatum, oculisque tuis thesaurorum ararium pretiosissimum

Herodot.
2. lib.
Plutarch.
in vita
Solon.

simaque supellectilia direpta, dominationes solo æquatas regnūque euersum, tēque in hostium potentiam illapsum conspexisti. Cum autem Cyri satellites multa cōiuitia in eum essent debacchati, palo vt eum concremarent annexerunt: cūque in tantam miseriam acerbissimūq; supplicium coniectus, se à suis familiarib. famulis & domesticis, adeò formidoloso, ac exitioso tempore destitutū, animaduertisset: ignis flammam viscera combusturas, iam iam pellem afflare persentiens, alta voce exclamauit, O Solon, Solon! Huius historiarum sunt authores inter permultos alios Herodotus, & Plutarchus. Quis Dario vnquam potētor fuit, qui medio rerū secundarū vento ab Alexandro fuit debellatus, vt affatim Quintus Curtius & nonnulli alij recensent. Cum itaque Alexander copiis munitissimus properaret: sui exercitus nimium imbelles fuere quominus impetus illius retunderet: cūq; magis firmo iudicio indigeret, ferēque exercitus eius ferro flammāque esset subactus, relicta uxore liberisque in potestatem hostium terga vertens fuit inuasus ignominiosēque trucidatus. Cū ergo vxor & filiarum in manus inimicorum redigerentur, lacrymis gemitibusque ex oculis effluentibus, vnumquemque ad pietatem & misericordiam tam acerbi casus commouebant. Tanto enim dolore premebantur, vt qui eas intueretur statim corde cum eis compateretur. Eo termino huius superbi & potentis Regis Darij deficit dominatio, qui verbis ipsis totum terrarum orbē perterrefaciebat. Quocirca dicebat Aristoteles (vti refert Stobæus) Hominem debilitationis esse instar & exemplar fortunæ iocum, inconstantia imaginem lioris & infelicitatis figuram. Optimus Phocion Atheniensis vnus ex æquis in pace moderatoribus & in bello audacibus, inuictisq; Ducibus, quos inter Græcos extitisse legimus, is qui Numæ Religionem restaurauit, animo & fortitudine Scipionis munitus, prouidentia Quinti Fabij, egestate Curij, Reguli fidelitate, Fabij constantia grauitate Catonis, & seueritate Torquati dotatus: cum de patria multoties bene meritus esset, & quadragies quinques Magistratus creatus (vt refert Sabellius) inuidia accusatus, mortique adiudicatus fuit. Hæc est merces & remuneratio, qua Respub. magna & insignia obsequia compensat. Cum poculum cicuta plenum manu absorbendū teneret (mortis genus quo fuit multatus) sciscitatum est ab eo, vti narrat Elian: quidnā filio mitteret, respōdit, illi vetare ne huius iniuriæ vnquam recordaretur, neque malum Athenis pro malo redderet. Hactenus qualis extiterit hic præclarus vir, palam facere volui, eiusque virtutem non obliuioni tradere. Baiazetus Turcarum Monarcha, maioris Asiae partis & Græciæ gubernator, & denique ditissimus, potentissimus & bellicosissimus totius orbis Principum, exercitum quadringentorum millium equestrium innumerabiliumq; pedestrium collegit, & in planitie, acie mouit contra Tamburlanum, qui quondam corarius extiterat (aut vt alij dicunt) ouium custos, in qua Magnus Turca debellatus, totaque acies ferro dissipata, ille captus in ferreum ergastulum fuit coniectus. Quotiescunque Tamburlanus commessaretur, illū ē carcere mensa, vt canis, cathena alligabat ossaque porrigebat, vt roderet: cum etiam rus proficisceretur, eodē iterum tracto & in formam arcus incuruato illius humeros, vt equo assideret, conculcabat. Diu hoc inaudito tyrannidis genere vsus est, donec, squalore pædore, & omni calamitatum genere confectus Baiazeti animus à corporeis vinculis morte exilierit: hisque omnibus conuitiis utebatur, vt eius Baiazeti subditi, antea ob illius felicitatem attoniti, nunc illius casum animaduertentes in admirationem raperentur. Primo prælij diluculo Magnus Turca visus Rex & Princeps

potentissimus, ingētis exercitus moderator, plurimūque regnorum iure paterno possessor, potitus etiam dominationibus & imperiis que fuerat cōsequutus. Vespertinoverò tempore captiuus visus canū socius, in manus hostis sui redactus, qui antea peram solummodò in summa bonorum possidebat. Hæ sunt turbines & mutationes mundi: hæ sunt inconstantia quæ in historia horum duorum Principū Baiazeti & Tamburlani conspici possunt, scripta à fulgoso Cambino Florentino & Rauisio Textore, aliisque probatis authoribus. Quis Chameleon in toto terrarum orbe cernitur qui in tā multiplices colores mutetur? Quis Throgloditū lacus, qui tantis mutationibus agitur? Quis Protheus, qui adeò varias figuras, vt mundus in dies solet diuersos colores induere, suscipiat? Cur igitur in eo spem vestram collocatis? Cur suis technis & imposturis assentimini Nisi vt ab ipso fugiatis, vt vita quieta & contemplatiua potiti, Deo alacres & liberi obsecundetis, præteritaque delicta magno cum dolore cordisque contritione, annosque naniis otiosissq; rebus tritos collacrymetis? Vt enim ait D. Augustinus, Fons lacrymarū secundus est baptismus.

De comparatione vitæ actiue & contemplatiuæ.

CAPVT X.



Am (inquit Italus) mihi persuasisti, quantum hæc Aristotelis sententia veritati sit cōsentanea, dicens. Nihil difficilius, quam quod natura nobis per iucundum est, errorem ducere. Hoc fatus propterea quod partim quot eximiis notandisque rationibus & autoritatibus pericula & discrimina è mundi conuersatione manantia, detexeris: & sicuti plenissime comprobasti, quam periculosa sit hæc conuersatio. Partim etiam non solutionem & satisfactionem, quam eam conferendo reperio, libenter possum acceptare. Equidem pro rigida & austerâ penitentia teneo conuersationis gaudium & solatio priuari, vt in lamentationes singultusque vertantur, gaudiaque in lacrymas & mærores. Eò magis (inquit Lusitanus) hoc seuerum & austerum est eò Deo gratum & acceptum sit. Etenim Iesu Christi amor omnes amaritudines pungentisque ægri tudines resecat: suauemq; gustum & delectabilem producit. Ea fuit ratio cur Deus iussit, vt columbæ offerretur, quia earū cantus lugubris est & funestus, & pro cantu, tristi lamentatione ingemunt. Nostri enim cantus suspiria esse oportet, nostriq; hymni singultibus & lacrymis, non autem futilibus gaudiis, verbis otiosis, fucatisq; desiderijs intonandi. Eapropter non cardueles aut acanthides cantibus & melodijs lætæ, sed columbæ tristes, rauisq; cantibus personantes. Illud est quod ait optimus Rex Ezechias: *Meditabor vt columba.* Et paulò post. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Ac si diceret. *Meditabor vt palumba, cogitabo, oculisq; tuis stabo: meos annos tribulationibus animæ meæ in sumptos memoria gerēs.* Et Propheta Regius. *Laborauit in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.* Hos duos reges imitari ardebat Propheta Hieremias cū à Deo petebat vt caput in aquam & oculos in fontem lacrymarum conuerteret. Eo pacto se gerebant Sancti in desertis cū habenas lacrymis laxabant, continuis gemitibus dies noctibus superaddentes. Hanc autoritatem & exemplum palumarum à te allatum (ait Italus) meæ opinioni, in te ipsum adhæret, magnūque contra solitariam vitam est argumentum. Qui (ait Lusitanus) Qui? (pergit Italus) si solitaria vita excellentior publica fuisset, iussisset Deus afferri Merulos & Passeres qui viuunt in solitudine, non autem columbos qui

Fulgos. in
suis colle.
Cambin.
Flor. in
histor.
Turc.
Rauisus
Textor in
Officin.

Leuit. 12.

Ezec. 38.

Psal. 6.

qui in tectis una conuiunt auesque domestici tra-
 ctabiles & priuati sunt. Mirum est argumentum (in-
 quit Flandrensium) & credo si quod dicitur es matu-
 re pramandisses & digessisses, non in medium effun-
 deres: non enim negare potes Palumbis vitam acti-
 uam intelligi: si aurem esset nefanda & reproba-
 ta: non praecepisset Deus, ut offerrentur. Non etiam
 hoc profero, eam esse malam, imò optimam: etiam
 illud adiungam nihil esse, cui non vita actiua con-
 templatiae sit praefenda, ut potè quod multis in lo-
 cis sit proficuum. Veruntamen inferendum non est,
 simpliciter loquendo, eam esse contemplatiua melio-
 rem: Deus enim iubebat, ut turtures solitariae offer-
 rentur, quae ramulculis siccis & aridis locisque a con-
 uersatione remotis, delectantur: quibus vita contem-
 platiua intelligenda est, ut affirmat Venerabilis Beda,
 super D. Lucam, haec verba declarans, *Par Turturum,*
aut duos pallos Columbarum. Deus hoc in loco iube-
 bat, duo genera auium & volatilium illi offerri, nimi-
 rum turtures & palumbas. Turturibus vitam actiuam, &
 palumbis vitam contemplatiuam intelligimus. Haec
 sunt duae hominum vitae. Alia enim quae in obsequio
 voluntatis infumitur, vitijsque & delictis destinatur,
 non hominum est sed brutorum ratione carentium.
 Ideo nunc de actiua & contemplatiua quae sunt ea
 ipsa quibus Deus vtitur, perorabo. Dico igitur ex
 his duabus contemplationem magis aptam & ido-
 neam esse ad puritatem, & animae nitorem, quam con-
 templatiuam. Illud voluit sacra Scriptura significare,
 cum ait in libro Numerorum, ut Maria soror Moy-
 si a lepra curaretur, Deus illi iussit ut septem dierum
 spatio a frequentatione hominum separaretur. Et cum
 ait in Exodo, cum misisset Moyses manum in finem
 protulit leprosam, instar niuis, & cum retraheret la-
 na reddebatur, & erat similis carni reliquae. Vnde
 sequitur vitam solitariam & segregatam esse magnum
 remedium ad peccatum euitandum salubremque me-
 dicinam, ad lepram animae sanandam. Quicumque le-
 pram peccatorum curare voluerit, a malis & peruersis
 frequentationibus retrahatur, & in cubiculum sinus
 sui sese occludat, secum supputans & calculans, eo pa-
 cto salutem & quietem inueniet. Et cum haec ad vo-
 luptatem & gaudium animae potissimum spectent, se-
 quitur vitam solitariam & contemplatiuam, spiritua-
 le desiderium secum trahere. Veruntamen per multi-
 sunt, qui eam indagare nequeunt, sed non solitudinis
 hoc culpa est, sed ipsorummet: Quemadmodum mali
 humores gustum delicatis cibis stomacho recusant:
 sic mali habitus, moresque flagitiosi impediunt quo-
 minus anima gaudia & desideria vitae solitariae ne-
 queat degustare. Vnde fit ut religiosi qui solitudinem
 non degustant, sed huc & illuc discurrere appetunt ani-
 mae certos quosdam humores conglomerant, que-
 madmodum arbor in horto consistit, parietibus firmis
 vallato, aut spissis sentibus aggeraque munito, matu-
 ritate tempestiua optimum fructum producit: si verò
 in medio itineris seratur, frangitur, disrumpitur & a
 praetereuntibus antequam ad maturitatem perueniat,
 dissipatur. Pari ratione Religiosus solitarius fru-
 ctum religionis parturit: sed si negotijs occupationi-
 busque seculi alligatus, diuagetur, a cogitationibus
 quae cordis meatus penetrant, alienetur, nec quibus-
 dam animi operibus, nec deuotionis fructu proficit.
 Ea est ratio cur spirituali desiderio non perficiantur,
 quod contemplatiui possident quibus magna & in-
 comprehensibilia mysteria reuelat. Vult hoc ipsum
 sacra Scriptura, in duabus sororibus Rachel & Lia,
 cum ait, Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie &
 venusto aspectu. Itaque per Liam (quae ut ait D. Hie-
 ronymus laboriosam significat) actiua vita intelli-
 gitur.

per Rachelem verò (quae ut ipsemet ait, significat
 rem videntem Deum) intelligitur contemplatiua quae
 excellentes Dei visiones possidet, acutiusque quam a-
 ctiuam penetrat. Vita actiua prior est contemplatiua:
 scriptura etiam ait Liam prius natam quam Rachel,
 priusque nuptam. Quamobrem ait D. Hieronymus,
 Ille (inquit) qui vitam solitariam & eremiticam eli-
 gere desiderat, prius in actiua debet exerceri D. Gre-
 gorius, Ille (ait) qui contemplationis arcem conscen-
 dere cupit castris bonorum operum exteriorum de-
 bet insudare. Itaque qui apicem & culmen vitae con-
 templatiae attingere ardet, prius actiua, sub vexillo
 & insigni summi Ducis Iesu Christi, adscribi oportet.
 Etenim velle primo impetu contemplationem
 inuadere, nec primo vitia propulsare, virtutibusque
 operam nauare, res est parui momenti & ponderis,
 imò magni detrimenti, & incommodi. Si Falco aut
 accipiter celsae turri appensus lapidique cum suis
 tintinnabilis alligatus, in altum volare tentaret, nu-
 besque pennarum velocitate verberare: licet primò
 impetu ex seipso commoueatur, tantaeque vi excutia-
 tur, ut lapidem secum attrahat, & aliquantulum voli-
 tet: pondere tamen lapidis casurus est, & quantumuis
 celer & velox, in terram labitur: & cum in altum vo-
 lare videatur in submissum lapsu descendat: non ab-
 simili modo qui celsa & insuperabilia Dei mysteria
 vult contemplari, tintinnabilis vitiorum & delictorum
 & ponderosissimo peccati lapidi appensus, quoquo-
 modo meditatione & contemplatione erigitur: sed
 tandem peccati & actiuae vitae pondere, adeo graui
 casu & lapsu corruet, & cum celsa penetrante intendet,
 in profundum praecipiti lapsu occumbet. Hoc simile,
 certo quorundam Emblematum Alciati, vbi memini
 me vidisse puerum depictum, cum pennis & manu in
 altum extensa, ut is qui volaturus est: verum non est
 in sua potestate situm, siquidem alia manus graui de-
 pressa pondere humi adhærebat, eumque in terram re-
 ducebat. Quauis autem alijs sensibus hoc conformet,
 ad meum tamen refero: ea tabula hoc in loco
 vrens, non tamen sua inuentione nec significatione,
 quam attribuit. Quod ex his exemplis potest colligi
 ad hoc spectat, ut vita sit contemplatiua, omni pec-
 cati labe & pœdore careat: quod vult significare sacra
 Scriptura cum ait in Leuitico, Aaron non ingredi
 sanctuarium, quin prius purgaretur, lauaretur, & ex-
 tergeretur, quodque Iesus Christus ait, apud D. Mat-
 theum. *Beati munda corde, quoniam ipsi Deum vide-
 bunt.* Quod non solum intelligitur de visione beati-
 ficata in gloria, sed de ea quae hoc in mundo contem-
 platione obtineri non potest. His igitur liquidissimo
 constat quantum homines elaborare oporteat, ut
 vitae contemplatiuae dent operam: quoniam adeo
 praestantibus visionibus & reuelationibus fruatur: ad
 haec quod magis pacifica quam actiua sit, magis spe
 comitata, & tranquillior, quae tria magna sunt, digna-
 que quae desiderantur & optentur. Propheta Haies si-
 gillatim haec tria tangit in 23. cap. suarum visionum,
 cum ait loquens de vita contemplatiua. *Sedebit popu-
 lus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidu-
 cia, & in requie opulenta.* Quasi diceret. Meus popu-
 lus contemplatiuus in pacis pulchritudine sedebit in
 tabernaculis securitatis, & in opulenta requie. Cum
 ait, sedebit, pedibusque non gradietur, significat vitam
 contemplatiuam, quod vult D. Lucas intelligere, cum
 ait Mariam Magdalenam pedibus Iesu Christi pro-
 sterni, Marthamque pedibus stare, sollicitam & occu-
 patam; quandoquidem vita contemplatiua per Ma-
 riam signata, in requie consistit, & actiua per Mar-
 tham denotata in actione & motu. Adeo ardua est &
 eminens vita contemplatiua, ut felicitas, quae cuidam
 possit

D. Hiero.
 in epist. ad
 Rufi no-
 machum.

Beda se-
 apr 2. cap.
 D. Luca

Exod. 4.

Leuit. 18.

Matth 5.

Isai 23.

Samie.

Geno. 29.

Culgos in
 colla.
 Tambin.
 lor. in
 istor.
 ure.
 auisus
 extor in
 officin.

it. 12.

c. 38.

6.

possit ac in rerum vniuersitate contingere, in ea consistat: quod itaque hoc pacto comprobatur. Est opinio non solum Philosophorum, verum etiam Theologorum summam huius vite felicitatem, in opinione virtutis consistere: & ut horum duo sunt operum genera, alia corporis, alia vero animæ & eæ animæ excellentiores sint iis corporis, sine dubio sequitur summam felicitatem in operibus animæ sitam esse. Et cum anima tribus potentiis constet, nimirum memoria, intellectu & voluntate, intellectusque illustrior & excellentior ceteris sit: sequitur, in opere esse oportere: & siquidem intellectus opus sit contemplari certissime apparet summam huius vite felicitatem in contemplatione consistere. Verum hæc contemplatio (vt iam superius dixi) a peccatis libera esse debet, virtutibusque tam theologicis quam moralibus concomitata. Itaque contemplatiuus malis omnibus tentationibus resistit, rationem exsuscitans, turrimque animæ illa muniens, passus sensibus alligans: aditusque eo modo effrenatis desideriis ocludens, vt nulla ex parte in animæ arcem possint intrare, eamque possidere: sed tanta sagacitate & specula illi est euigilandum, vt in terris defixus obtutu calorum fimbriam penetret, visumque gloriæ Sanctorum, cum iis conuersando, eamque perbeata diuini amoris felicitate amplexando. Hæc est perfectio philosophiæ Christianæ celsa dignitas quam homo hac in vita potest assequi, vtque eam assequatur, viam appetitus relinquere eamque quæ animi est ductrice ratione ingredi assidue diuinam gratiam & lumen S. Spiritus implorando, operæpretium est.

Contemplatio ad hominem spectat, iuxta excellentiorem animæ potentiam. CAPVT XI.



VT homo duabus partibus componitur, corpore scilicet corruptibili & ca duco, & anima ratione prædita & immortalis, quæ corpori adæquata diuina potest vocari, respectu humanæ: contemplatioque hominem deceat, secundum animam, & iuxta excellentiorem potentiam, quæ intellectus est. Sequitur maxime illi consentaneum esse, propter id quod in se rationi consonum & immortale, & maius, & excellentius est. Et siquidem hæc virtus petit, vt homo hac in parte à brutis animantibus discrepet, cum alia insit, quæ corpus est vtriusque commune. Sequitur contemplationem homini esse idoneam, secundum id quod hominem efficit, & à brutis animantibus separat: & in consequentiam, quod magis naturæ suæ conueniat, quippe qui in animæ intellectualis operibus consistat, quam vita actiua quæ in operibus corporeis consistit: quæ homini, ceterisque animalibus communis est. Porro, sicuti maiore dilectione & amicitia, in eo quod propius ad nostram naturam accedit, afficimur, sequitur vitam contemplatiuam actiua delectabiliorem esse. Et si sapidum atque iucundum hunc gustum non inuenimus, illud est quod secundum naturam minimè viuimus, sed sequimur eius corruptionem. Et quantum vita contemplatiua, non magis secundum nostram naturam sit quam actiua: sufficit nihilominus, vt Deum pro obiecto habeat, vt quadam maiori voluptate & gaudio oblectetur: cum actiua in proximum metum dirigat. Vita, in qua contemplatiua, iugiter in amorem Dei dirigitur, actiua vero ad amorem proximi amorque diuini iucundissimam delectationem secum affert. Et licet vita contemplatiua, quantum ad eandem actionis scientiam ad intellectum attineat: quantum tamen ad id quod ad talè exercendam operationem mouetur, hoc ad voluntatem spectat. Vnde amor in quo morales virtutes conquiscent, promanat, quæ licet essentialiter ad vitam

contemplatiuam non pertineant, ad illam tamen dispositiue pertinent. His rationibus innumeris; aliis D. Thomas concludit simpliciter loquens, vitam contemplatiuam meliorem & excellentiorem existere, maiorisque meriti quam actiua, cum quo communiter omnes alij Doctores consentiunt, qui deinde hanc materiam pertractauerunt. Propterea quod omnes ij qui magno ingenio prestantes fuere, proprie grauitateque loquuti sunt & grauitate cum modestia tutati ad doctrinam & modum S. Thomæ lapidis pretiosi Ordinisque Predicatorum glorie, velut ad firmissimam columnam, arcem & virtutum Theologorum receptaculum, sese conformarunt, cumque sequuti sunt, siquidem Doctorum Scholasticorum Princeps est, quorum plures vt meam conclusionem approbare, orationis meæ filo possem conuestire. Verum ad quid tempus ad citandos doctores insumendum est? siquidem scimus hunc diuinum Doctorem, quæ è cælis in has terras, vt veritatis viam hominibus demonstraret descendit, qui gregatim tenebrarum inuolucris sese immergebant, dilucidè vitam contemplatiuam, actiue vite prætulisse, cum diceret (Martham cum Maria comparans) Mariam meliorem partem elegisse. Ibi duæ erant vite, & fons vite, vnâ alij preferens non quod actiuam reprobareret (sed vt ait D. Augustinus eas discerneret) ambasque approbans, ostendit contemplatiuam vitam actiue meliorem esse. Hæc est ipsa Veritas, hæc est doctrina Iesu Christi: Ne igitur humana impietas in dubium adducat quod diuina bonitas, & testatur, & comprobatur. Contemplatio adeo ardua & sublimis est, & sæpissime homo, tantum ea extollitur, vt ab intellectus limitibus transfiliens, supra seipsum sese erigat, & veluti flamma ignis videatur in sublime crescere, diuinique amoris igne & cælesti desiderio accendi. Aliquando verò diuino splendore inflamatus, in admirationem & ecstasim diuinæ pulchritudinis raptus, desiderij plenæ, extollitur, & effertur, & quasi in plenum dulcissimæ charitatis pelagus absorbetur: adeoque miranda consolatione capitur, vt verbis exprimi nequeat: communis enim iudicij normam penetrat. Cum itaque tantum bonum in vita solitaria reperitur, iisque qui precibus orationibus, scriptis contemplationibus viteque exemplis illi operam nauarunt, non tantum sibi, sed omnibus profunt: certissimum est eam esse & excellentiorem, & vberiorè, quantum ad spirituale fructum, maiorisque pretij publica rebus curis & negotiis irretita. Verumtamen vita actiua & contemplatiua permixta maioris momenti & estimationis est, quam sola contemplatiua. Itaque contemplationem cum actione adiungens, præcipuum semper, & substantiam & nomen vite contemplatiue & solitariæ remanet. Insuper dico vitam solitariam & contemplatiuam non omnibus esse communem. Quemadmodum in nauis, alij imperant, alij obediunt, alij prora, alij puppi intenti, alij antennis, alij foris, alij laxant, alij trahunt, alij vnus officium exercent, alij aliud: si enim omnes vni tantum parti attenderent, nauis vltro citroque fluctuaret, & si omnes eodem munere & officio fungeretur, non apprimè moderaretur & duceretur. Sic in publica, alij debent prospicere, & contemplari, alij regere, alij bella gerere, alij dimicare, alij ciuitatem administrare: denique alij vno officio, alij vero alio donati sunt. Si enim omnes iisdem muneri darent operam, Resp. huc & illuc periclitaretur, neque ad bonam frugem posset reduci. Hæc omnia quantum ad vitam spectat solitariam in mentem venire, nec ulterius sum progressurus. Quare vos humili mente rogo, atque obtestor, ne meos incertos sermones, & inusitato dicendi genere, perperam elatos, obliuioni tradatis. Et quemadmodum rudis Pictor, qui tantum tabule lineameta scit exarare, non tamè exquisitissimis, & viuus coloribus decorare, nec in tabula rasa anco & cæpe scit collocare, ne arte perspectiue retractus à plâta vertice tenus, longius & propius effingere: ita video solitariam vitam

*D. Thom.
in secunda
descenda.*

Similis.

mei stolidi sermonis lineamentis exarans. Et quod profero, eius est imago & tabula nō manu nostri Hollandri, aut Michaëlis Angeli elaborata, sed ingenioli mei viribus elaborata, pulchritudine, concinnitate splendore & eloquentiæ coloribus orbata. Filum crassum hoc omne est è meis studiis extractum meaque memoria orsum, exigui mei ingenij. Equidem (inquit Italus) hanc materiam tanta cum eruditione, tantisque coloribus, literisque cum diuinis, tum humanis perpolitam, perorasti, tamque dilucido stilo vt nihil quod censura, aut refutatione dignum reperiatur. Etenim cum fructus & quies vitæ solitariæ, tam pulchra, & iucunda sit, quis omni ratione & iudicio orbatus eam audeat detrectare? Quis tam capitalis spiritualium thesaurorum hostis, qui eam totis desiderijs non concupiscat? siquidem nulla est in toto terrarum orbe officina, aut auri fodina tam pretiosis thesauris perornata? Et licet initio tuæ opinioni repugnauerimus, ne idè ab ea nos abhorruisse arbitreris. Scimus enim quanta præstantia vita solitaria seculari præcellat: sed tuam conuellere sententiam nobis visum fuit, vt tuæ orationis vim & energiam methodumque eam tuendi & propugnandi adaperiremus. Nobis quidem cordi fuit, ac perappositè satisfecit. Saltem (inquit Fland.) tantam percepi voluptatem te audiendo, vt nihil pari desiderio me oblectare posse ignorem. Faxit Deus (ait Italus) vt Boloniam proficiscamur cumque nostram peregrinationem perfecimus, vitam hanc solitariam, quam tantis laudibus extulisti, nobis impertiat: sumus enim defatigati & penitus defessi mundum peragrarè, vt diuersa loca, diuersasque regiones morum, consuetudinum & legum dissimilitudinem lustraremus. Efflagitarem scire (inquit Lusitanus) qua occasione freti hoc iter aggressi estis. Tametsi plures sint causæ (ait Italus) præcipua tamen est, vt homines doctos inuiserem, cum iis agerem: permoti etiam plurimum fuimus cum famosissimus ille Pythagoras Ciuitatem Memphim petierit, Ægyptumque vt cum doctis hominibus illic commorantibus notitiam iniret, percurreret. Et Plato qui sui temporis philosophos, eloquentia facile superauit, omnesque oratores dicendi vbertate deuicit, ex Athenis illam Italiæ Regionem quæ tunc temporis magna Græcia appellabatur, nunc verò Calabriam vt Architam Tarentinum Philosophum viseret, profectus est. Præterea Homerus qui communi omnium voce Poëseos laurea donatus est, cuique facultas linguam Græcam emendandi est concessa, (vt refert Archilocus) Chronographus: vt Vlyssis perfectionem ostenderet, ait se permulta in orbe vidisse, & innumera terra marique discrimina euasisse: quod etiam Virgilius suo Æneæ tribuit. Tum demum ad hoc nos potissimum exagitat Philostrates historicus, in vita Thianei Philosophi, quo loci de illo ait, eum Persas percurrisse, celsumque Caucasum montem penetrasse, ac regiones Albanorum Scitarum & Massagetarum peragrasse. Cumque Indos Orientales appulisset, profundissimum Ganges flumen transfretasse vt Hiarcham Philosophum, qui publicè in Academia Orientis legebat, inuiseret. Indèque per Elamitas, Babylonios, Medos, Assyrios, Parthos, Palestinos, Ægyptios, & Æthiopes reuersus est. Tanto denique literarum amore ardebat, quæ vt sibi videbatur per orbem disseminabatur, hominesque doctos inuestigabat vt cum ipsis conferret: vtque mores, consuetudines, Leges, administrationes, Dominationum, Rerumpub. Regnorum, & ædificiorum varietatem, Urbium situm, earum antiquitates perdisceret: plura etiam exquisita, & rara quæ in hac terrarum vniuersitate cernuntur, notaret: cumque ad tanta loca perrexisset, parum adhuc lustrasse opinabatur. Nos

Archilocus Chronographus in suo libro de Tempore.

Philostratus Historiæ in vita Apollonij Thianensis.

autem miseri, cum tam pauca itinera confecerimus, multum illud nobis videtur. Vidimus enim Italiam, Pedemontem, Galliam, Allobroges, siue Sabaudiam pauculasque oras Flandriæ & Hispaniæ cum suis Regnis & Prouincijs. Ecquidnam (inquit Lusitanus) in Lusitania quod notatu dignum, & exquisitum suspiceris? Multa (inquit Italus.) Sed ex paucis nonnulla percensebo: Primum eorum fuit zelus fidei Principum, virtus & religio, populū vita & exemplis, vt idè exequantur, excitantium. Alterū continua pax & tranquillitas, cuius ope Christianos fouent, & aduersus infideles tuentur. Tertium, magnum & incredibile desiderium, quo Lusitani Regem prosequuntur. Cum enim à quibusdā Lusitanis aliquid noui de rebus Regis Ioānis 3. eius nominis, qui nuper è viuis excessit, nec vnum tatum potui reperire quin verbis miro fauore & fidelitate luctuosissimoq; ipsius mortis dolore, eum collaudaret. Hoc parui momenti est (inquit Lusitanus) nam præter has virtutes quibus Lusitani dotantur, hic Rex cui Deus ignoscat, in finemq; æternæ gloriæ admittat, dignus erat quo à cunctis adamareretur. Pius enim erat Catholicus cultus & honoris Dei amator, consilio prudens, partibus audiendis affabilis, promissorum obseruantissimus, grauis in eo quod imperabat, iudicio iustus & equus, casibus cum secundis, tum aduersis constans, Pacis fautor, literatorum hominum præsidium, Religiosorum & Ordinum parens, Populi amicus: denique omnibus numeris, quibus Catholicus Rex cumulari debet, absolutissimus, vt merito, Serenissimus atque verus Princeps Christianus, posset vocari. Hæc erat igitur causa cur subditi tam mæsto animo illius obitum sufferrent, vultusque dolore & mærore quibus corda eorū premebantur, maderent. Etsi Lusitanorum comitas & fidelitas quorum fama per orbem diffusa est, multisq; alijs in rebus cernitur, plurimum opitulatur, vt tantæ existimationis fama eorū animis inseratur: quod quidè dilucidius apparet in rebus Asia & Africa gestis, vbi opulenta oppida latissimæque regna sunt consecuti. Indòsq; ad vltimas vsque orbis oras lucrati. Tantis itaque tamque præclaris facinoribus armorū exercitatione perfuncti sunt, vt trophæa Græcorū & Romanorum longissimè superarint, nomēq; sempiternis memoriæ tabulis insculpserint. Nullus vnquā fuit Lusitanus, qui aut insolentia aut rebellione à suo Rege defecerit: quod etiam de alia natione legisse non recordor. Quartum fuit hæc celeberrimi Conimbriæ Ciuitatis Academia eruditissimis totius Europæ hominibus liberalissimisq; studiis affluens. Quintum fuit nobilitas, diuitiæ, magnitudo Sumptuositas Lisbonæ ciuitatis antiquissimæ & quondam ab strenuo Vlyssè constructæ, cum maiori ditioriq; totius orbis Armamentario. Sita est in littore Tagi fluij (qui suis aquis salis ad tres vsque leucas hincinde porrigitur) & in immensum mare Oceanum irrumpit: fluuius fanè celebritate famæ præstantissimus, piscatione ditissimus, auriq; fodinis opulentissimus, vt Plinius testatur, & Solinus cum multis alijs confirmant. Vnde vester Hispanorum Rex adè antiquū nomen Tagi accepit, quod Berofus affirmat in suo libro: fuitq; tercentis septuaginta octo annis ante Troiam conditā. Licet quidam vestrum Lusitanorum dicat, hunc librū non esse Berofis, & aduersum ipsum nonnullòsq; alios quasdam animaduersiones proponit, quæ meo iudicio censionis limæ deberent subiici: proculdubio enim author est doctissimus magnæque eruditione & eloquentia. Verum vt ad Lisbonam redeamus, videtur mihi orbem esse annulū, illamq; esse gemmā. Lisboa est totius Emporiū mūdi, & portus Bethlehē, huius Emporij est appullus, vbi Bethlehē sita est, in quo pulchrius celebrius magnificentius & insignius totius orbis

Principia virtutes.

orbis Monasterium est constructum, quod vrbs etiam nomen retinet, infinitis religiosis virtute bonisque literarum artium studiis excultissimis abundans. His verbis Lusitanus non potuit à lacrymis temperare, quas quidem recondere corde non valebat: quoniam charus patriæ amor omnem dissimulationem tollit. Italus eo instanti aliquantulum percussus & stupefactus remansit: sed illico Lusitanum (qui erat Monachus) Huius monasterij esse animaduertens, indicio habitus D. Hieronymi, quem gestabat: & vt ab omni dubij suspitione careret, percontatus est ab eo, quænam lacrymarum causa esset. Cui rei affatim responsum dare peroptasset, nisi singultuum & lacrymarum abundantia esset retentus. Verum tamen maeste virtute & animis, quoad potuit factus est, eum penitus fuisse commotum, cum monasterij mentio facta est, quò loci quamplurimis annorum spatiis magno cum solatio & desiderio, fuisse commoratus. Recordatio ergo iucundissimæ solitariæ Cellulæ, & sanctæ religiosorum conuersationis, tantum dolorem è cordis penetralibus erumperent, vt à lacrymarum eluue non potuisset temperare. Tunc paucis verbis, quo pacto tractandorum ordinis negotiorum cura illi erat demandata, & rectè in Bethlehè redibat. Reducat te Deus (inquit Italus) fausta quiete & salua, finemque nostris molestiis atque anxiiis laboribus imponat, tantisque discriminibus quæ exantlauimus: quæ quidem adeò sunt innumerabilia, vt numerari certè nequaquam possint. Trutino vestra (inquit Lusitanus) iis quæ sum perpeffus, vtque felicem finem vestris exopto mea etiam fausto cum exitu queam finire. Verum, vt multa vidisse, ingenium exacuit, subtilèque & perspicacius reddit, ex hac vestra peregrinatione magnam experientiam, multarumque rerum notitiam assequemini, quis ceddò, vn-

quam exitit, qui penitus re quapiam potitus, non ad eam acquirendam multum insudarit, & alias quodam gaudio & fausto exitu recrearit. Obsecro igitur vos, vt quietem solitariam, vitamque tranquillam inuestigetis, vt à laboribus cum diurnam operam perfecteritis, quiescatis. Quod in Deum spero me meis facturum, quamprimum mei cursus exitum attigero. Scriptis interim nonnulla insignia & notanda, quæ hac in regione perspexi, à quibusdam viris magni iudicij, didici mandabo: qui quidem bonarum literarum studio, antiquarumque historiarum lectione, & diuersorum morum, legum regionum & nationum notitia plurimum pollent: & præcipuè huc sermonem, de quo in præsentiarum egimus, quem nostro idiomate transferre, vt amicis familiaribus communicem, optimum duco. Et quoniam aduesperascit, secedamus in quandam locum qui aliquantum trans istud flumen nobis demonstratur. Secedamus (inquit Italus) siquidem clarus Solis splendor ardentem radios à nobis frigidis noctis nubibus infuscatis, remouit. Aëris lumen minimi est impedimenti (inquit Fland.) cum intellectus lumen diuini splendoris lumine irradiatur. Hoc profero, quoniam à multis diebus hæc vitæ solitariæ materiam pertractandam efflagitabam. Et partim quodam singulari desiderio motus, partim nube quadam timoris territus, quæ meum animum obscurabat, hac oratione penitus est dissipatus, animus vero multarum rerum enodatione tam pauco temporis interuallo parta, illuminatus, vt videar mihi desiderium effectum præuentum fuisse. His dictis omnes assurrexere, & in hospitium secessere, de laboribus conferentes, & ad inuicem consolantes: animus enim lassatus & defatigatus alterum seipsum pro requie concupiscit.

Finis Dialogi de vita Solitaria.

D I A L O G





DIALOGVS DE MOR- TIS MEMORIA.

Interlocutores, Pater, & Filius.

De ignavia huius vita & de mortis memoria.

CAPVT I.

NOBILIS quidam Italus bonarum literarum studijs diu multumque versatus, cum in quandam suam villam inter Siennam & Florentiam, sese abdidisset, à cœna rediens, exijt vt per agros exspatiaretur, quo loci obuiam occurrit quidam suus filius, contemplationi quorundam acruorum lapidum intentus, qui statuæ quorundam priscorum apparebant, quique illic insignem, celebrè que victoriam fuerant reportati: vbi etiam mortuorum monumenta cernebantur: ac si aliàs hoc in loco asperrima sanguinolentaq; acie fuisset dimicatum: Percontatus est pater ab eo, quidnam negotij illic ageret. Animo voluebam respondit, artificium, proportionem & figuram harum imaginum, quæ cum temporis diuturnitate nonnullis in locis sint detrita & consumpta, quod tamen cæteris integrum est, adeo est affabre factum, & admirandum, vt oculos eorum qui eas intuentur, fallant. Et ex hac cogitatione, in aliam transijt, quæ quidem me in admirationem rapit: cum exactam & accuratissimam diligentiam, quam homines adhibent ad vitæ res mortuas reuocare, & mortem inferre viuus tentantes, conspicio: vitæ lapidibus reddere cupiunt manifestare: sed non perpendunt, eo pacto vitam animabus auferre, cum eas per peccatum spiritualiter interimant. Gratulor (inquit Pater) te videre hac imaginatione detentum, quam etiam aliàs animo concepi. Quippe qui oculos in has statuas despectens, perfectionemque operis animaduertens, penitus sum stupefactus magnam curam & sollicitudinem intuens, quam homines insumunt, vt homines lapides apparere commonstrent, minimaque diligentia qua vtuntur vt homines non videantur lapides. Adeo nostrorummet obliuione capti vitam degimus, adeoque stupidi ex eo quod à natura accepimus, vt æqua ratione his lapidibus insensibilibus simus cœquandi, qui cum oculos habeant nihil vident, & cum aures; nihil audiunt. Labitur tempus summæque velocitate percurrit, suo cursu omnia conficiens: videtur tamen nobis id nunquam moueri, aut mutari. Transit nostra gloria, ac si nunquam fuerat, & eam esse stabilem & in æternum permanentem arbitramur. Anni, ætas, senectus, & finis nos comminantur, & oscitantes somno in quiete vitam degimus, parum incursum, aut expugnationum solliciti. Res mundanæ fragiles sunt & vanæ, eas tamen credimus esse firmas & solidas: illæ sunt adeo inconstantes vt nulla maiori firmitate constent quàm non esse firmas: eas tamen ita stabiles & permanen-

tes, vt æternitate non carere arbitremur. Denique illæ sunt adeo incompositæ, vt nullum in alium ordinem redigantur, quam continuo confusione & inordinatione confici, & imaginationes tanto sunt ordine compositæ, vt inordinatione nequeat pati. Quasnam cogitationes (ò mi fili) voluerent ij quorum ossa hoc in agro disperguntur & disseminantur? Quibus vestigijs pedes eorum insisterent? Quas imaginationes hæc capita conciperent? Heu quam arête & strictè falsi, fallaci que mundi spe illigarentur & concatenarentur, quasve fictitias Chimeras mente fingerent! Tum demum diligenter perpende (mi fili) in quem statum redierint, in quem redient, & in quem nos omnes homines ò miseri! sumus redituri? Hora mea iuxta meorum annorum circulum non multo diutius vitam comitatura est, receptuque mei cursus meaq; peregrinationis eam canere percipio. Quantum verò ad tuam, nescio quando futura sit, nondum enim adolescentiæ annos attigisti, sed tandem es finiendus. Exoptarem (charissime fili) vt sapissimè cogitatione atque memoria isthæ volutares, frænum est rude mortis memoria ad coërendam & cohibendam segnem ignauiam, huiusque vitæ stuporem. Equidem expertus sum (ait filius) vt sapissimè cum malè mea desideria measque cogitationes collocarim, à meipso fugio magna cum iactura, & huc atque illuc cursito mille dementias futilesque cogitationes mihi vitam perpetuam pollicens, mente peruoluo. Verum cum tento videoque rerum mundanarum vadu, meque ad consilium, quod mihi impertire dignaris, mortem meditor, & quo pacto nos Deus iugiter, quemque suo fato iudicauerit, recordorque sententiæ D. Pauli. *Omibus hominibus statutum est semel mori: & eius Ecclesiæ, Memento homo, quia cinis es & in cinerem reuerteris.* Cum igitur apud me & in ipsu redeo, mea ignorantia percussus sum, meque tunc criminis reo comparo, iudicato & morti damnato, cumque suam sententiã in manus buccinatorum mortis traditam audiuit, pergit iterum quadam spe fretus vitæ futilibus cogitationibus adhærens oculosque viarum & triuiorum aspectu, & agrorum amantitate depascens. Quod tibi (ait pater) erga cogitationem tibi agendum est (ò mi fili) est illum fortissimis catenis adstringere, tanquam captiuam & fugitiuam, eamque sanctis exercitationibus occupare. Et cū effugere perissent, mortis memoria salubre erit remediū ad eã retinendã, & ad bonã frugem bonuq; officium reponendam. Perpendere debes, & in teipso dicere; Ad mortem propeto, & ad iudicem pergo qui à me rationem est expetiturus, quam inuitus cogar reddere. Quid ergo de me fiet, cum libri aperti

erunt, vltimâque meę vitę memoria, libro diuinę iustitię comprobabitur? Illud sapiissime tibi meditando est & singulis diebus es disponendus, ac si scires illum ipsum diem esse tuę vitę extremum, finisque continuo præ oculis est habenda. Denique si illum esse, quem esse debes, desideras, memorare quod his peruenturus; nam mortis memoria, in considerationem eius quod eras, adducet: & tuam agnoscens miseriam, vanas & dementes spes mundi adeo à tua natura alienas non admittes. Oculi res alias videtes nõ seipfos vident, sed cū in speculo vident, ac cõtemplatur, seipfos in illo intuentur: pati ratione quamprimum rerum mundanarum naturamprehendimus, absque nostrorummet cognitione viuimus: sed manu speculum memorię mortis capientes, idque intuentes, nos etiam ipfos intuemur: & hic visus ad deprimendam & deiciendam inanem nostram gloriam, prodest, & ad rotam nostrę amentis & leuis presumptionis conterendam, vtq; ad frãnandas, cohibendas & moderandas voluptates & delicias mundi, accendatur, & tandem nobis prodest, vt non delinquamus. Ideo ait sacra Scriptura in Ecclesiastico, *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Et Isaias cū superbę Babylonis destructionem præfigeret, cum Persę & Mædi suorum incolarum sanguine vias tinxerunt, ait, *Non posuisti hac super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.* Quare infelicitatem Babyloniorum, ad obliuionẽ mortis refert. Huic rei prospiciebat Hieremias cum euerfionem Ierusalem tanto quidem cum dolore, deslens, vt nullus sui casus non miseresceret, ait in principio Threnorum, *Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est, & peccata illius exprimens, ait, Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui.* Quasi diceret, Causa perditionis & instabilitatis habitantium Ierusalem fuit eorum ignauia & negligentia in vita, & obliuio in morte: propterea non abluerunt affectiones, quę sunt pedes animę, quos tanto pedore & squalore habebant sordidos, nec recordati sunt, quod morituri essent. Et in Deuteronomio Scriptura alloquens homines, qui Deum obliuiscuntur ait, *Gens absque consilio est, & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Nouissima quę præuidere debemus & quę meditari, vt salui fiamus sunt mortis aduersitates, quę singulis diebus succedant. Per apposite D. Hieronymus ait, *Memento mori, & non peccabis.* Qui reminiscitur se quotidie moriturum, præsentia cõtemnat, velocique cursu gradiatur, vt ea præueniat. Ait D. Augustinus. Nihil esse quod magis separet & alienet hominem à peccato, quã frequens mortis meditatio, eãque culpę remediũ appellat. Illud sanẽ agnoscebat Philonorius Galata, vt refert Heraclides & refert etiam Marulus modernus-author. Nam septem annorum spatio in mortuorum sepulchro moratus est, vt mortis recordaretur. Narrant insuper historię de Brachmanis, Orientalibus philosophis, qui adeo hac cogitatione intenti & adhærentes viuebant, vt sepulchra patentia in limine suarum domorum haberent, vt venientes, aut abeuntes non à mortis memoria deficerent, & in peccatum minimẽ laberentur. Quoniam igitur mortis memoria tam salubre & summum remedium sit vt peccatũ longissimẽ propulsemus, sequitur eius contrarium, quod est illius obliuio, omnia peccata producere, & ingenerare. Quę cū ita sint non solum Christiani verum etiam Gentiles, quantũ mortis memoria profit, agnouere. Seneca in sua quadam epistola, in quo de modo ad rectẽ moriendum disponente, pertractat, ait, *Ne mortem paueas, aut reformides sæpe illã memoriã imprime.* Et Quintilianus refert, nullã pe-

iolem esse mortem, quam ea quę ex improviso accidit, antea quam animo concipiatur. Memini me apud Herodotum authorem Græcum, & antiquum legisse hanc laudabilem consuetudinem Ægyptijs insitam esse, in conuiuiorum initio, mensę figuram aut statuã ligneam apponere, quę hominem mortuum apprimẽ repræsenteret, eiusmodi etiam coloris quo mors inuitatis in suo conuiuio ministrat. Qui eam gerebat, vnicuique viritim hæc verba auribus susurrabat. Cū comedes & bibes aut voluptatem capies, intueri hæc figuram, talis enim aliquando es euasurus. Hoc erat primum edulium quod mensę parabatur. Hoc erat verum ius quo omnes alię epulę condiebantur. In plurimis huiusce temporis conuiujs, vitę aliorum exeduntur ac deuorantur: in illo verò proprias temperabant, ac moderabantur: quemadmodum tunc temporis cibus ordinarius est sicaria & homicida vitę proximi conspiratio. Mihi videtur (ait filius) quosdam hæc tempestate esse illufores, quę hæc irriderẽt, quanuis hæc consuetudo cū laudanda, tum magni faciendafit. Ego verò (inquit Pater) illudere prius eos deberem, qui iocarentur. Efferant quidquid ardebit, quoad tamen exiguus hic meus & imbecillus animus, debileque iudicium potest perspicere, hic erat melior faniõrque cibus qui in primorum eduliorum apparatu posset apponere. Non dico tantũ in conuiujs, verum etiam pluribus alijs in locis, eam ante oculos animę insculptam & impressam gestare oportet, tali cū inscriptione, quę ait. MEMORIA PRO OBLIUIOSIS. Apud alium modernum legi, videturque alio quodam exhaustisse, quę in primis in Coronatione Sacroque Imperatoris offerebantur, erant ingentes lapides pro sua sepultura. Vidi oculis meis in Coronatione Papę Pij IIII. qui hodierna die sanctẽ Ecclesię Catholicę clauum tenet, stupparum fascim & cumulum longo baculo alligatum coram illo comburi à Pręcone & buccinato clamante, Pater Sancte, sic transit gloria mundi. In medio solennitatis & festi adeo triumphantis celebris & solennis exitus rerum mundanarum in memoriã reuocabatur. Hęc ceremonia meo iudicio videtur summopere præstans, propter vtilitatem, quam secum memoria mortis adducit. Fragrantes & virides horti, celsa, & superba sumptuosaque ædificia, futiles ac momentaneę delectationes vnã cum ijs rebũque secundis vitę, propriẽ sunt Electra quę ad se non ferrum aut chalibem attrahunt, nisi tantum paleas: non inquam attrahunt homines bellicosos & potentes, sed tantum debiles & abiectos inconstantes & instabiles. Et è contrã mortis memoria pretiosus excellensque magnes est, qui ferrum erigit, non autem paleas & festucas. Mortis recordatio & meditatio vna est ex scholis & Academijs vbi homines recte viuere, recteque mori perdiscunt, seipfos etiam cognoscere, & appositẽ intueri quĩnam sint, vt pulchritudinem corporalem dementemque mundi prosperitatem exornent & illustrent. Illud volebat significare supremus noster Deus, cū Ieremiã præciperet vt in domum figuli descenderet, ibi enim eum volebat alloqui. Quãnam domus figuli est hæc, nisi sepultura quod Deus iubet nos descendere per meditationem & memoriã mortis, vt breuitatem vitę & miseriam humanam nos edoceret? Meditatio enim mortis est schola celsę & diuinę sapientiã.

Pater suos sermones persequitur, astus mundi detegit, & quo pacto à consideratione creaturarum, ad illam creatoris debeamus transmigrare.

CAPVT II.



SI homines sapissime mortem cogitent & meditentur, voluptates & delicia mundi non adeo pulchrae captivaeque faciles viderentur: perpendentes enim quomodo cito ex hac vita migrandum sit, eaque nobis scum nullam sanè pulchritudinem inuenirent. Vnde fit, vt quidam author dicat, Oblivio mortis mundum reddit pulchrum. Hoc est extremum malum, quod post se trahit. Quodnam malum (inquit filius) vt mundus pulcher nobis videatur. Dicam (respondit pater). Vnde quoque procedit vt nos decipiat & torqueat: nam vt ait Theophrastes, Pulchritudo deceptor est mutus: & vt ait Socrates, Pulchritudo crudelis est tyrannis, quae pauco temporis spatio serpit: Alter fallaciam vocat, alius tyrannidem. Cum igitur mundus hac falsa fucataque pulchritudine nos decipiat, eum affectamus, & sequimur priusquam perfecte crudelem ipsius seruitutem cognoscamus: post eum itaque properamus, tanquam post illum qui nostra desideria diripit, & suffuratur. Eò autem furum magnum est, eò vehementior amor quo eum prosequimur. Et hic amor mundi amorem Dei expellit: hi enim duo amores nunquam simul compati & subsistere poterunt; sed vt ait D. Augustinus, duas ciuitates diuersas effecerunt. Amor Dei Ierusalem construxit, amor verò mundi Babylonem, ideò non inuicem associari, aut considerari possunt. Appositè D. Cyprianus hanc similitudinem adducit. Quemadmodum ijdem oculi non eodem instanti caelum & terram possunt intueri: sic anima non simul Deum & mundum potest amare. Anima magis est vbi amat, quam vbi animat: & quoniam amor in rem amatam extollitur, fieri non potest, vt eadem anima, eodem tempore in Deum erigatur & coniungatur, & deprimatur mundoque alligetur. Siquidem igitur maius malum esse non potest, quam ab amore Dei deficere, propter amorem mundi, quanto magis ex amore mundi, illi seruire procedat: & sicuti duobus dominis morem gerere non possumus, qui res contrarias imperant, vt ait Iesus Christus Dominus noster apud D. Mattheum: & Deus, ac mundus sunt duo domini, qui duas res diuersas iubent, mundo seruietes, Deum relinquimus, & relinquendo, amittimus, maior sanè iactura quae animo possit comprehendere, & amittendo nosmetipsi perimus. Vide igitur ad quod malum oblivio mortis redundet: cum mundum pulchrum nobis ostendat, aliumque quam non est, facit apparere. Vt igitur bene viuamus malum bonum nobis videre non debet, nec ea quae nobis sunt obijcienda, nisi talia vt reipsa & verissime existant. Honorande pater (inquit filius) perdisceindi & scendi desiderio flagro, qui hoc rei quam à te paulo ante auribus excepi, consentiat. Quamnam res est (inquit pater.) Memini (ait filius) me audiuisse, aliquando sententiam Thaletis Philosophi, vnius ex septem Graeciae sapientibus, à Diogen. Laërtio relatam, qui aiebat, ex omnibus rebus huius vitae leuiorem esse cogitationem, fortiorem, necessitatem: sapienterem, tempus: pulchriorem, mundum: si mundus deformis est, cur Thales pulchrum esse asserit? & si pulcher, quo pacto perperam factum putatur eum talem ducere? siquidem vt ais (Pater) bonum est, res affectu nò quod sunt, apparere? Gratulor multum (ait Pater) quòd hanc difficultatem attingas & moueas, quòdque hanc quaestionem mihi proponas & alias quas nonnunquam adducis: est enim hoc testimonium re virtutem amare, eiusque perdiscendae de-

siderio, exardescere. Quod certissimè scio, non hoc ex insolenti audacia, temeritate & arrogantia motu promanare: verum certa securitas tui amoris erga me, & desiderio sciendi quo te semper cognoui aestuare. Non secundum tuam propositionem concludis, sed in confusionem laberis, cum non æquiuocum vocabuli, vt decet, percipias. Pro comperto tibi sit mundum duobus modis accipi, vno propter mala quae gignit, falsos honores considerando, fallaces prosperitates, effrenatos appetitus, contagiosas voluptates, cum innumeris alijs malis quae inextinguibilis horum omnium sitis attrahit: quae sunt mendacia, proditioes, assentationes, murmura, & tandem efferum technarum & praestigiarum labyrinthum. Eo modo D. I. Ioan. 2. Ioannes Apostolus vsurpat, cum ait. *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo, quoniam quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia, vitae, quae non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum.* Hic est mundus, de quo loquitur D. Iacobus Apostolus. *Nescitis quia* Iac. 2. *amicitia huius mundi inimica est Dei. Quicumque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur.* Haec sunt verba Apostoli. Sumitur alio modo pro caelo terra elementis & vniuersitate Creaturarum. Et ita intelligit D. Ioannes in primo Capite Euangelij, Et mundus ab illo fuit creatus. Et D. Paulus ad Ephesios scribens, *Elegit nos ante constitutionem mundi.* Cum dico mundum nobis videri pulchrum, & non est, vsurpo mundum primo modo pro impietate & vanitate mundi, non autem pro creaturarum natura. Et cum Thales illum pulchrum vocat, secunda significatione accipitur pro fabrica rerum creatarum considerando Solem, Lunam & Stellas, cum coruscantibus radijs, & terram cum opacis syluis plantis, animalibus atque naturae operibus, quae cum tantis coloribus sint variegata oculis quidem voluptatè & delectationem afferunt: varietas enim rerum, perappositè facit, ob eorum pulchritudinis, illustratione & incrementum. Haecque ratione, non inficiamur, mundum pulchrum quiddam esse, tanquam opus huius supremi Opificis omnipotentis Dei, qui in nulla re non potest errare: A Graecis nominatur *Kóσμος*, id est ornamentum & pulchritudine: primusque, qui hoc nomen illi imposuit, fuit Pythagoras, vt refert Eugubinus in sua Cosmo-poësi. Denique Thales mundum considerabat, non secundum peruersam impietatem, inueteratam malitiam hominum, sed secundum opera naturalia à supremo Deo elaborata: de quibus loquitur Sacra Scriptura, in Genesi. Vidit Deus omnia quae fecerat, & erant valde bona. Vnde motus D. Augustinus dicit: Bonum potest esse sine malo, sed fieri non potest vt malum sit absque malo. Natura enim in quo malum consistit, in quantum natura, opera Dei bona sunt. Et cum Scriptura dicat se ea vidisse, & esse bona, vult significare, eas approbare tanquam opus à diuina sua sapientia, & prudentia factum. Et Plato in Timeo audet dicere, non solum Deum omnia, quae creauerat, approbasse, sed earum pulchritudine & ordine, permultum esse oblectatum. Verum enim verò, non adhuc haec est vera perfectaque pulchritudo. Tandem enim corporalis est, transitoria, & mutabilis. Et si multum in ea delectamur: immoderatum desiderium in ea reponentes, neque vterius progrediamur, vehementer erramus, sed de Creaturarum pulchritudine ad illam Creatoris transeundum est, quae vera pulchritudo, summa, permanens, immortalis, & aeterna: ex qua desiderium & amor, nostram animam debet accedere, vt in hac beata flamma exardescens ad excellentiorem potentiam, & facultatem extollatur, quae est intellectus, eamque terrenarum rerum tenebris

simile.

I. Ioan. 2.

Iac. 2.

Ioan. 1.

Eph. 1.

Gen. 1.

D. Aug. lib. 1. de civitate Dei.

bris demouens, diuini amoris igne accensam, hoc lumen infinitum, hanc immensam bonitatem, hanc pulchritudinem aeternam. En quomodo sapiens Gregorius recte dicebat, ego vero non perperam loquebar, & inter nos nullū inest discreti men. Sed quemadmodum pulchritudo de qua loquitur, caduca est, vt cum ea non inuoluaris, considerandum tibi diligentissime est te finem accepturum. Si enim nostrum amorem in pulchritudine creaturarum reponimus: nec illum recordamur, qui eas creauit, exitumque quo terminandę sine desideria, cum ijs annectemus, moremque fidei & obedientiam nostris sensuum appetitibus geremus: his itaque dolis inescatis obcaecatis oculis obliuionis gradibus sopiemur, vltimumque gradum nostrę damnationis aeternę nos ipsi attingemus. Quocirca, cum radix horum infortuniorum & infelicitatum, sit obliuio mortis, sequitur esse nostrę miserię principium. Hoc in presentiarū sufficiat, petamus comium, ne vesperum nobis officiat. Quodcumque (ait filius) præcipere gratum tibi videbitur, tuis præceptis obtemperabo: sed valde cuperem, nisi hoc tibi aut anxium aut molestum fore vereretur, vt adhuc paulisper his subsellijs sub harū vltimorum tegmine recubemus, vt hanc mortis memoriam prosequamur: percipio enim ex hoc sermone præter voluptatem, vberimum fructum & vtilitatē; te igitur, obsecrans & obtestans, vt huius orationis habenas fufius laxes, nec verbis ipsis, vt ego soleo, adstringaris. Hęc petitiones (inquit Pater) sunt adeo rationi consonę, & voluntate progressus exhaustę, quodque æquum est, minusque ad vehementiam amoris quo te complector, vt hoc mihi errori & culpe verteretur, nisi tuis votis, iustisque petitionibus satisfacerem: cum sint præcipue conformes honesto desiderio quo ad scientiam & virtutem adheres. Tūc enim voluntatem eius qui petit, exequi debemus, cum intellectu & rationi assentitur.

Pater prosequitur materiam de memoria mortis, & contemptu mundi, auctoritatibus, & figuris diuinarum litterarum.

CAPVT III.



DOLEST ille Doctōr Iesus Christus Deus noster, qui ē cœlis in has terras descendit, vt nostrę salutis viam aperiret, & sterneret seipsum exinanivit, libensque sacro Crucis altari obiecit, vt suo sanguine nostra peccata & reatus ablueret, suis vulneribus nostra curaret, mortęque sua vitam redderet, exiens aliquando ē Templo Ierusalem Discipulis suis concomitatus, docuit nos cōsiderationem, quę nobis rerum in omnium extremo, & nostrorummet ipsorum est adhibenda. Cum enim discipuli Templum illi ostenderent, deque superbo & angusto illo edificio colloquerentur, tanquam ob artificium, elegantiam & sumptuosas arces admiratione rapti, ait illis, *id est has omnes adificationes? Nō relinquentur hic lapis super lapidem qui non destruat. Vult Dominus noster hisce palam facere, vt cum respectuose, elegantes & sumptuose nostris oculis obijciuntur, statim mortis memoriam recuperemus: aqua enim est qua ardor mitigatur, vinumque rerum omnium huius vitę diluitur, quę quidem merę potę, omne iudicium commouent & stupefaciunt. Occurritne in memoriam quidpiam gratum, quod nobis à Deo recedendi discrimen pariat? illico remedium parandum est statimque ad perfugium memorię mortis erumpendum, & id omne finiendum esse, nosque cum illo, esse cogitandum: & si non tam citō terminum*

imponat, tandem tamen hoc est euenturum. Et hoc responso & doctrina Iesu Christi, Discipuli argumentum mouere, ab illo sciscitari, quādo finis mudi futurus esset. Sed quoniam ea scire, nostra non intererat, noluit in vniuersum extremum hominum diem declarare, nec de vnoquoque priuatim, sed multa doctrinam spectantia protulit. Plures etiam parabolas & similitudines recessit, quibus nos debemus ad mortem & tempore oportuno velificari, maturę provide, viuendęque memorię recordari: ignoramus enim diem atque horam. Reliquit nobis Iesus Christus hanc doctrinam: cui nec addi, nec diminui potest: nā doctrina quę ad amissim diuini iudicij dirigitur, humanum iudicium eam neque perpendiculo, neque plumbo potest metiri. Vnde manifestissime apparet quā obtusum sit eorum iudicium qui memoriam nullomodo esse necessariam opinantur. Quemadmodum enim prudens Nauta, vt ritę suam nauim disponat, & dirigat, non prorę, quę in initio est, assidet, sed puppi, quę est finis, oculos in Solarium & cartā marinam defigens: vt etiā nauē vitę nostrę moderetur, & ad portū salutis velificetur, fini quę mors est, debemus assidere, eaq; vt patiamur, disponi, oculos seper in Iesum Christū flectentes. qui vera certissimāq; est cartā marina & acus nautica, quę gressus nostros debemus cōponere & climare. Ne cupiamus (charissime fili) in prorā nauigare, vbi non locatur nisi abiecti & inglorij. Ij in proram proruant, qui propter maiorū nobilitatem vnde originem sumunt, sele iactantes, arrogantia & superbia insolescunt, vitę principij recordantur, finem autem quo peruenturi sunt, prorsus ignorant. Verū nos clauum & gubernaculum rationis manu capientes, nosque in mortis memoria assidentes atque fulcientes, in summa felicitate proram locamus, cumque prudentia & diligentia velificamur: aliās enim hoc esse vitam absque gubernaculo moderari, & nos ipsi in Scillę & Charibdis voraginem, nostram prorsus ruinam perditionemque irrueremus, ac præcipitaremur. Ait Sacra Scriptura in libro Regum Iosiam iussit vt Idola à maioribus fabricata destruerentur, statua contererentur, luci succiderentur, locoque eorum ossa mortuorum ponerentur. Quauis hæc historia suo sensu literali fidē optimi Regis Iosia, zelumque ipsius in Dei religionem ardētissimum declaret: iuxta tamen sensum moralem per Iosiam, Iesus Christus saluator noster intelligitur, per altaria, animę nostrę, per ossa mortuorum, mortis memoria, & per idola, peccata & rerum mundanarum vanitates, quibus totis viribus incumbimus nostram felicitatem in ijs collocantes. Etenim tot Deos nostro corde fabricamus, quot sunt vitiorum genera, quibus cogitationibus nostris adhærescimus. Animę autem nostrę cum sint Dei altaria, in aras nostrorum idolorum redigimus, cumque eas diuini amoris igne comburere oporteret, sunt gelu & glacies mundi frigidis ventis obortę. Quidnam rei est Iosia iubere, vt destruat idola ex altariibus, eaque conterat & fiat, eorumque loco ossa mortuorum reponat, nisi Iesum Christum nobis imperare, vt peccata & vanitates relinquamus, quibus sensus nostri delitescunt, eaque ex animis nostris euellamus, ac pedibus conculcemus, eorumque loco nouissimorum memoriam ponamus? Vt huius vitę focordia humi prostrata, mortis sollicitudini totos nos dedamus ossa mortuorū terramq; ex qua conficimur, & in quam reuersuri sumus, memoria reperentes. Naaman Syrus postquam a lepra fuit curatus, ne idola adoraret, petijt à propheta Elisea, vt parum cocti lateris à Samaria in Siriam deferre permitteret. Ita testatur Scriptura Sacra in quarto Reg. libr. Nos

4. Reg. 23

Lent

Greg.
2. in. l.
de Th.

ne peccemus nobiscum in sculptam memoriam lateris unde orimur, afferimus, ne idola nostrarum vanitatum colamus. Si quoniam sumus per appositè, perenderemus, & quid euasuri sumus, absque dubio nostras conscientias elimaremus, superbiam domaremus, pedibusque insolentem & dementem animorum audaciam calcaremus. Et quemadmodum vipera suo morfu enecat, cumque comburitur & in cinerem fritur, saluberrimum atque pretiosissimum est antidotum, contra eundem morsum, ut refert Lactantius Firmianus: sic arrogans mundi fortuna & prosperitas, nostras animas lethali morfu solet vulnerare: verum si eidem animæ icte, cinerem, ad quam eadem mundi redigitur prosperitas, applicaremus, tanta compunctione dolorèque affligeremur, ut ab iisdem vulneribus ac cicatricibus conualesceremus. Necessarium igitur est cinerem ad quam Reges, Principes, nosque simul omnes, terimur, memoria tenere, & ad quid apparatus sumptus, mundi que ornatus redigantur. Ex hoc enim promanat, ut desiderijs ac voluptatibus habenas laxemus, mundumque deserentes, cum Iesu Christo copulemur, cum egressus, quas mundus superbos & celsos status vocat, consumuntur & annihilantur. Et uti maris undæ humum appulsæ dissipantur, conteruntur, ac confringuntur, & quantumuis spumosa ac rabie percitæ sint, simulac plagam ferunt ad nihilum rediguntur. Pari ratione Reges & Principes simulac terram sepulturæ tangunt, franguntur, & quantumuis potentes & superbi appareant, quamprimum plagam mortis attingunt, consumuntur & extinguuntur. Præcipiebat Deus in Leuitico, ut nonnullæ aues sacrificio oblaturæ implumes forent, plumæque prope altare ad Orientalem plagam proijcerentur, in loco, in quo cineres effundi solebant. Quid hoc sibi vult, Domine, ut has aues implumes capias? Et cum eas implumes velis, num satis est, quocumque voluerimus plumas dispergamus, non autem necessitate coacti in cineres proiecturæ sint? Et cum tua sit voluntas, ut hæc plumæ cumulo cineritio imponantur, num sufficeret, eas ad Occidentem disseminare: nisi expresse, eas proijcere debeamus ad partem unde Sol exoritur, non autem unde occidit? Quidnam hoc est peculiare? Non hoc absque magno mysterio est, nec mysterium absque magno pondere. Poterat merito Scriptura dicere, ut quædam aues Deo offerrentur, non autem tot tantisque ceremonias circumscribere, tam minimasque circumstantias calculare: hoc est ut ad huius figuræ intelligentiam excitemur. Quænam plumæ igitur sunt hæc, nisi leues, & inanes nostræ cogitationes, quæ in sacrificio, perennique holocausto, Deo debent offerri: sed ut hoc sacrificium Deo acceptum sit, necesse est ut plumas leuissimæ, nostræ vanitatis euellamus, atque in locum cineritium proijciamus: in memoriam quod cineres sumus, ut in hunc cinerum acruum pelle quadam inuoluamur, & in memoriam eius quod euasuri sumus, sepius versemus: Quisnam (ô mi fili) tam à se alienatus est, qui si suum esse diligenter velit perscrutari, non se cinerem & puluerem esse cognoscat? Quidnam hac in vniuersitate cernitur, quod humi non obliteretur? Quisnam adeo superbus & magnanimus, quem non absorpserit & deglutirit? Ecquisnam erit qui tandem in hiantium & inexturabilium viscerum non sit præda? Supremus Deus significare voluit, quamprimum animo quædam futilis vanitas occurrat, meditatione, quoniam sumus statim recordemur, aut quidnam futuri sumus: ô felicem & perbeatum illum, qui omnes has plumas suæ præsumptionis & gloriæ poterit euellere, & in cineres mortis memoriæ ipargere! Et quoniam ut ait D. Gregorius Nazianz.

Leuit. 1.

4. Reg. 12.

Greg. Nazianz. li. 1. de Theol.

bonum non bonum est, nisi bonum faciat: non enim sufficit bonum quoddam exequi, si intentio praua sit, ait sacra Scriptura hoc fieri oportere ex parte Orientis, non autem Occidentis, denotans nostram intentionem in Iesu Christo locari debere in eumque nostras operationes esse dirigendas, non autem in mundum qui sol est, ubi fit occasus solis, ubique sol lumine priuatur, quo splendor fugit & dissipatur, terraque radijs orbat & tenebrarum caligine obscuratur, quam obscura & intempesta nox secum trahit. Sed oculos quo diuinus amor tendit debemus dirigere, per Iesum Christum Deum nostrum, quem Prophetæ Orientem appellat: ex illo enim diuina claritas promanat. Proijciamus ergo plumas versus Orientalem plagam: memoria enim mortis parum nobis conducet, si ea ad Deo obsequendum excitemur, eumque pro scopo & meta sumamus, quod nostrorum operationum pharetræ, vna cum desiderijs, & cogitationibus iaculantur. Et quidem eo pacto, mortis memoria propter vitam maximum & saluberrimum est remedium. Videtur illud Deus denotare per Prophetam Ezechielem, cum ad eum dixit, *Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem: & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominacionibus, quæ sunt in medio eius. Et dixit illis audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini. Senem adulescentulum & virginem, paruulos & mulieres interficite, vsque ad internicionem: omnem autem, super quem videritis Thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite.* Iussit igitur Deus omnes qui in Ierusalem inuenirentur, interimi, exceptis ijs qui litera Thau fronte inurerentur, quæ vltima litera est Alphabeti Hebraici. Quidam volunt dicere hanc literam esse Crucem, Deumque nobis velle explanare Iesum Christum in mundum venturum, ut per Crucem redimeret, ijque Iesu Christi cruce notati saluabuntur, omnes autem alij in æternum morientur. Hæc interpretatio satis pia & deuota est, dignaque sanæque sequatur: si litera Crucis haberet formam, compertum tamen est, eam non ad Crucis instar scribi, ut ij qui in Hebræis versati sunt, non ignorant. Potest tamen fieri, eo tempore quo Propheta Ezechiel illud scriberet, hanc literam Crucis formam habere: memini enim me apud D. Hieronymum legisse, quod suo tempore Samaritani Cruce vterentur, loco huius literæ: sed proculdubio eam Hebræi tunc depingerent, ut nunc de more habent. Fortassis etiam Hebræi proprios literarum characteres cum Samaritanis mutarant, qui antiquas figuras & literarum formas quas ab Hebræis didicerunt, retinuerunt: ideo istud solum est coniectura. Quod saluo meliori iudicio mihi probatur, est, quod inter Hebræos hac litera mors intelligebatur, cum sit finis Alphabeti Hebraici, velut inter Græcos hac litera Omega Ω cum sit finis Alphabeti Græci. Gestare igitur in fronte notam literæ Thau τ , est propriè finem memoria depictum & signatum gestare, mortemque memoria scriptam: sensumque eorum quæ iussit Deus, ut ij qui mori obliuiscuntur, moriantur, ij autem qui mortem in memoria habent, vita potiantur. Quod enim ad tramitem vitæ cuius nullus erit finis excitat, finis est memoria.

Ezech. 9.

D. Hier. sup. commentum in Ezech. 1. cap. 9.

De utilitate meditationis, quod sumus cinis, & de amoris mundi incommodo.

CAPVT IIII.

NUNC



Vnde mihi videtur (inquit filius) Ecclesiam hoc velle significare, cum primo Quadragesimæ die nobis in memoriam reducit quales simus, fronsque cinere signat, quæ litera Thau est, de qua Ezechiel loquitur, & memoria mortis, qua signari debemus, eamque memoria nostra insculpere operæ pretium est. Et verbis expressis hoc opus & repræsentationem declarans, ait, *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Nescio an perperam loquar. Nequaquam (inquit pater) imò optimè. Et insuper te commonefacio Dominum nostrum in Euangelio, de hoc die loquentem, dicere, *Cum ieiunatis, ungit caput.* Et Ecclesia nos cinere inungit. Nullæ enim sunt excellentiores fumigationes malobatra, & Syria unguenta pretiosa, quam mortis recordatio. Eius consideratio clavis est, quæ alia ostia referat. Si ad paradysum passibus animæ ingredi desideres, & gloriam Sanctorum meditari, vt ad desiderium summæ felicitatis inflammeris, hoc præstare clavi considerationis potes. Hoc est quod ait Diuus Paulus ad Philippens. *Nostri conuersatio in celis est.* Inferos etiam potes penetrare, eademque clavi aperire, vt tormenta & damnatorum gehennam animo versans, a culpis meritorijs, talique pœna dignis, segregeris. Te oro, ne hæc peregrinatio male suscepta videatur, in infernum de loco ad locum cogitatione progredi, vitam tamen in terris degens, quod sanè subtilissima est allegoria: sed his relictis cõsiderationibus, ad id quod magis rem nostram attingit, descendamus. Miserandus peccator à damnato suo appetitu coercitus, extra prorumpit, donec in seipsū carceri mancipatur: vtque ad se regrediatur, seipsū considerationis clavi adaperire necesse est. Illud Dei minè volunt significare, à suo Propheta Isaia, relatæ, *Redite præuicatores ad cor.* Ac si diceret, O homines obliuiose, & à vobismetipsis alienati, legis fractores & perduelles, gyrum & reuolutionem facite, & in vosipsos regredimini. Et Redemptor noster de filio Prodigio loquens ait, eum in se reuersum & conuersum fuisse. Si ergo in seipsū reuersus est, non erat antea in se. Scisne, (ò mi fili) quanam res sit quarta Cinerum feria: dies est quem nostra mater Ecclesia, in manus nostrorum tradit, clavis nostræ considerationis, quales simus, & futuri simus, dicendo, *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Aperitui ipsius ostium, in teipsū ingredi, videbis quinã sis, videbis domum terræ, & terram cinerum, & intus omnino cinerem. Videbis denique ædificium cineris fragile corruptibile, quod citò casurum sit, & in putrefactionem cineremque conuersurum. Euanescat & effugiat ex te segnitia & ignauia, in te tuos conclauis libellos euolue, memento te cinerem esse, & in cinerem reuersurum. Auis Phœnix postquam adeo caducus est, vt volare nequeat, fertur eum comburi, & in cinerem redigi, ex qua alius Phœnix procreatur, quæ cinere renouatus, adeò in sublime aëra verberat, vt montes ipsos alis penetret. Sic nos ipsi, vt renouemur, & in cœlos conscendamus, in cinerem meditatione redeamus, humilitate nos deiciamus, cognoscamusque quales simus, & futuri simus. Cinis per aëre sparsa, non solum non prodest, verum etiam nocumento est, eos qui aspergunt, obceçans, si autem in foco remaneat, seruat, & fouet prunas ne extinguantur: sic homo in aëris vanitatem eleuatus, ad nil aliud prodest, nisi vt seipsū obceçet: verum si humilietur, secum diuini amoris ignem retinet. Ait sacra Scriptura in Exodo, Cum Moyses cinerem Ægypti per aërem proieciisset, multæ plagæ & vulnera ideò fuerunt ijs inflicta. Quenam cinis Ægypti est hæc nisi nosmetipsi?

Math. 6.

Vnde manant carmina, & nostra dementis arrogantia fortilegia, nisi cum per aëra nostræ superbæ præsumptionis, & vanitatis efferimur? Huic rei in nobismetipsis voluit mederi Deus, cum ait in Ecclesiastico, *Quid superbia terra & cinis?* Vnde hominem tanta dementia, superbia & arrogantia inuadit? vnde terra & cinis insolescit? Ostendit nobis Deus, quales simus, & originem nobilitatis nostræ declarans, ne veluti pauones, in vanitatis nostræ medio pedes nostros contemplerur, cinerem & terram, ex qua componimur, consideremus, rotamque nostrarum, fraudium atteramus, & quoniam cinis sumus, ex nobis ipsis vtilitatem quandam depromamus. Prodest cinis ad cõficiendam lixiuiam, qua maculæ multæ eluuntur: Lixiua nihil aliud est nisi aqua per cinerem liquata. E quidnam sunt lacrymæ, nisi lixiua? & quanam hæc est lixiua, nisi aqua per nostrorummet interiora, (qui cinis sumus) distillata? Hæc est lixiua, cum qua lordes & maculæ a peccatis nostris animis impressæ, delendæ, atque eluendæ sunt. Et quanuis hoc in mudo, alij plus possideant, alij minus, alij domini sint, alij serui, alij Reges, alij aratores, cinis tamen sunt alij atque alteri. Cinis bysso inuoluta, & cinis in sacco rudi posita, illud omne, cinis est. Quæ serico induitur, tantam cinis est, quantum quæ vili panno vestitur. Etiãsi in vita quidam maioris sunt existimationis & valoris inter homines, alijque minoris, in morte verò omnes sunt æquales. In ludo latrunculorū plurimæ sunt formæ, nempe Rex, Regina, Turres, Pedestres, plurimæque aliæ, & quo tempore ludus durat, alij plaris, alij verò minoris sunt valoris: sed peracto ludo, latrunculi formæ simul immiscentur absque vlla differentia, & æqualiter in theca Alueoli reponuntur. Et cum maiores maioris sint ponderis, in fundum etiam irrumpunt. Pari ratione, quandiu hac lucis vsura potimur, alij sunt pretiosioris metalli, & splendoris quam alij, quidam principes, quidam subditi, quidam Nobiles, quidam plebeij, sed quamprimum vita finita est, omnes humi prosternuntur absque vilo discrimine & differentia, & æqualiter in thecam sepulturæ projiciuntur. Dico insuper (ò mi fili) potètiore maior impetu ad inferos in perpetuum submersuros. Quod quidem effugere possent, si mortis meminissent, finemque rerum mundanarum memoria tenerent. Iacob & Esau filij Rebeccæ gemini fuere, & ait Scriptura cū ambo in vtero matris essent, vt nascerentur, Iacob plantam fratris tenebat manu. Per Iacob, qui ratione regitur, homines sapientes & prudentes intelliguntur. Et per Esau, qui effrænatis desiderijs habenas laxauit, Iacobque persequutus est, mundus intelligitur. Quidnam rei est Iacob pedibus Esau attrahere, nisi sapientes in rerum mundanarum extremo, quæ pedes sunt, elaborare oportere, omniãque ad finem peruentura arbitrari, mortisque imaginem ante mentis oculos gestare? Hæc similitudines, authoritates & figuræ (ait filius) adeo huic rei & proposito quadrant, vt nullas alias ijs æquiparari posse videatur? Quinimò multæ sunt (inquit Pater) sed nescio ea indagare, non enim ad me, ad aliumve quæpiam sensum literalè interpretari & intelligere spectat, multoque minus mysteria quæ in vastissimo sacrarum Literarum pelago reconduntur. D. Ioannes Chrysostomus, illud ad margaritarum piscationem comparat, hoc modo: Sicut margaritæ (inquit) inclusa cochleis, posita sunt in profundo maris: sic & diuina mysteria in verbis inclusa, posita sunt intus in altitudine sensus Scripturarum sacrarum. Et sicut nõ omnis potest se mergere, & de profundo tollere margaritas, nisi artifex, qui habet vsum rei illius: Sic non omnis homo potest descendere in altitudinem sensuum,

Gen. 23.

D Ch. 6.
hom. 1.
oper. im-
perf. 11.
12.
13.
14.

suum, & inuenire myſteriorum abſconditas margaritas, niſi vit ſpiritualis, qui habet exercitationem ſpiritualium narrationum Dei. Dummodò aurem attentam præbeas (ô mi fili) videbis loca quæ huc adduxi, non ſolum ad mortis memoriam methodum patefacere, ſed etiam ad mundi contemptum, quoniam vnum ſequitur alterum. Etiamſi mortis memoria, non ad ſe maius bonum quàm mundi contemptum attraheret, hoc quidem ſufficeret: charybdis enim malorum eſt: & ſicarius qui nos intercipit & inuadit vitamque & honorem illudit, & facetus quidam & ſcurra, qui ſuo actu, technis & impoſturis inſcat. Nèue (mi fili) arbitreris, me mea fretum authoritate, hoc recenſere: quippe qui Plotinus Philoſophus Platonius, vocat eum Magum & fortilegum, qui poſtquam noſtras voluptates diripuit, ac ſuffuratus eſt, nos velut incantatos trahit, ne que ſuas fallacias dignoſcere vilo pacto poſſumus. Vigilandū itaque eſt, cautè viuendum, noſtrumque ingenium acuendum, ne his technis & verſutiis implicemur. Cum autem noſtræ concupiſcentiæ igniarium in cor noſtrum quandam ſui amoris ſcintillam accendit, eam ſtatim extinguerè mortis memoria oportet, ne grauius exaſtuet, & ex minima ſcintilla, immenſum ignem ingeneret. Amor enim ille adeò arrogans & ſuperbus eſt, vt quamprimum in animam irrupit, eius poſſeſſor fieri vult tyrannidèque in ſoleſcere, rationemque ergaſtulo & carcere coërcere. Et vt hoc modo eam excruciet, quaſdam falſas voluptates & deſideria inſufurrat, quibus ſibi malū fabricat. Gregorius Nazianzenus, ille qui ab antiquis ob præſtantiā Theologus vocatus fuit, mundi amorem volens definire, ait eſſe dulcem Tyrannum. D. Hieronymus eum vocat rationis obliuionem nam vbi habitat, hic amor non ingreditur. Plotinus pictorem appellat, qui fucatis pulchritudinis imaginibus nos decipit. Conſcius quidem erit iniuria, qui hac in re perperam loqui ſuſpicabitur. Vt enim ait Menander, Amor mundi, cæcas tenebras habet præ manibus quibus, cor obæcat & obſcurat. Itaque Plutarchus, Is, inquit, amore accenſus eſt, qui falſus & obæcatus eſt. Affirmat Quintilianus amantes non poſſe de pulchritudine diiudicare, quoniam lumine & viſu orbantur. Vnde Antiqui cæcum amorem depinxerunt, ſiquidem mentis oculos obuelat, eo pacto, vt perditione & iacturam non perſentiant. Etenim mundi amor (vt quidam auctor ait) eſt velut hedera, quæ ex ſe naſcens ex ſeipſa latiſſimè ſerpit, & adeò arborem, cuius fauore innititur, implicat, eam adeò arctè conſtringit, vt omne alimentum & ſubſtantiam illi auferat: Sic ſupra animam ſubſidio propriæ voluntatis conſcendit, & ſtatim eam interimit ac extinguit. Narra-
rat Gellius in templo Apollinis Babylo-
niſi ſcrinium vndique obſeratum, quod cum vice quadam aperiretur, vacuum repertum eſt: ſed tanto pædore & fæto-
re, ac vapore putrido, illinc erumpente, vt infinitam hominum multitudinem tabe interemerit. Per Babylonem, quæ conſuſionem ſignificat, interpretatur mundus, & per pretioſum aureum ſcrinium fucata & fallax pulchritudo ac vanitas, qui licet exterius hominum oculos obæcet, interius tamen, tali veneno intoxicatus eſt, vt foris periucundus, intro enecat, atque intoxicat. Narrat inſuper Pomponius Mela in Sicilia cauernam eſſe adeò latā & iucundam, in limine arborum varietate ornatam & decoratā. Et ſi eò intrò progredimur, eo fit anguſtior atque obſcurior, donec ij qui intus gradiuntur, in talem locum irruunt, vt ſeipſos penitus obliuiſcantur. Eo enim pacto ſubtilibus atque verſipellis

Gellius 5.
lib. noct.
Attic.

labyrinthis inuoluuntur, vt exitum nullomodo poſſint indagare. Sic mundus prima fronte voluptates, diuitias & honores, dignitates, præclaræque facinora pollicetur, nos ſumma ſpe alliciens, vt tandem nihil ſint, niſi inanes ſpes: donec eas à noſtrorum obliuione penitus rapit & eò in voraginem perpulchri, diſtiſſimisque palatij immergimur, eò magis ſuis retribus innectit. Heu miſer! quænam ratio! non tantum conſideratione ducimur vt petamus, ſed is minus etiam poſſidet, vt impertiat & concedat. Hi ſunt fauores & blanditiæ, quibus erga ſuos vititur, neque eas animaduertimus, aut præuidemus. Quot oculis noſtris conſpeximus, qui eius familiaritate inflati arrogantiores Hannibale ob victoriam Cannenſium, ſecumque maiores ſuperbiæ fluctus trahens, quàm cetera cum ſuis naribus anhelitum immitit: qui dehinc diruti & peſſundati fuere, & viles panni quibus alij pædorem & ſqualorem pedum detergunt, effecti: paucò etiam temporis lapſu arrogantium deſideriorum ſurculi amputati, qui longè ante ramis & folijs ſilueſcebant, nec vllum fructum producebant. O fallices mundi ſpeſ! o hominum deceptrices cogitationes, quæ in medio itineris euaneſcunt, & antequam portum appellant, in profundum ſopuntur. Ait Solinus duos eſſe fontes cuiusmodi naturæ, vt qui ex vno bibit adeò ridet, vt moriatur: ſi tamen ex alio fonte bibat, à riſu abſtinet & conualeſcit. Primus eorum fontium, eſt obliuio mortis, ſecundus verò noſtri finis memoria. Bibentes igitur in obliuionis fonte, immoderatè ridemus, rebusque mundanis tanta voluptate oblectamur, appetitibus noſtris habenas laxantes, ac eorum paſſibus vltro citroque curſitantes, vt in domum mortis abſque vilo ſine, irruentes, ceruice collabamur. Verum tamen ſi loco & tempore, alius fontis aqua ſubleuemur, quæ eſt mortis memoria, vt nos ipſos regredimur, & a ſutilibus atque inanibus mundi delectationibus auſugientes, noſtros riſus in lacrymas, gaudiūque noſtrum in dolorem & contritionem commutamus, & in fonte ipſius memoriæ potamus: vt peracto vitæ curſu, in cæleſti gloria lymphidas æterni deſiderij & oblectamenti aquas bibamus. Contemnāmus mortem in hiſce terris, vt immortalitatem in cælis conſequamur. Si etiam piā & honeſtam vitam ducere peroptamus, ne propter Deo præſtandum obſequium vitam exhalare abnegemus. Meritò enim ſe viuere dicunt, qui mortem alpernantur, parati, vita momentanea, debitis, quibus ob æternum eorum decus obſtrunguntur, ſatiſfacere.

De præparatione ad mortem, de eius timore & contemptu: de memoria quam antiqui de illa habuerunt.

CAPVT V.



Harillime pater (ait filius) nunc occurrit quædam difficultas, quam te obſecro velis enodare. Quænam difficultas? (inquit pater.) Audies (reſpōdit filius.) Hoc ad hanc rem tendit, cum mortem contemnere oportere dicimus. Mortis memoria timorem parit, ideo eius meminiffe debemus, vt eam pertimeſcamus, & econtra contemptus mortis efficit vt eam nullomodo reformidemus: & quoniam mortem timere & non timere duo ſunt contraria & repugnātia, ſequitur cauſas, vnde hi effectus promanāt inter ſe
i è dia-

è diametro pugnare. Causa sunt mortem meditari & contemnere. Hæc duo igitur inter se pugnant, neque in eodem subiecto possunt subsistere. Vt enim dicimus, ignem & aquam esse cõtraria, quoniam eorum effectus, qui sunt calor & frigus, sunt etiam contrarij: pari etiam ratione mihi videtur nos posse fateri mortis memoriam, eiusque contemptus inter se dissentire: quandoquidẽ effectus, qui sunt timere mortem & non timere, inter se repugnant. Porro, Dominus noster ait, nos debere mortem meditari, qui cõuenire potest, quod denuò loquutus es, nos eam debere contemnere? Duobus (inquit pater) principiis inheres, quæ ambo falsa sunt: non mirum igitur videri debet, si conclusio sit falsa. Vnum est quod de effectibus attulisti, siquidem potest fieri, vt duo effectus sint contrarij, cum nec causæ efficientes sint. Comprobabõne? Iniice lignum in vnum elibanum, & in alterum aurum, lignum nigrum atque obscurum reddetur, aurum autem purum, nitidum & fulgens remanebit: vides tamen ignes non esse contrarios, quauis effectus diuersi sint. Et idem ignis qui lutum indurat, ceram molliit, donec eliquet. Quemadmodum etiam Solis radij faciem nigram biffum autem candidum reddunt: certissimum igitur est, propositionem, quam adduxisti, à veritate dissentire. Aliud principium falsum, quod ais, mortis memoriam occasionem dare, quod eam formidamus: eo pacto eius meminisse debemus vt timeamus. Ergo illam cogitatione versare, est non timere: quippe qui mortis cogitatio, eius præparationem gignit, & ad eam appetendam parari, ex eo promanat, quod non eam timeamus. Vnde D. Bernardus. Seruus Dei, ait, etiamsi mortem haud euadat, non tamen eam reformidat: amor enim virtutis, eum ad morientulum promptum reddit. D. Augustinus, Immoderatus (inquit) mortis timor, promanat, parum in vita profuisse. Consulit etiam Seneca (vt nuper dixi) vt mortem meditemur, ne eam formidamus. Illam enim sæpissimè animo voluere tendit vt ad eam oppetendam disponamur, & ex nostra præparatione sequitur eam non pertimescere. Non, inquam, mortem nos meditari oportere assero, vt eam timeamus, nisi vt ad eam admittendam præparemur. Multum enim tunc conducit nouissimorum nostrorum recordatio, cum finem nostris peccatis imponat. Polleret (inquit filius) maxima scientia qui ad rectè moriendum, methodum & præparationem calleret. Hæc (ait pater) maxima & suprema totius orbis scientiarum esset, & omnium ab illo contemptissima. Si homo ad diem festum celebrandum aptetur, cum an ad eum peruenturus sit, ignoret: quo pacto ad mortem disponetur, cum necessario hanc viam calcandam esse illi sit indubitatum? Hanc ad mortem dispositionem tibi multum commendo, omnibus in locis eam præstolare, siquidem te rimatur atque scrutatur, cumque hac memoria munitus & propugnatus fueris, nullo vnquam pacto mortem reformidabis. Verum enim uero mortis memoria timorem ingenerat: nõ autem propter ipsam, sed propter rationem, quam Deus à nobis est expetiturus: & inuiti reddituri sumus, & huius rationis terror, timorem nostra cum conscientia inuitit, quæ à mundi amore nos separat, diuinamque facit amplecti, à quo desiderium nonnunquam ex hac vita emigrandi promanat, vt Iesu Christo, eiusque gloria potiamur. Homo qui in longinquum velificatus est, nec adhuc sua supellestilia parauit, nec suis rebus curis & negotiis perfunctus est, videtur sibi continuo vela vetis expandere, intestinòque dolore aggrauatur, cum imparatum discedere oportere meminit. Verum qui apprimè negotia capessere, remum agere

D. Berna.
in epist.

concupiscunt, & festiua spes segnis mora illis videtur. Sic in acie huius mundi, ad discessum in alterum parata, necessario est vt migret: animarum ignauiæ qui debitis non satisfecerunt, nec à peccatis eximuntur, nec enim iis quos afflictarunt petiere, nec de preclaro aliquo facinore benemeriti sunt, quod ad eorum concientias conducat, videtur illis exercitum paratum esse, & iamiam remum agere, mortemque festinationem præproperam esse suspicantur, discessumque propter emalculatum pectus, muliebremque animum, pertimescunt. Verum iusti quorum animo ad amulsum virtus & pietas perpolitata est, ab his curis, angoribus & terroribus vacui, viuunt, eoque pacto mortem nihili faciunt, vt nullo eius metu ab incepto debitoque opere nequaquam desistant: quin etiam ob amorem Iesu Christi quauis hora, aut momento mortem oppetere ardent, magni hunc pretiosorem thesaurum, quam ipsam vitam ducentes. Ne arbitreris etiam (fili mi) me velle dicere, mortem à nobis nullo vnquam pacto timendam esse: quoniam hic timor ita est naturalis, vt natura ipsa, quosdam sensus & apprehensiones perferentiamus. Sed eò me tendit oratio, nos timere debere, ea ratione, vt hic timor, ad illicita munia & officia nos coërceat: illud voco non eam timere sed contemnere, cum quis prius mortem obire desiderat, quam peccatum mortale patrare. En igitur, quo pacto mortis memoria, eiusque contemptus inuicem repugnent. Sed hæc duo ad meam opinionem & sententiam referendo, ad eò sunt annexa & cohærentia, vt longa alienentur, quo disiungi, aut separari queant. D. Ambrosius ait: Si fortis es & constans, mortem contemne, si autem debilis & imbecillus, eam fuge, sed eo pacto, mortem temporalem fuge, ne temetipsum in æternam agas præcipitem: nullus enim mortem vitare potest, nisi vitam sequendo: vita vero Iesus Christus est. Malu (dicebat Periander) absque vlla necessitate mortem desiderare, sed cum opus est, eam formidare, multo peius. Quintus Curtius ait homines fortes, & magnanimos potius debere mortem contemnere, quam à vita abhorreere. Denotant hi auctores, homines strenuos, bellicosos & magnanimos mortem debere aspernari, non propter odium vitæ, quæ perficitur & terminatur, sed propter decus quod est immortale: & sicut hic honor in virtute consistit, virtus verò in cultu Dei, sequitur nos mortem contemnere oportere, quoties Dei cultus & obsequium ad id nos adhortabitur. Quemadmodum igitur mortis memoria nos ad obsequium Iesu Christo præstandum excitat, sequitur hanc recordationem, non tali contemptui repugnare. Quisnam cedo maiori polluit mortis memoria, quam D. Hieronymus? Equisnam magis eam aspernatus est? Eius opera euolue, multas perpulchras & sanctas doctrinas comperies. Præmanibus habe epistolam, quam ad Cyprianum mittit, vide prologum super Esdras, lege paulisper commentarios super Prophetas, inestimabilium ac pretiosissimorum thesaurorum fores referant, pulcherrimas scientiæ dotes, explicauit, cognosces quidem quam parum mortem timeret, & quam multum illius recordaretur. Contemplare illius imaginem, & intueberis eum in hirsuto, atque asperrimo deserto commorantem, macie confectum stomachum percutientem, præque oculis mortui caput tenentem. Hac in rudi atque aspeta pœnitentia, videbis quo pacto mortem temnat, & quo pacto illius contemplatione, huius capitis, quod continuo præ se ferébát, recordaretur. Et vt ad Sacram Scripturam descendamus, dic queso, sanctissimus ille sacerque Rex Da-

David, qui nocte cubiculum abluebat, & seipsum contemplans, se in lacrymarum torrentem immersum conspiciebat, quo stratum suum rigabat, caputque in fontem aquam continui luctus distillantem, conuerterat. Num mortem expetebat? Lege (mi fili) eius Psalmos videbis sanè quoties singultibus & suspiriis ad ipsam anhelaret. *Heu mihi (dicebat) quia incolatus meus prolongatus est.* Et alio loco, *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lacryme mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?* Diuinus amans verbis affectibus plenis explicabat, quo desiderio Dei gloriam videndi æstuabat, extremumque desiderium quo propter exilij prolongationem afficiebatur, cum lacrymis inundaret, cum vehemens eius amor dolorem & mœrorem satis comprobaret. Vocat Deum fontem vitæ, cuius siti exardescerebat: ita ceruus sedens factus fuerat, perniciosissimus cursu omnium animalium, qui iuxta phisicorum opinionem, & ita D. Augustinus testatur serpentes interficit, & confestim velocitate ardenti siti pressus ad fontes lymphidarum aquarum percurrit: siquidem peccatis mortuis, quæ sunt serpentes, anima maiori feruore sitim in hoc vitæ fonte, qui Iesus Christus, est restinguere, concupiscit. Et notandum est titulum huius Psalmi esse talem: *In finem, intellectus filijs Chore:* ac si diceret hic Psalmus ad Iesum Christum tendit, qui finis est, ad quem nostræ omnes actiones & operationes debent dirigi. Et hic Psalmus, verus est fidelisque intellectus, qui filiis mortis conuenit: propterea quod Chore, lingua Hebraïca, perinde sonat ac mors, vt testatur D. Augustinus. Quidnam intelligere oportet per caput atque ossa mortuorum, nisi mortis recordationem? Ne arbitreris hunc sanctum Prophetam, Regiûmque Psalmem Dauidem mortem expetere, vt vitæ labores excusaret, nec etiam vt spe excideret: hoc enim ad nūquam fragilitatem, vitiûmque spectat. Verum mortis recordabatur, eamque flagitabat, vt Dei conspectu frueretur, cuius amor eum in ipsum trāsmutabat. Et hæc est vera perfectio. Ita complures duntaxat interpretantur: complures tamen sunt, qui alium sensum, aliãque interpretationem ei tribuunt, ambæque veritati possunt assentiri. Cum Periander affirmaret (vt nuper dixi) malum esse mortem expetere, desiderium quod ab horrore & odio vitæ afflictionum pullulat, intelligebat, non autem amorem Iesu Christi: nam petere mori ob amorem Iesu Christi, gloriosa est æmulatio, quæ istud desiderium cum diuina voluntate conformat. Gloriosus ille D. Paulus vas electionis, perdulcis liquor Euangelicus, vas illud electum, num suam vitam in Iesu Christo esse, & mori lucrum & vtilitatem assererat? lege Epistolam, quam ad Philippenses scribit, & comperies: Paulo inferius ait, *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Cùmque tempus sui martyrij præuidisset, properabat ad mortem gaudens: ac si ad celebrandum aliquod festum pergeret. Cum etiam Romæ crudeli & obscurissimo carceri mancipatus esset, qui postea in Ecclesiam fuit sacratus, nunc verò S. Processo & Martiniano dicatus, quam nonnunquam ingressus sum, mortis nuntia ad illum pertulerunt, quæ quidem magna cum alacritate, atque incredibili læticia excepit. Et nulla mora interposita per viam Hostiensem ductus est, ad leucam vsque Romæ, vbi capite plexus est quod caput tribus saltibus in terram profiliit: ex quo loco statim miraculo quodam tres aquæ viuæ scaturigines promanarunt, quæ fluunt ac permeant ad ho-

D. Augustinus
in exposit.
super Psal.

Mors D.
Pauli.

diernum vsque diem: siquidem eiusmodi fuit Dei voluntas ad tanti miraculi memoriam manifestandam: quos fontes vidi meis oculis, tibi que affirmo labris meis has aquas degustasse. Hæc martyrum multitudo, qui pro Iesu Christi Domini nostri, mortem oppetere, quis poterit sanctum & serenissimum amorè, quo ad mortem properabant, explicare? Amici & parentes, qui eos comitabantur, ad locum vsque martyrij, adeo amarè collacrymabant, vt eorum miserandis lacrymis extremum & intestinum mortis dolorè representarent, tristibusque singultibus eiulatibus, ac suspiriis ingemiscerent: ad inuicem verba adeo angore plena & acerbissima proferentes, vt indomitos Tygrides ac Leones ad quandam misericordiam & compassionem commouissent. Nihilofecius tamen ministri iustitiæ mortem eis inferebant, quæ non molesta, aut aspera, imo incredibili gaudio & alacritate suffusa, cum Deo beata & sempiterna felicitate perfrui efflagitabant. Potius vitæ facere iacturam expetebant, quam fidei, mirandæque constantiæ, & in diuinam charitatem rapti, crudeles Tyrannos, eorumque perhorrendos cruciatus flocci faciebant. Nunquam enim aspera, atque hirsuta Arabum deserta, nec loca Æthiopiæ effera, ac perhorrenda, nec Lydiæ inaccessibleis altissimique montes, magis rabie percitos & crudeles dracones serpentisque peperere, quàm hi carnifices Tyranni extiterant. Verum gloriosi martyres flammam ipsas & gladiatorum acies penetrabant, ac si per suauissimos, per amœnosque hortos pertransissent. Nulla erant tormenta, quantumuis crudelia, & inusitata, quæ eos perterrefacerent, mortem subire oblectabantur, propter ipsum, qui pro iis mortuus est: nolentes ob mortis timorem à vera vita deficere, sed multis singultibus, imisque suspiriis, ex intimis cordis penetralibus euulsis monstrabant incredibile desiderium, quo ex hac commigrare vita exæstuabant. D. Basilii verba pij Senis Simeonis, quæ D. Lucas in 2. ca. sui sacri Euangelij scribit. *Nunc dimittis seruum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace,* ait, Si iustorum vocem consideremus, inuenimus omnes gementes & moram, tarditatem, nimiramque huius vitæ detentionem deplorantes. Sunt igitur duæ vitæ, alia in hoc mundo, secunda verò in alio, mors verò fuscina trifurca est, quæ has duas vitas arripit, ac coniungit. Cum sancti Martyres, ex hac ærumnosa & laboriosa vita exiliunt, in pacatâ & tranquillam deuolant: ex hac vita egredientes, quæ propter breuem & gloriosam mortem, mors procrastinata est, in hanc æternam & veram vitam ingrediuntur, vbi vita est sine morte, lux sine tenebris, gaudium sine tristitia, quies sine labore, & tandem vbi est summum bonum, quorum omnia bona simul conglomata, non æqualia sunt: & omnia bona quæ huic bono sunt contraria, adeo longè distant, quod bona sint, vt mala sint. Ante Iesu Christi mortem non magnum erat mortem timere, quoniam quantumuis sancti & pij homines fuissent lymbos adibant, locum iustis preparatum. Verum, vt potè Iesu Christi sanguis clauis fuit, quæ paradysi ianuam referauit, eamque patetem iustis reliquit, vbi est optimus Iesus brachiis extensis & apertis, vt eos intronittat, sui que Regni faciat participes: non æquum est, vt boni & fideles Christiani timore & terrore quam habent Gentiles, percellantur. Siquidem Saluator noster per suam mortem temporalem, nos ab æterna liberarit. Et vt ait D. Paulus ad Romanos scribens, propter peccata nostra liberatus est, & propter iustificationem nostram resurrexit. Si ergo resurrexit, consurgere, etiam & nos debemus siquidem morte suæ mortis caput attriuit. Si homo viuus sepulchro imponeretur, intra tres dies reperiretur

Luc. 2.

Re

retur mortuus: Iesus Christus Dominus noster in sepulchro fuit positus: post vero tres dies egressus est viuus. Cursus naturalis hoc in loco fuit commutatus: vita enim mortis tumulto fuit consepulta, quoniam Iesus Christus vita est, vt ait D. Ioannes & fuit mortis sepultura vitæ, receptaculum & domicilium, & è viuus reuixit, mortem etiam ipsam relinquens. Ita prædixerat per Prophetam Oseam, *Omors, ero mors tua.* Solinus ait, quendam fontem esse in Epiro, cui si fax extincta intro mittatur, accensa extrahitur, si vero accensa immittatur, mortua extrahitur. Pari ratione si viuus sepulchro feritur, mortuus exit: cum autem moruus sepultus fuit, viuus egressus est. Fax illa quæ mundum accendit, vt ait D. Ioannes, *Ego sum lux mundi, viua exiliit & de eadem ipsa idem Euangelista in loco alio, ait, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hæc lux viua reuixit, & mortua extincta remansit. Vbi est mors victoria tua, vbi sunt tui triumphus? Tu procedis coram victore Iesu Christo, qui curram gloriosum, atq; ex te triumphantem conscendit, sicuti prædixerat Propheta Abacuc, cum loquens de Saluatore, dicebat: *Ante faciem eius ibit mors.* O mors tu absorpsisti & deglutisti nostrum verum Ionam, sed viuus tertio die egressus est. Tu eum deuorasti, vt lenires atque pacares procellas mundi, & nostra Niniue per eius doctrinæ prædicationem salua facta est. Te suppeditauit & interemit. Hic est ille Propheta, qui è terra exiit, qui paternos lares deseruit, qui Niniuem profectus est, vt pœnitentiã prædicaret, qui mundo Euangelium nuntiauit, qui cū in his terris diuersaretur, cælum & terram impleuit, & cum homo esset, Deus esse non destitit, duæ naturæ in vno subiecto. Hic est ille, ad quæ hæc verba Prophetæ Jeremiæ aptantur. *Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius.* Per tuam mortem mortua es, ô mors, vt viueremus, tu deglutisti, sed absorpta es: vita mortua est, & te moriendo, interfuit, mortua remansisti, illa verò viua. O gloriosa victoria! ô præstantes exuiæ, ô admirabilis & diuinus triumphus! Quisnã tantorum mysteriorum considerationem non suspiciet attonitus? Per Protoparentem Adam mors intrauit in mundum, per secundum verò vita; per primum pœna, per secundum gloria. Hoc est quod ait D. Paulus in prima Epistola ad Corinthios, *Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in adam omnes moriuntur, & in Christo omnes viuificabuntur.* Hactenus Apostolus. Quidnam igitur prodest mortem extimescere, cum Iesus Christus mortuus sit & resurrexerit, & omnes morituri, ac resurrecturi sumus? Quid prodest longinquam vitam expetere, siquidem nostrum exilium procrastinat, & in hoc miseriarum pelago detinet; nec vlllo modo ad æternam requiem potest ingredi? quod quidē exequi non valemus, nisi mediante morte, quæ cimba est, quæ hanc vitam in aliam transuadit. Et quamuis videatur mortem à vita dissentiri: est tamen iter & via quò illā petimus: vnde fit vt Salomō in Ecclesiaste dicat, *Melior est dies mortis, die natiuitatis.* Et in Prouerb. *Sperat iustus in morte sua.* Eapropter cum iusti corpore moriuntur, pœnis & sollicitudinibus quæ impios exagitant, nequaquam cruciantur. Illud est quod ait Liber Sapientiæ. *Iustorum anime in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.* Non ait, Iusti moriuntur, sed mortem cum alacritate & desiderio patientur. Propterea quod eorum mors, *Pretiosa est in conspectu Dei,* per mortem Christi mors quæ pœna & tormento aggrauabatur, in lætitiã & meritū iusti redacta est. Dic quæso martyr, nōne meretur pro Christo pati. Quis dubitat?

Vide igitur quomodo mors, quæ ex delicto Adā nata est, in meritum per Iesu Christi gratiam redacta est. Protoparētes nostri propter peccatum mortui sunt, & sancti moriuntur, propter nō peccandū. Ergo corporalis mors non solum mala non est, imò optima; quoniam præsens vita adeò miseranda & periculosa est, vt me latet quo pacto homines, tam pertinaci, atque obstinato animo eam defendant. Ait D. Ambrosius, Ad instar malorū huius vitæ mors magis remedium est, quàm pœna. Et alio loco ait, Deus mortem nobis infligit, pro remedio & fine malorum nostrorum. Vocat Ammianus Marcellinus mortem finem viuendi, & doloris. Non est infelicitas (ait Salustius) sed infelicitatis finis. Marcus Tullius Cicero in prima Tuscul. vocat eam portū, longam verò vitam, ventos contrarios, qui per malaciam non sinunt progredi, & nostrum est propugnaculum, finisque laborū huius vitæ. Euripides ait (vti refert Plutarchus) vitam, nihil de vita retinere, nisi tantum nomen, & certè illud non vita est, sed longus & permolestus labor. Et Menander ait, vt refert idem Plutarchus, duo esse perpetuo indiuisa, nempe vitam & dolorem simul. Omnes voluptates quas homo quinque annorū spatio potest percipere, vno die supputabit: sed molestias atque iniurias vnus diei, non quinque annorum interuallo poterit numerare, ob vitæ defectum, vt numerum laborum vitæ perficiat: vnde fit vt Thraciæ populi precipuè qui Thrauci vocabantur, à vita abhorruere, & ob mortem oblectati sunt. Solinus & Pōponius Mela scribunt de his hominibus cum liberi ijs nascerentur, plorarent lamentarentur, luctūque lamentabilem redderent, cum autē morentur, cū parentibus & amicis epularentur magna cum lætitiã & exultatione mortem celebrātes. Ita testatur Valerius Maximus & Quintilianus, & Herodotus alijs antiquior in sua Pteriscore. Plures insuper sunt authores, qui huius rei mentionem faciunt, volentes de lacrymis & ægreditudinibus huius molesti exilij, miserandaque nostra peregrinationis valle, verba facere. Cum antiqui in suis fictitijs fabulis nobis memoria reliquerunt. Biblim tantum fleuisse, vt in fontem cōuerfa fuerit, & Atis in riulum, nihil aliud denotare voluerit præter tormenta huius vitæ, & lacrymæ quæ ex oculis effluunt, & in quas eliquamur. Ea propter vitæ nostræ initium fontem lacrymarum appellabant, & decursum eius, riulū & miseriarū acruum. Quapropter Plinius ait, ærumnas & ægreditudines, pericula, timores, & sollicitudines vitæ tanto numero abundarent, vt nihil hominibus melius esset, quàm vitæ breuitas. Ideo Archidamus, antiquus Rhetor, librum de mortis laude composuit, quem Cicero in sua prima Tusculana sequutus est. Et deinceps D. Ambrosius hunc excellentem tractatum de bono mortis composuit. Quid igitur prodest, longinquos expetere annos, siquidē eò magis vita longa est, eò latius nostrū exilium extenditur, nostrūque gaudium abbreviatur: & eò magis viuimus, eò grauiores perferentimus ærumnas. Vnde sequitur nos non debere immoderatè mortem pertimescere, siquidem magnimini & generosi viri vitam æstimant, vt laudem, famam gloriosamque memoriam pro morte paciscantur.

Ammian.
lib. 25.

Cicero in
1. Tuscul.

Soli. 5. ca.
Pompan.
Melli. 1.
cap. 2.
Vale. Ma.
2. lib.

Quinti-
lian. li. 5.
Herodot.
in Pteris-
core li. 5.
suabistor.
Ouid.

Metamor-
phos. li. 9.
& 5.
Pli. 7. lib.
sua nas-
tur. hist.
Cicer. 1.
Tusi.

Osten-

*Ostendit pater humanarum historiarum autoritate
cruciatu vite, honore & que glorio-
se mortis.*

CAPVT VI.



Lapso pauculo temporis interuallo, pater filium suæ orationis prosequutus est, dicens: Videtur mihi affatim incommoda & molestia huiusce vitæ testimoniis & autoritatibus diuinarum literarum quæ adduxi, comprobasse: vt autem nihil omittam, nonnulla exempla humanarum historiarum enumerabo. Ergo (fili mi) dic quæso, præclara facinora & res gestæ Pompeij, nonne magis illustriores fuissent, si ante ciuilia bella mortem optuisset. Quisnam est in antiquarum historiarum lectione veritatus, qui illud inficiari audeat. Non contra focerum arma sumpserit, neque domum suam deseruisset, non ab Italia exulasset, non à Cæsare victus fuisset, non in captiuorum manus deuenisset, non caput fuisset abscisum, & à corpore miserè dissectum, non hostes omnes suas diuitias & facultates possedissent: & tandem non tot infortunia, calamitates & ærumnas fuisset perpeßus, vt potè prolixior, & spatioßior vita, illum hæc omnia coëgit subire. Suo primordio, conceptuibus & incrementis Cæsaris inseruit, ac fuit, eum in honorem dignitatem atque autoritatem extulit. Denique maxima in illum contulit beneficia, qui tot illi mala inflixit, erexit eum, à quo fuit detrusus, & eò longam duxit vitam, eo maiores calamitates & infelicitates subiit. Tam breui tempore tot nationes deuicit ac debellauit, vt excelsa & insignia eius facinora, omnium desideriorum apicem attingere, imò præcellere viderentur. Cum autem tantis tamque insignibus victoriarum trophæis potiri suspicatus est, victus remansit, famam tenebris obuolutam vidit, exercitum dissipatum & articulatum conscisum, Duces interfectos & extirpatos. Suos amicos sepeliit & cum iis omnes eius spes consopiuit. Lacrymas emisit, nec aliquo fatus fuit remedio, multis variisque cogitationibus irretitus, & ancipitibus opinionibus pererrans: & quoquò se verteret, oculis imminentem labem, iacturam, & subuersionem cernebat, donec tanto dedecore & crudeli ignominia fuit interfectus, vt amici, atque alij omnes illius miserescerent. Præterea, hic superbus & magnanimus Hannibal, qui cum exercituum innumeram nubem accumulasset totum terrarum orbem terribilibus atque perhorrendis armorum strepitibus disperdere minaretur: desiderium imperandi vltèrius promouens, quod iam multis antè annis illius ambitiosum pectus inuaserat. Alpes penetravit, totam Italiam perterrefecit, multiplici acie dimicauit, & non longè abfuit quin Romam solo æquaret. Tam multis illustribus atque angustis victoriis exantlatis à Scipione in sua patria fuit debellatus, & statim magno cum dedecore ac infamia terga dedit, & ex magno Principe, alterius seruus factus est, & in tot peri-

cula atque infortunia illapsus, vt nullum remedium, quo illinc sese extricaret, potuit reperire. Quoniam dolore & angore tibi videtur, eum debere cruciari, cum in conspectu Regis Antiochi, hæc verba protulit. Cum essem imberbis, mihi omnes seruire: sed quæprimùm cana facta est barba seruire incepi? quænam tristitia & doloris æstus, illius cor adurebant? Magnus ille Cyrus Persarum Rex, qui, vt ait Xenophon, Imperio ac dominatione, Medos, Hircanos, Syrios, Arabes, Græcos, Lydios, Phœnicios, subiugauit, multis insignibus partis victoris & trophæis, in manus mulieris suæ inimicæ vitam exhalauit, quæ caput in bello abscidit, & in vtre sanguinis humani pleno, posuit, diceas, Sanguinem sitisti, sanguine te satia. Ita narrat Herodotus pluresque alij authores. Cum Chaldeos deuicit, & Hebræos in antiquam & pristinam dignitatem asseruit, & cum à quamplurimis nationibus, tam miros triumphos excepit, num tibi videtur, si eo tempore obiisset, maiori cum gloria & fama illud accidisset? Sed viuebat, vt suum honorem & splendorem vita priuaret, & mortuus est vt sua infamia & dedecus viueret: longiorisque vitæ anni, illius sanæ nitorem & splendorem infuscant: Longius progredere sermo, si quot molestas ægritudines afferat vita, & innumeram malorum molem vellem percensere. Illud sane plures Gentiles sese liberè morti obicere excitabat: quippe qui vitam profundum lacrymarum æquor, pœnas & pericula esse prouidebant: & in vita æterna requiem tranquillitatem & æternum gaudium futurum esse. Et quanuis caligine & ergastulo tenebrarum obcæcati vitam ducerent, veramque immortalitatis viam ignorarent: non tamen eorum instinctus eos fallebat. Thales enim Milesius, quem superius adduxi, ingenuè fatetur nostram animam esse immortalem. Et hæc sententia dehinc à multis prisca Philosophis fuit comprobata. Socrates Priscorum philosophorum sapientissimus, quos Athenas in thesauris possedit, in hac etiam fuit opinione, multisque politissimis & conglobatis rationibus, eos exaggerauit, atque auxit: affirmant duo esse itinera, quo animæ postquam è corporis ergastulis exiliere, transeunt, vnum in cælo, beatorum sede, alterum in loco pœnæ. Ita vt vnusquisque locum sui meriti petat. Cumque ad mortem damnaretur, noluit è carceribus euadere, etiam si liberè illud posset exequi, imò potius dixit, nulla occasione motum esse, quo de suis delatoribus Anito & Melito conquereretur: nihil enim mali aduersus illum gesserant, cum mortem procurarent, nisi cum malum in illum infligere, arbitrarentur, & posse animam à corpore disungere, sed votis potiri non poterant, cum ad perfrundum cum iustis æterna beatitudine properaret, vt copiosius narrat Plato in sua Apologia, & in Dialogo Criti & Xenophontis in Apologia, & in libro de dictis & factis Socratis. Cumque hora supplicij immineret, ait illum poculum, quo venenum erat infusum manu cepisse, idque summa cum constantia, temperantia & patientia sorpsisse. Quibusdam etiam in locis loquitur Plato de animæ immortalitate, ad eò summè & religiosè, vt iuxta Calimachi relationem, cum Cleombrotus hunc librum ad finem vsque perlegisset, ex celsa turri in mare sese precipitem prouit, vt hanc immortalitatem delibaret. Ita refert Cicero in prima Tuscul. & post eum D. Augustinus in lib. de ciuit. Dei. Et narrat

Plutarchus, cum Cato Vticensis ex Utica ciuitate Africę molestiis, & cruciatibus conflietaretur, ob victorias à Cæsare partas, quem Tyrannum ducebat, in lectione Platonis Phædonis, de immortalitate animę tractantis, pernoctauit, cumque eum perlegisset, suo gladio mortem voluntariam sibi consciiuit. Et quanuis Gentiles admodum errore notandi essent, cum mortem sibiipfis consciscerent (non enim licet, nec fas est cuiquam mortem sibi voluntariam inferre) has tamen historias recensere mihi visum est, vt quam fidem immortalitati animę adhibebant, cognoscas. Et quanto magis diurnę famę statuis consecrari mallebant, quam breui & caduca vita potiri. Poëtam Archilocum Lacedemonij in exilium damnarunt, eo quod nonnullis versibus multo satius esse in acie arma perdere quam vitam, opinati ausus esset. Ij verò contrà dicebant, ad honorem parandum, mortem esse appetendam, & ad immortalitatem adipiscendam, & vitam & honorem simul esse amittendum. Et hac consideratione, atque opinione freti, hæc præclara facinora, insigniaque trophæa, sibi parebant, quorum plenę sunt historia. Hoc Codrum Atheniensem intemeratis animis, habituque ignoto in mediam aciem irrumpere, excitauit: quandoquidem ab Apollinis oraculo fuerant comminati, eos omnes esse occisuros si eum interficerent. Hoc Marcum Curium in Romanum lacum sese precipitem agere compulit, quo fuit absorptus, nec vnquam apparuit, ob incredibile salutis patrię suę desiderium. Brutus sese libens morti obiecit, vt Romanam à Tarquiniorum tyrannide liberaret. Hoc animos & voluntates Decij & Metelli ac innumerorum & strenuorum Ducum desideria inflammauit, vt pro Reip. salute occumberent, mortemque triumphantem & gloriosam ducerent, qui spontanea voluntate in perhorrendas & lethales voragines sese abicientes, vnde non posse euadere haud erant ignari, oculis spes & desiderij vita dissecta conspexere. Denique felicitis atque insignis famę memoria, omnes quibus sponte illam relinquere cordi fuit, accendit, vt multa discrimina, multa pericula, captu sane difficilia & perdifficiles negotiorum anfractus oppeterent. Magna sanè narrantur (ait filius) de antiquis, tam Græcis, quam Romanis. Verum mihi videtur, non huiusmodi esse, quo feruntur. Quinimò (ait Pater) credo multo maiora & insignia esse. Quippe qui, vt multorum verborum effectus, tantum extrema representat, eaque perpauca: sic virtutes, & præclara virorum facinora non narramus, nisi in huiusce orationis extremo, & cum longè lateque multa perlustrari possint, ea tantum à primis, (vt aiunt) labris degustamus. Antiqui admodum famę, & inextinguibilis ardoris, quo ad eam adipiscendam, tenebantur: quæ omnia acutissima erant calcaria & stimuli quibus ad virtutem, & ad hanc aspernam vitam promouebantur, quę paucis momento annihilatur, vt gloriosam & immorturam famam consequerentur. Tempus enim è vita trophæa reportat, & è tempore præclara, & gloriosa fama. Sed cum defectu erramus cum laudes actiones atque opiniones hominum recensemus: ita etiam à recta via deflectimus, cum in eorum erroribus narrandis tempus conterimus, tantaque alia veritati superaddimus, vt hoc historia videatur. Similis quidem pallio cuiusdam mendici, adeo detrito, & in multis frustorum coloribus dissecto, vt vera propriaque pallij pars distinguere nequaquam possit. Fertur in Olympia Græcia ciuitate, porticum quendam tanto artificio elaboratum extitisse, vt si alta voce sub illo exclamaretur, septem

voces emitteret. Idem à Græcis *ἑπτάφωνος* vocatus fuit, & à Latinis *Septiuocus*, quod nomē idē significat. Sic cum alterius erratum quod audiuius, verbis detegimus, tanta alia exaggeramus, vt pro vno septem efferamus, & ex culice magnum elephantem omnium armorum genere onustum reddimus. Sunt homines adeo hæc in re deprauati, vt aliena bona sua mala esse, & aliena mala, propria eorum bona suspicentur. Quid igitur malis prodest bonorum malum capere, habita ratione quam grauissimus error sit aliorum defectus & vitia detegere, & quanto grauius ea dilatare? Et, vt summę prudentiæ est, virtutes, quæ in cæteris elucet, manifestare. Et vt bonorum fama est veluti quidam sonus & concentus, malaque immoderatè glomerantur. Te (fili mi,) admoneo, ne vnquam de quopiam detrectes, rumor etenim & fama, etiamsi parum ad instar gratiæ & virtutis tibi videatur, in se tamen sumpta, ad hanc rem multum conducit, vt ait Salomon in suis Proverbiis, *Fama bona præstantior diuitijs*. Pomum duobus mensibus & pluribus asseruatur, si pelle & cortice constet: si verò id decortices, ab hinc duobus aut tribus horis id vides nigrum & corruptum. Et quemadmodum pellis atque cortex res est parui momenti, sed pomum & ornamento & pulchritudine conuestit, illudque diu facit subsistere: ita fama, etiamsi exterior sit, & minimi valoris ad instar bonorum animæ: est tamen tegmen perpulchrum & excellens, virtutem exornans & condecorans, quæ veluti encaustum est cum auro puro, & tandem eam pulchriorem, firmiorem, & constantiorem efficit. Et cum lex sit quæ iubeat eum qui bona furatur interimere: nescio cur non sit, ad puniendum & mactandum eum qui bonam famam dilaniat & diripit, cum maioris valoris & momenti, quam omnia bona, esse constet. Nescio, profecto quam sit iustitia, quæ patitur, vt is qui pecuniam suffuratus est morte multetur, & is qui famam furatur impunis remaneat: magis homines famam ipsam, quam pecunias & vitam ipsam ducentes. Inexplebilis famę sitis complures maiorum inter alios nomen immortalitati consecrare agitabant, vitamque quæ subito defuit, flocci facere, vt famam in æternum permanfuram assequerentur: tempus enim de vita ouat: fama verò de vita & tempore triumphum reportat. Verum enimvero longè opinione fallebantur, propterea quod opera ad mundi gloriam referebant, cum potius ad Dei gloriam dirigere oportuisset. Etenim vt potè res naturales & elemēta, propter corpora mixta ortum habent, & res minus perfectę propter perfectas, & hoc propter hominem, qui longè cæteris rebus antecellit: ita nostra opera corporea propter animæ opera debent fieri, eaque propter præstantiam sua maiorem, quam ad Iesum Christum Deum nostrum dirigere, operæ pretium est. A principio ad finem vsque omnia nostra opera, in Deum tanquam finem conformari debent, cui etiam consecrari. Sed quanuis Gentiles ad hunc finem nequaquam prospicerent, sed operum radices ad quæstum & indaginem fucate eorum gloriæ dilatarent: nihilominus, præter hæc omnia, adeo fallacium desideriorum retibus intricabantur, vt à desperatis honoris voluntatibus conceptibusque commoti, & excitati, mortem alacri animo subirent, rebus inauditis atque formidandis perfuncti. Verum ad quid tanta recensendo antiquorum miranda facinora perhorrescimus, cum oculis quæ moderni hacce nostra tempestate gesserunt, obiciantur? Tacitus nostrorum Italorum res gestas prætermittam: quoniam eas appri-

apprimè tuæ memoriæ insculptas esse reor: sed famæ scalpulo Lusitanorum facta exarabo. Qui de notandis præclaris & insignibus proauorum nostrorum rebus gestis, inficias ire voluerit, oculos, in miranda eorum qui hac tempestate floruerunt, facinora defigat, & modernorum obtutu incredulitatis suæ rotam dissipabit. Dic quæso (mi fili) quæ Lusitani apud Indos gesserunt, num satis dilucide, quæ minimi vitæ illi penderent patefaciant: & quantoperè gloriosam mortem, quam ob Iesu Christi cultum, honorem sui Regis, & patriæ oppetere non dubitarent? Magnanimus ille, ac inuictus Dom. Vasco de Game, Comes Almiras, num tot præclara gessit facinora, ad cuius instar Præcorum maiora, quam minima apparent? Multò vterius quàm lineam Æquinoctialem & zonam Torridam penetrauit, mare Oceanum Atlanticum, Arabicum, Persicum, & Indiū transfretauit, cælūque aliud nouum comperit, noua sidera, ignotas regiones, aliūque mundum detexit ad Septentrionem percurrit & ad per horrendū Bonæ-Spei apicē descendit, indeque zonam Torridam circumdare, & perlustrare retrogressus est, quò loci nullum aditum posse inueniri arbitratur, Indos Orientales adaperuit, efferas atque turbulentas maris vndas sulcauit, perhorrenda monstra marina perdomuit, ditissimas atque opulentissimas regiones atque longinquas sibi comparauit, plurimisque prælijs quibus læpissime cum morte colluctare visus est, dimicauit, & illustres victorias est assequutus. Quibus exantlatis laboribus audaci, atq; inuictō animo multos Reges suo Regi tributo obnoxios reddidit, ac Crucem Iesu Christi asseruit, in signum & trophæū, temporalium & spiritualium triumphorum: asseruit fidem Iesu Christi ab Occidente, ad Orientem vsq;, quò nunquam magni Alexandri exercitus, nec antiquorum quisquæ peruenit, famamque maiorum insulcauit, nostræ tempestatis homines perterrefecit, & posteritati æternam famam, atque memoriam commendauit. Tibine videtur, cum ad tanta assequenda exponerentur, eos mortem formidare, siquidem tantapatre trophæa omitterent? Si etiam pertimuisent, non tantas tamque insignes res gestas, actaque bellicosæ sibi peperissent, ex istis que tantā gloriam fuissent adepti. Et vt summam dicam, postquam ter Indos peragrauit, vitam illic exhalauit, antequam tantorum laborum præmium cœpisset delibare: vbi etiam duo eius filij, strenui, ac bellicosi Duces occiderunt, qui inuictum animum singularēque patris virtutem, tanquam patrimonium & hæreditatem sunt imitati. Quid dicam de actis admiratione dignis insignibus rebus gestis, augustis, atque inuictis animis, victorijs illustribus, ac penè diuinis, illius strenui inter bellicosos Ducis, sapientissimi Duarte Pacheco, omnium totius orbis Ducum & heroum speculi? Quis posset præclara facinora gloriosaque trophæa Dom. Francisci de Almeyda & inuicti illius Alfonso de Albuquerque recensere, qui omnes Græcos & Romanos longissimè superauit! Cuius Alfonso Mauritani & Pagani obitum nequaquam credere poterant, imò nunquam eum moriturum, donec illum Deus quæsitum mitteret, tanquam eo in cælis ad aliquod suscipiendum bellum, opus foret. Quibus verbis virtus & magnitudo Dom. Henrici de Meneses, D. Stephani de Saina, Anthonij de Silueyra, Martini Alfonso de Sousa, Dom. Ioannis de Castro, Dom. Ioannis de Mascarena, Georgij Cabrali, Francisci Barreti, & quamplurimorum aliorum Ducum, ac Nobilium, summæ virtutis & præstantiæ, equitum, possunt explicari? quorum, præclara & insignia facta enumerare nisi essent innumerabilia, quique cum mor-

tales fuissent, immortalē eorum memoriam posteris reliquerunt. Nullus vnquam eorum decus poterit obliterare. Vt enim clari Solis radij tenebrarum dissipatoris, noctis caliginem splendore & lumine discerpunt: sic excellentium, ac virtute præstantium viroꝝ fama; quos nominavi, & adhuc possem nominare, viribus, virtute, & efficacia eorum splendoris murmur odiorum inuidiarum, ac falsarum opinionū nubibus obuolutum, possent dissipare. Tum demum non inficiandum est, hos magnanimos viros, honorem Dei propriæ vitæ anteposuisse: vitæque censebant potiri, cum propter honorem & Dei cultum, ferocibus mortis discriminibus sese obijcerēt. E quidem ipsemet veritati adhærebant: vita enim inconstans momentanea est, virtus verò cōstans, & immortalis. Thesaurus est qui nunquam exhauritur, firmus adamas, inuictus exercitus, & denique munitissimum propugnaculum. Qui ea fuere decorati, ad mortem obeundam sese accinxere, qui autem ad eam accincti & parati fuere, sole clarius est, illos non eam immoderatè aut insolenter pertimuisse. Semper elaborarunt, ac si semper essent victuri, vixerunt, ac si quouis momento essent interituri. Sed heu! infelices atque infeliciores ij qui vitiorum suorum volutabro immersi, de die crastino nequaquam sunt solliciti, vt ea emendent: & cum derepente nox sepulture eos inuadat, cumque minus mortem non curant, ea in domum ex improviso irruit, neque ostium pulsant. Ignauia sanè nostra & socordia maximè reprehendenda, ac vituperanda est: cum enim mortales simus, & calcæati, & vestiti, mortuis animantibus, carnēque mortuorum animalium vescamur, domibus quas mortui construxerunt viuamus, & possessionibus à mortuis nobis relictis vtamur, omnesque illorum facultates insumamus: & de mortuis singulis diebus loquamur, mortuorum nequaquam reminiscimur. Vocant Græci sepulcrum *σῆμα*, & corpus *σῶμα*, vt declarent viuorum corpora sepulturam esse mortuorum. Inficiari non possumus nostrum stomachum cadauerum mortuorum foueam esse, aut cymeterium, imò nobiscū bustum & sepulturam ferimus, non tamen eius recordamur. O infelicem obliuionem! quàm multa in te loqui possunt & quàm multa deplorari. Quanam infelicitas est, videre hominum ignorantiam, & in vitæ requie, & in mortis obliuione quantum à cælo disiungantur, humiq; annectentur, eò propius ad mortem accedunt, eò magis ab ipsius memoria elongantur. Cursitant, & brachijs extensis ad mortem properant, vitæ tamen obliuiscuntur. Quodnam est cor, quod hæc degustans, non extremo dolore perhorrescat. Qui oculi qui non fontes fluentis aquæ deueniāt? Commendo tibi (mi fili) ne vnquam mortem obliuiscaris, imò semper eam aditum præuideas. Proculdubio enim hæc est celsa philosophia. Eoque pacto non solum Christiani Theologi, verum etiam Philosophi Gentiles sunt interpretati. Ergo (ait filius) hæc Socratis sententia à Platone relata, nempe, vitam Philosophorum meditationem esse mortis: indeque volunt colligere: præstantissimas omnium philosophias ad hoc spectare, vt cogitatio in mortis memoria occupetur: feruntque illud Platonem sentire voluisse. Et quanuis re ipsa à te (Charissime pater) iam perceperim, huius loci maximè dissentaneæ enodationem: non autem eam planè percipio, nec is etiā apprimè intellexit: ideo abs te hanc planam fieri exopto. Etenim in authorum interpretationibus, quibus fidem adhibeo, nec oculis nec auribus vellem percipere: homo enim ab his authoribus cauere debet, qui non tantum in vita, sed etiam ipsa intentione apparent deprauati: nam ab erroneis intentionibus, læ-

piſſimè falſæ opinionones, & iudicia enaſcuntur.

*Expoſitio præſate Platonis authoritatis, & quot mor-
tis ſint genera.*

CAPVT VII.



MÆ c fatuſ Pater paululum animo cõ-
quieuit, vt pote ex imis cogitatio-
num ſenſibus quod dicturus erat, ex-
piſcicaretur: & ſic eſt orſuſ. Etſi mortis
meditatio præſtans eſt philoſophia,
non tamen illud eſt quod Plato nobis voluit ſignifi-
care. Quatuor ſunt mortis genera. Primum eſt illud,
quod naturale vocamus, cum anima à corpore ſepa-
ratur. Secundum, cum anima mûdo moritur, & Deo
viuit. Cum ſecundum ſpiritum viuens, ſecundum o-
pera carnis moritur. Quartum eſt mors æterna in in-
fernum perpetuò duratura. Haſtenùs de prima locu-
ti ſumus, & vltèrius loquemur. Non autem reſ poſtu-
lat, vt de ſecundo quidpiam agamus, ex quo in ſecũ-
di & tertij ſermonem descendemus. Cum homo vi-
uit, non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum,
cumque adhuc anima corporis ergaſtulo concludit-
ur, cogitatione ab illo ſeparatur, & in celſam cõtem-
plationem rapitur, acſi omninò à corpore diſunge-
retur, tanta tamque præclara mentis viribus aſſequi-
tur, vt dicat Ariſtoteles, in hac cognitione & con-
templatione, præſtantiorem fœlicitatem, quæ hac in
vita parari poſſit, potiſſimùm conſiſtere. Et quoniam
mori eſt animam à corpore ſeparare, & hac contem-
platione, anima ab illo ſeparatur, ſenſus ſuos deſe-
rens, in intellectum erigitur, & ab exteriori, quod di-
ſtrahit alienata, & in interiori conſopita, vnit & con-
iungit, in centrum ſuiipſius remota. Socrates hanc
meditationem mortem appellat, ac ſi meditationem
hominis carni & mûdo mortui vellet vocare, & cõ-
templationem animæ à laqueis & vinculis corporeis
ſolutæ, quæ impediunt & è rebus viſibilibus ad inui-
ſibiles referuntur. Et ait cuiſmodi eſſe Philoſophorum
vitam. Hoc etiam Plato eius diſcipulus in dialogo
animæ Phædon inſcripto volebat denotare. Ita inter-
pretatur Cicero in quæſtionibus Tuſculanæ. Et Ma-
crobius in ſomnio Scipionis. Poſſe tamen fieri So-
cratem hanc doctrinam à Pythagora exauſſiſſe, an-
tiquo quidem ſapiente, qui primus Philoſophus fuit
nuncupatus, ſicut etiam quamplurima ab illo mutua-
tus eſt, quæ deinceps, explicauit, & ad explicationem
digeffit. Pythagoras enim tantum verbis conſciſus,
quantum ſententijs abundans, tantumque ad tacen-
dum commotus, vt ſuis diſcipulis præciperet, ne pri-
mis duobus annis loquerentur: vt narrat Aulus Gel-
lius lib. 1. noctium Atticar. Tales in eius ſchola com-
periebantur, vt ne quidem à quinque annis verbum
promerent, vt teſtatur Lucianus. Ad hæc cum illis lo-
quendi facultas data, iubebat, vt perrarò loqueretur.
Itaque eius Rethorica magis præceptis tacendi, quàm
loquendi conſiſtebat: opinabatur enim ſilentium, ſa-
pientis eſſe habitudinem: præterea vna ex eius ſentẽ-
tentijs erat, vt refert Cyrillus aduerſus Iulianum, &
Laërtius in vita Pythagoræ, Imaginem Dei geſtari
non debere vt gemmam annulo intercluſam. Quare
per imaginem Dei, noſtram animam, per annulum
verò, noſtrum corpus intelligebat. Quippe qui vt
rubens Carbunculus aut pretioſus Smaragdus maio-
ris pretij & valoris eſt, quam annulus. Sic anima cor-
pore præſtantioreſt. Et quanuis, nec Cyrillus, nec
Laërtius eo modo declarent, vera tamen interpreta-
tio mihi videtur, Pythagoram noluiſſe ſignificare (cũ

diceret Dei imaginem annulo includi non oportere) quam animam ligari, aut coniungi carni non oportere, cum illa gradiendo, eiusque opera ſequendo, verum ſeparatam eſſe, vt potè ex ſeipſa in ſublime ferri debere, & non ſolum humana ſed etiam diuina contemplari. Arbitror ſanè Zoroaſtrum hoc voluiſſe declarare, cum diceret, animam aliſ conſtare, quibus extra corpus volitaret, cum ipſo exiſtens, omniſque altitudines ſepararet. Verum ſi alæ diſrumperentur, in corpus ruruſ illaberetur, vbi corpore perterrita ſubmerſa & conſepulta remaneret. Quocirca ſentiebant omnes hi ſomniantes, vitam Philoſophi eſſe ſeparare & alienare animam à corpore, & in illo emori: opinabantur enim corpus magnum eſſe ad contemplationem obſtaculum, & initium, atque principium mali appellabant, lacum corruptionis, mortẽ viuam, ſepulchrum mouens, furem domeſticum, & eiufmodi nomina, quæ Trimegiſtus, antiquus ille Ægyptius, quem Platonici propius imitati ſunt, impoſuit. Verum ſiquidem obſcuritatis tenebris vitam agebant, lumine fidei orbat, non in quo vera conſiſtat Philoſophia perſpiciebant, cuius verum fundamentum fides eſt, cuius nec ſenſu nec cognitione pollebant. D. Paulus in Epiſt. ad Coloſſ. qui carne mortui, & viui ſpiritu erant, ait: *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Et in ſecũda ad Corinthios ait, *Quaſi mortui, & ecce viuimus.* Et in Epiſt. ad Galat. *Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mûdo.* Non tantum peregrinus vult appellari, ſed mortuus mûdo, non autem qualicumque mortis genere, ſed cruce, ſuppliciu quidem magis ignominioſum, quàm tunc temporis extaret. D. Auguſtinus ait, nobis mûdo moriẽdum eſſe, vt iuxta Deum viueremus. Et D. Bernardus in quodam Sermone quadrageſimæ, loquens ait. O mors ſine dubio perbeata quæ hominẽ ab ærumnis liberat, & penitus à mûdo alienat. Sed neceſſe eſt vt qui in ſe non viuunt, Ieſus Chriſtus in illo viuat. Et quod ait Apoſtolus, *Viuo autem, non ego, viuunt verò in me Chriſtus.* Ac ſi diceret: Mortuus ſum mûdo, nullam ſollicitudinem aut curam rerum ad eũ ſpectantium perſentio, ſed ex Ieſu Chriſti me paratũ & viuum inueniunt. Hic eſt ſenſus verborum D. Bernardi, cui omnes alij Doctores Catholici conſentiunt. Vnde ſequitur, nos tunc mori mûdo & corpore, cũ anima noſtra à diuino ſpiritu moderata, ac ſi corpore careret, ſenſuum appetitus cõcreet, & ratione ductrice viam celſæ contemplationis, diuini que amoris ingreditur. Et quemadmodum regius Aquila è nido in apertum cœlum rapitur, ardua, profunda & inſcrutabilia ſecreta penetrans, & non eò quo vult corpus graditur, ſed quo illa vult. Illud voluit D. noſter Ieſus Chriſtus in Euangelio ſignificare cum Paralyticum ſanans, qui in lecto iacebat, ait illi, *Surge tolle grabatum tuum & ambula.* Per Paralyticum anima languida & ægrotata intelligitur: per grabatum, corpus, & quo grabatus properabat illic etiam pergebat Paralyticus: ſic quò caro ambulat graditur etiam miſeri peccatoris anima, quæ in corpore jacet. Paralytica. Sed cum ab animæ valetudine conualuit, in cõtemplatione rapitur, domumque cogitationibus comitata, properat, quæ gloria eſt, diuina & ardua myſteria meditando: & non amplius à corpore regitur, ſed corpus ab anima. Et hoc eſt animam ambulare, & ad domum grabatum ſub ſe ferendo, properare, qui paulò antè eam ferebat. Iſtud ſufficit quantũ ad mortem ſecundo genere ſumptam. Nunc ſigillatim de tertio dicamus. Narrans Propheta Ezechiel prophetiam, ait, *Facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini, & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus offitibus. Et circumduxit me per ea in gyro: erant*

Mortis
quatuor
genera.

Ariſt. 10
lib. Ethic.

Coloſſ. 3.

2. Cor. 6.

D. Bern.
in ſerm.
quadra-
geſ.

Eze. 37.

erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit illis Propheta, *Ossa arida audite verbum Domini.* His dictis subito, *ingressus est in ea spiritus & vixerunt: steteruntque super pedes suos, exercitibus grandis, nimis valde.* Quis campus erat hic ossibus mortuorum plenus nisi mundus plenus peccatoribus? Et quemadmodum ossa, posteaquam super pedes suos steterunt, ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: ita impius qui in peccato est mortali, vt viuus remaneat, necesse est vt diuina gratia in illum ingrediatur, qua sine peccator iustificari non potest. Hoc

Thren. 5. est quod ait Ieremias in *Thren. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* Illud ipsum vult Dominus noster Iesus Christus significare, cum apud D. Ioannem ait, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* En igitur quo pacto qui in peccato mortui sunt: & hoc modo, inors tertio genere usurpatur de quo superius egimus. Quæ cum ita sint, sacra Scriptura, in libro Sapientia, hæc verba profert, *Homo occidit per malitiam animam suam.* Ex hoc ergo aperte colligitur, peccatorem suum esse homicidam. Ait D. Iacobus, *Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.* Peccatum tunc consummatum dicitur, cum absolute voluntas consentit, quæuis operibus non patretur: sufficit enim ad occidendum, homicidium verbis ipsis & deliberata voluntate consummatum esse.

Sap. 16. Ideo vocatur peccatum mortale, quoniam animam interficit. Hoc est quod ait D. Paulus ad Romanos, *Si secundum carnem viuetis, moriemini.* Et Iesus Christus Dominus noster apud S. Matthæum, *Sinite mortuos sepelire mortuos.* Quasi diceret, Sinite mortuos quantum ad animam, sepelire mortuos, quantum ad corpus. Qui alios sepeliunt, sunt etiam sepulti: & hoc portentosum est animam mortuam in corpore viuo sepelire. Vides enim Dominum nostrum viuos vocare mortuos, qui viui, quantum ad mundum, mortui erant, quantum ad Deum. Vnde fit vt D. Ioannes Chrysostomus dicat, *viuere impossibile est, si peccata in nobis non moriuntur.* Quomodo viuentes vocare possumus eos, qui in peccatis conspeliuntur?

Rom. 8. Anima vitam corpori tribuit, & gratia vitam animæ tribuit, quæ sine gratia cum sit immortalis, mortua est: & cum sit mortua, homo vita priuatus dicitur, homoque sine vita remanens, non viuunt, & sequitur, hominem, cum non viuunt, esse mortuum. Ergo cum Iesus Christus Dominus noster vita sit, vt ait apud D. Ioannem, sequitur illum qui ab illo separatus viuunt, non viuere: non enim sine vita, viuere potest. Vide igitur aperte illum qui in peccato mortali est, mortuum esse, & vocari non posse hominem, sed phantasma. Et ni frequens hominum concursus foret, adeo hominem videntes, quem certo sciremus peccato mortali scater, obstupesceremus, quam si mortuum in seipso sepultum extra tumulum huc & illuc cursitari, & diuagari cerneremus. Sæpenumero homines inter homines videre arbitramur: longè verò opinione fallimur, non enim homines videmus, sed hominum spectra & phantasmata, & ipsorummet sepulchra. Denique videmus imagines, aspectu quidem viuas, sed operibus mortuas. Cumque ita captiui & miseri reddantur, putant se in tuto esse, & à Deo fugiunt, atque alienantur. Statim atque Adam transgressus est ait Scriptura illum effugisse, & à facie Dei sese abscondisse: quoniam per mortem à vita separabatur. Ideo ait illi Deus, Adam ubi es? Quasi vellet dicere, Quænam est nunc tua conditio? Cur à me diffugis? Vbi es, cum non sis in me? cum sis in te, perditus es sine me. Moriens enim ob peccatum mortale viuus, sine vita. Nunquam (o mi fili) huius orationis exitum possem inuenire, si mala quæ mors secum

Gen. 3. trahit vellem enumerare, quam si appositè perpèdas, omnino huic de qua iam iam loquebamur aduersariam esse deprehendes, quandoquidem animam à carne separat, hæc verò cum illa carnem ad nostram perditionem, incorporat. Et quemadmodum si candelam extinguas, subsistet, & non consummabitur: si autem non extinguas ipsam et viuendo consummatur: ita vt eius vita, propria sit eius mors: pari ratione si mundo extingueris & occidis, viues nec consummaberis: si autem in illo viuus, viuendo temet consummaberis, & morieris: & vita corporis, erit mors animæ, quæ tertia est mors de qua verba facere, pollicitus eram. Iam verò quidpiam de quarta morte tangam quæ mors æterna est in inferno sine fine, quod impij detruduntur: quoniam malorum operum non sunt recordati, vt eorum pœniteret, & bona opera non obliuioni tradiderunt, vt illis gloriarentur. Bona enim opera obliuionis arca recondi debent, vt vana gloria extirpetur, & mala memoriæ scrinio reponi, vt austerâ pœnitentia ex ijs agatur.

De morte æterna, & memoria temporalis, cum deuota peroratione.

CAPVT VIII.



Defectissima vita, visio est diuina, vbi vita est sine morte desiderium sine, vltimo timore, & bonum sine malo, cuius Sancti in gloria fiunt participes. Et hi qui isthic, hæc in vita morantur, quantum eius non fiant particeps, saltem eius spem participant. Qui sunt in inferis non solum cœlesti, & æterna vita orbantur, verum etiam eius spe: & ideò mortui vocantur: hæc quæ pœna mors æterna dicitur, quoniam in æternam vitam æterna priuantur. Et quamuis de hac morte hoc in quarto loco pertractem, hæc mors vocatur mors secunda, de qua etiam D. Ioannes in Apocalypsi loquitur, *Qui vicerit, non ledetur à morte secunda.* Ac si diceret: Qui vicerit vitia & peccata, triumphumque de sua propria voluntate reportabit, à pœnis inferni liberabitur. Et alio in loco ait, *Misisti sunt impij in stagnum ignis & sulphuris, vbi cruciantur die ac nocte in secula seculorum.* Et paulò post ait, *Et hæc est mors secunda.* Psaltes Regius de illa dicit, *Mors peccatorum pessima.* Et alio Psalmo: *Sicut onus in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Et hoc in loco pœnæ nullus vnquam erit finis. Et vt ait Diuus Gregor. in Moral. mors erit sine morte. Sed ne in hanc mortem æternam labaris, cogita temporalem, eamque præuide, ne te inuadat, mors nos omnes intercipit, & de habitu & tonsura rationem à nobis expectit. Si veri Christiani habitu nos indutos inuenit, Ecclesia multum nobis prodest, & ordinibus misericordiæ liberamur: sin autem ad secularem inferni iustitiam tradimur. Eius autem rei culpa non morti inculcanda est, sed nobismetipsis, qui officio nostro non fingimur, illa verò suum exequitur. Nisi Adâ peccasset, mortuus non fuisset: nam D. Paulus ait, *Per hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors.* Ideò mors à morfu vocabulo appellatur, quippe qui per morsum pomi vetiti mors in mundum intrauit. Non est mala (vt plurimi dicunt) nec adeò effrænata & horrida vt præsumitur. Ego verò non eam mediùs fidiùs grauem aut molestam perferentem, hæc præsertim in diuturna vita, quam intueris hæc in senectute vera culpam & iuuenilium errorum correctione. O quam magno nunc desiderio oblector: siquidè videor mihi iam iam terram videre, & admodum longinquæ & spaciose vitæ navigationis defatigatus & pertæsus, iam

Apoc. 2.

Apoc. 10.

Psal. 23.

Coloss. 3.

1. Cor. 6.

D. Bern. in serm. quadrag. 9.

Eccl. 37.

iam iam cathena mortis, portū appulsare aggredior: neq; pro quibusvis totius orbis facultatib. & thesauris rutilum ancipitibus, & procellofis mundi maris fluctibus, vellem immergi. Ne igitur suspiceris, me quodā perhorrendo desiderio commotū cum omnibus ferè enervatus sim viribus, & alacri habitu, quem iuuentus secū solet afferre: imò potius Deo gratias debeo persolvere, cum immensa diuinaque tua misericordia, me à tantorum hostium crudeliūque dominorum potestate eripere dignatus fuerit: & his extremis vitæ diebus, meos esse iam finitos in cognitionē induxit. Principis Cubicularius aptè & exquisite Domini sui domū exornat; sed die festo elapso, peristromata ipsemet aufert & complicat: pari ratione tēpus iuuentutē viribus, dispositione, alacritate, vrbantate, sensuumq; vegetatione decorat, & exornat: sed senectus ingrauefcens omnē aufert viriditatem, peristromata omniaque ornamenta complicat, donec parietes nudos & dealbatos relinquat. Inde meos dies festos iam iam peractos esse animaduerto, meosque dies consummatos: siquidē tēpus quod natura cubicularius est, omnia iam iuuenilis ætatis peristromata abstulit, meique discessus vadimonium est traditurus, quod iam tenere desiderarem. Et si obortis lacrymis obtinui aliorū virorū coætaneorū deslere conspicias, quos & virtute præstantes duco, & rerum ad cultum Dei spectantiū amatores: non hoc mihi accidit cum collinas & fulcra Reipub. diruta & attrita videā vt corona victoriæ donentur, cum eos mortē adeo patienter & constanter tolerare conspiciā: hoc enim optimū est testimoniū Deum ijs indulturū, quoniā quos Deus vocat, tanta cū lætitiā & desiderio properant. Cur enim ab eo exemplar recipere volumus, cuius conspectui, inuiti & coacti interfumus? Et si omnes homines suas voluntates ad illam Dei conformare adstringuntur, quanto magis senes qui vitæ virorem iam exsiccarunt? Quemadmodum viridia & immatura poma, vi ex arbore euelluntur: sed matura ex se ipsis decidunt: sic iuuenes & adolefcentes acerbè velut poma moriuntur, qui sunt in ætatis viriditate: senes verò tāquā maturi, mortē cū vita commutare flagrant, vt è malis tēporalibus soluti, sempiterna bona in æternū degustent. Et sicut, Noruergię au es maiori & velociori pernitate, quā ij cæterarum regionum volant, non quòd natura leuiore sint, sed quòd parū breuitatis diei spatium præuideāt, qui eò loci nō longior est quàm trium horarum: pari etiam ratione senes cum quàm paucum vitæ interstitiū reliquum sit, agnoscant, magna diligētia & sollicitudine virtuti debent incubere, & magna velocitate, in sublime peruolare, & cū neque operibus neque corporalibus exercitijs illud præstare poterunt: saltem spiritalibus, vt mors paratos eos inueniat, & alacrius atque iucūdius ex hac vita discedant, vt æternam felicitatē possideāt. Et si Deus sua clementia me illic cōuocare dignaretur, mallet sane vt illud hodierna die quam crastina contingeret. O diem lucidum, sudū, & tantoperè expetitū quo iusti perbeatæ felicitatis portum appellant, à sanctis perurbanè blandeque accepti, in conuiuium spirituum celestium admissi! ò beatam mortem, tanti boni primordium. Hæc illa est, de qua loquitur Propheta Regius, *Pretiosa in conspectu Domini*

Simile.

Peroratio

mors sanctorum eius. ò singulares blanditias! ò diem festum omni tumultu & perturbatione carentē? ò gloriosum diem, quo in has beatas animas in æternum mansuras, ingrediar! Si Deus sua immensa bonitate hanc mihi conferre gratiam dignetur, vt faciei suæ splendorem contempler, hanc gloriā toties exoptarem, hoc summum bonum, omnium meorū desideriorum cumulum, vbi cum Sanctis conuersabor, & non solum eos quorum in hisce terris societate inij, videbo, sed eorum quorum facta & virtutes legi, audiui, & quamplurium aliorum. O inestimabile lætitiā, ò desiderium post quod omnia alia humana consideratio remanet! Verūm me latet an hæc infortunia, hac tanta felicitate orbabunt. Da mihi quæso, Domine, fontem lacrymarum, vt meas peccatorum sordes eluā, ne tam præstantibus bonis spoliens. Heu, Domine Deus cum tā copiose aquas brutis animantibus elargiaris, ne eam meis oculis deteges, vt Pharaone in mediū meatū lacrymarum pelagus immerso, me ab Ægypto exemptum sentiam, & securus ab inextricabili mundi labyrintho filo vitæ meæ exeam, & ad capiendum verum, sempiternūque solatium properem. Quoniam enim desiderio possum in hoc mundo frui, cum Babylonis amnibus affideā, oculis lacrymis ob memoriā Syon liquefcentibus, cū musica instrumenta mei gaudiij lætitiæque in his sterilibus & amaris huius mundi falicibus amiserim? Libera me Domine ab hac superba Babylone, vt in tuā memoriā raptus, & in tuum amorem inflammatus, hinc discedam, vt ad celestem Ierusalem pergam, vbi cum Sanctis prædulces & suaves Syon Musicas concinā, vocē ad te Domine erigens, & cum Propheta exclamans. *Educ d. custodia animam meam.* Libera ab hoc carcere animā meam, libera de hac profunda mundi spelunca: educ me de hoc exilio ad illam æternā patriam, & ex hac misera valle ad gloriosum illum diuinæ visionis montem, vbi in æterna beatitudine, ac felicitate tua gloria perfruemur. His diētis benignus ille senex conticuit, innumeras lacrymarum guttulas emittens: filiusque vicissim madido etiam luctu penitus inundabat. Itaque ambo ora laxantes singultibus ingemuere; & ad fletum oculos adeo cōmouere, vt lacrymarū copia quæ ex vtriusque sanguinolentis palpebris emanabant satis ardorē & deuotionem, testaretur quàm pijs & deuotis sermonibus essent collocti. Cum itaque filius oculos paululum detergeret, ait Patri, Efflagitarem (pater optime) meos fratres hic interfuisse, vt huius orationis fructum perciperent, quā tam sublimi stilo de morte pertractasti. Illud (inquit pater) peropportunè occurrit, quod sanè panè parum est respectu multorū, quæ huc annexi possēt. Ne igitur (mi fili) sollicitus sis, quòd tui fratres nō hinc præsentés adsunt. Describam enim relaxandi animi causa hos omnes sermones, vt tu, ijque perlegatis. Recipiamus nos domum, cum iam Sol recesserit, terraque cæcis intempestæ noctis tenebris obuoluatur. Abeamus (ait filius) cum me tuis iussis obsecundare tigratum sit. Efflagitarem admodum, vt hæc oratio non obliuionis tenebris sopiatur: sed eā, cordi tibi sit nobis omnibus & explanare, & impartire: Nam Scriptura est verborum vita.

Finis Dialogi de Memoria mortis.

Gloria patri & Filio & Spiritui Sancto. Amen.



SECUNDA PARS
 DIALOGORVM
 MORALIVM FRATRIS
 HECTORIS PINTI.
 DIALOGVS DE TRANQVILLITATE
 ET QUIETE VITÆ.

Interlocutores, duo Monachi Theologi, alter Lusitanus, alter Gallus, & quidam Magister artium.

De situ Massilia Urbis, deque S. Victoris Monasterio: de pœnitentiâ S. Mariæ Magdalena: & verò solatio.



M Lusitanus Monachus mare Mediterraneum transfretaret, à suo Ordine delegatus, ut è Lusitania Romam proficisceretur, magni momenti negotijs operam nauaturus, appulit Massiliam celeberrimam in Gallia Ciuitatem, prouinciæ Narbonensis, in aptissimo maris sinu collocatam, spatiofo portu, & tutissimo ædificijs superbo condecoratam, & an idem de incolis debeam dicere, ignoro. Et ut videtur homines qui plurima perlustrandi desiderio flagrant, quiescēdo non conquiescere: laboresque quos spontanea voluntate obimus, non esse proprie labores, iste Monachus non multum de mora faciēda fuit sollicitus. Verum posteaquam in vrbe quæ rariora ac exquisitiora oculorū obtutu poterant dijudicari, penotaret, S. Victoris Monasterium ordinis S. Benedicti inuisit, quod Mœniorum visu cis maris littus, apparet. Templum splendidum & magnificum, vehementissimæ sanæ deuotionis, ob sacras admirandâsq; multorū Sanctorum Reliquias, quæ in illius Sacratio conquiescunt, qui beatissimis diuini amoris flammis exstantes, & in memoriam atque recordationem supremi Dei absorpti, seiplos pro perpetuo sacrificio, deuouere. Præclarissima horum Sanctorum opera huc colorate depingerem, ni puclarius, atque elimatius in Martyrologior tabulis colorata & insculpta eisēt, quò loci apertissime perspici possunt. Et eò sublimius meum hoc tenue stilum cuperem extollere, non quidem eorum laudes satis dignè in eorum meritorum cumulum ascribere, ac referre: Itaque non vterius mei calami cursum prorogandum duxi. Cum itaque Lusitanus exorasset, & attenta mentis acie illius Sancti ædificij structuram

esset contemplatus, cumque habenas cogitationi laxasset, mente ipsa æternæ gloriæ Templum attigit. Solus itaque secum remanens, maius itineris, quam si currisset, confecit. Inde Monasterij Priorem visit, ab eoque cuidam demandare efflagitauit, ut hanc sanctam Domum, & quidquid elegantius atque pretiosius esset, patefaceret. Pater Prior, ut pote indole perbenignus & permansuetus, ac ditissimus thesaurus quem Deus multis ijsque amplissimis facultatibus inaurarat, ipsemet patefecit, & Magistro artium suo hospite comitatus, qui fortè fortuna illuc aduentarat, vir humaniorum literarum studijs non mediocriter eruditus, qui diuturno temporis spatio Philosophiam professus fuerat. Cumque oculis Crucē Apostoli S. Andreæ, corpus S. Victoris, S. Magdalena Alabastrum, & Papæ Urbani v. sepulchrum conspexissent, in quandam speluncam ingressi sunt, quæ quondam mansio atque habitatio B. Mariæ Magdalena extiterat, antequam illic vlla Monasterij, aut alicuius ædificij vestigia apparerent. Cum hæc beatissima fœmina, Domini nostri fidem plenè per Ciuitatem sparsisset, in hanc speluncam sese abdidit, quæ cauitibus, inhospitibus scopulis, horrentibusque syluis intercludebatur, quo loci pœnitentiæ inuigilabat. Omnes igitur in Speluncam introducti, Orationem illuc effudere, & considerare, de vita huius sanctæ sermonem habentes. Verum Lusitanus qui nunquam illuc ingressus fuerat, intus existens hanc speluncam quondam mansionem huius sanctæ fuisse, in memoriam reuocauit: quæ oculorū fontibus pedes Dñi nostri rigarat, & pulcherrimorum capillorum flaua cæsarie, linteam pretiosum ut eos detergeret, orla erat, candidisque margaritis ex lacrymis prosilientibus, mitissimi, atque misericordis Dei cor tetigerat, & in hac spelunca permanerat, eam continuis lacrymis & singultibus continuo madefaciens, Angelis comitata, & à

Christo

Christo solata. Lusitanus veluti animo percussus stetit, & flere, & ridere simul lacrymis suis cepit: ita ut pius ille motus duos effectus in illo fuerit operatus, & ambo ad eundem finem tendentes. Oculos itaque in Priorem conuertens ait. Gloriosa Magdalena penitentiam hac in spelunca adimplebat, cum multis ante annis omnes fucatos vanitatis flores exsiccarat, quos vernans ætas adolescentiæ emiserat. Presto fuit in sui Magistri & Domini Sepultura, & cum illo omnes suos appetitus & desideria conspeliit: ad hæc cum ad sepulchrum ut eum vngeret, pergeret, passibus quo cor penetrabat insistens, nihil quod vngeret, sed quod deploraret, indagauit. Collacrymabat, quod vitam amiserat, morique quam viuere sine vita, malebat. Etenim pro comperto sciebat, eam moriendo reperire posse, cum viuendo non poterat reperire. Deplorabat tempus quod insumperat, cum fuerat quod esse nequaquam voluisset. Et quemadmodum ex magno mari falso erumpunt nubes quæ in aquam dulcem terræ vtilem, liquefiunt. Sic ex imis eius cordis penetralibus suspiriorum atque orationum nubes exhalabant, quæ in dulcem lacrymarum imbrem animæ multum vtilium, liquabatur. Eius stomachus viuus erat fons, qui per alueos & meatus oculorum profluebat, vnaque cum lacrymis diuini amoris flamma exardescabant, velut ignis coruscationum cælestium qui in medio aquarum comburit. Illic verò suo edulio, qui Deus est, depascebatur, firma spe cogitationes & desideria saginans, in luëtuosam memoriam absorpta, cum sola sui diuini Magistri, Domini, ac Redemptoris societate orbaretur, extra patriam æternam, à sui exilij reuocatione alienaretur: incredibilem autem percipiens voluptatem, quod eadem cogitationes tam bonis operibus fuissent expensæ, & ob diuinam consolationem, quæ illam ad se alliciebat. Incomprehensibili Iesu Christi, viri Dei nostri amore inebriabatur, in mare ad amandū penitus commutata. Ex hac spelunca ad desertum, non longè ab hinc se recepit. Et cum plures annos illic egisset, in cælestem gloriam fuit euocata. Iris & Arcus cælestis repercussionem & reuerberationem radiorum. Solis in nubem humidam aquaque circumdatam, efficit. Magdalena fuit nubes in lacrymas conuersa & absorpta, siquidem Euangelium refert ipsdem Iesu Christi pedes abluisse. Hæc nubis verberata & diuinis Solis iustitiæ radijs illustrata fuit: nam iuxta Euangelium, *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Inde arcus cælestis formatus est ij similis quem arcum-Vetularum vocitant, quo quidem spes diuinæ misericordiæ denotatur & figuratur. Quis cedo de diuina clementia desperare audeat, cum ex tam magna peccatrice Deus talem sanctam reddiderit? Illa est arcus, de quo Deus ait in Genesi esse pactum & fœdus inter eum & hominem initum. Quemadmodum (ait Lusitanus) egeni dilucidius suam pauperiem & indigentiam cognoscunt, cum diuites bene nummatis, & thesauris cumulatatos cernunt. Simili ratione peccatores profundius in errorum considerationem labuntur, cum præstantes piorum & sanctorum virorum virtutes speculo animarum obijciuntur. Cum sanctas eorum vitas & exempla auribus percipio, & maxima atque admiranda quæ ob Dei amorem gessere, conspicio. & cum apud me quam parum profum, bonique consulam perpendo, cor sanè pedibus tenus collabitur, & eo mea opera meis obligationibus metiri, expeto: tanta tristitia & dolore cum qualisnam sim, video languesco, quam cum tot innumeras culpas quas, vtis quem decet, existam, deprehendo. Hæ cogitationes, quietem à meipso propulsant, & merito, cum certo sciam, & re verà

Simile.

me non eandem rationem esse cognoscam. Et quauis omnes sanctorum vitæ terrorem meis animis incutiant, illa Magdalene præ cæteris, me maiori timore perterrefacit: potissimum cum cogitatione, quo ardore, & affectu illa mundum eius diuitias, inanèque vanitates reliquerit, voluto, & in hoc speluncam atque abditissimum montem sese intrusetit, adeo à patria distantem & aberrantem, adeo à præteritis imaginationibus abhorrentem, & adeo ad præsentis contemplationes peropportunum. Me latet (ait Philosophus) quam freta occasione ab hinc discesserit, siquidem sua conuersatione admodum animarum utilitatibus consulebat, & sese in eremum ab omni societate separatam & segregatam occluserit. Virtus (vt inquit Aristoteles) in medio consistit: ideò ait in Ethicis, eam appellere perdifficile esse. Ut potè ij qui longinquo, in scopum iaculantur, faciliiori modo recedunt quam accedere possint: propterea quia scopum ferire vno constar modo, & ab illo recedere, pluribus. Sic qui oculos in scopum virtutis deflectunt, quæ in medio consistit, difficilius eum pertingere ducunt quàm errare: quippe qui medium est vnum, extrema verò multa sunt. Præterea vt huiusce Ciuitatis incolas infirmaret, ac edoceret, se in hæc speluncam secessit: medium quoddam erat inter communicationem & separationem. Nescio profectò quo pacto illud deseruerit. Deseruit (inquit Prior) hæc virtutem, vt longè illa maiorem aliam exerceret, cum Dei gratia esset afflata. Quauis in hunc locum non secesserit, nisi postquam hæc ciuitas in Iesu Christi fidem, eius doctrina fuerit conuersa: & postquam iam iam tempus minere, vt solitaria quieti lucubraret, acceperit & didicerit. Pernicissimo creaturas volatu penetravit, earumque centrum perquisiit, nempe creatorem, vt cum illo conuiesceret. Equidem par erat (ait Lusitanus) vt oculi, qui optimum Iesum aspexerant, lingua qua illum fuerat alloquutus, aures quæ audierant in desertum reconderentur, vt nullo vsquam tempore mundum cernerent, cum illo loquerentur, audirent, aut corporis solatium exposcerent, verum animi quæ quidè sunt vera, firma, & permanentia. Quemadmodum ignis parum aut multum asseruatur, prout illi suppeditatur materia: ita solatium, aut momentaneum, aut permanens est, æqualiter rei quæ illi apponitur. Si stuppis accenditur ignis, breui temporis momento extinguitur: vt enim eæ subito consummentur, statim etiam finitur: si autem magno lignorum aceruo accipitur, multum seruatur: ita vt secundum qualitatem & naturam rei cui adhæret, etiam durat. Eo etiã modò si solatia quæ concipimus, est multas possidere diuitias, aut honores mundi, aut fauorem patriæ, qui tam pauco temporis momento euanescent, quæ eæ res permanent. In li. Sapientiæ scribitur, *Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius permanens.* Et ait Deus per Prophetam Oseam, *Et cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius.* Et per Prophetam Amos, *Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.* Sicuti res quibus falsum adijcitur solatium, momentaneæ sunt, etiã momentaneum manet. Sed spirituale gaudium Deo innixum, in æternum perdurare & subsistere potest, quoniam Deus manet in æternum. Vnde manat quod Iesus Christus ait suis Discipulis, *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Itaque dicebat D. Paulus in Epistola ad Philippenses, *Gaudete in Domino, iterum dico gaudete.* Non ait, vt in mundo gaudeamus, sed in Deo, vt nostri gaudij ædificium ad instar & amissum diuinæ voluntatis conformetur: nam verum est & permanens gaudium. Illud autem mundi falsum est & transitorium. Denique gaudium mundi, propria materie,

Aristot. in Ethic.

Sapi. 5.

Osee. 2.

Amos. 8.

Ioan. 16.

cerie, & generibus compaginatum ignis est stuppis ac census, qui flammam emittit, sed statim deficit. Verum solatium quod in Deo locamus ignis est monti coherens sine fine, aut in suapte sphaera, vbi potest subsistere, neque vnquam extingui.

De falsorum solatorum inconstantia, de varietate & fallacia mundi, de breuitate vitae & in quo eius requies & tranquillitas consistat.

CAPVT II.

NIL sane hac in re disceptandum est (ait Philosophus) nam utpotè rebus corporeis, quæ diuersis qualitibus componuntur, nulla perpetuitas inesse potest, quoniam in ipsis causa eorum corruptionis consistit, quæ commixtio est rerum dissidentium ac inter se repugnantium: ita in mundi gaudiis non magna firmitas potest esse, quoniam commixta sunt, & diuersis artibus intricata, secumque causam earum finis afferunt. Optimè (ait Lusitanus.) Nam Salomon in Proverbis ait. *Res in dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Hoc veritati omnino consentaneum est mundi risus & solatia nihil à vero solatio retinere, præter nomen tantum. In mundo enim omnia sunt ærumna, ægritudo, tristitia, & infelicitas, nullusque huius solatij dulcedinem degustat, nisi qui mundum fugiunt & ad Deum confugiunt. Quod mihi videtur diuinas Literas velle denotare, cum aiunt in Genesi. Iacob infinitos labores & ærumnas perpeßum esse, quandiu Laban obsequium præstitit. Et ab illo fugiens, Angeli illi apparuerunt, quos exercitus Domini vocat. Veruntamen Iacob debinc multis vexatus fuit tribulationibus, quæ inopinatè in medio itineris eum inuadebant: nam de more habet, nec bonis, nec malis, nec magnis, nec paruis ignoscere. Tantum enim Principes lacrymarum aquis irrigantur, quam quibus hominum, cuiuscunque sint conditionis. Nulla est letitia, quæ suo careat contrario, quæ tristitia est & melancholia: nulla est concordia & vnio absque bello, & dissensione: nulla est facultas, quæ tandem quadam egestate & penuria non prematur, nulla est dignitas sine periculo: nullum denique gaudium est sine tristitia. Illud ritè Propheta Ioel intelligebat, cum diceret. *Gaudium filiorum hominum confusione plenum est.* Illud ipsum voluerunt antiqui significare, cum dicerent per rosam spinis connexam vitam iucundam intelligi: sed ægritudinibus & ærumnis plenam. Nulli ergo affirmandum est bona, quæ mundi vocamus esse pura, cum nullus vinum suorum gaudiorum potarit, quin suarum ærumnarum aqua non fuerit aspersus. Porro (inquit Prior) Solatia mundi adeo mutabilia sunt, ut nulla maiori firmitate fulciatur, quam nunquam esse constantes: sapius voluentia quam nauis carbasa in mali apice connexa, cum in medio maris pauco temporis spatio huc & illuc infinitis procellis, aduersisque ventis exagitantur. Qui fieri potest (inquit Philosophus) ut gaudia tantillum inconstantie habeant, cum à rebus nulla constantia & firmitate compactis producantur, & gignantur? Res mundanæ Lunæ assimilantur, quæ nunquam in eadem forma permanet, sed singulis diebus mutatur: quam antiqui per imaginem Dianæ effingere voluerunt, quam alii depingebant, & Lynxem manu trahentem. Diana Luna est, alæ velocem eius cursum denotant, Lynx pluribus depicta coloribus, eius varietates denotat. Equidem tam vniuersim, quam priuatim res mundanas concupisco, imò eas quæ mecum transierunt: verum mihi videtur, si nostrum vitæ exilium, miseramque

conditio accuratè perpendatur, incommoda, molestias, ægritudines, & ærumnas, ex seipsis prouenire, non autem iniurias & coactas: sed gaudia felicitates, & lætitiæ, non nisi coactè, & quadam violentia compulsè nobis occurrunt. Illud est, unde meo iudicio, suæ breuitatis causa promanat. Etenim propositio indubitata Philosophi est, nullum violentum posse diuturnum esse, ac perpetuum. Si homines (respondit Lusitanus) oculis mentis attenderent, quam variè & constantes res mundi sint, & attenta iudicij acie earum finem contemplerentur, non sua solatia firma & durabilia ducerent, nec in suarum deceptionum & technarum laqueos tam sæpè irrumperent. In officinis mundi, omnes merces suspensæ sunt, fallaces, fucatae, & dissimulatae. Si eius commercium, eiusque merces & pretia perappositè intelligeremus, dilucide quantum discrepant effectu ab eo, quod aspectu apparent intueremur. Gloriosus Doctor D. Hieronymus cuius opinioni nescio quem anteponeere debeam, ait si mundus discerneretur, atque veritatis cultro aperiretur, nihil in suis visceribus, præter dolos fraudes, perfidiam, & infidelitatem reperiremus. Qui forsitan oculos in speculum rationis contorquere auebit, animaduertet D. Hieronymum eandem rationem implere, in eo quod profert. Nam mundi solatia falsa sunt, honores falsi, diuitiæ falsæ, & tandem quod pro vero venundat, sine dubio falsum est. Eius natura est, dolos & iniquitates ordiri, non tamen illud res est magis momenti, siquidem ut ait D. Ioannes: *Omnis mundus in maligno positus est.* Si enim quenquam extollat, hoc est, ut grauius deprimat & pessumdet: eoque magis extollat, eo magis repentino lapsu eum precipitem agit. Quemadmodum Aquila, quæ vnguibus testudinem rapit, in sublime alis aëra verberat, non ut eam extollat, sed ut in durum quendam silicem proijciat, & in frustra discerpat. Sic mundus est, cum suos erigit, non illud est ut in supremos dignitatis gradus, & fauores annumeret: sed ut eos detrudat, ac maiori lapsu proiciat: ut eos a supremo eorum honoris & gloriæ fastigio euertens maiori dedecore ac infamia corruant. Quod quidem ab antiquis proditum est, cum Icarum & Phaëtonem cæli sublimiora penetrasse, retulerunt: temeritate autem & insolentia in profundissimam calamitatum huius mundi voraginem, collapsos esse. Non multum inuideo, iis quos video, incommoda & infortunia patienti animo tolerare, quam iis quos video in secundis rebus & lætitiis socordes. Quid prodest, tam minimo vitæ interstitio, tam lata solatorum tela texere, quæ tandem falsa inconstantia & momentanea deprehenduntur? Gaudia quæ mundus nobis ostentat curiosos sunt quæ ad mortem maturant. Narrat Damascenus, & refert D. Antho. in suis part. Theologal. Cū homo serpentem fugeret, ambo in profundam speluncam cecidere, sed lapsu ipso arbutum manibus arripuit, in ora speluncæ affixum, pedibusque cuidam glebæ adhaesit, quæ parum salis, ad instar gradus apparebat. Vterius in speluncæ fundo nonnulli erant Leones famelici, ad eum deuorandum inhiantes: circa radicem arbuti, quidam vermiculi, candidi & pulli reptabant, qui radices corrodebant. Homo interim remediū cui inniteretur haud animaduertens, ne in Leonum prædam collaberetur, in arbutuli apicem contorsit oculos, fauoremque mellis ramuscule effluentis insecutus, summo desiderio captus fuit, ut illud degustaret. Cū itaque in extasim & admirationem tantum solatij raperetur, quod quidem eius lapsus fuit, & ruina, vermes, arbutum stirpitis corroserunt, ita ut in speluncam precipiti lapsu ruens, cecidit in Leonum prædam, vbi penitus absorptus est. Serpens, mors est, quæ nos sequitur. Nos viatores sumus & peregrini huius terræ.

A paucis tempore huc peruenimus, ab hinc tamen iam discessimus. Arbustum vita est, gleba terræ, corpus spelunca, infernus, leones demones sunt: vermiculi verò qui pedetentim nostræ vitæ truncum rodunt, dies sunt & noctes, quæ nostram exedunt ætatem: fauus mellis vanum est mundi solatium, eiusque periucunda, & pestifera vanitas: quæ tantò magis nos faginat, tantò nobis officit, ac nocumento est, & eò illa inebriamur, eò pericula & discrimina contemnimus, ne in maiora infortunia dilabamur. Vera & perfecta solatia sunt cum Deo bene esse. Hæc gloriola Magdalena possidebat, quibus summè oblectata in hac vita tranquillitate, ad quam omnes aspirare & attendere debent, vitæ agebat. Si omnes (inquit Prior) hanc tranquillitatem perquirent, ut videtur non posse nisi in quiete solitaria inueniri, necessario omnes ciuitates depopulatas esse oporteret, omnèsque in deserta sese abdere: quod sanè maximum esset incommodum. Si omnes (respondit Lusitanus) in eremis mansionem facerent: iam non eremi foret amplius eremi, sed oppida, & oppida in eremos commutarentur. Non tamen omnes deserta petere oportere censeo: sed omnibus tranquillitatem vitæ perquirendam esse, quæ in ciuitatibus, ut potè in desertis potest inueniri. Homines cum secularibus, ac Religiosis possunt conuersari: & quauis habitum non mutant, voluntatem tamen possunt permutare. & licet omnes capillos non abrauant, vanas tamen & futiles cogitationes possunt abscindere. Verum enim verò vita eremitica & solitaria, magis idonea & conueniens est, ad hanc tranquillitatem, de qua loquor, obtinendam, quam publica & politica, & vita Religionis, multò magis, quam secularis. Religio est veluti paradyus terrestris, ex qua riuuli lamentabilium lacrymarum deriuantur, quæ ex cordis fonte, videndi summum Deum desiderio anhelantis, profiliunt. Arbores celsæ, sunt & arrogantes & superba cogitationes. Frondes virides facta sunt verba, peramæni & iucundi flores, recta sunt desideria. Sapidi fructus bona sunt opera, & perfectus votorum sanctæ Religionis cumulus. Religiosi sunt terra sancta, & tollunt calcementum ex pedibus, ut ait Deus Moyse in Exod. Calcei, qui ex animantium mortuorum pellibus conficiuntur, sunt res mundo mortificate, quæ necessario ab affectibus debent extirpari, qui sunt pedes animæ, & ab appetitibus & effrenatis corporis illecebris amandari, ut Deus è fonte & rubo spinoso nobiscum loquatur, qui ardet, & non comburitur, qui religio est, in charitate accensa, ex qua spinæ sunt, ieiunia, orationes, & similia opera. Verum præter has difficultates & incommoda, in medio ciuitatum tranquillitas vitæ rectè potest stabiliri. Efflagitarem scire (ait Philosophus) quidnam sit hæc tranquillitas, quam tu tantopere prædicas. Est ait Lusitanus) habitudo, qua animus securus & quietus stat, nec perturbationum vndis agitur. Quemadmodum mare cum id videmus placidum & sudum, dicimus illud suam malaciam & tranquillitatem esse: sic animam, quæ pacata & firma in virtute stat, dicimus in tranquillitate esse. Quinetiam ut Nautæ, non tantam malaciam expetunt, quin longius progredi nequeant: sed ventum secundum & temperatum, quo cum mare quodammodo moueatur, nauisque dextris auius queat velificari. Pari ratione non tantam tranquillitatem animò debemus expetere, ut homo penitus languescat & obstupescat: sed potius sudum cum motibus temperatis, quibus anima ad virtutem inflammatur, nauisque vitæ nostræ ventis prosperis portum salutis appellit. Non intelligo tranquillitatem torpens quoddam otium: tranquillitas enim bona est, otium verò vitiosum: alia digna est laude, aliud verò

Exod. 3.

vituperio. Quemadmodum terra, nisi perpetua exerceatur cultione, siluescit, nec aliud præter vepres & carduos emittit: sic anima quæ in virtute non excolitur, tetras cogitationes & desideria progignit. Animi tranquillitas pijs exercitationibus, honestisque laboribus operatur, & ideò neque laboribus, neque exercitationibus, perturbationes temperantiæ dissentaneas tolerare, nec negotiis atque operibus quæ animi dulcedinem impediunt, operam nauat. Inanes enim & sollicitæ huius mundi cogitationes, solatium spirituale omnino labefactant.

Lusitanus suos sermones prosequitur, & tranquillitatis vitæ proprietates enucleat, & quantum inuigilare, ne eam amittamus, necesse sit.

CAPVT III.



Hæc est tranquillitas, de qua loquor, & quæ laudibus effero: qui eam adipiscetur, pro tumultu quiete potietur, silentij pro multitudinis frequentatione possidebit: sibi ipsi dominabitur, Deo fruetur, quem magis se diligit, cum quo loquitur & conuersatur. Qui autem eam nactus fuerit, ne in tanta securitate vitam degat, ut penitus ab omnibus tentationibus expediri arbitretur. Nam etiam si diabolus, quodam temporis interuallo, quædam inducias & habenas tentationi remittat, non ideò efficit, ut omninò indulgeat: sed ut socordem atque ignauium efficiat, ut maiori impetu dehinc in eum irruat. Pharaon Israelitas dimisit, ut ex Ægypto egredierentur, qui cum ab omni timore ac terrore vacui arbitrarentur, in eos tam ferocem & innumeram aciem immisit, ut ferè se a pallido mortis horrore inuadi cõspexerint: omniæque eorum negotia, infortuniis horroribus & terroribus plena videbantur. Sic diabolus eum castra dimittere & discedere apparet: non hoc est ut otio nequaquam indulgere permittat: sed obliuionis ergastulis obsecatis, ex improviso rursus nos inuadat, & crudelibus armis tentationis rabie quadam percitus, nobiscum concurrat. Vna ex maioribus tentationibus, quibus diabolus nos solet tentare, est, ne pro quodam temporis spatio & interuallo tentationibus nos exagitet, sed ut necopinantes intercipiat. Ideò tantam tentationem incurrit, non nos tentando, quam tentando. Hoc vult significare sacra Scriptura cum ait. Cum filij Israel in terram promissionis, maxima cum Iebusæis, Philisthæis, aliisque barbaris nationibus bella gesserunt: cum securi arbitrarentur in terra promissa, & magnis laboribus parta, interim innumerabiles barbarorum exercitus bonis eorum aduersariorum in eos iaculabantur, ut ex improviso inuaderent: ij verò quoniam imparati & socordes erant sapius vincebantur. D. Gregorius. Felicitas, ait, plurimos euertit, & diuturnum otium multos pessumdedit, atque dirupit. Quamprimum obliuioni traditi sunt, multis tentationum copiis fuere vallati. Cum igitur tanto cum impetu nos debellent, aliæque foras dimicent, aliæque ex ipso limite irruant, lucubrandum est & non obliuionis somno oscitandum. Si enim somnolentos hostes nos intercipient, facili negotio nos solo æquabunt. Samson dormiens super genua Dalidæ, septem eius crines rasi sunt: quod omnibus viribus eum eneruauit, & in Philisthæorum captiuitatem detruxit. Pari ratione si graui obliuionis somno obdormiamus, in falsæ spei sinum septem dona Spiritus sancti statim amittimus, & debilitamur, nostrisque effrenatis appetitibus immergimur. Illo sèth dormiens, & regno destitutus, & occisus fuit.

Iosa. 10.

D. Greg.
in mat.

Jonas

Jonas dormiens, surrexit tempestas, & in mare projectus, & à cete absorptus fuit. Dormiens Tobias fuit obcaecatus. Dormiens Holofernes à Judith capite plexus est. Dormiens Saul à lagena & hasta spoliatus est. Dormiens quoque Sisara clauo capite transfossus, vitam exhalauit. Agricola & paterfamilias, somno indulgere volens, venit inimicus, qui superfeminavit zizania. Dormiens D. Petrus à Domino nostro grauiter obiurgatus & reprehensus fuit. Nostra segnitia cum D. Petro obiurgatur. Cum vanæ somno nostræ securitatis oscitamus, tunc errores, aduersus bonam doctrinam superfeminantur. Nos cum Sisara vsum rationis amisimus. Cum Saul omnibus spiritalibus oblectamentis sumus spoliati. Cum Holoferne caput nobis abscinditur, & honorum operum initium. Cum somno Tobiae noster intellectus obcaecatur. Cum somno Ionæ magnarum perturbationum procellæ oriuntur, & in mundi pelagus immergimur, & à peccati Cete deglutimur. Cum Isboethi per culpam mortui sumus & à cœlesti regno abdicati. Denique noster obliuionis somnus, præcipiti casu nos penitus obrepit. Eapropter Iesus Christus Dominus noster, & Redemptor, ait apud D. Mattheum. *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* Et D. Paulus in 1. epist. ad Thessalonicens. *Non dormiamus, sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus.* Et D. Petrus in prima Canonica. *Estote prudentes, & vigilate in orationibus.* Et D. Ioannes in Apocalyp. *Beatus est qui vigilat.* Et postea, *Tentationes magnæ sunt & diuersæ.* Quocirca necesse est vigilare, cum Deus tam suauibus ac pretiosis verbis nobis consulat, ac suadeat: & viuere cautè, vt ea deuincamus, virilique animo expugnemus. Nam D. Paulus: *Non, inquit, coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Et D. Iacobus ait, *Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Cum à persecutionibus exagitamur, hisque magno animo resistimus fide & constantia Christiana propugnati, præmia æterna consequimur. Deus nostrarum monomachiarum spectator est, & in prælio, quod aduersus hostes animæ gessimus, nobis opitulatur quo vincamus, & hæc corona non marcescens est, verum immortalis. Non arborum furculis & ramusculis qui exsiccantur & tempore marcescunt, contexitur, sed gloria quæ in æternum perdurat, quam D. Petrus Apostolus Coronam gloriæ immarcescibilem vocat: D. Iacobus coronam vitæ, pariter D. Paulus Coronam iustitiæ, quam iustus iudex suis victoribus reddit, eamque propter iustitiam impertit: eam enim si victoria potiretur, pollicitus illis fuerat: hæc autem iustitia, in eius misericordia fundata est. Et vt victores triumphemus, hancque Coronam & gloriosum triumphum consequamur, solitudo, & quietudo solitaria ad rem summopere conducunt. Sed cum postulat charitas, illud tranquillitati vitæ aduersatur: par enim & decens est, debilibus opem ferre, ambiguo consulere seiu asserere, afflictos consolari, humilprostratos releuare præceptis & documentis remediorum ad malum aptorum applicatis, timidos corroborare, atque muniri defatigatos quietis spe vrgeri, refrigerio oppressos oblectare, eos qui periclitantur, fulcire & sustinere, lapsis præsto esse, vt sese in pedes erigant. Hæ sanctæ exercitationes alienantur, quominus hanc animi tranquillitatem eneruent, ac debilitent, imò potius muniunt, corroborant, atque accendunt: quippe qui his tranquillus animus ad suprema & ardua extollitur. Nihil est quod hac de re amplius dicturus sim: hæc summam de tranquillitate vitæ peroranda duxi, quam à me tantoperè expectasti, dixique omnibus eâ

esse expetendam. Nam desiderium virtutem obtinendi, præcipua eiusdem virtutis pars est.

De opinione Stoicorum, quantum ad tranquillitatem animi.

CAPVT IIII.



Hilosophus, qui ardentè auebat vt Lusitanus latius suos sermones explicaret, nèue hoc in loco mettam circumscriberet, vt cum ad verba prouocaret, ait. Variorum sensuum varia sunt etiam obiecta. Quemadmodum, (vt ait Aristotel.) sensus vnus directè alium sensum nequit diiudicare, quoniam gustus non colorem iudicat, nec visus gustum, sed cum discernimus dicimus esse candidum, & eum degustamus, sapimus eum dulcem. Ita ij qui pro obiecto terram capiunt, non rectè de cælo possunt iudicare, & qui secundum carnem viuunt, non animi suauitatem percipiunt, qui autem laqueis & compedibus mundi mancipantur, ac connectuntur, non quietis spiritualis delectationem adipiscuntur. Ex eorum numero sum: nam inquietorum vitæ laborum labyrintho intricatus: nondum plenè suauitatem eiusdem vitæ tranquillitatis auribus delibauit. Exardesco mediis fidiis, atque quibusdam inflammatis desideriorum aculeis perurgeo, quo eam possideam: qui tunc in flammis prorupere, cum de illa mentionem facere adortus es. Verumtamen in definitione quam attribuisti, & in similitudine quam de maris malacia iamiam adduxisti, multa supererant mihi argumenta quibus eam conuellerem atque impugnarem, non enim adeo securis constant probationibus, vt medias nostrorum telorum acies tuto possint transilire. Non autem tuæ intentioni aduersabor, quandoquidem mea non ad hoc spectat, vt rudis ac superba exotice appareat, potissimum cum his hæc religio & doctrina quam & habitu, & sermone patefacis, elucet. Illud (inquit Prior) non multum Patri permolestum erit, sed vt arbitror ex seipso potius exposcit: veritas enim, & clarior, & dilucidior perstat. Veluti ferrum magis limæ dentibus scalptum elucet: sic intellectus cum disputationibus debet coherere. Equidem mirifico solatio oblectarer, si vterque vestrum hanc voluptatem de hac materia quidpiam in medium afferedi, perciperet: vt enim reor permulta multis quidem abdita, dignaque quæ omnibus fiant manifesta, patefeceritis. Et si hoc tunc temporis, cum mihi licet per otium non exequitur, nunquam (vt certissimè suspicor) peropportunè licebit. Accepi enim à multis occasionem temporis perniciosissimæ Aquilæ perfimilem, quæ quandiu hominum pedibus humi graditur, facili negotio potest arripi, sed quamprimum in sublime rapta strepitu alarum nubes & aëra diuerberauit, illud eos qui illam perquirunt, nec facillimè ad illum ex cuius manibus euasit, reuertitur. Prisci (ait Lusitanus) cum animum abiectum & obrepentem, sublimi cuidam & subtili annexum designauere, candelam radiis Solis oppositam pinxere. Eo pacto candelæ atque faculo ferè extincto assimilor. Ideo vt hac agamus materia, quo docear, expostulo, semper enim quidpiam perdiscere concupiui. Illud enim ratum habeo, qui hoc in vastissimo, atque spatio huius vitæ pelago, suæ opinionis rotâ sectari voluerit, sepissime cautibus allidetur, atque naufragio corruet: ita vt nimia quæ de nobis ipsis habemus confidentia, non nisi ex nostramet ignorantia deriuatur: primusque gradus hominis parū veritati, est multū scite opinari. Scio equidè hæc sententiâ D. Hieronimi esse consentaneam, nèpe cognitionem imperfectionis in homine speciem perfectionis esse. Nō hoc



parui duco, vt quispiam hoc vnum sciat, quod nihil sciat, cognoscat. Ideo mea definitionis defectus, quo eos corrigam enucleari arderem. Si defectum quendam (inquit Philosophus) vestris sermonibus opponere in animum inducerem, ad meipsum in primis referrem. Non illud adiungo quod in tua definitione quiddam, quod obiurgandum sit, reperitur, sed tantum quod disceptetur. Vidi ego te Tranquillitatem suo genere & differentia definisse. Et in genere dixisse esse habitudinem, non inficior: sed in differentia, permagna difficultate moueor: quippe dicis eam animum absque perturbationum vndis, passionibus, atque affectibus (quod idem est) mitigare. Cumque hoc similitudine malacie maris adducta declaras, afferis in tranquillitate vndas & perturbationes inesse oportere, quæ duò sanè ex seipsis adulerantur, cum dissentanea sint, quæ simul vera esse non possunt. Verum illud est (ait Lusitanus) cum eadem res sunt, & ob eandem rationem, quod hac in re non habet locum. Cum enim dico, nullas esse in tranquillitate perturbationes, effrânatas intelligo: & e contra cum dico perturbationes esse, eas intelligo quæ ratione ducuntur, ac disponuntur. Vt hæc sunt perturbationes, tranquillitati repugnant & aduersantur. Nam Stoici Philosophi (quorum Zeno fuit primus qui præceptor Magni Chrysippi extitit, de quo Carneades dicebat, si Chrysippus nunquam fuisset, is etiam nunquam extitisset) omnes inquam asserunt, sapientes, qui in tranquillitate vitam degunt, nunquam in perturbationem delabi: verum in eorum animis quædam quietudo & serenitas inest, vndis, & motibus aut secundis aut aduersis vacua. Quod è diametro tuæ similitudini pugnat: in qua opinione firmiores Notho perstant, omnesque rationem tanquam optimam ducem sequuntur: modisque quibus eam sibi comparant honores censent: semper eodem modo subsistunt, nunquam à constantia, firmitate, nec malacia, nec procellis desiscunt. Vnde fit, vt neque passionem, neque alterationem (vt aiunt) perferant, quiduis eis contingat, neque verba quæ quoddam indicium furoris perturbationum præ se ferat, effutiunt. Sed idè non corda & animos in sublime vetos & gestientes habere desistunt, maximæque cura, sollicitudine, & prouidentia virtuti fortitudinis inuigilant: sed eò minus verbis atque disceptationibus conflictantur, eò magis præclara facinora, factaque insignia exequuntur. Quemadmodum amnis, vbi mitius effluit, ibi etiã maior inest profunditas, vbiq; maiori ac petulantiori murmure perstrepat minus ibi aquarum inest: sic homo pacatus & ad magnam profunditatem affixus, maximi pretij est, & existimationis, qui verò nimios sermones effudit, is proculdubio est, qui minus operatur. Ignari enim ingenti tonitru & murmure perstrepat, minusque profunditatis ac capacitatis habent, secus autem in sapientibus, multum profunditatis, parum vero murmuris cernitur.

Philosophus multa exempla adducit, qui sectam Stoicorum sequebatur.

CAPVT V.

Philosophi Stoici pro verissima propositione affirmant, Sapientes à passionibus & perturbationibus animi esse liberos, & in tranquillitate, ac quiete vitam degere. Vnde (vt aiunt) admiranda Socratis constantia manauit. Historiarum monumentis proditum comperimus. Cum Socrates morti adiudicaretur, quam ingratiissimi Athenienses, æstro perciti destinarant, inaudito quodam

scelere venenum propinandum dedere, quod genus erat mortis quo tunc temporis utebatur, alacri quodam animo & cum morte lætundus intrepida fronte intoxicatum poculum exhausit. Plato in Critia dialogo, ait, Cum Socrates mortis suæ nuntia percepit, nulla perturbatione territus aut molestis tabescens, & cum mortem illa vice euadere honesto quodam modo posset, nullo vnquam pacto huic rei voluit consentire: sed cum propè extremam vitæ periodum attigisset, vigoremque vitæ in dies debilitati perentiret, elegantem atque piam orationem declamauit, quam plurimis pulcherrimis, notandisque sententiis perpolierat. Cumque plura admiratione digna protulisset, sic est fatus: Ab hac vita discedamus, cum Deus ab hinc nos remoueat. Hæc fuerant extrema verba quæ Socrates ille facundissimus animam efflando exprompsit. De illo refert Plutarchus, cum à quodam sibi perquam familiari rogaretur vt suæ vitæ conseruationi consulere, vt que vberimos suæ virtutis fructus amicis maiori copula coniunctis communicaret. Respondit, se in alia vita tam optimos, aut meliores quam illos, reperiturum. Cum Anaxagoræ Philosopho filij cuiusdam sui obitus nuntiaretur, nullo quantumuis minimo perturbationis signo fuit perterritus, sed ait nuntius, Amice, nihil noui afferens, mortalem enim meum filium esse, non ignorabam: ita narrat Valerius Maximus. Laërtius, & Marcus Tullius. Plutarchus ait, nos hoc appositisimo responso muniri & præparari debere, vt cunctis, quæ occurrerent iacturis eam apponamus. In diuitiarum iactura, rectè dicere possumus, Sciebam sanè illas esse momentaneas, fluxas & caducas, meque tanquã consignatas & in depositum datas accepisse, vt iis hoc pauco tempore quo pro mutuo erunt, vtar. Cum honore spoliatur, possumus dicere. Equidem non ignorabam, eum qui hunc impertierat, posse pari via auferre. Cum ab amicitis destituimur, possumus etiam dicere. Non profecto me latebat, meos amicos homines esse, & per consequens inconstantes & mutabiles. Ait Plutarchus eo pacto cum de iacturis omnibus nobis contingentibus, quidpiam enuntiabitur, respondere oportere, vt non noua esse nusquam videantur. Solebãt Philosophi, quidquid occurreret, nouum non ducere, ne instabiles viderentur, nouitates enim mutationes secum afferunt. Cum ad quandã mulierem Lacedemonam filium in acie interiisse, perferretur, quod vitam hanc fluxam, in immortalem permutasset, respondit. Eum sic progenueram, vt ex me quisquã oriundus esset, qui pro patriæ mortè opteteret. Ita refert magnus ille Cicero in prima Tusculana, quem non optimus quisque orator eloquentissimum, ac eloquentiæ principem esse, potest inficiari. Et quamuis fieri non posse videatur, vt mater hæc tristitia filij nuntia auribus perceperit, quin oculi, veluti præcursores & antesignani cordis dolorem & tristitiam testarentur qua ob hanc perpetuam priuationem afflictabatur: nihilominus hæc constans & infracta Lacedemona, virili quodam animo hanc potionem sorberet, nec tantillum pusillanimitatis, aut molitiei grauedine sopita, à constantia desciiuit. Narrat Plutarchus, de alia Lacedemone, quæ cum duos filios ad prælium misisset, cumque alium velut magnanimum in ipsa acie occubuisse intellexisset, alium vero, veluti effeminatũ & pusillanimum effugisse, ait, Germanum esse filium qui velut strenuus occiderat, non autem illum qui velut timidus terga verterat. Quippe qui alius vt fortiter dimicaret spem brachiis defixerat, alius autem pedibus, vt melius fugeret. Niobe tantos perpeffa est labores, tantæque cū constantia, vt nullus sua tempeffate cui coæquari posset reperiretur. Idcirco Poëtæ in adeo sublimem gradum extulerunt, vt eam

Plutarch. in lib. de tranquill. anima.

Plutar. in Apophth.

eam in saxum commutatam esse ferrent, ob perpetuam tranquillitatem & silentium quibus suas calamitates quas non censebat calamitosas esse, suscepit. Equidem nonnunquam propter leuia quædam accidentia lamentantur, arbitantes ea esse crudelissima, non quod effectu sint, sed quoniam ita esse nobis inculcamus. Ideò aiebat Menander. Nihil quod molestum sit pateris nisi quod ita sit effingas, Narrat Baptista fulgosi, cum Dion. Syraculanus cum nonnullis suis familiaribus sermocinaretur, ad eum perlatum est quendam suorum liberorum obiisse. Iussit tantum ut humi mandaretur, & infra quoque ille vultu filium suæ orationis est prosequutus. Narrat Seneca, cum quidam Canius Iulus vir magnus luderet latrunculis, in iudicium tanquam reus adductus, sententiam qua capite multandus esset, percepisset, cum etiam centurio agmen periturorum trahens, & illum quoque citari iubet. Vocatus numeravit calculos, & sodali suo, Vide, inquit, ne post mortem meam mentiaris te vicisse. Tum annuens Centurioni Testis, inquit, erit, vno me antecedere. Videtur sanè hunc neque perturbationibus, neque vllis animi commotionibus perterri, cum in ipsa tempestatis rabie, pacatus, securus, nulloque timore fractus permanebat. Narrat Plutarchus in Apophth. Cum Agesilaus Lacedæmonum rex à quodam rogaretur, quam via homo hanc vitæ immortalæ gloriam assequeretur, respondit, mortem contemnendo: nam semper paratus erit magno & strenuo animo quæcunque aduenerint subire, nec vllō timore, nec minimo terrore concutietur. Et in libro de tranquillitate animæ. Is qui nostræ animæ naturam agnosceret, vitamque quæ illi transmigrandum est, intelligeret, ille quamprimum apparatus, & ut dicitur commeatum ad iter quietudinis & securitatis animi disponderet: & hoc erit contemptus mortis. Diogenes rogatus, quem nā fructum ex Philosophia percepisset, respondit, Semper esse paratum ad omnia quæ contingere possent pectore valido, firmo nullaque perturbatione concusso, subeunda. Antigonus mirificis laudibus elatus est, propter hanc constantiam: nam cum ad eum filium suum esse in prælio interemptum perferretur, qui senectutis suæ oblectamentum erat, summepere charus & spes posteritatis suæ generationis, ait Elianus, illum nec minimam lacrymam emisisse, nec vultus mutatione, aut alteratione fuisse perterritum nec luctum aut dolorem indicantes sermones protulisse. Verum (inquit) defunctum collaudauit, quod tam bellicosè decellerat, corporali morte famam immortalæ sibi comparans. Elaborabant hi præstantes viri, ut in patientia fulcirentur: nam ut ait Plato. Patientia est præcipua virium Philosophiæ, Præclare quidem. Magnaque errori illi qui eam à se abigeret verteretur. Ideò antiqui Philosophi ad perpetuandū gloriabatur. Nam quamuis illis mundum in eos aliquando acutum, ut gaudij radices refecaret: non tamen quoduis meroris signum præferebant: sed virili & magnanimo animo, ad præclara obeūda facinora sese obiciebant, ut silo honoris crudelem labyrinthum quæ nūquam cum vita transilire suspicabantur. Talis fuit Mutius Scaeuola Romanus in Regem Persenam, qui cum Romam obsedisset, crudelissimisque impetibus expugnasset, cumque tam multi ex vtraque parte ferro caderent, ut agri sanguineo colore tingerentur, & non solum terra sed etiam Tyberis aquæ sanguinis vndas ob innumera caesa corpora, despumarent: natus ille & magnanimus Mutius, multis variisque cogitationibus afflictatus est, rem animo moliens, ut à perfidorū hostiū telis patriam vindicaret. Tandem regem Persenam interficere decreuit, eumque tā facili

negotio, sicuti animo & cogitatione versarat, aggressus est. Nam castra ingressus, familiarem & domesticum Regis ipsum regem opinatus, tanto impetu & rabie, percussit, ut è viuorum numero eum separarit. Ut patriam à periculo eximeret, in mortale periculum sese exposuit, vitam ipsam pro communi omnium salute, morti deuouens: cum autem caperetur, nullo timore percussus quidquid animo conceperat fassus est, cuius rei veniam nequaquam petebat. Extendens itaque dextram & gemens illam aspiciens, propterea quod ab interimendo Rege aberrarat, eam prunis ardentibus iniicit, & in conspectu omnium nullo colore, commotus, aut quouis doloris indicio debilitatus eam combussit. Ita narrant Valerius, Maximus, & Titus Liuius, & post eos Anthonius Sabellicus, Modernior, quidem, sed non tantæ autoritatis. Ut pote impiger ille & magnanimus vir Mutius Scaeuola Stoicus erat, magnam etiam imbecillitatem duxit, si perturbaretur: & constans & securus, cum flammis dextra subigeretur nullo timore mortis perterri manifestauit, & ad eam oppetendam non minore animo excitari, quam ad eam Regi infligendam alacri animo properarat: Suscepit quidem rem: ita captu difficilem, ut ea in posterum manus stuporis, & terroris, quam famæ atque autoritatis sit allatura: sed ea industria illud effecit, ut nullis obliuionum tenebris, vnquā fuerit consopitus. Quod cum excellens atque inuictus Princeps Persenna intueretur, tantis audacis animi viribus obstupefactus, omnem vrbānitatem benignitatem, & sui inuicti & generosi animi magnitudinem, quibus dotibus non parè à natura fuerat exornatus, in eum contulit, utque à vinculis Romanus ille exueretur, iussit, ac vitam ei qui, ut illum vita priuaret illic aduenerat, restituit. Multa equidem exempla & historias innumerabilium virorum posse afferre, qui nō votis omnibus & desiderijs potiri sperabāt, nec etiam mundum futilibus eorum cogitationibus satisfacturum suspicabantur: at satis firmi, & robusti, ut quidquid aduersa fortuna in eos exaceret, alacri & patienti animo subirent: à lubricis & obscænis perturbationibus expediti: qui quidem in rerum tolerantia, & virili constantia, firmaque animi tranquillitate, tantos exantillare labores voluerunt, ut ferè insensibiles apparent, eorumque actionibus volunt confirmare Philosophi Stoici, tranquillitatem absque vllō motu esse debere. Verum exempla quæ huc adduxi sufficiunt ad conuclendum quod proposuisti, nempe animi tranquillitatem veluti nauem in medio vndarum à secundo vento vectam moueri oportere. Si enim huc omnia vellem referre, quæ ad hanc rem apta perlegi finem potius temporis, quam verborū & dicendi copiam adiuuenerit: essetque alius labor, Corebo futili labori similis, qui vndas maris numerare in animo habebat, ut aiunt Eustachius, Lucianus, & adduxit Rauius Textor in sua officina. Ut ad hoc responderes, efflagitarem, & ad id quidpiam nobis disputandum foret, ut lumen veritatis extorqueremus. Namque Picus Mirandula mihi semper probatus est, ut hac occasione Gentibus Deam Palladem (quam scientiæ Deam vocitabant) depingerent armatā, quoniam scientia sine argumentorū collisione obtineri nequit. Quomobrem Chaldæi aiebant optare, ut in natiuitate eorum qui Philosophiæ informati erant, Mars cum Mercurio coniungeretur: quia vni arma tribuuntur, alteri literæ, ut cum disputationis controuersia, veritas in lucem ederetur, & qui ab illa desllecteret, sui erroris conscius, suam rationi sententiam redderet. Nullus enim profectò error homini potest contingere, quam cum se errare cognoscit.

Seneca lib.
de Tran-
qui. anim.

Plutarch.
in lib. de
tranquil.
animæ.

Plutar. in
Apophth.

Quomodo affectiones prauæ sunt, nisi ratione moderentur.

CAPVT VI.

Non me latet (ait Lusitanus) hanc opinionem ab iis probatam, qui eam à doctrina Stoicorum exhaustisse dicunt, eorumque sectam sequuntur. Sed non etiam ignoro, Philosophos Academicos & Peripateticos eam rationibus dilucidis & manifestis oppugnare: ita ut si pondere rationes eas trutines, pondus earum facillimè iudicabis, & maioris sunt pretij aspectu ipso & veritate, quàm eæ de quibus Stoici tantopere gloriantur & efferuntur. Præcipuæ perturbationes, quas omnes alij passiones vocitant, alij affectus, sunt lætitia, & mæror, spes & timor, mutantur tamen in amorem, odium pudorem, iram, misericordiam, & quamplurima alia, eæq; affectiones tantoperè nobis idoneæ sunt, ac propriæ, ut fieri non potest, quin aliqua earum nobis insit. Et vera philosophia non consistit, ut eas stirpitus euellamus, sed ut eas temperemus, ut rationi morem gerat, & limites, atque fines non transiliant. In hac moderatione affectus vitæ tranquillitas consistit. Cum Alcinius in libro quem de doctrina Platonis composuit, ait virtutem affectum esse animæ perfectum & excellentem, non ad hoc tendit, ut virtutem affectionem esse asserat: quippè qui virtus est habitudo animæ, quæ sunt species in qualitate discrepantes. Verum vult dicere, virtutem esse habitudinem quæ in medio consistit, cum qua affectus coerciti, perfecti, & excellentes remanent. Ideo non consistit perfectio, ut liberi simus, & affectibus vacui, sed ut eas rectè disponamus aptemus, & rationi subiiciamus. Gloriosus D. Augustinus, quem plures possunt admirari, pauci verò imitari sciunt, in eodem libro de ciuit. Dei in nostra disciplina (inquit) non percontamur an Christiani animus ira efferueat, sed tantum causam cur perturbetur: nec si tristis est, causam unde manat hæc tristitia, nec si timet, qua de causa timet. Irasci enim in illum qui peccat, ut ad rectam viam redeat, & in afflictum debacchari, & periculum eius qui corruit pertimescere, ne pereat, nescio an sit quicquam sanæ mentis qui eum possit obiurgare. Hi sunt verborum sensus D. Augustini, qui clarum testimonium est aduersus Stoicos. Affectus etiam si ex seipsis laudibus digni non sunt, nec reprehensione, possunt tamen prodesse, aut nocere, iuxta eorum usum. Illud est quod ait D. Thom. in 1. 2. ex passionibus animæ alia bonæ sunt, alia prauæ secundum earum speciem, quia generaliter à natura pendunt. Ait Propheta, *trafscimini, & nolite peccare.* Et D. Ambrosius hunc locum declarans, ait. Quid sibi vult cum in nos ipsos debacchamur, cum peccabimus & non amplius peccamus, & in nos ipsos irascimur cum in errorem incidimus, nec amplius fines conscientie transilire volumus? Et non solum nos ipsos obiurgamus, sed etiã alia sunt, quibus in alios inuehere debeamus. Clarum equidem est & apertum, qui legitimum præceptum & potestatem tenet, in vitia suorum subditorum irasci debet, eosque obiurgare cum occasio postulat, imo nonnunquam verbis seueris & acerbis, nonnunquam vero benignis & mansuetis, aut alia correctione, dummodo non rationem excedat. Quemadmodum pillule, ut facilius ab egroto capiuntur inaurata debent esse, aut liquore quodam dulci inuolunt. Pari ratione asperæ & rudes reprehensiones, ut faciliori via

queant tolerari, aptari & disponi suauibus & mitibus sermonibus atq; vrbantate plenis, oportet, qui cum gustu amoris, non autem iræ & contemptus suauiter effluant. Vrbantitas vinculum est voluntates adstringens. Ideo homines sani iudicij, & qui subditos amore prosequuntur, si passio ex corde in os irrumpat, iram reprehensionibus possunt perfringere, dummodo omnes ad pium zelum & optimum documentum tendant: & econtra qui intestinum aliquod odium cordis abdunt penetralibus, si munera obeunt, illud quamprimùm seueris minis & asperis reprehensionibus detegunt. Et quemadmodum in Officina ferrea prunæ quæ extinctæ apparent viuæ sunt, & cum titiones mouentur statim igniculi & scintille apparent. Ita ij qui cicatricibus habent intestina confossa, etiam si odium suum agnoscant, statim tamen atque quodam officio aut dominatione funguntur, tunc verba aspera & scandalo plena effutiunt, quibus nec vtilitati suæ consulunt, nec Deo inseruiunt, imo ut percutiant, & vulnerent. Quod sanè tantum à iustorum cõditione abhorret, quantum distat cælum à terra: quoniam virga punitiois & correctionis, è radice Iesse oriri debet, ex amore, inquam, patriæ, non autem odio & inuidia. Sapientes res dulcedine & vrbantate euellere optant, res quæ minoris constant, & multum valent: quanuis cum opus est non desistunt, quin reprehendant & castigent: sciunt enim talem esse Dei voluntatem. Cum tunc temporis hoc itinere permeans Iamora nobilis ciuitatis Castiliæ hospitarer D. Dominici monasterium inuisi, utpote domum immensæ deuotionis, ab ipsomet constructam: Cùmque ibi multa admiratione digna, inter cætera hoc ad me perlatum est. Patres Religiosi testati sunt intus esse quendam Priorem, qui cum benignior, quàm par erat appareret, Religiosos peruiaces atque inobedientes non emendabat, tali rigore & pœna, ut eorum culpæ expeterent. Eapropter libertas adeo effrenata erat, ut omnes à recto virtutis limite desciscerent. Cum igitur aliquando in Capitulum conuenirent, eorum nimis erroribus & vitiis coactus, tantam inobedientiam in quibusdam illorum deprehendit, ut nulla reuerentia Pastorem venerarentur, ideò dolens oculos in Crucifixum contorsit, hæc verba prorumpens. Domine quid faciam? Et Crucifixus illi respondit, *Rege eos in virga ferrea.* Ac si diceret, Seuerè illos castiga, & pœnas delictis eorum cõformes inflige. Vidi oculis meis hunc Crucifixum, quem Religiosi hoc in Monasterio magna veneratione prosequuntur: huncque ostenderunt, & hanc historiam pro vera & certissima mihi narrarunt. Hinc videre est quantum Prælatum deceat subditos delinquentes nonnunquam increpare, nec vllò vitio illi verti potest: quod sensus est huius loci Psalmistæ, quem nuper adducebamus. Irascimini, & nolite peccare. Quoniam certissimum est iram esse vnam esse perturbationum, aut passionum de quibus loquimur: etiam illud adiungo, nisi eam cohibeamus, sed eam in furorem prorumpere sinamus, est sanè perniciosior cæteris omnibus. Verum enim uerò his in opacis nostrarum passionum syluis, fera animantia nutriantur: quæ nisi domentur, & domestica redantur: multis præliis nos singulis diebus expugnant, multaque detrimenta infligunt. Sed omnibus crudelior atque petulantior ira est, quæ si à rationis vinculis dissoluatur, & suapte rabie ac frenesi prorupit, honores, diuitias, prouincias, & regna labefactat. Quemadmodum ignis quæ nauem inuadit denudò contignatam & constructam, violentius urit, si fluuij dulcis aqua aspergatur: pari ratione ira debacchans, & à se aliena, eò magis rationibus

verbisque suauibus eam demulcere conaris, vt mitiges, atque mollias, eò magis insolefcit, maioribusque flammis exardescit. Iudicium perturbat, amicitias dissipat vinculum amicitiae dirumpit, ac discerpit, multaque alia innumerabilia mala patrat, si eam dominari permittamus. Sed si sub iudicio captiua reddatur frænoque rationis coërceatur, si veritatis vinculis alligetur & concatenetur, frænisque virtutis adstringatur, tandem legi Iesu Christi Redemptoris nostri obsecundat, tantum abest vt nocumento sit, quin potius maximum emolumentum conducit. Idè operantur cæteræ actiones. Psalmographus, dicebat vt irasceremur, & nollemus peccare, iisdem affectibus ducebatur, cum alio in loco aiebat. *Cor meum in me turbatum est.* Sacra Scriptura in Genesi, loquitur de Patriarcha Abraham: Sopor irruit super Abrâ, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Cum igitur hi sancti & præstantes viri adeò diuinæ Philosophiæ præceptis imbuti passionibus, motibus affectibus essent præoccupati, quis adeò ab actionibus & operationibus humanis vacuus, qui omninò esse expeditum sese iactitare audeat? Vt homo tantum suis confidat viribus vt nunquam rebus lætis, aut tristibus commoueatur, hoc fieri non potest. Et quantum fieri posset, non tamen esset utile: hoc enim manifestè à ratione abhorret, & ab eadè natura. Aiebat D. Paulus in Epist. ad Romanos. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.* Quisnam est qui non videat illud esse à natura insitum ijs qui optimè iudicant, & rectè rationis tramitem sequuntur, vt cum desolatis condoleant, & cū lætis gaudeant? Etsi quemquã videmus, qui cū Deo sit contentus, summoperè oblectari debemus suo solatio, & si doleat, eius etiam mœrere consistari debemus. Nostræ lacrymæ veri amoris & benevolentiae qua illos prosequimur testes esse debent, nostræque vt dolorem quem cum ijs per sentimus, ostentent. Denique debemus esse vnanimes, vt eadem voluntas regat & moderetur plura corpora: solùmque desiderium plures creaturas regat. Et quæadmodum fieri nequaquam potest vt illud contingat, cum simus stupidi & stolidis atque moderatis affectibus careamus, compertissimum est, eos nobis esse pernecessarios dummodo coërceantur & frænentur eo pacto, vt in vsum virtutis conuertantur. Quid verbis opus est, nisi cum diuinus S. Paulus (profundum Sapientiæ arcânium) per cuius organum Deus loquitur in Epist. ad Romanos, damnat, & reprobat eos, qui affectibus carent. D. Thomas amorem esse vnum ex passionibus aut affectibus. Et alio in loco ait amorem non solum impedire, sed perfectum reddere, nisi hoc esset propter corpoream transmutationem aut obiectus dissentanei. Si amor vnus est ex effectibus, de quibus loquimur, & adeò excellens, vt penitus Deo consecratur & deuouetur, præ cæteris omnibus, & proximo nostro, sicut nobis ipsis: quisnam est qui omnes affectus damnare audeat? Præcipit nobis Deus vt illum ex toto corde nostro diligamus, & proximum nostrum sicut nos ipsos. Hæc est Lex quæ ait, *Ex his duobus præceptis omnis Lex dependet, & prophetæ.* Oportet vt aliquis sit in hoc terrarum orbe, qui vetet, & interdicit ne diligamus siquidem obnoxiumè nos adstrinxit, vt eum diligamus. D. Ioannes in sua prima Canonica ait, *Qui non diligit est in morte.* Et D. Paulus in Epist. ad Ephes. *ambulate in amore.* His similibus plena est Sacra Scriptura. Vnde necessariò concludendum est, eos qui obiurgant & damnant affectus atque perturbationes, à veritate aberrare. Cum Iesus Christus dicebat suis Apostolis. Non turbetur cor vestrum neque formidet: nolabat dicere vt ijs aliqua inessent perturbationes,

Rom. 12.

D. Thom.

1. 1. part.

20 quæst.

in 1. 1.

quæst. 18.

Leuit. 19.

Matth. 22.

Marc. 12.

Luc. 10.

Ioann. 3.

Ephes. 5.

Ioan. 14.

motus aut affectus, siquidem causari non possunt, nisi fuissent temperata. Deus requirit vt eo pacto mitigemus vt limites & terminos rationis non transiliant. D. Thomas, Perturbatio (inquit) si vetetur, ac cohibeatur, mutatio est ordinis, & cursus æqualis rationis, & immoderata passio appetituum inferiorum. Hoc est, quod vetabat Iesus Christus Discipulis suis, ne perturbarentur in corde. Ac si diceret. Ne immoderatis perturbationibus cor vestrum eo pacto tradatis, vt in ipso possessionem capiant, meque foras abigant. Vult Deus ne nostrum cor nisi ipsi soli dedamus, qui ait Per Salomonem, *Fili mi, da mihi cor tuum.* cum enim deprauatis illecebris illud relaxamus, Deo suffuramur. Et quemadmodum fera intus fracta & disiuncta, referatur cum deberet claudi, & clauditur cum deberet referari, & meatus atque intrinsecæ dentes clauis quadrari nequeunt. Ita cor peccatoris, si commoueatur, Deo clauditur, cum eius gratiæ aperiendum esset, & referatur mundo, cui esset claudendum. Et cum deprauatum atque incompositum sit, sensus non rectè clauis rationis coherent: ingreditur quidem rationem, sed intus non vertitur, & non lucem editur, cum apparentium bonorum dolo, quæ proculdubio mala sunt, & aperit cor, ex quo possessionem inuadit & arripit, eam illecebris effrænatis tradendo, quæ illud pessundant, suis exuijs onerant, & eo quidem vsque diuexat, vt irretitus, atque intricatus, nihil per rationis meatum illi succedit. Illud est quod Deus prohibet: hæc sunt vitæ perturbationes quæ ab effrænato appetitu ducuntur & gubernantur. quibuscumq; misellum corculum, & disiecta efficitur scera & incompositum horologium. Nostrarum enim litium & disceptationum causa est cum affectus ab appetitu coërceitos sectamur, non autem eos qui temperantia moderantur.

Ioann. 14.

De officio Temperantia, de affectibus bonis & prauis, de eo quod per pedes designatur & representatur.

CAPVT VII.



Flagitarem scire (inquit Prior) quòdnam sit officium Temperantiæ? Est (inquit Lusitanus) quemadmodum ait D. Augustinus, refrænare & lenire desideria & motus. D. Ambrosius, Quod inquit, potissimum in temperantia videri & considerari debet est honestatis cura, & vera pulchritudinis consideratio: quæ non potest esse nisi affectus & passionum mitigare pro officio & functione sit. Prosper, Temperantia frænum motibus adhibet affectus temperat, sancta desideria auget, flagitiosos punit, res confusas & incompositas disponit, tum demum animam maxima cum tranquillitate, & serenitate componit. Quod hi Doctores aiunt esse officium Temperantiæ, Plutarchus in lib. de virtute Morum eam rationi tribuit: proprium enim munus & officium est motus & affectus deprauatos & immoderatos coërtere, & quod superfluum atque inutile est, refecere. Non ideo in inficior temperantiam horum non esse participem: siquidem obedientiam rationis tam pertinaci animo asserit. Cicero lib. de Finibus ait temperantiam nos commonefacere, vt virtutem sequamur, tam ijs rebus, quas effugere oportet, quam alijs, quæ expetendæ sunt, vt musica & concentus rectissime consentiant. Dicebat Democritus (vt refert Stobæus) Temperantiam harmoniæ similem esse. Quæadmodum instrumenti fines non tantum retrahit &

D. Augn.
lib. Mor.
Ecclesiast.
D. Amb.
in suis
Offi.
Prosper.
lib. de Vit.
contem.

tendi debent, vt frangantur: nec pariter distendi & laxari, vt nihil perfont; sed quædam æqualitas, par & cœqualis sit, vnde dulcis & periucunda sequatur harmonia: pari ratione in vita duo extrema vitiosa esse nequaquam oportet, sed conueniens proportio, & decencia, ex qua dulcis concentus sequitur, quæ vera est animæ temperies, à prudentia docta, vnde vera quies vitæ promanat, quæ (vt videtis) non consistit vt motibus liber sit & expeditus, imò potius vt eos cohibeat & leniat, obnoxiosque rationi efficiat. Pierius Valerius narrat in suis Literis Hieroglyphicis, Caium Cæsarem iussisse vt numi cuderentur vbi serpens sculperentur, qui in Elephantem insurgeret, & alium, vbi Elephas eundem serpentem pedibus conculcasset. Et licet Pierius illud bello civili velit tribuere ad quod Cæsar coactus & laceffitus fuit, & ad victoriam, quam hinc inde retulit: mihi tamen videtur per Elephantem Cæsarem intelligi oportere, qui genua non incuruabat, nulloque cedebat, & per serpentem, qui in illum irrumperet, intelligo motum iræ, aliarumque passionum & affectuum, & vt ostentaret eas edomuisse, iussit serpentem pedibus eiusdem Elephantis insculpi, qui pedibus eum prosterneret. Hubertus Herbipolitanus de his nummis in suo Iulio Cæsare mentionem facit, quo loci cum perapposite depingit: quanuis eodem libro sustineat Cæsarem lingua Africana Elephantem denotare. Ideo Elephas serpentem conculcans, idem est Cæsarem iram domantem & compescentem. Cui dixerunt Antiqui Herculem Taurum superasse, quidnam volunt denotare, nisi hominem bellicosum magnique iudicij iram insolentiam, aliasque perturbantes a Tauro significatas, compescere? Ait Origenes. Cum Deus in veteri lege præciperet, vt Tauri mactarentur, volebat denotare nostræ superbiæ cogitationis mortificationem. Cum fingebant Antiqui Achillem non posse nisi pedibus percuti, quoniam eos non aquis Stygiarum vndarum asperserat. Itaque in planura pedis vulneratus, fuit interemptus, quidnam denotare voluit, nisi hunc strenuum ducem fuisse bellicosum magnanimum, atque rebus bellicis inuictum, sed tanta cupiditate, aliisque perniciosis & nefarijs affectibus per pedes signatis deliquit. Ita interpretatur Cælius Augustinus in suis Hieroglyphicis. Ea fuit Authorum intentio, vt hoc ipso planum facerent, quantumuis strenuus, nauus & magnanimus homo sit, non in tranquillitate vitam degeret, nisi prauos affectus coerceret, & rationis imperio ac dominationi eos subijceret, quos affectus per pedes intelligebat. Quod de Iasone ferebatur ab hac re non multum discrepat. Cum ad vellus aureum conquirendum properaret, calceus è pedibus in mare cecidit. Etenim qui virtutis vestigijs insistant, nominisque immortalitatem apiscuntur, vt deprauatos affectus discalcent, operæ pretium est, & cum temperatis conuiescant. Ab hac significatione non distabat Virgilius, cum diceret Reginam Dido mortem sibi consciscentem ob perfidiam, quæ à Marito in eam inflicta videbatur, pedem discalcesse: quippe qui vitæ infamis & ignominiosæ illecebras a se auerruncauit, pro mortis desiderio quam honestam ducebat. Quanuis re vera hoc mortis genus grauissimum crimen esset, tamen rabie & furore percita, non tamen talem potuit degustare. Non ignoro multos hanc historiam alio sensu interpretari, sed de Virgiliana fictione tantum loquor, qui ait eam pede nudo, aliò vero calceato remansisse, vt commonefaceret, affectus esse prauos, aut malos, & officium temperantiæ est, eas moderari, & suppressere. Ergo Philosophia, & tranquillitas animi consistunt, vt acer-

bos affectuum aculeos non perferentiamus, sed vt legi diuine eos subijciamus, obnoxiosque reddamus. Hæc enim est fax cui in huius vitæ pelago insistendum nobis est, vt salutis portum appellamus.

Offendit Lusitanus, quinam veri sapientes sint, & argumentis Philosophi respondet.

CAPVT VIII.

Emperantia cum virtute coniuncta, virtus adeo sublimis & ardua est, vt illa remota tranquillitate potiri nequeamus. Qui eam non possidet, effrenate & deprauate vltro citroque cursitat, eo maiori discrimine, periclitans impetu valido & veloci cursu, percurrit. Hoc sanè permirum est, Platonem suam ingenij aciem adeo in sublime extulisse, vt diceret homines qui hanc temperantiæ & quietudinis virtutem possiderent Deum pro lege habere, eosque esse sapientes: qui autem ea lege carerent deprauato appetitu ferri, eosque esse ignaros. Cum à Philosopho Aristippo, quispiam percontaretur, quamnam differentiam inter sapientes & ignaros constitueret, siquidem sæpenuero vtrosque leges, & statuta ciuitatum moderari contingeret: ait Plutarchus eum respondiisse, etiam si omne leges confringerentur, aut quacunque occasione terminarentur, Sapientes in æqualitate & temperantia viuerent: non etiam tot vitijs scaterent, impij enim à deprauatis & nefarijs, desiderijs ob Legum timorem, cessant, & finitis legibus bona etiam eorum opera finirentur. Nam vt potè leges rationi suffultæ sunt, & qui verè sapientes sunt, omnia bona opera, tãquam ad metam & scopum dirigunt, vt Deo deuoneant: sequitur, quanuis leges euanescerent, non idcirco sapientum virtutes consopirentur, non enim eas exercent, & operantur, ob timorem & formidinem pœnæ & punishmentis, vt flagitiosi & impij, sed propter rationem & iustitiã & in Deum ascriptam, tanquã boni. Eius reiratio est, passionis & affectus habere moderatos, acumenque ingenij clarum pellucidum, vt quietem & tranquillitatem vitæ apiscamur: quæ non consistit, vt motibus expediatur, sed vt ad Dei obedienciam disponamus. Et quantum ad illud, quod de Socrate in medium affert, eum neque leui perturbatione, aut motu quodam commotum, hoc adeo à veritate abhorret, vt paratus sim, eum agitatam fuisse perturbationibus, explanare. Zopyrus magnus Phylionomus, qui mores & inclinationes hominum actionibus corporis dijudicabat, conspiciens Socratem antequam notitiã cum eo iniisset, multis vitijs inquinatum dixit, quæ ex tempore dinumerauit. Cumque omnes Socratis discipuli illuc adstantes, in risum moti, quæ cum ob vtilia, tum etiam innumerabilia quæ in illos contulerat, magno honore venerentur, Zopyrum illudere: Socratem enim veram virtutum imaginem censebant. Verum ille respondit. Nequaquam Zopyrus in eo quod ait, hallucinatur, talem enim esse oportuisset, ni philosophia hosce meos deprauatos appetitus auerruncasset. Rebus omnibus, quas à virtute alienatas dicit, procliuissimum, meique appetitus ad eas urgent & stimulant. Sed vt omnes motus cõpescam, & ad verã rationis normã adaptem, elaboro. Itaque sat compertum est eo pacto omnes motus & affectus, non esse penitus in Socrate sopitos. Etiam si conscius sum, eum non omnibus hæc moderationem obseruare. Huius historię authores sunt Plutarchus, in Apophteg. Ioan. Cassian. li. Col. lat. Raphaël Volaterranus in Antropolog. & quampluri-

Plutarch.
in Apoph.
Ivan. cas.
lib. v. lib.
Raphael
Volaterr.
in An-
thropolo.
Xenoph.
li de dict.
et fact.
Socræ.
Plat. dial.
D. An-
thoni pri-
ma part.
subijctior.

placiti alij, Et quod ait Plinius, nūquam Socratem, quodam vultus indicio aut signo obstupefactum fuisse, non multum veritati consentaneum est, vt multis in locis Xenophontis apparet, in libro quem de dictis & factis Socratis composuit, & Platonis Dialogis. D. Hieronymus hæc verba profert, quæ recitat. D. Anthon. in prima parte sui sancti historialis. Fieri non potest, vt semper eodem vultu simus: inde falso Philosophi de Socrate gloriantur. Quod de Socrate dico, de omnibus alijs etiam dici potest, quos enumerasti, qui nonnullis in rebus, ita passiones simulabant, ac si eos nunquam inuasissent. Vnde fit vt quidam dixerint, eos passionibus esse immunes, non quod effectu non haberent, sed quoniam, neque gaudium neque tristitiam eas appellabant, quæ quomodo abdi aut dissimulari valebat. Qui poterat fieri, vt hi, quos nunc attulisti, corde nullo dolore, aut perturbatione conflictarentur, ob filiorum mortem quos tam magno & perfecto amicitia vinculo prosequerentur? Quanquam hoc ita est a natura insitum, vt ab ipsa natura originem ducat, quisnam his omnib. facultatibus & potentijs vacuus, quin eorum viribus & virtute moueatur? Plutarchus ad Epistolam quam ad amicum Apollonium, ob filij sui obitum scribit, cum aduersus eos qui alienam inhumanorum conditionem collaudant, nonnullis verbis succensuit. Sapientes (inquit) cum ærumnis atque calamitatibus immerguntur, dolores cohibere, sed nunquam habenas a rationis manibus dimittunt. Quare omnino dolore priuari, hoc minus efferum est, atque inauditum. Nimio etiam dolore concuti hoc debile est atque muliebre. Is verè sapiens ac prudens est, qui medium omnibus in rebus seruat, & in progressu atque vitæ suæ curriculo, omnia accidentia & contingentia, animo miti, pacato & tranquillo, nunc secundo, nunc aduerso, potest perpeti. Hic est sensus verborum Plutarchi, hoc in tractatu, quo loci acumen & vim ingenij, eloquentiæ torrente, & Philosophiæ magnitudinem explanauit. Porro hunc Mutium Sceuolam Romanum, in quo tui sermonis filum conclusisti, & fulcisti, quoniam fretus animo, tam anceps, tamque perfectu difficile facinus est aggressus, & in tam imminens atque euidētissimum periculum voluit intrudi? Etiam si Regem Porfennam vita priuasset, nihil minus quam se ipse occidere sperabat, nisi audacia, contemptus & furor, commouisset, & patriæ defensionis aculeus exasperasset, & denique nisi fama immortalis nominis asperius calcaribus perurisset: quæ tunc illustris ducitur, cum propter eam difficillimis periculis, maioribus virtutis & honoris igniculis subigimur. Aiunt Aristotelici, bilem molarem esse lapidē vim exacuentem. Et D. Bernardus in quadam Epistola. Is non admodum propositi tenax est, in cuius animo rerum omnium difficultas non adolefcit. Compertum est Mutium Sceuolam esse iratum & molestia motum aduersus ea quæ ratione carebant, quibus suo videri, hostis suus Porfenna vteretur, cum audaci animo, & occubēdi desiderio in acie irrumperet. In hac bile, eius fortitudo exacuabatur, nec vllomodo apparentia & euidētia discrimina eū inuasura pertimescebat. Nā apud seipsum perpendebat nihil animo indignius esse, quam ex audacia quidpiam emolumentum percipere, priusquam ob futurorum malorum timorem, quæ mente conceperat, nulla interposita mora exequi. Vnde perappositè demonstrabat, se non minori animo, ad mortem oppetendam motum esse, quam antea cum in alium erat inflicurus. Sed cum suos conceptus interruptos atque in nihilum redactos cerneret, omnesque suorum

desideriorum radices runcatas, tali passione occupatus ac exacerbatus fuit vt dextram in medios ignes injicere minimè vereretur, vt pœna quam alium pro rege Porfenna trucidando commuerat, multaretur. Quod sanè non patrauit, quin magno furore & sui ipsius contemptu premeretur, & acerbissimum aduersissimi casus dolorem persentiret. Cumque tam vehementibus passionibus & motibus adeo præcipitibus & repentinis, vt ne ratione quidem cedrent, affligeretur, in seipsum indignabundus & stomachabundus honesta quadam audacia multorum iudicio, etiam si aliorum iudicio magis temeraria quam solerti, irrupit. Itaque si ea quæ de Stoicis præfatus es, attenda mentis acie velitis enucleare, eos fluctibus, ventis, motibus passionibus, humanisque affectibus agitados esse comperietis. Cumque pro viribus ijs resistere, frænoque cohibere quauis essent Gentiles, molireretur, quanto magis ad eos imitandos ratione ducimur, qui Christiani sumus? Vt igitur hoc pro viribus enitatur, torpentes omnes cogitationes a nobis sunt euellendæ, neque rebus superuacaneis tempus teramus: quandoquidem thesaurus est quo multarum diuitiarum aceruos mercari possumus: imo potius honestis ac pijs exercitationibus est deuouendum. Vt enim bona occupatio perturbationes cohibet & moderatur, animamque ad præclara obeunda facinora exagitat, ita otium permittit, vt appetitibus, euigilatis deprauatis desiderijs delitescamus.

De Stoicorum cum Peripateticis coarctatione, & in quo vita tranquillitas consistat.

CAPVT IX.



Quidem video (ait Philosophus) Dei amorem filo serico, quod omnes nostras cogitationes interferat, esse annectendum: quamobrem vt vitæ tranquillitatem attingamus & assequamur otium fugere, tentationibus resistere, affectusque nostros moderari necesse est. Sed planum fieri aucto quænam fuit causæ tantæ contrarietatis quæ inter has Philosophorum scetas, Stoicos & Peripateticos extitit. Propterea quod alij asserunt, in sapientibus nullas inesse perturbationes, alios verò inesse opinatur? Hæc duæ opiniones (inquit Lusitanus) quauis prima fronte dissentaneæ videantur, si tamen accuratè ac perattentè rimentur, vni eidemque assentiunt. Narrat Aulus Gellius, & refert Diuus Augustinus, Cum idem Aulus Gellius mare Ionicum cymba quadam vectus sulcaret, quo cum Philosophus Stoicus affidebat, tanta tamque terribilis exorta est tempestas, tam perhorrendus turbinum frigor, tamque horribilis obtenebratus terribilium motuum vndarum aspectus, quæ nonnunquam celos ipsos ferire, nonnunquam verò in profundissimas voragines demitti viderentur, vt nauiculatores ingenti terrore perculsi velificarent, tantam procellosi maris crudelitatem, ventorumque tanto impetu exsibilantium & ad inuicem colluctantium intuentes, vt tela ad omnes naufragio & ruina deperdendos contorsisse, nullus non arbitraretur. Quocumque oculi verterentur, nil præter spectra & horrendi mortuorum manes conspiciabantur, pallido colore obuclati, qui est infigne quo terror suos subditos solet induere. Vndique luctus, vndique mæror, vndique pullati obiectus, omnes enim iam iam erant vndarum rabie absorpturi, & mor-

Call. lib.
9. not.
Attic.
D. Aug.
lib. primo
quæ. sup.
Gen. sim.
9. da
Cin. Dei.

& mortis faucibus deuoraturi. Hic acerbissimus casus omnes graui & permolesta formidine cruciabat, cum viderent tantis terra perpeffis laboribus, mari tandē vita spoliari, vbi hac inquieta & humida sepultura illis fuerat destinata. Inter alios Nauta quidam erat, vir inglorius & abiectus, in quo nec tantulo passionis indicio notaretur, nullo timore percussus, qui quidem magis videbatur temerarius quam magno & inuictō animo dotatus: & procellis lenitis (adeo arrogās & superbus capite cœlos ipsos ferire videretur) Philosophum aggressus, eum suamque philosophiam illudens, in hæc verba prorupit. Quidnam sibi vult cum sis Stoicus, cum periculum sentiens pertimueris, & stupefactus pallueris, ego verò nullo colore territus nullaque apprehensione commotus, tantillū pauescere demonstrari. Hic petulans atque temerarius multis contameliosis verbis in Philosophiam debacchatus est, seipsumque iactitauit, nullam hinc inde vtilitatem sed vanam gloriam, atque arrogantiam exhauriens. Quemadmodum vltimi in sublime, cœlum versus conscendunt, nullumque fructum parturiunt, ita hominum insolentium verba laudibus quidem extolluntur, sed nequaquam moribus proficiunt. Huic rei respondit Philosophus. Non aliud responsum reddo, præter id quo Aristippus in tui similem, in pari discrimine & tempestate vsus est, nempe cum ab eo quidam percontaretur, cur timore cōciteretur, quoniam is nulla formidine fuerat commotus, respondit. Quia Respub. in te nullam iacturam faceret, cum nihil ex te lucri percipiat: si autem me non perderet, magnum quidem lucrum consequeretur. Ait præterea, hunc philosophum quendam librū Phil. Epicteti, quē præ manibus habebat, aperuisse, vbi Zenonis & Chrysippi Stoicorum principum sententiæ scriberentur, ferebatque primos motus in potestate hominum sitos esse, neque discipulis ac Philosophis vetare, vt timerent, cum timoris occasio sese offerretur. Verum longius progredi cum timore, eiusque occasione à virtute desistere: illud est quod illis prohibebant. Asserebant quidem sapientes affectibus & passionibus moueri, sed eas fræno coercerēt, nec earum passibus incederent: sed temperarent atque moderarentur, ad rationis normam adseriberent, & denique Dei voluntati obnoxias efficerent: hancque differentiam inter sapientes & ignaros esse, quippe sapientes timorem aliamque passiones lenirent, firmique ac immobiles in tranquillitate & honestate vitæ permanerent: ignari verò iuis perturbationibus statim acquiescerent, nec illis vlla vnquam via obfisterent. Ideo conscientiam extinguerent, voluntatem deprauerent, intellectum, atque iudicium obcæcarēt, deprauatis appetitis subugarētur, omnibus prauis desiderijs serena fronte respicerent, bonas omnes operationes obserarent, & denique rebus omnibus à virtute abhorrentibus perfungerentur. Hæc est verorum Stoicorum sententia, quæ tandem magno pretio habita ij Aristotelicorum consentit: ij enim dicebāt sapientes perturbationibus esse territos, sed quod ratione regerentur, alij autem sentirent, eorum perturbationes non virtutē labefactare: quod rectè consideratum, ad eundem sensum refertur. Hæc tandem est conclusio, fieri nequaquam posse, quin motus & humani affectus nobis insint: sed eas domare, & iugo rationis flectere oportet: ad hæc officium atque munus animæ est, & in primordijs ijs optimæ imponantur leges, quibus, honesto cuidam modo & conditioni conformentur, totisque viribus diuinæ voluntati morem gerant: ita vt non digni culpa reperiatur, imò potius præmij & remunerationis. Ait D. Paulus in Epi. ad Romanos. *Non ergo regnet peccatum in vestro*

Rom. 6.

mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sumit hoc in loco Apostolus peccatū propter tentationem & motum quæ ad peccatum nos impellit, quod Theologi vocant peccati ignarium. Hoc est magni momenti & ponderis vt Apostolus non dicat hunc motum in nobis esse. Nam quia corpus nostrū morti obnoxium est, non ab his igniculis aut peccati seminibus expediri potest: Sunt nobis tentationes & motus, ab originali peccato manantes, quæ ad peccandum nos prouocant. Et ideò D. Paulus ait nos non habere, non enim in nostra situm est potestate eas habere: sed ait, ne in nobis regnent ne illius concupiscentijs obediamus, ne ijs voluntatem reddamus, sed resistamus, ijsque tali modo vtamur, vt aliquod lucrum commodūve hinc expiscemur. Ita interpretatur D. Augustinus in libris de Ciuitat. Dei & in tractatu super D. Ioannem, & D. Tho. super D. Paulum, & idem Dionysius Carthusianus. Hic consensus peccati est quod in nobis habere non debemus, is est quem debemus extinguere, vt nobiscum non viuat. Nō sufficit, vt eum moderemur, detegamus, sumamus & non exequamur, imò necesse est vt illum nequaquam possideamus. Vult hoc significare Sacra Scriptura, cum ait in primo lib. Regum. Cum Deus iussit Saul vt Regem Agag Amalechitā interficeret. Illud renuit Saul, tantum contentus eum capere: quamobrem grauitur in illum Deus succensit. Non sufficit eum carceri mancipare, vt ij faciunt qui consensum peccati mortalis percipiunt, eum enim interficere debebat, vt ij qui peccato consensum non præbent, sed vitam illi remittunt, vt vitam habeant. Quidnam prodest, vt peccati consensus effectu non oriatur, vt peccatum esse desinat, si idem consensus viuus maneat in corde oclusus? Cum D. Iacobus ait Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem: per peccatum consummatum intelligens id omne cui voluntas liberè consentit, quanuis inter opera exteriora nō annumeretur. Quamprimum voluntas cōsensus in peccato mortali deliberati, calculo rationem obfignauit, statim vita anima gratiæ priuatur, & non curo, vt peccatum foras operibus prodeat, ac si non prodiret. Prodigiosum est vt consensus sit viuus in anima mortua peccati consensum interimere necesse est vt anima viuat passiones motus & affectus, eo pacto regere: frænare, & moderari, vt cum ille pereamus, imò potius vt lucremur. Ideò necesse est præcepta Dei penitus adimplere, ac Euangelij amplecti consilia, perfectamque obedientiam sanctæ matri Ecclesiæ Romanæ præstare, & viua fide, spe comitata, & in charitate fundatata, sequi Iesum Christum, & summo opere diligere, ipsique nos ipsos deuouere: vt gloriosis diuini amoris ignibus inflammati, Deūmq; pro nostrorum desideriorum fine habentes, pro nostrarum cogitationum meta, & pro nostræ vitæ scopo, celsa eius mysteria contemplemur: & intellectu diuinitus animæ adherenti, quod sublimius penetrare poterimus conscendamus, vt rerum diuinarum contemplationem attingamus, elaborantes, vt nostrorum metætrum petamus, quod Deus est, vbi anima tanquam in propria mansione, ac domicilio conquiescit. Sed quoniam cœlestia mysteria, celsissimæque Dei arcana, longè retro scientiam hominum deserunt, & multo maiora humano iudicio sint, vt nostro imbecillo animo ea penetrare perdifficile sit: in nobis nostram locare confidentiam non necesse est, sed in Deo, profundissimo sapientiæ & bonitatis pelago, æstuantibus desiderijs imisque suspirijs ex imis cordis penetralibus tractis, ab eo exposcentes, vt suum S. Spiritum & amorem lumen gratiæ, ac splendoris, quam iustis in charitate accensis confert, impertiat: vt per-

roppor-

I. Reg. 15

Iacob. 1.

opportune sua sublimia mysteria sole ipso dilucidiora contemplari valeamus: & ita amore tam benigni Dei inebriati, cum illo annexi & cuncti falsas diuitias fallaciæque gaudia, quibus cæci mortales tantopere futilia desideria collocat, flocci faciamus: ipsumque Deum, suos thesauros, æternæque solatia, quæ omnibus thesauris temporalibusque commodis antecellunt, concupiscamus. Hæc est philosophia Evangelica, hæc est dulcis vitæ tranquillitas, ad quam assero omnes anhelare oportere. Hoc pacatum solatium quietemque spiritalem nunquam Gentes sunt assecuti. Ut enim nullus eam attingere valeat, quin potius Deo probetur atque acceptus fiat: & sine fide (ut ait D. Paulus) illi placere non possumus: ergo sequitur sine fide fieri non posse ut eam obtineamus: ut potè Gentes fide semper orbatu fueri, certissimum etiam est nunquam eam obtinuisse. Fieri tamen poterit, ut quantum distent qui hanc quietem attingant, cum essent in Ciuitate Romana innumera templa futilium illorum deorum, nunquam quieti ædem voluerunt consecrare, sed extra Ciuitatem tenerent prope portam Collinam, uti refert D. Augustinus. Hæc porta quondam Quirinalis vocabatur iuxta Blondum in primo libro Romæ restauratæ. Titus Lilius ait hoc templum situm esse secus viam ab egressu Romæ Labicanam vocatam. De hac tranquillitate quam Seneca firmam animi mansionem appellat, Democritus librum composuit, ut tanquam ægrotus, qui de sanitate, qua plurimum indiget, loquitur, digna sanè notatu refert, nullum vsquam infidelium eam potuisse indagare. Qui fieri potest ut veram & securam quietem obtinuerint, homines qui a suo domicilio amantur, & extra proprium centrū: siquidem verum Deum relinquentes, essent idololatras, absque fidei lumine ignorantia tenebris consulti, plurimisque vanitatibus deiecti. Terminatur eorum vita velut umbra, transferunt eorum dies, et si nunquam extitissent, corpora humi mandata fuere, & animæ in infernum intruæ, eorum nomina rumor, & fama, æternæ obliuionis tumulo obuoluta. Iusta qui veris fidei vestigijs insistent, quæ per charitatem operatur, qui animum tanquam ducem sequuntur, qui suauibus flammis dulcissimi amoris diuinæ bonitatis exardescunt, & viribus & virtute prævalentes in altiore intellectus partem deuolant, nocte obscura terrenarum profunditatum ad diuinam bonitatem contemplandam expediti, in Deum animam extollunt, & inutiliter trios labores ducunt qui non eius obsequio impenduntur. Denique qui seipsos Deo in holocaustum, perpetuum sacrificium litant, nõ aquis roris mundi sed illius fontis vitæ gratiæque essentia delibati: hi sunt qui tranquillitatem animæ possident, de qua loquimur, & in gratia perficientes gloriam adipiscuntur. Et è contra qui à veritate abhorrent & deprauatis perturbationibus appendent, in cogitationum Dei voluntati aduersarum voraginem & gurgitem immersi, ad inferos præcipiti cursu in æternum prouunt. Hic est prauus scopus, hæc infelix vitæ periodus, hæc misera finis, pœna sine fine. Ideo eorum mala suspicientes, nostris finem imponamus. Summa enim homini prudentia est, aliquid utilitatis ex actionibus & deprauationibus aliorum, quo suis proprijs consulat & præualeat, expiscari.

Academicorum opinio erga veritatem reprobat, doceturque in quo vera consistant diuitia.

CAPVT X.



Am (inquit Prior Philosopho) rectè percipio quam fretus ratione Alexander, libentius, neque nimis temerè illi, qui in aurem insurabat fidem adhiberet, sed vnam aurium obturabat, ut absenti reseruet. Etenim, quoniam cum opinionem Stoicorum quam retulisti, auribus percipio, & rationes quam ad eam conformandam & com probandam, non eam falsam arbitrari & ducere, exultauim. Verum dehinc tam subtiles tamque graues rationes percipiens, quibus eam pater, & deuicit, & conuulit, quantum aperte à veritate abhorreat, intelligo. Optima oratio multum luminis ad veritatem extorquendam exhaurit quæ quidem veritas mihi videtur apprimè necessaria, ei, qui tranquillitatem vitæ possidere desiderat. Quamobrem veritate remota, tranquillè viuere non possumus, quietudo enim est vitæ felicitas: & nisi in ea sit veritas, nulla etiam felicitas inerat. Illud (ait Philosophus) non Academicis probatur: imò potius veritatem non inueniri posse affirmant, & proculdubio sapientes esse perbeatos, quippe qui semper vitam inuelligant. Hoc (inquit Lusitanus) à ratione plurimum discrepat. Nam quo pacto potest fieri, ut ij qui nunquam inueniunt, & semper quærunt, sint beati? Imò (inquit Philosophus) ideò beati sunt, quoniam quærunt, & non quærentes, essent infelices: felicitas enim in perquirenda veritate consistit. Felicitas (inquit Lusitanus) finis est exoptata: & ut finem non obtinent siquidem, iuxta ipsosmet, nunquam eam inueniant, certissimum est nunquam eos felicitatem obtinere. Prius inquam, quærere quod repertu impossibile est, tam longè distat quod sit felicitas, ut sit eadè infelicitas: imò potius quia ijdem Academici, sibi aduersantur, & res quæ ex seipsis falsæ redduntur, affirmant. Dic quæso, hæc propositio quam sustinent, non esse veritatem quæ possit inueniri, verane an falsa est? Pro vera (inquit Philosophus) nobis venundant. Igitur si vera est (inquit Lusitanus) in ea inest veritas. Sequitur igitur esse veritatem, & veritatem inueniri. Affirmant tamen non esse, & non inueniri, & concedunt, quod affirmant verum esse: quæ quidam sunt repugnantia, & euidenter falsa demonstrantur. Aut quod aiunt, veritas est, aut mendacium. Si veritas, ergo veritas scitur. Si mendacium, pariter veritas scitur, quoniam veritatem dicunt, asserentes nullam esse. Commouentur, cum dicunt veritatem esse, non esse veritatem: in eo quod ferunt non esse veritatem: nisi actutum dicant, quod asserunt, veritati etiam haud est consentaneum. Ergò cum hæc ita sint, quomodo te mouere potest, quod non est? Ad hoc respondit (ait Philosophus) quod dicunt non esse mendacium, nec omnino verum, sed aliquid veritati persimile. Si veritatem nunquam viderunt (pergit Lusitanus) cur aiunt quod dicunt ijs persimile videri? Qui asserit rem quandam alij similem esse: necesse est eum ambas vidisse: & cū dicant nullum eorum vnquam veritatem vidisse, non est quod asserant suam propositionem veritati esse consonam. Quod profero sicuti Meridiei lumen dilucidum est. Veritas est quod sit veritas, & ab ijs qui libenti animo eam quærunt, inuenitur: atque hanc veritatem, esse ad tranquillitatem vitæ necessariam, ut ait pater Prior. Quanquam mihi videtur (inquit Prior) per appositè huc referri: multum nobis tamen conducit terrenas diuitias aspernari, quæ cor auerrunt, eum perturbant, ac constringunt, ita ut à percipienda veritate illud deterreant. Et quanuis iusti re-

Heb. 11.

D. Aug.
li 4. de ci
uit. Dei.

1. Reg. 15

Iacob. 8.

Et diuitijs vtantur, periculosa tamen sunt & sepi-
 sima, & cor, & quietem radicibus extirpant. Verè diui-
 tia sunt animi, quæ vnionem trahunt, & cū ijs sua-
 uissimum, atque mitissimum solatium attrahunt, &
 adducunt: hæc sunt quas perquirere oportet, ob ani-
 mi tranquillitatem. Propterea quod mihi videtur
 hominem posse affluenter ditari, nec re quapiam in-
 digere. Ille (inquit Lusitanus) abundat diuitijs, qui
 eas non expetit. Qui nummari atque opulentus fieri
 exoptabit, in facultate crescat, sed cupiditate deficiat.
 Is qui parum tenet & possidet, nõ egenus est, sed qui
 multum cupit. Is merito pauper potest vocari, qui
 nullam habet rationem rebus ad naturam spectanti-
 bus: sed potius liquefit opinione. Natura enim paucis
 contenta est, & opinio immensa desiderat. Et eo ma-
 gis homines expetunt, multo minus contenti sunt, &
 eo minus illis sufficientia deest, eo magis sunt egeni.
 Et quoniam passim videmus eo magis crescit facul-
 tas, eo superbia & vanitas crescit: vtque hæc omnia
 conferentur, non diuitijs sufficiunt, prius homines
 magnis necessitatibus atque infortunijs dilabuntur,
 vt opinione foueant recte sequitur, tanto magis ho-
 mines possident, tanto magis indigentes esse, maio-
 resque necessitates perpeti. Præclare hoc sapiebat
 Diogenes, cum (vt refert Raphaël Volaterranus)
 eos qui multis fruebantur diuitijs pauperes magnifi-
 cos vocitaret. Dicebat Aulus Gellius, I auorum
 Philosophum cum extitisse, qui aiebat. Qui multum
 possidet multo indiget. Papa Alexander quintus di-
 cere solebat, eo tempore quo multa possideret, par
 eius atque restrictius viuere, quoniam opulentus Ep-
 iscopus, Pauper Cardinalis, & Papa mendicus ex-
 titerat. Iesus Christus Dominus noster a seculo affidens
 Ierusalem ingressus est, sicuti à propheta Zacharia
 prædictum fuerat: & tanta cum alacritate, vrbantate,
 & solennitate exceptus est, vt ramulos & frondes
 per vias quas incederet, sterneret, & proprijs eas vesti-
 bus tegerent: quod nõ memini me legisse, in quæpiã
 esse collatum. Reges vmbellis velantur, tapetibus at-
 que peristromatibus. Verum area & pauimentũ nul-
 lis pallijs, vestibus, aut tapetibus ornantur. Econtra
 Iesu Christo viã teguntur, sed non vmbella tegun-
 tur. Regibus tanquam terræ, & non cœli dominis,
 terra quidem detegitur, cœlum verò velatur: sed Iesu
 Christo, vt potè cœli & terræ Regi, non autem eo
 modo quo ceteri Reges, Dicit enim regnum suum
 non esse ex hoc mundo, tegebant quidem terram, sed
 cœlum detegebant. Præterea Dominus noster vo-
 lens Hierusalem ingredi, eo pacto, misit duos ex
 suis discipulis, dicens, pullum asinæ alligatum inuen-
 turos, & si quis eos interrogaret, quare soluerent,
 dicerent, Dominum operam eius desiderare. Statim
 atque Dominus vocatus fuit, subito dixit eius operã
 desiderare. Qui maiori probatione est opus hac ipsa,
 vt Dominos temporales, secum necessitates annexas
 ferre demonstramus? Voluit Deus hoc die honorifi-
 cè ingredi, salutemque honori seculi reddere. Sed
 quoniam hæc suo palato minimè sapiebãt, ea quam-
 primum euomit: idè tam pauco tempore illa præ-
 sentit, qua dixerat se nõ in mūdum venisse, ministra-
 ri, sed ministrare. Ad eò se paupertate exinaniuit, vt
 diceret, *Vulpes foueas habent, volucres cœli nidos, &
 filius hominis non habet vbi caput reclinet.* Si eius nati-
 uitatem suspiciatis, & progressum vitæ, videbitis in
 sua perfectione inopiam viuamque contemptus mū-
 di, & animæ tranquillitatis doctrinam. Admirandus
 equidem liber, quem legere conuenit, diuina est ta-
 bula, in quam oculi nostri sunt despectendi. Verum
 multi hominem harum rerum quas nunquam è me-
 moria effluere oporteret, obliuiosi, aciem suæ opi-

Luc. 19
 Ioann. 12

Matth. 20.
 Matth. 8.
 Luc. 9.

nioni adhærescentes, corrumpunt, tantum simplex
 ferrum atque scorix plenum illis superest. Hæc om-
 nia nihil aliud sunt, præterquam diuitias expetere,
 abyssi mundi vanitatis intrudi, laqueis illicitorum
 contractuum irretiri, vitijs delitescere, cupiditatibus
 inescari, nec periculi horum omnium, quibus est Deus,
 quæ vt ea contemnant, & obijciat, reminisci. Quæ ad-
 modum amnis humum quæ comheat exacuat, fran-
 git, ac discindit: pari ratione cupidorum rerum tem-
 poralium meatus, conscientia quæ transeunt, rodit
 ac discerpit. Fallaces homines, non eandem diuitia-
 rum affluentiam quam expetunt, inquietudinem &
 tempestatem esse requiei, cumque eam sunt assecuti,
 non hæc est adhuc malorum meta: sed quam minima-
 rum calamitatum in alias acerbiores, ac longè gra-
 uiores commutatio. Et contra diuitiarum iactura,
 multis fuit emolumento, ne deperirent. Quæ primum
 diuitias adepti sunt, statim opum damnium fecerunt,
 easque amittendo, cupiditatem amifere, quæ probor-
 um opinionum damnium est, & vt ait Apostolus, om-
 nium malorum radix. Hæc cupiditas nostra tempe-
 state, & ob peccata nostra, tam late serpsit, radicesque
 longè dilatauit, vt ex corde nisi maxima cum difficul-
 tate possint extirpari. Qui autem à se eam auellet, nõ
 dubiũ est quin veras diuitias obtineat. Præclare apud
 D. Chrysol. diuitias eum qui eas fugiunt sectari so-
 lere: solent etiam fugere qui eas sequitur, in hoc vmbra
 similes. D. Augustinus ait, difficultatem in hoc
 non consistere, vt diuitijs indigeamus, sed vt eas non
 possideamus, cum summo desiderij ardore ijs fruendi,
 flagremus. D. Ambrosius, Quando figuram iusti-
 tiæ conscindimus, cum nostras accumulare diuitias
 exardescimus, nummos conglomerare, multasque
 hæreditates possidere. Ait D. Gregorius in quadam
 Homilia. fieri nequaquam potest vt largitori omnium
 bonorum vniamur, & cõiungamur: nisi cupiditatem
 quæ omnium malorum radix est, amputemus. Inno-
 centius in hac verba prorumpit. O ignis inextingui-
 bilis, o cupiditas infatigabilis, quisnam primis suis de-
 siderijs oblectatus est? Vir cum suis votis potitur, sta-
 tim aliquid maius desiderat. Nullus est qui finem
 desiderijs eorum quæ possidet, imponat. Et quam-
 primum illud obtinet, illic longius cum desiderio
 progreditur. Ait Plutarchus. Cum Alexander totius
 huic vniversitatis Monarchia potitus, ab Anaxarcho,
 plures esse mundos, audiisset flere cœpit, cumque
 rogaretur, cur lugeret. Num inquit, vobis videtur
 me maxima occasione motum lacrymis confici,
 quoniam plures mundi sunt, ego vix tantum vnus
 sim dominus? Suo videri non satis terrarum poterat
 accumulare: nihilque iuxta meritum succedere. Ita
 vt eius vanitas & arrogancia, adeò sublime penetra-
 uit, vt nihil hoc in terrarum orbe, qui suis meritis
 metiri posset, arbitraretur. Hasta plures humi pro-
 strauit, seipsum autem ratione non potuit vincere.
 Moderari mundum cum pluribus mundis optabat,
 seipsum verò solum regere non poterat. Vtinam hoc
 etiam non vltra, præter in Alexandrum serperet. Sed
 adeò peruulgatus est error, vt inde mundus malè gu-
 bernetur, eius enim gubernatio retrorsum procedit.
 Alios aggrediamur, & in teipso desinamus ad instar
 longi obtutus superciliorum, quæ nõ profunt vt pro-
 prius aliquid scrutemur, quod contra fieri oportet.
 Qui enim seipsum moderari nequit, quomodo alijs poterit imperare, ac do-
 minari?

1. Tim. 6.

D. Chryf.
 Hom. in
 Matth.

D. Aug.
 li. confess.
 D. Amb.
 in Offi.
 Innocent.
 in lib. de
 vilit. cõ-
 dit. hum.

* *

De

De vanitatis damno, & cupiditate, ac auaritia.

CAPVT XI.



Ana illa opinio quam Alexander de seipso habuit, eo pacto eum adstrinxit & deterruit, vt Deus appellari voluerit, proq; immortalis haberi, ratus nec eum nec prosperitatem suam vnquam deficere. Quæ maior fallacia potest esse, vt homines qui diuitias, facultates mundanâque fortunam semper subsistere opinantur, neque illos, neque hæc omnia vnquam comminui? Mundi Prosperitas, est veluti S. Spiritus Pascha, cuius mos est in vicis Lusitanix vti, aut veluti fabæ Rex, cuius consuetudo est in Gallia, quæ tantummodò diem vnum aut duos perdurat. Agricola fit Imperator, & coram eo poples incuruatur, & salutando vocitant Sacram maiestatem, variisque vestium ditissimarum generibus amicitur: finito autem die festo, hero vestimenta quæ mutuatus fuerat, restituit, & velut antea remanet agricola, ita vilis & abiectus, sicuti solitus fuerat. Ita magnates mundi, quandiu communi luce potiuntur, bona eorum fauores diuitiæ perstant, magna obsequia iis redduntur, de quæ vsura vitæ quandiu fruuntur, gestiunt: verum peracto Imperio, prosperitate consummata, vita exsiccata, linteo induuntur, & sepius è detrimento, proque esca vermium humi mandato. Qui ex suapte voluntate Idololatræ esse solebant, adeo sunt vani, superbi, & insolentes, qui veluti vesicæ vento ingeneratæ ampullascunt, in cinerem & puluerem rediguntur: eorumque animæ ad sempiternos cruciatus deferuntur: locum flagitiis peruicacium, vitiis inquinatorum, mundo omniumque qui peccato mortali idti, vitam finiunt, inescatorum. Eo pacto prosperitas eorum deficit qui Dei memoria refecati, in eo confidunt: qui technis, & versutiis seculi delitescetes, pereunt, tuncque insidias detegunt, cum terga dandi nullus relinquitur locus. Hi sunt qui à Deo ob diuitias, & ob vanitatem alienantur, cogitationibus inanes, consiliis perturbati, iudiciis falsi & decepti, itineribus obcæcati, verbis ieiuni, operibus excordes denique eius quod sunt, quodque esse debent obliuiosi. Hæc diuitiarum cupiditas nonnunquam cum vanitate incedit, aliàs auaritia comitatur, alias verò ad inuicem societatem ineunt, & eo pacto perniciosissima est. Auarus cupidus, qui nummum lucratur, seipsum perdit: & antequam prædam capiat, ipsemet irretitur, antequam rapiat, ab ipso rapitur. Denique iubebat Deus in lege, vt omne animal quod reptaret, humique serperet, esset abominatio coram Deo. Quenam abominatio homini potest contingere, quam à Deo suo distrabi, à quo creatus & redemptus fuit, & diuitiis inhiare, neque celestium rerum reminisci, & reptare stomacho & ventre humi volutato, terram desiderans, terram diligens, terram cupiens, nihil aliud præterquam terrena bona cogitans, aut loquens. Hoc est animal, à Deo vetitum, quem tangere nullomodo fas est. Eusebius Cæsariensis ait, per animalia quæ Deus in lege vetabat, homines mundi, quales sunt cupidi, intelliguntur. Qui ita cogitabundus humi affixus est, velocissimo curru in infernum properat. D. Bernardus ait, Auaritiam quadrigis siue curru quatuor rotarum vehi, quæ sunt animi imbecillitas, cum proximo in humanitas, Dei Contemptus, & Obliuio mortis: hique duo boues, sunt Parsitas & Rapina, auriga verò effrenatum acquirendi desiderium. O quantum tales currus, ad tramitem

inferni detrudentur! O auaritia, quantum ad æternas flammis agis præcipites. O impie auare, cur tui damni & præcipitij iter non aduertis? Tu es iniustus, cum sis auarus. Quomodo auarus potest esse iustus, qui ab auaritia nõ vult disiungi? S. Leo Papa in quodam Sermonem quem composuit, ait, nullum iustitiæ signum aut vestigium in corde relinqui, vbi auaritia pedem gradumque collocauit. Dæmon pater est auaritiæ, & cupiditatis, quod verbis Salomonis in Prouerbiis quadrat, dicentis. Sanguisugæ duæ sunt filie, dicentes, Affer, Affer. Cupiditatem & auaritiam sanguisugas appellat, quoniam pauperum sanguinem sugunt, & extrahunt. Et sicut auari atque cupidi cum his duabus sororibus coniunguntur, certum est eos generos esse diaboli, cum sint eius filia. Suspiciate quæso quenam peccatoribus sit affinitas, & cum quibus copulentur, hinc quinam sint, planum erit colligere. Itaque cum homines iam ad diuitias propensi sint, quærant igitur si quas possint: sed ne quærant: vbi eas scrutantur. Assequantur quò peruolant, quod in cælis est, non autem in terris, vbi non sunt. Quærant diuitias quæ in æternum subsistunt, quæ veræ sunt, non autem eas quæ cito labascunt, quæque non effectu sunt: eas quæ animas inaurant, non autem eas quæ corpus labefactant. Quærant denique veras, non autem falsas, cum falsæ sæpenumero sint obstacula, nedum veras apiscamur. Hic præclarus Ioseph, qui Ægypti prorex extitit, adeo diues & potens, adeo à rege dilectus, & ab omnibus reueritus, vt Saluator mundi fuerit nuncupatus, vt ait sacra Scriptura in Genesi, nusquam legitur eum redditus facultates aut possessiones iure hæreditario in Ægypto reliquisse, sed moriens nec palatium nec domum, nec multas diuitias, in quo famam posteritati commendaret, reliquit. Ex industria illud præstare cordi fuit, ne eius successores mansionem ac domicilium in his terris reperirent: imò potius ianuis referatis, quo illinc exirent, obire voluit, terramque promissionis perquirere: apud seipsum ratus meliores diuitias quibus sui possent in Ægypto potiri, esse nihil omnino possidere. Ita diuinus Ioseph, verus mundi Saluator, cuius Ios-ph fuit typus, verus noster Redemptor, qui ex huius mundi Ægypto, ad hanc promissionis terram quæ in cælis est, nos vult perducere, nos commonefaciens ne diuitiis atque vanitatibus implicemur, ac inuoluamur & in hoc exilio quod nobis alimenta, honesto quodam modo potest suppeditare, inuestigemus, vt nostram veram patriam petamus. Sin autem, attende, an hoc in mundo, diuitias atque redditus possederit, cum in præsepio natus sit, & acerbissimo Crucis supplicio mortuus, nec tantillum loci habuit, vbi caput reclinaret. In Chronica Dom. Alphonsi Enriquez gloriose famæ, primi Lusitanorum Regis, proditum est, sibi perquam familiarem nactum esse (cuius amicitia copulari sanè dignus erat) vocatum Egaz-monis, ex Regni, & nobilitate, diuitiis, auctoritate, virtutisque primoribus. Qui connubio iunctus liberisque progenuisset, duo elegantia & augusta monasteria erexit, multis iis exquisitissimis ædificiis perornata, quæ magnis redditibus locupletatus est, aliud D. Martino dicatum, aliud verò dictum Palatium de Seusa, quò loci conscriptus est. Non legimus eum splendida palatia, construxisse, multas diuitias cumulasse, liberis relicturas, sed deuotissima Religionis monasteria, ad cultum & honorem Dei. Palatium pro anima voluit erigere, non autem pro corpore, sed vt liberos potius virtutis & deuotionis exemplis quæ patrimoniis, opibus, & facultatibus ditaret. Quod sane memoria dignum est. Hic vir præstantissimus, tantum iis quæ ad victum erant

Prou. 20.

Luce. 23.
Matt. 8.
Luce. 9.

sibi necessaria uti voluit, remota omni mundana insolentia, atque superbia, sed modestia, & pietate Christiani, eiusque exemplum imitandum liberis patefecit. Duo homines terræ inmittuntur, alius resupinus & prostratus, alius verò stans rectis pedibus. Qui prostratus est, terram pedibus manibus & omnibus membris tangit. Qui erectis pedibus stat, tantum pedibus eam ferit, ut sustentet, & fulciat corpus. Pari modo hac in vita boni & pravi sunt. Boni, ex futilibus istis; innumerabilibus cogitationibus quæ ad glomerandas diuitias tendunt, struendos dolos & id genus humi prostrati sunt, terram cum eiusmodi desideriis, & cogitationibus feriunt: anima & corpus, & quicquid mente concipiunt, quicquid loquuntur, quicquid aspirant, id omne terra est. Verum Iusti, quorum cor terrenis cupiditatibus non delitescit, qui non spem desiderii à diuina voluntate abhorrentibus non locant, qui secum adulteratas, voluptatum, & mundanarum illecebrarum catenas dissoluunt, in cælum elati, terram non appetunt, nisi prout iis opus est ut pedibus fulciantur, quantum communi lucis usura fruuntur, quæ quidem admodum breuis & momentanea est, ut perniciosissimo cursu effugiat. Hoc aiebat D. Paulus in epist. ad Timot. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.* Narrant diuine literæ in 3. Regum libro, & in 2. Paralipp. cum Deus Salomoni aditum referaret, quo veniam & gratiam exposceret, nec diuitias, nec opes, nec possessiones, sed tantum cor docile expetiit, quod eius doctrinæ vas fuit, eoque; quod ad vitam in hac peregrinatione degendam sufficiebat erat contentus. Illud sanè non tantum persentiendum, sed multo etiam magis desendum, cum Deus paupertatem nobis iusserit, multi, & sapientiæ non expertes, & rerum cognitione non ignari viri, maximum diuitiis inesse periculum asseruerint. Nihilominus sitis, qua homines ut eas adipiscantur exardescunt, admodum inexplebilis est, & exaltans, ut eas ad vltimas usque orbis oras inuestigent, anfractus viasque salebrosas peragrantes, per medias maris undas, commeantes, vitamque ventorum procellis exponentes, domos deferentes, patriam obliuioni tradentes, noua sidera, aliosque; nouos orbis adaperientes, & in inauditas regiones sese abtrudentes, bella gerentes, prouincias & regna domantes, & tam viribus, quam præclaris facinoribus victoriam reportantes: ita ut si scriptores, qui quæ hac nostra tempestate in Indis Orientalibus gesta sunt, scriptis vellent redigere, Thucydides & Titus Liuius, ad instar eorum, flocci, & nihili fierent. Quid tot tantisque peperit labores, nisi diuitiarum cupido, quid homines ut periculosam sese obiciant hortatur, ut orbem perlustrent, cum plurimi eorum sint, qui pro Dei cultu, nec tantillum itineris vellent suscipere? Sed ad hoc respondent, vitæ satagere: & tamen non prospicitur! o vani & fallaces homines, ut quidquid pro vita perquirunt, in propriam mortem sapius conuertitur. Poëtæ dicitur, Midam ab Apolline quem inter falsas deorum superstitiones adscribebant, petiisse, ut quicquid tangeret, in aurum mutaretur, votis potitus, gratia quam impetrasse confidebat, in tormentum & vltionem versa est. Nam epulæ & quicquid manibus tractabat, aurum fiebat, nec vllis cibis poterat vesci, ita ut fame periret. Socrates ait in sua historia, & refert Fulgentius in suis Mythologiis, ab antiquis illud non relatum, ut ei fidem adhibeamus, sed ut hac fabula cupiditatis damnum pernoscamus, & diuitias potius quam paupertatem interimere, videamus. Hæc philosophia gypso fabuloso conglutinata est, qua discimus quodnam malum ad se auri fames & insatiabiles diuitiarum cupiditas attrahat, quibusque cruciatibus exedat. Hoc

1 Tim. 6.

4. Reg. 2.

2. Paralip.

etiam Antiqui voluerunt denotare in Tantali fabula, qui cum mento summam aquam & epulas attingeret, fame tamen sitique erat eneclus. Omnia enim euanescebant, omnia ab illo alienabantur, cum profu ac potu tentabat capere. Quidnam maior cruciatus, quam diuitis avari? Ecquænam maior paupertas quam sua, cum tam eo quod non possidet indiget, quam eo quod possidet? Cum igitur nullam percipit voluptatem, nequaquam diues est. Is enim non diues est qui multum possidet, sed qui paucis est contentus.

De laboribus & cruciatibus diuitiarum, de vanitate eorum nostræ tempestatis, & de Antiquorum parsimonia.

CAPVT XII.

Iam verò (inquit Prior) aiunt cupidi nullam maiorem esse requiem quam multum possidere, multoque frui, nullamque nauigandi veriore esse cartam marinam iis qui orbem perlustrant necessariam, quam ingentibus thesauris inaurari. Hoc sanè à diuitibus, bonorum & diuitiarum sectatoribus accipi, quodque palam affirmant, nescio verò qua veritate comprobent. Equidem nulla (inquit Lusitanus) si labores quos diuitiarum acerrimus secum attrahit vellent fateri, & iudicium deprauatis appetitibus extricare, & ab oculis cupiditatis velum auferre, viderent sanè, atque ingenuè faterentur, quam tutior est paupertas quam crudeles diuitiæ, & quanto magis à curis negotiis sollicitudinibus & tædiis semotæ. At permulti hominum non eam percipere exoptant, iam enim cupiditatis delitescunt, ij etiam qui ab ea sunt vacui, à suis tamen tentationibus maxima crudelitate agitantur. Cum dæmon tentatione diuitiarum cupiditatem suggerit, fucatorum honorum ambitione, non oculis nostris finem quo peruenturi sint, obicit: sed tantum primordia, mediâque progressuum partem, nec ægritudines, rerumque grauedines detegit, sed eas multo honoris & gloriæ ruce delinit. Ostentat dulcedinem, acorem vero abscondit: denotat potentiam, quam habet, & agendi & imperandi, molestiam verò qua nec acquirere nec possidere possunt, abdit, primorem eius qui moderatur gradum manifestat, ægritudinemque, quam rectè moderando patimur, simulat. Si diuitias ob oculos ponit, valorem quidem fatetur, earum tamen impietatem obuelat, earum ostentat potentiam, detrimentum verò & periculum infuscat, pretium & æstimationem mundo explicat, non tamen quam varia incômoda hominibus pariant, mentionem facit. Verum si nostris oculis ea velimus obuersari, videbimus sanè quam perfidiosa sit mundi voluptas, & quam perniciofa eius prosperitas & quantis ægritudinibus atque incommodis eius gaudium afficiatur. Quemadmodum umbra cuiusdam obiecti, albi, aut nigri, viridis aut rubei, semper nigra atque obscura est: ita fucata mundi prosperitas, cuiusmodi sit honorum diuitiarum, dignitatum, aut eiusmodi similitum, semper molesta, & tædio plena est. Nihil enim demum est, nisi umbra, quæ citò euanescit, non autem quidquam solidum & permanens. Sic ait diuina Scriptura in Sap. lib. *Omnia velut umbra transierunt.* Ea quo pacto res quibus homines inhiant precipites, aliæ videntur, aliæ verò sunt. Falsa mundi prosperitas, damnatum est optatum, exiliū quietis non inuitum, delitiosum venenum, rigor dulcis, morbus iucundus & festiuus, cruciatus gratus, & denique malum est pro bono habitum. Et ut homines quid

Sap. 5.

quid rectè sentiunt & opinantur peroptimè intueuntur, non autem ad id quod perperam agunt, attendunt conantur vt possideant, sed amittere permolestū est, vt effectū, intimis precordiis interiorib. eiectis desiderijs, ostendunt? Etenim adeo grauis est dolor eius quod amittitur, quàm amor eius quod possidetur. Fateor (inquit Prior) plures reperiri, qui infracta fronte huiusce seculi acerbitates & incommoda tolerat. Verum est (ait Lusitanus) quam multos esse, qui quod è manu Dei promanat, patienter ferunt. Sed non de his verba facio: vt enim eorum cor à terrenis opibus est auocatum: ij etiam non deprauato eas acquirendi possidendique anhelant appetitu, nec eas deperdendo grauius excruciantur. De hominibus à futilibus desiderijs cupiditatibus insolentis & presumptionibus subactis loquor, qui fucatis versutiis atque technis vitas reddunt obesas, è mundo falforum desideriorū vento iactati: hi verò effascinati homines, imminentes casus non attendunt, imo potiùs, vanitatibus, cupiditatibus, ambitionibus, sumptibus, opiparis cibus, elegantis, atque rebus omnibus superuacaneis abutuntur. Adeo compressa est mundi nauis, ventus verò adeo vehemens, vanitatisq; carbasa sunt adeo extensa & dilatata, vt ni presumptionis ventus mitigetur, nos in medias vndas proiecturos est verendum. Vestium sumptus immodicus est, edulia & conuiuia, in admirationem sanè rapiunt, voluptates in dies exaggerantur. Cùm homines, magnis & arduis conceptibus vehebantur, panni quibus induebantur humiles, minimique valoris erant: cum verò vestimenta viliori constabant pretio, tam magni fiebant homines, vt nullius pretij censerentur. Nunc verò propter nostra peccata & facinora, omnia in peius ruunt. Tanta homines curiositate insolescunt, rebus intenti superuacaneis, vt non tantum artificijs vtantur humanis, dummodò illis arrideant, verum etiam, vi naturā ipsam propellant, eam commutare, atque adulterare molientes. Volunt mala aurea & citrea quæ natura sunt acida, dulcia reddi, dulcique faccaro condita, vt ipsum faccarum dulcedine superent, efficiunt. Potius naturæ repugnare desiderant, quam virtutibus & proprietatibus, quas Deus suis creaturis elargitus est, vti. Christus Redemptor noster quinque panibus hordeaceis ferè quinque millia hominum exsatiavit, exceptis mulieribus & paruulis. Hæc omnis multitudo remansit saturata, quod sanè mirum fuit. Arbitror hoc insigni fieri miraculo, vt tanta turba expleatur, & quinque panibus atque piscibus satiatur: absque porticibus seriniis mensis aliisque suppellectilibus & apparatus. Elegans umbella & inaurata cælum erat, peristromata rutilantes solis radij erant. Elaboratè mensæ, affabréque argento, nitidoque ebore insculptæ erant vernantia agrorum gramina. Tapetes exquisitissimi, mappæ vndulata, & ditissimæ, erant arbores & flores, quas Tellus emittit. Omnia erant humilia, sine pompa, nec minimo superfluitatis, atque sumptuum indicio. Ad quid opimi cibi, qui illic supererant? Ad quid rerum curiositas, quam impendebant? Ad quid delicata condimenta, splendidis, atque innumeris sumptibus condita? Ad quid ferula, bellaria, & hypotimmata? Omnia edulia eleganter erant apparatus, omnia festiua, omnia lata, & dapali conuiuio condita. Quis est, qui egestatem Iesu Christi Redemptoris nostri non contempletur. Cùmque his rebus consentiat, euidentissimū etiam est, & sole clarius, mundum toto cælo aberrare, cum ab illo distrahatur & segregetur. Quisnam tempus qua conditione tunc vivebatur, vidisse dicet, dicetque se non vidisse modum quo hæc tempestate re viuatur? Hoc in loco apprimè quadrant & aptantur

Matt. 14.
Luc. 9.
Ioan. 6.

verba illa Iob. *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me?* Ac si diceret, mirificè oblector, cum præteriti temporis memoriam repeto. Quis mihi hanc impartiet gratiam, vt rursum dies pristinos experiar, quibus Deus me custodiebat? Dico etiam quis me hoc tempore frui permittet, cum homines panibus hordeaceis saturabantur, quandoquidem is qui propria manu eos porrigebat, ipsemet erat Deus, qui que disperiebant, sancti erant Apostoli, mundi contemptores, paupertatis amatores, Iesu Christi sectatores, qui dicebant. *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.* Et quibus Iesus Christus dicebat. *Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Quantum præsens tempus à præterito discrepat, & quanto pere tunc temporis à sobrietate, frugalitate & parsimonia priscorum alienamur, ad Gentiles vsque, qui si attentam acie consideremus, nos longissimè superarunt. Pythagoras Samius, cum ditissimi mercatoris filius extitisset, diuitias abdicauit, & se Philosophie, atque speculationi dedicauit, de quo illo ait D. Anthon. ditio-riorem patre extitisse, siquidem eius pater non tantum acquirere potuerit, quantum is potuit aspernari. Anaxagoras (vti refert Sabellicus amore sapientiæ & tranquillitatis exæstians) omnia bona, vt nudus fieret, disperdit, & se studio literarum operam nauaret: cumque ab eo aliquis percontaretur: cur natus fuisset, respondit, (vt refert Lactantius Firmianus) vt cælum contempleretur. Laërtius ait in eius vita, cum rogaretur, cur patriæ suæ curam non haberet, respondit. Imò solers mihi est cura patriæ, & hæc fatus, digito cælum ostendit, denotans cælum esse veram suam patriam, lares paternos, & exilium. Tanto odio antiqui à cupiditate abhorruere, vt Lycurgus, auri usum suis legibus vetaret, & superuacaneam vestimentorum sollicitudinem, vt cupiditati resisteret. Verumtamen, quidquid moliebatur, vt bonis omnium confuleret, alij quam plurimorum malorum occasionem dicebant auri famam, aliis rebus permittans quæ multò præiudicio verterentur. Hæc enim est impiorum consuetudo, vt elegantem aliquam legem ad damnum propulsandum non ferant, ne serpenti hydræ similes appareant, cui cum ceruix abscedebatur, vt malum effugeretur, plurima capita supernascebant, quæ multorum malorum erant fomites.

Iob. 22.

Matt. 10.
Luc. 6.

De contemptu diuitiarum, & prosperitatum incōstantia.

CAPVT XIII.

Contemptus, quo plurimi Gentilium diuitias aspernati sunt, magnus fuit. Maximus (ait Lusitanus) Paulus Emilius Romanus, postquā Persecum, Macedonum Regem deuicit, omnes exuias quæ ingentes fuerant, militibus, est elargitus, nec sibi, aurum argentumue vel quidquam simile seruaui. Maluit honorem apud se deferre, quam nūmum, maioris ducens, gloria insignis existens apud se redire, quàm diuitiis onustus. Megarensi ciuitate solo equata, & Philosopho, qui intus residebat, rogato cuiusnam rei in excidio iacturam fecisset? Nullius, respondit: quippe qui quod pretiosius elegantius, atque vtilius arbitrabatur, secum deferret, cum bellorum rabies virtutis exuias à se non posset auellere. Ita refert Plutarchus in lib. de liberis educandis, vt etiam Bias, in excidio & expugnatione Priennensis ciuitatis, vt citat Laërt. in eius vita, & Cicero in Paradoxis.

Bonis paternis, atque facultatibus spoliatus, possessionibus depopulatis domibus rogis impositis, & his omnibus pessundatis, dicebat, nihil amisisse, cum neque scientiam, neque virtutem, neque constantiam amisisset. Denique nihil amisisse, quo deperdito ij etiam perirent, quandoquidem Philosophia adhuc superesset, qua seipsum essent lucri facti. Mundus nil aliud potest auferre, nisi quod dare potest, & ut nemini virtutem sapientiam, constantiamque potest impertire, indubitata rationis est, harum rerum quidpiam posse euellere. In harum ciuitatum Megaræ, & Priene excidio, diuites avari, diuitias amiserunt, genio indulgentes & deprauati, voluptates & delectationes, ambitiosi, honores: & denique omnes qui actionibus peruersis occuparentur, sedemque in iis collocarent, omnium rerum, quas bonum ducebant, fecerunt iacturam. Verum Philosophi dixerunt, nihil amisisse. Ciuitates expugnari & depopulari possunt, virtus verò intaminata remanet. Mænia Babylonis in sublimi collocata à Semiramide constructa, ut narrant, Strabo, Solinus, Diodorus Siculus, Ammianus Marcellinus que ut ait Plinius, tantæ erant magnitudinis, utpote, quæ in latitudinem cubitos quinquaginta habuerint, in altitudinem, ducentos. Ambitus eius quadringentorum octoginta stadiorum fuisse traditur. Solinus Plinio assentitur, ideoque inter septem orbis spectacula numerantur, solo equata sunt, & à Cyro expugnata ciuitas, ut referunt Xenophon, Herodotus & Iustinus. Nobilissima & celeberrima vrbs Carthago, ædificiis lætissima, & castrorum facie conspicua, armis inexpugnabilis, honoris & gloriæ Romanorum æmulatrix, asperrimis, atque inuictissimis Ducibus inuictissima: solo tamen & diruta, à Scipione fuit, ut referunt Tit. Liuius & Eutropius. Inuicta Roma, caput mundi, ob solum timorē, totius vniuersi, terror habita, à Gothis fuit expugnata, atque deuicta, Capitolium funditus euersum innumeraque ædificiorum miro artificio, expolitorum strues pessundata & labefactata, ut Paulus Diaconus & Pomponius Lætus recensent. Pari excidio magna Asia Minoris Troia fuit dissipata, cuius expugnatione, plenus est Homerus, pleni poetæ, plena infinita volumina. Ad hæc formidanda Numantia Hispaniæ Ciuitas, cuius ruina & deuastatio, à Floro & Eutropio, & hac nostra tempestate à Floriano Docampo commendata est. Pari excidio corruere innumeraque ciuitates, quæ iudicio hominum videbantur inexpugnabiles: nihil enim est hac in vita opere aut manu factum quod non corruptioni obnoxium sit, omnia terminantur, omnia vetustate marcescunt. Eapropter Antiqui Saturnum filios suos deuorantem depingebant: propterea quod tempus à Saturno designatum, omnia quod parturit & gignit, deuastat. Virtus sola, nec deuinci, nec dirui potest, celsior enim, fortior, firmior, & solidior est omnium artium propugnaculorum & turrium structura. Ut autem mundi varietatem pernoscat, percipite quæso, eo tempore quo Babylonij à Cyro fuerunt debellati Romani à Tarquinij superbi cognominati, tyrannide fuerunt liberi ut narrat Paulus Oros. & testatur Euseb. in sua Chron. Eo tempore, quo vna harum ciuitas libertatē est assecuta, alia amisit: sed tandem ea que tunc temporis recuperavit, eam successione temporis perdidit. Quod ij qui apud Gentiles, quandam sapientum existimat ionem sibi pepererant, animaduertentes, multis in rebus rationis rectis vestigiis insistebant, diuitias huius seculi flocci faciebant, eiusque fucatos honores atque dignitates aspernabantur. Hercules cum monstris dimicet: Vlysses cum Syrenis, ij vero aduersus effera cupiditatem hominibus inimicam bella ges-

serunt. Hi sunt qui hanc insatiabilem & crudelem feram, quæ nunquam potest exsaturari, expugnarunt. Denique tam præclaris operibus admodum pro terrenarum diuitiarum contemptu perfuncti sunt, ut nulla vnquam ætas, de laudibus eorum conticescat. Expetere diuitias & honores, aiebant errorē esse, quoniā inter multa alia, sæpissime contingebat, ut qui ad eas minus aspirarent, eas indagarent & saltem mox perderent. Græciæ Ciuitates, quia cæteris volebant imperare, vnaqueque earum absque imperij fræno remansit, qui diuitias anhelabant, earum iacturam fecerunt: & quia in hoc immensi orbis Oceano superbiæ, & arrogantie vela explicare & tendere ardebant, simulque voluntatis antennas, eas alacritatis vêtis exponendo, periere, & in illius maris profundius absorpti sunt. Velleius Paterculus ait, quinque tantum elapsis mensibus quibus Iulius Cæsar imperium administrare cœperat, in Senatu iugulatus est. Nam quanuis annus sui obitus suæ Dictaturæ annus quintus numeraretur, ut ait Æneas Vicus in primo libro Commentariorum nummorum antiquorum, fuissetque sui Imperij, aut Regni tertius, ut refert Zantanus in suo libro de Medallis Cæsaris: verissimum tamen est, annum quo mortuus est, pacatissimum & tranquillissimum omnium sui Imperij extitisse. Post cuius occisionem quedam papyrus in eo inuenta est, quæ in via tradita fuerat, qua coniurationis in illum tensæ certior fieret: sed multis aliis impeditus curis & negotiis eam non potuit legere. Ita refert Plutarchus, & Suetonius Tranquillus in eius vita, ac post eos Hubertus Herbiopolitus in suo Cæsare. Magni emolumentum labores, magnique ponderis indagauit, multisque formidandis, & excelsis facinoribus perfunctus est, & denique illustrissima ex præliis trophæa reportauit. Verum hæc omnia, licet parum ad famam & immortale decus conducerent, non tamen minus laboris & ægritudinis suggerebant. Cæsar omnium Ducum præstantissimus atque generosissimus fuit, animo imperterrito, & infracto dotatus, ad clementiam & misericordiam procliuis, & ad magnificentissimos sumptus, atque magnitudinem propensus: verum omnes has elegantissimas virtutes, vitis quibus in dies scatebat, infuscabat, quibus omnem nominis splendorem obscurauit. Infelicis sui exitus ipsemet causa fuit, quandoquidem se ab ambitione deuinci permisit, tamque nefandis atque ambiciosi cogitationibus fuit implicatus, ut ab omnibus hisce stimulis & aculeis imperandi agitatus, in vastam Tyrannidis voraginem illapsus est: ita ut suammet patriam à qua educatus, elatus, & multis honoribus atque dignitatum titulis fuerat condecoratus, tyrannide corroserit: & antiquam atque pretiosam famam in dedecus, & ignominiosam seruitutem commutarit, societatemque & familiaritatem cum hominibus sibi denuo conciliatis, inierit, quos nuper capitales hostes habuerat, & quorum patres, fratres, consobrinos, & affinitate atque amicitia vinculo copulatos trucidarat. Quem admodum ignis, qui non omnino extinctus est, primo venti anhelitu accenditur: sic inimicitia, quæ nondum stirpitus consopita est, prima quavis occasione excandescit: hi vero qui mortem illi inflixerunt, eo pacto plures honores consequi rati, paucis temporis momento periere. Videte quæso, quam paucis interstitio mundi prosperitas vernet, oculis tantum voluptates & gaudia obuersans, & è contra ærumnarum mœrorum & calamitatum effectum atque experientiam infligens. Furius Camillus aduersus Claudium pro Imperatore subrogatus est, in quam dignitatem, & sublimem honorem, magna pompa & omnium acclamatione fuit elatus, & magna cum a-

Simile

lacri-

lacrimate, atque desiderio reueritus. Cum autem in firmi & tuto adminiculo stare arbitraretur, in maiore honoris mundani cumulum & fastigium erectus, accidit ut ab iisdem qui eos in hanc gloriam instaurant, quinto post die magno cum dedecore fuerit interemptus. Ita narrat Paulus Orosius & Suetonius Tranquillus. Videbatur à Sole omnibus in votis & desiderijs factus, sed tamē in supremo gloriæ culmine, in maius dedecus & ignominiam fuit detrusus. Quot hoc in terrarum orbe cernuntur, qui cum vento prospero nauigarunt, vndisque sui gurgitis supernatarunt in immensum tandem Oceanum periclitates periere. tandem tamen communi hominum luce priuati, & memoria hominum delati sunt. Ad quid tunc temporis Alexandri Monarchia? Ad quid eius Imperium? Quo exitu vanitas & eius pompa finiit? Vernantis adolescentiæ flore mors eum è viuus abstulit, omniaque suæ ætatis fila conscidit: eius potentia radio, qui totum perlustrat orbem, similis fuit: sed quamprimum euauit, & ut eius Monarchia potentia collapsa est, omnino eius obitu fuit runcata, & in nihilum redacta. Quidam Philosophus tumulum Alexandri intuens ait, Hic miser, ex auro Theaurum conglomerat; nunc vero Theaurus istud ex illo facit. Ait D. Anthon. sapientem de hoc Alexandro dixisse. Quondam iste terram calcabat, nunc verò terra eum conculcat. Alio tempore, nec illi totus terrarum orbis poterat sufficere, nunc verò quatuor terræ cubitus sufficiunt. Videte Alexandri magnitudinem, in quid redacta est, quò eius potentia deuoluit, quo odio, extremos vitæ dies clausit. Qui ei paulò ante subditi erant, & obsecundabant, paucis post diebus eum pedibus in sepulchro conculcarunt. Si hoc memoriæ insculptum esset, cogitationum quidem rotam confringeremus, & vnuiquisque nostrum de nobis cum Iob diceret. *Paucitas dierum meorum finietur breui.* Vita sagitta est volans, nota & vestigium quod Cometa relinquit, quodque nondum disparuit, cum annihilatur. Annis qui ad mortem indeficienti cursu profluit, umbra quæ transit, humanus qui transformatur, dolor qui nos sauciat, miseria quæ nos excruciat. Denique adeò misera est ut D. Bernardus audeat dicere, nisi in ea spem quandam cælo perfruenti foret, sibi nihil minus quam infernū videretur. Cum igitur vita miseriarum infernus sit, calamitosiores quidem certè sumus cum pro re tam futili, tam breui, tamque momentanea nos ipsos pessundemus. Itaque obsequium mundo præstamus, ac si perpetuam in cælo mansionem, hæreditatem absque fine, iusque in perpetuum successuum, esset concessurus. Quod sanè non insignior, atque notabilior esset ignorantia. Principes enim huius mundi hac in vita hæreditates possunt impartire, quæ citò depereunt, aliavero quæ est æterna, nullus alius præter Deum potest elargiri.

Iustinus suos sermones prosequitur, pluraque insignium virorum exempla, qui à mundo sese abdicarunt, affert.

CAPVT XIII.



Eplorandum illud est dignumque; quod innumeris defleatur lacrymis. Cum vita adeò sit deformis, & horrida, ita pulchram eam ducimus, ut sæpenumero eius amore obcæcati, Deum ipsum, quæ ipsamet est vita & fons pulchritudinis, deserimus.

Cum ærumnis, molestijs atque tædijs plena sit, iucunda tamen nobis videtur, cum sit ambigua, eam firmam atque veram iudicamus: eum sit caduca, constans apparet, cum sit misera, beata: cum sit breuis, multum longam putamus. Nostram fragilitatem non auscultamus, nostramque imbecillitatem atque debilitatem nolumus animaduertere. In libro Septem donorum, & refert D. Anthon. in 4. part. Theologal. Cum rex à philosopho sciscitaretur, quidnam esset homo, respondit philosophus, Captiuus mortis, hospes loci, viator transiens. Et rursus rogatus, quo pacto hac in vita se gerere oporteret, respondit: Velut lychnus vento expositus, qui subito ex tinguitur, ut gutta maris quæ subito absorbetur, & deglutitur, ut minima spuma, quam tempestas illico dissipat, ut vilus qui mox à vento vehitur. Tale fuit huius præstantis Philosophi responsum: quod si attenda mentis acie perpendatur, sufficit, ut in nostras inanes cogitationes intrudat, nostræque excordis voluntatis vela complicit; utque mundum propulsemus, siquidem rete est nos arripiens laqueis inuoluens, cibus inescans, vinculum adstringens. Homo toto suæ vitæ tempore illi famulatur: peracto autem sui famulatus termino, pro mercede, pœnis & laboribus illum remunerat. Quidnam igitur agendum est, nisi mundum cum eius technis aspernari, omnesque inanes diuitias & prosperitates flocci facere: sed corpus castigare, & in Iesu Christi seruitutem redigere, voluntatem domare, omnibus antiquæ Babylonis suppellectilibus denudari, & tandem hominem in ipso homine deuincere? Hæc consideratio adeò Alexandrum Scotorum Regis filium perculit, terram ipsam seipsam absorbentem intuens, ut ab omni dignitate & Regno propter Iesu Christi amorem sese abdicauit; regnum itaque deserens, diuinis inspirationibus quibus Deus illius animum afflarat, operam dedit, omnemque mundi puluerem à seipso excutiens, in Galliæ monasterium se recipit, quo loci nullomodo noscitari permittit: ita ut in humillimo monasterio, vitam Religiosam, magna cum animi tranquillitate sequutus est: in amorem supremi Dei inebriatus, cuius amore non solum sese à diuitijs amandauit, sed seipsum (quod multò maius fuit) abnegauit. Ut enim ait D. Augustinus in libro de Spiritu & anima. Multò sublimius est, & excellentius seipsum abnegare, quam omnem mundum. Verum gloriosus hic vir, pro terrenis bonis citò perituris, æterna quæ nunquam finientur, est adeptus. Vnicus & charus erat patri, qui ei plurimos thesaurorum aceruos reseruauit, nisi maiorem in illum gratiam Deus contulisset. Virtus huius Principis adeò præstans & heroica fuit, ita facile tam præclaras exquisitas diuitias respuere. Nam virtus (ut ait D. Augustinus) eò magis pretio habetur, quò magni momenti res aspernatur. Et vsu comprobatur: homines secundas & momentaneas huius mundi res cordibus tenere insculptas & cælatas, nec idcirco à desiderio eas habendi & possidendi alienantur. Sunt quædam cartæ vniuersales, quibus mundus depingitur, quæ Mappæ vocantur, & ait Strabo in sua Geographica, primus qui Mappæ-mundum adinuenit, fuit Anaximander, qui mundum oculis eorum qui non illum percurrere, & peragere poterant, voluit representare. Accipite vnã ex his Mappis, parieti affigite, ibique Lusitaniam, Castiliam, Galliam, Italiã & Indos contemplemini, videte Ciuitates, Prouincias, maria, terras, & denique totum terrarum orbem hic depictum, & ad modum cordis efformatum: nihil tamè aliud hoc est, quã charta & papyrus & atramentum, & papyrus discinditur, atramentum verò deletur, Hęc Mappa nostrum est cor cū omnibus nostris desiderijs, atque

Homo
quid sit.

cogitationibus, in quo mille arces, ventorumque turbines in aere armati, ciuitates, Prouinciæ, Regna, ad viuum efformantur, hocque parum nobis videtur. Sed tandem nihil aliud est, nisi papyrus & atramentum, caro est debilis, multis momentaneis tabulis interfecta. Si quædam aque guttula accidat, quædam febris, quædam tribulatio, quidam morbus, quædam calamitas, omnia vltro citroque voluntur, desiderii finis imponitur, corpus corrumpitur, mundi confidentia terminatur, & Mappæ mundi figura consumitur. Aiebat Propheta, de mundo loquens, *Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges.* Ac si diceret. Intus, Domine, in æterna ciuitate, imagines quas impij & maligni suis cordibus effingunt, expunges, ostendensque nihil esse stabile, nihil firmum, aut solidum, sed tantum vanam imaginem, & corruptioni obnoxiam. Quemadmodum imago, eo nobis maiori pretio & valoris æstimari videtur, eo arte prospectiue picturam viuam esse, & affabre coloratam oculis nostris obuersatur. Ita mundi prosperitas, cum excellentior videtur, multo magis nos decipit, nostris obuersans cogitationibus, quidquid transitorium est, esse permanens, & figuram esse substantiam. Huic rei assentitur D. Paulus, cum ait: *Præterit figura huius mundi.* Et quod Dauid imaginem vocat, D. Paulus figuram appellat, quæ in sublime conscendit: eo pacto nos adhortans & docens, vt figuram mundi è cordibus nostris extirpemus, & earum loco ciuitatem supremam Hierusalem, vitam æternam, vitam sine fine, cumque supremum Deum (diuini amoris flâmis exardescetes) quæ toto pectore debemus diligere, depingamus. Quinetiam si hoc in periculoso vitæ pelago, nauigandi chartam futilis nostræ opinionis sequamur, quæ nos ad rerum fictitiarum & fucatarum Charybdim detrudat, quibusdam scopulis illidemur. Quocirca valde necessarium est, alia Mappa, aliâque charta marina gubernari, quæ est Euangelium Iesu Christi Domini nostri, qui nos vt mundi diuitias, falsos honores, contagiosas delectationes contemnamus, edocet, & tranquillitatem vitæ, de qua loquimur, perscrutemur, qua nunquam sanè potiemur si nostræ vitæ curriculo pompis & vanitatibus inhærescamus. Quemadmodum nauis, proa & puppi angusta est, & in medio lata, cumque velificat, in perpetuo discrimine, periclitatur, donec portum, tutumque perfrugium appellat. Pari ratione vita nostra initio compressa & angusta est, siquidem lugendo nascimur, angusta in fine, siquidem languendo & ingemiscendo, vitam exhalamus: verum in medio eâ dilatamus, vanisque apparatus, sumptibus inutilibus & superuacaneis expandimus: continuo in hoc procelloso æquore, extremo discrimine periclitantes, remum agentes: donec portum mortis appulsamus, vbi onus omne cymbæ exoneratur. Ventus tentationum, procellarum, tempestatum, aduersitatum, vndarum, scopulorum, turbinum, ægritudinû & incommodorum nos inuadunt & expugnant. Et veluti nauis formidandos maris fluctus permeans ac sulcans, nullum post se vestigium relinquit, vt quò progreditur, notetur, vt oculis sæpissimè intuetur, & in libro Sapientiæ dicitur. Pari ratione sunt quidam homines qui tamen à viuendi modo deficiunt nullum tamen vestigium, signum aut notam vitæ post se relinquunt. Tales sunt qui oculos vanitatum lænones efficiunt, qui malo sunt inescati. Helluones mundi, qui falsis eius voluptatibus sese ingurgitant, qui talem viuendi modum præ se ferunt, vt meritò de illis possit dici, tales non viuere. Verum Iusti, qui ad virtutis iter maturare & progredi audent, qui elabo-

rant ne in amore Dei, iram amoris mundi immisceant, ij certè rebus insigni memoria dignis perfunguntur, vt æternum nomen posteritati delegent. Talis fuit hic eximius Princeps Regis filius, cuius superius mentionem fecimus. Quidam Orientis Rex Iosaphat nomine, cuidam de quo Marullus loquitur fuit similis, qui deuoti cuiusdam Eremitæ adhortationibus & monitis, in Christianorum numerum est ascriptus. Et postquam diuino fauore afflatus suum populum ad Iesu Christi finem attraxit, Tempa condidit, & omnibus quæ ad spectatum Regem Catholicum quadrabant fuit perfunctus, suapte & spontanea voluntate à Regno sese abdicauit, & in eremum sese occlusit, vbi vitæ austere & solitaria inuigilaret, vbi commodius frui tranquillitate liceret per otium, nec alias cogitationes, aliòsque affectus secum attraheret præter animum mundi contemptorem: cumque semetipsum à rebus terrenis stirpitus auerruncasset, maioribus & æstuantibus desideriis ad cælestes anhelaret. Qui antea in magnificis splendidisque palatiis nequibat morari, in quoddam antrum sese abdidit, quod in spelunca sibi parauit, quo loci societate cuiusdam deuoti eremita solatus victitauit, quem magna reuerentia honore, & obedientia est profecutus. Qui tot tantisque populis dominabatur, tamque varias nationes moderabatur, ob amorem Iesu Christi, voluit Dei seruo, morem gerere, & obsecundare. Maluit Iesu Christo seruire quam ab hominibus seruari, & ob regnum temporale quod contempsit, æternum quod tantoperè sitiebat, sibi parauit. O sapientem & foelicem virum, qui tam vtilem permutationem feceris? Acute, solerter, atque prudenter mercem quæ subito deteritur, pro Thesaurò nulla rubigine consumpturo, permutasti. Terram pro cælo, corpus pro anima, mundum pro Deo, & falsum pro vero. Confert mundus prosperitatem quam pollicetur: si tamen fortè fortunâ eam elargiatur, solitudinibus, angustiis & passionibus scætet. Cum homo mundi honorem adeptum esse arbitratur, cumque vltro citroque per prosperitatis & secundarum rerum viam cursitat, statim mille iniuriæ, oppressiones conuicia, violentiæ, calumniæ, imposturæ, technæ, & mendacia aditum interfecant: cumque eas deuincere & frænare suspicatur, tandem victus & perditus ex improviso remanet, donec se laqueis, & muscipulis huius versipellis & proditoris irretiri atque inescari præsentit. Nihil mundus in horreis habet præter paleas, nihil in cellis vinariis præter fel & acetum, nihil in thesauris præter rubiginem & pædorem, nihil in arboribus præter folia, nihil in rosariis præter acutissimas spinas: Bona, inquam, quæ falsus mundus hominibus pollicetur, non vera sunt, sed tantum nudus aspectus: non fixa, & stabilia, sed momentanea, & denique non bona sunt, sed proculdubio, & re vera mala. Hanc promittit solutionem iis qui à exercitu stipendia recipiunt: & vt eos inebriatos atque fascinosos detinet, hæc omnia felices prosperitates arbitratur, cum tamen puræ sint afflictiones, & calamitates falsa boni apparentia inuolute. Malorum felicitas, vera est infelicitas, siquidem à Iesu Christo deficiunt, vt mundum amplectantur, & contra quos mundus bonis infortunia & infelicitates ducit, summa est felicitas & beatitudo. Talis fuit huius gloriosi Regis foelicitas, qui postquam Domini nostri fidem est amplexus, à mundo penitus sese amandauit, cum omnino ab hoc terreni amoris velamine sese extricasset, quod alio tempore illum obcæcabat, in considerationem & rationem ad centrum vsque, & arcanum suipsius conclaue penetrauit.

Per-

Perpendens speluncam, in quam illapsus fuerat, iugū quo copulatus, periculum quo intrusus, catenam qua innexus & deuinctus, infinitas gratiarum actiones supremo immensoque Deo reddebat, qui à tantis afflictionibus, & calamitatibus eū eripuerat. Et quæadmodum prima peccatoris Christiani apprehensio est oculos in mala præterita deiicere, vt ex ijs penitentiam & contritionem ageret, & non minus ab ijs abhorreret quam à se propulsaret: in profundiora sua conscientia sese occlusit, & mala præterita deslens, ex cordis intimis penetralibus efflabat suspiria, ipsū etiam cor ingemiscens, ac commiserandis lacrymis irrorabat: namque lacrymantes oculi, cordium mæstorum sunt tubicines. Magis hac humili, & voluntaria paupertate oblectabatur, solitario, & tuto recessu, quam non gauisus erat, eo tempore quo dominationes, terras atque regna possideret. Interim verum degustauit solatium, cum falsum contempsit, non etiam ignorauit quidnam esset vitæ pacificæ tranquillitas, cum inquietæ tumultus dereliquit. Gallicanus excellens Princeps, cum Thraciorum & Daciorum exercitum debellasset, efferasque Scytharum nationes, aliásque irreligiosas & barbaras gentes expugnasset, seipsum deuicit, ac superauit. De hoc refert Anthonius Sabellicus, cum omnia quæcunque possidebat, quibusque fruebatur, reliquisset, in vasta eremo veram tranquillitatem perquisisse, vbi vitæ solitariae incubuit. Dux innumerorum exercituum Romanorum fieri recusauit, vt in militiâ Iesu Christi ascriberetur, in quo, animi fortitudinem, generosum & inuictum pectus patefecit: vt ait D. Ambrosius de rerum contemptu quas mundus magni ducit, satis euidenter compertum est. Calliganus seipsum æqua rationis lance trutinavit, omnique suos calculos sagaciter perscrutatus est: quisnam esset, considerauit, quis futurus esset, & in quem reuersurus, quò procederet vt armis pulchritudinem fuce deliniret, diuitias mundi poliret, terræ prosperitatem, & quanto propius hi ad virtutem accedant, qui maioris conscientiam, quam vitam ducunt, quique vestigia & gradum cum opinione ad ipsam virtutem progrediendi optant figere: eoque pacto hæc cogitationem coercuit, vt vt, à mundi voluptatibus abhorreret, sit enixus. Hospitiū in spelunca prope fontē collocauit, qui per meatum ex cortice confectum, proficiens, sapidior suauior ac delectabilior erat, quam si in magnificis atque splendidis Romæ palatijs, meracissimum vinum poculis auri & argenti affabre factis, propinasset. Verumtamen nonnunquam pristinae cogitationes in memoriam irrumpebant: multique tentationum aculeis, quas ingentium diuitiarum & deliciarum recordatio, & honorum atque dignitatum ab eo contēplatarum memoria animis sugillabant, exagitabatur, quas si tantillum cupiditatis mentis suæ sedibus restaret, faciliori negotio poterat resumere. Verum potius mihi persuadeo, si fortassis, ab his furiarum tædis perureretur, statim pedibus stans euigilatus spiritualibus diuini amoris armis occurreret: & si quadam otiosa cogitationis nebula, quandam suæ mentis partem obtenebrare aggredieretur, statim eā dissolueret, nec à tranquillitate, qua potiebatur, alienaretur. Tam multis exatatis laboribus, & victorijs, lacrymis conficeretur. Nam quemadmodum post immensas imbres aer fit sudus ac serenus: pari ratione post immensam deuotionis lacrymarum inundationem, quietus animus & tranquillus remanet. Denique omnes montes, scopulos, & difficiles mundi anfractus dirupit, ac discerpit, qui poterat in animum cadere, donec in vitam præstantem & heroicam perfectus euaserit, quæ mundum contemnit, aspernatur, &

Simile.

floci facit, thesaurósque cæli suffuratur. Hæc est vera magnitudo, in quo strenuus, atque inuictus animus consistit. Vt enim apud D. Matt. ait D. Ioan. Chrysostomus, magna vis est in terra nasci, & cælum rapere, & pretio virtutis consequi, quod naturæ viribus adipisci nequit.

De contemptu mundi, deque armis spiritualibus.

CAPVT V.



V M Lusitanus suæ orationis filium confidisset, vt quieti indulgeret, ac respiraret obnixius ab illo exposulauit Prior vt longius progrediretur, aliquod exemplum hominum illustrium in medium adducens, qui mundum nihili facientes, ab illo sese amandarant ac auocarant. Magnus Arsenius (inquit Lusitanus) cum profundæ atque deuotæ meditationi adhereret, a Deo quam vitam magis ad salutem idoneam eligeret, efflagitauit. Vocem audiuit exclamantem. Arseni societatem atque frequentationem hominum deuota, & saluus eris. Ita narrat Marullus in primo Exemplorum libro. Et Petrus Paludanus in quodam sermone, & Petrarcha 20. vitæ solitariae libro. Illustrissimus Princeps Iudicus acerbam vitæ eremicae vitam regno Angliæ anteponebat minimè dubitauit, maluitque Iesum Christum in deserto sequi, quam in Patria Angliæ dominari, vt narrat idem Marullus, qui ad flumen vsque Alcei progressus est: in cuius litore, humilè casam atque tuguriolū construxit, quo loci solitariae vitæ duxit: oram fluminis voluit incolere, vt meditaretur, ingemisceret, atque desleret, lacrymæque quæ ex eius oculis effluerent immenso Patri Oceano lacrymarum tributum persoluerent. Et in huius riuuli fluctus oculos contorquens, eam adeo continuis lacrymis irrigabat, vt vnusquisque ob eius luctus & lacrymas admiratione raperetur. Perpendebat quidē pōpas honores & dignitates esse momentaneas: omnesque ad portum sepulturae exonerabantur, & non ulterius prodibāt. Bona insuper opera nobiscum rusticari, quod est conforme dicto D. Ioannis in Apocalypsi. *Opera eorum sequuntur illos.* His rebus in suis ipsius rationem ducebatur, eius minimi, quo aliàs seipsum fuerat scrutatus, decreuitque Iesu Christo magno cum seruore, & deuotione obsecundare. Quid dicam de illustri & gloriosa Principe Elisabetha Regis Onagrorum filia, de contemptu mundi, de calamitatibus, conuictijs & tribulationibus quibus iactata fuit, & de magnanimo masculoque animo, quo hæc omnia ob Iesu Christi amorem subiit? Morbus patienter toleratus, hæc elegantissima peristromata, a facie abstulit, quibus mundus oculos vanitate plenos depascebat & saginabat, pennisque animæ suæ alligauit, in qua Angeli collectantur. In ea cerni poterat, quantum prudentia, honestas, patientia, virtutisque constantia corporalem pulchritudinem insectata fuerint. Multos orationis meæ filo posse conuestire, qui a mundi curis auocati, in Deo spem collocare, & de pluribus deserti sanctis, vt Hilarione, Paulo Thebeo, Dorotheo, Basilio, innumerisque alijs, quorum omnes pleni sunt libri, qui totos se quieti solitariae dederunt, sed exitum huius rei adinuenire difficile esset. Si verò fortassis quidam eorum ad obeunda munia & dignitates ecclesiasticas sollicitaretur, inuiti eas suscipiebant: non enim ignorabant se melioris huius vitæ solitariae partis, suauissimarum cogitationum, & arduarum contemplationum iacturam facere, quæ pastus & alimentum multo tempore fuerat.

Apost. 14.

rant, vt humilem vitam sustentarent. Et non homines frugi, omniumque virtutum genere imbuti, & rerū diuinarum amatores, sed permulti vitij suffusi, effrenatūque desiderij delitescens, sese in deserta secluserunt, vbi rudi & austeræ pœnitentiæ inuigilarunt, corda percutientes, quibus velut firmis incedibus, maximas impietates fabricarant: contritionis cultro, sua viscera, antea indurata scalpebant. Lugebant, gemebant, & lamentabantur tempus rebus inutilibus tritum. Pedibus Crucifixi prostrati, indignos se diuina misericordia iudicantes, oculis demissis, alta voce, prompta cogitatione, adeo clamabant orationibus, vt cœlos ipsos penetrarent. Interea sua limina coruscari lumine arbitrabantur, & tempore quo vitij scaterent, in tenebris ambularent. Et quanuis multoties blanditiæ, atque delitiæ mundi, in memoriam reuocarentur, eorumque cogitationes fornace rationis expiarentur, tamen Dei amor eos ab his rebus dimouebat. Subito in has eremos intrudebantur, mundū pedibus conculcantes, qui eos alias solebat calcare. Fulgentius Africanus ad Theodosium scribens, qui Romanus Senator mundum deseruerat, hæc verba profert. Mirifico oblector gaudio, te iam ab huius mundi amore solutum, teque illum contemnendo conculcare, quanuis tu ipse ab illo calcareris, cum eū diligeres. Mundus nos conculcat, ac comprimit, pedesque nostris ceruicibus imponit, nosque ita percussos & stupefactos efficit, vt cum nequaquam percipiamus. Nos illud de nostra vita & honore nostro iocatur: passim nos decipit, ipsum tamen non adhuc verè noscimus. Si attentis oculis eius technas & varietates intueamur, & quot sint qui cum tranquillitatis auram degustarunt, in plagam arenosam rabie ventorum vectuntur, quorum turbine periclitantur, & cautibus illidentes confringuntur: omniāque dissimulationum & fallaciā plena esse, nec vultus cordi concors est, nec opera verbis, & ij quibus maiorem fidem adhibemus, sæpenumerò nos detegunt: tum demum mundus, vt ait D. Ioannes in maligno positus est, ideò nullus nostrum esset, qui eius blanditijs alliceretur, eumque vellet sectari. Audeo dicere nullum hominum frugi & sanæ mentis posse reperiri, qui si mundum & seipsum nosceret, non ab eo atque à seipso amandaretur, & protinus segregaretur: aditumque inueniret, vt illud seipsum propullaret, & in illud seipsum qui est S. Spiritus, secederet. Mundus adeo peruersus est, vt oculis meis bonos persequi, malis autem fauere conspexerim, eos honore dignos censere, qui dignè indigni fuerant, eosque aliorum meriti hæredes relinqueret. Eos qui deprimi debent, erigere, & eos qui vt extollantur, digni sunt, deprimere. Nam sapissimè contigit, vbi obsequium magis viget, præmium potius & merces marcescit. Quotidie illud comprobamus & à mundo decipi permittimus, cumque ab eo comitari arbitramur, vadumque tentare, vt aliam quietis oram transnateamus, tunc nos profundius immergit & in maius profundiusque miseriarum & nouorum discriminum pelagus absorbet. Talis est mundus tales eius inæqualitates, talia iudicia, tales eius deceptiones: huic mortales opitulatur, & morem gerunt: magnis dissidijs & disensionibus, in eius vanitates immersi, ab eius pestiferis delectationibus inuasi, vanisque desiderijs confusi. O gentem à se alienatam! O magnam perfidiam! O cæcitarem dignam vt lacrymarum torrentem ex oculis nostris effundamus! O mundum immundum, assentatorem & perfidum, quot ad te fraudibus astutijs & technis allicis: Qui mortis non recordantur, nec villicationis, cuius rationem in die iudicij sunt reddituri, & inuiti cogentur reddere. Cō-

tinuò tanquam infascinati gradiuntur, nec iudicio, neque animo pollent, vt quantum iudicio careas, agnoscant: siquidem cum præmia & remunerationes debeas conferre, dānare soles infontes, reos verò absoluis, & in libertatē restituis. Cum te deberet expugnare, tanquā capitalem hostem, teque debellare, te amant, tibi obediunt tuis vanitatibus & delitijs inhærent. Si Rex in bello cataphractus esset, & milites optime essent armati, eorum vexilla explicata, certissimum est in hoc selecto exercitu, homines delicatos nullos admittere, qui cū armis acutissimis essent muniendi, holoserica veste candida induerentur, pro galea, cono, & crista, sericum galerum gestarent, pro ensibus ventilabra manibus ferrent, pro loriceis, sericis vestibus, more Gallorum amicerentur. Si quispiam ex eorum familiaribus, hoc pacto eos progredi cerneret, statim eis persuaderet ne tali habitu obuiam prodirent, sed vt arma induerent, sicuti bellicosos decet equites, Dei imitatores. Incedens igitur Redemptor noster Iesus Christus diuinus noster Rex, & æternus Dux, laboribus, angustijs, & doloribus armatus, incedentes sui Apostoli, sui Martyres, suæ Virgines, sui Confessores, & tandem omnis sanctorum exercitus, vexillum Crucis gestans ac explicans: cur tale dedecus in Ecclesiæ Catholicæ exercitu patitur, esse Christianos inermes, regio habitu amictos, voluptatibus, gaudijs delitijs fallōque solatio indutos? Mutemus, mutemus habitū, armeanur pœnitentiā amplectamur doctrinam D. Pauli, dicentis in Epistola ad Romanos. *Armemur, armatura luminis: & in 2. ad Corinthios, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, & vltius, Arma militiæ nostræ non carnalia sunt.* Et ad Ephesios. *Armemur armis Dei,* Psalmo-graphus nos admonet dicens, *Indue arma & scutum.* Ad hoc nos vult diuina scriptura incitare, cum ait, cum filij Israël in Ægyptum armati ad terram promissionis profecti sunt. Verum homines harum rerum obliuosi suis appetitibus ducuntur, delitijs immerguntur, cumque in aliquod periculum intruduntur, fauorem à mundo requirunt & expetunt, ad eum velut ad summum medicum recurrunt, cumque se remedium indagare arbitrantur, sæpenumero corruunt, ac pessumdantur. Vir quidam podagræ morbo, pedibus & manibus laborans, qua multis doloribus atque angoribus excruciat, medici, pro recuperanda valetudine opem implorat. Si Medicus à curatione manū & pedum cessans, multum temporis curationi oculosum infunderet, qui haberent minimam pelliculam parumper obtutui officientem, nonne hunc medicum, hominem excordem & mente captū iudicaretis, & per consequens eū amentē, qui se à tali medico curari permetteret? Nullatenus est dubiū. Pari ratione cum homo grauissimo morbo pedibus laboret, qui sunt affectus quibus anima incedit, à prauis desiderijs deuicta, suis casibus & infortunijs obnoxia: cumque manibus doleat, quæ sunt opera, adeò superbia inflatus atque ampullascens, adeò languidis liquefactus voluptatibus, vt sibi mortem inferni cōficiat: nec de illo quidquam vestigiorum apparet, nisi vitæ malè materiatus paries, ad Medicum, vt ab illo curetur, percurrit, qui est mundus. Mundus ad eū venit, nec eum pedibus aut manibus sanās, vnde grauissimè laborat, permulta ditissima peristromata oculis obijcit, & alia id genus, quæ dulcem atque peramanum alimentum visui corporali afferunt, & nulomodo malorum operum & affectuum morbum sanant. Quis tam mente captus, quin hunc medicum, nec illum qui curari desiderat, nullum decorem suis actionibus obseruasse, agnoscat? Iesus Christus Deus noster verus est medicus: spiritualia remedia sunt præ-

Simile.

Rom. 3.
2. Cor. 6.
2. Cor. 7.
Ephes. 6.
Psal. 34.

Simile.

præceptorum & consiliorum adimpletionem, & Sacramenta quæ instituit, & in ecclesiæ Catholicæ officina explicuit, pro nostrorum malorum remedio. Hæ sunt diuinæ medicinæ, hæ sunt balsama cælestia, quibus animæ morbi sanantur. Et è contra homines inquieti, & perturbati, qui tranquillitate vitæ haud potiuntur, quæ hi sancti & præstantes viri perfruebantur, qui mundum deserentes, in deserta sese abdiderunt, ubi suavissimis animis solatijs oblectabantur. Deuoti & pij serui Dei, zelo diuini amoris inflammati, hæc deuotas eremos petebant, alij syntaxi & veste abiectissima induti, alij palmefolijs tecti, alij pellibus & spolijs brutorum animantium accincti. Nam solitudo, & paupertas muri deuotionis sunt.

De vitæ solitariae solatio, & antiqua fabula mythologia.

CAPVT XVI.

DRior qui ex se ad vitam solitariam & contemplatiuam admodum propensus & idoneus erat, ne gustu & delectatione, quam de hac quidpiam audiendo percipiebat, priuaretur, sic est fatus. Incredibilem percipi delectationem, cum has tantorum Principum hystorias in medium attuleris, qui in cogitationem fraudium, & technarum mundi prouentes, eum à se amandarunt, & vitæ solitariae inuigilarunt, vt iam perorasti. Equidem credo multos hacce tempestate posse reperiri principes, qui eorum vestigijs insisterent, & dummodo per decus & otium illis liceret, vitæ solitariae relicta publica sese dederet. Narrabo (ait Lusitanus) quid in Anthonio Panormitano, in Summa Chronica, quam de Rege Dom. Aphonso, Neapolitano, & Siculo, perlegi. Ait D. Anthon. hunc illustrissimum Principem, dicere solere, si suo nutu & voluntate vitam aptare posset, non aliam præter eremiticam seligeret. Frater Ioannes De Palermo, qui solitarius in eremo victitabat, quo loci hortulum & aquam qua eum irrigabat, possidebat, post humeros (vt dicitur) cogitationes & opes mundi segragans, ijsque ratione obsistens, adeo contentus hac paupertate, & in hoc solatio diues, vitam agebat, vt nihil amplius concupisceret, vt eo quod opus erat, nullo pacto indigere videretur, quod nec maiori emolumento, & vtilitati verti poterat. Pernotabat in hac eremo, vbi necessitas somni, non nunquam cogebat oscitare, & pro molli, grabato, sub dio vitam agere contentus, hoc est, pro tentorio, celo ipso tegi. Quod cum Rex animaduertisset, tantopere illum est æmulatus, vt si hominem nascisci potuisset, cui grauissimum suorum Regnorum onus tuto & honestè commisisset, vitam aliam, quam hanc non seligisset vt mundum effugeret, serenitatemque animæ inuestigaret. In hanc regiam celsitudinē, & thronum elatus, magnis onustus muneribus, quibus quada delectatione atq; gaudio animū recreabat, verum subito abolebantur, & ægritudine & tædio eum afflictabant. Quemadmodum vas hæderæ talem habet proprietatē (vt si narrat Pierius Valerianus in Hieroglyphica hederæ) vt vinum & aqua infundatur, vinum effluit, aqua verò remanet, eo pacto mundus geritur cum gaudio atque ægritudine constet, disfluit gaudium atq; dilabitur, ægritudo verò obrepit. Friat & immiscet gaudium cum mæstitia: sed gaudia parum delectant, mæstitia verò continuo excruciant. Qui autem mundo morem gerunt, non hoc perci-

piunt imò gliribus somniculosiores, Chamaleotibus mutabiliores, chalybo duriores, Herostrate ambitiosiores, libello mundi ascripti, terrenarum rerum amori dediti: tum demum homines, quorum opera mortua sunt, ad meredū, sed vegetissima ad condemnandum. Adeo flagitiosus est mundus, vt etiam ipsi Gentiles eum à nobis propulsare commonefecerint. Plato in Thietero hanc sententiam proponit, quam etiam recitat Augustinus 10. libro de immortalitate philosophia. Elaborandum nobis est omni cura & solitudine, vt mundum effugiamus, capacisque reddamur, vt Deo quantum est situm in nobis, similes fiamus. Ait Seneca, Quotiescūque cum hominibus verfor, redeo domum minus perfectus. Antiquus Trismegistus, primo Pimandri dialogo ait, hominem quantum ad corpus, mortalem esse, quantum verò ad animam, immortalem. Eapropter admonet vt mundum vitet, & Deum sequatur. Et in quinto Dialogo ait, Mundum omnium malorum esse aceruum. Multi præterea hac consideratione freti sunt, ita vt à ciuitatibus sese auocarint, & in villas, atque domos solitarias, longe semotas, secesserint, quo loci quisque cum secundo seipso comunicaturus adueniebat, quo maius emolumentum ex meditatione, & Philosophia expiscaretur. Et licet, loca solitaria, & agrestia, flumina perscrutarentur, murmurantes & pergratos riuiolos, atque valles remotas & amœnas, opacissimas vltimos, vmbrosos fraxinos, garrulos volucrum cantus, raucos aquarum ex Torribus profluentium fragores, ventorum flatum, in profunda concaua & cellosum scopulorum precipitia resonantium: nihilosecius, hic viuendi modus illis cordi erat, non vt genio & gaudio indulgerent, sed vt his omnibus ad animæ quietem & vitæ tranquillitatem incitarentur. Ex his omnibus (inquit Doctus) vtilitatē possimus exhaurire, quod quadrat dicto Sapientie, *Hoc quod continet hæc omnia, scientiam habet vocis.* Ac si diceret, Hæc mundi moles, quæ omnes creaturas cōtinet, suo modo laudare Creatorem. Vnde infercur, quam vtilitatem ex alia Creaturarum cognitione possimus depromere. Verum est (ait Lusitanus) præcipue cum ad Creatoris considerationem refertur. Velut ij qui in speculo polito & lucido sese contemplantur non tantum illud videndi desiderio ardent, sed etiam imaginem, quam repræsentat: sic bonitate & pulchritudine creaturarum est vtendum, non ijs adhærescentes, sed vltius ad diuinæ bonitatis contemplationem progrediamur, quæ in suis creaturis tanquam in speculo elucet. Et quauis Gentiles alta fidei mysteria non penetrassent quibus, erant vacui: permulti tamen eorum non erant conscij vitam contemplatiuam excellentem esse, & dignam quæ desideraretur: post eam verò actiuam bonis operibus insumptam. Vitam autem voluptuosam oblectamentorum & turpiū deliciarum colluue scatentem, magis brutis animalibus esse idoneam, quam hominibus rationis & intellectus capacibus. Istud planum facere voluere, cum dixerint. Paridem Pastorem, & ouium custodem esse hallucinatum cum bellum illud pomum aureum Veneri ad iudicari, cum potissimum Mineræ, aut saltē Iunoni deberetur: & hoc iniustū atq; erroneū iudicium non solum eius detrimentum, sed etiam funditus euersa ciuitatis Troiæ excidium attulisse. Per Mineram, vita contemplatiua intelligitur, per Iunonem, actiua, & per Venerē, voluptuosa. Nequaquā satis esset, vt pro Paradisi iustificatione ferret litera, vt hoc pomum pulchriori daretur: hoc enim de animæ pulchritudine intelligebatur quæ virtus est immortalis, non autē corporis, quæ pulchritudo est momentanea quæ per multis detrimētū & dāni causa fuit. Quemadmodū enim pulchri-

Sapi. 1.

Simile.

*Rom. 3.
1. Cor. 6.
2. Cor. 7.
Ephes. 6.
Psalm. 34.*

Simile.

pulchritudinis amor honestus, recteque dispositus ignis est qui lucet, & non ardet, optimus dispensator, qui sensus obedientiam rationi subijcit. Ita pulchritudinis corporeæ amor effrenatus ignavia est intellectus, & obstaculum iudicij, quod pulchritudinis æternæ tanta caligine & obliuione obtenebratum, pro temporali corrui. Pomum nostrum est cor, quod penitus vitæ contemplatiuæ dedicare oportet, etiam a-ctiuæ, cum charitas postulabit, vt ex his duobus vitis æternæ valeamus adipisci. Verū etsi vitæ mundi delitiosæ impendamus, patriam nostram amittimus, & in perpetuum perimus. Tales ij sunt qui vitij inhærese flagrant, qui appetitui omne quod concupiscit, concedunt, qui nulla deprauata desideria renuunt, qui oculorum freno nequaquam coerciti, suarum tenarum antesignana vota nuncupant, & ex alijs sensibus tot obsequiorum limina pro suis vanitatibus conficiunt, & ex cordibus, futilium atque inanium cogitationū & tabidarum delectationum eluuiem. Verum enim verò hi non digni sunt, vt homines appellentur, sed irrationales & merito, cum eadem ratione orbentur. Hic est verus & mysticus Pomi aurei sensus hæc est huius Philosophiæ inuoluta & fabulæ poëticiæ analogia. Itaque narrat Strabo libro primo de Geograph. multos sapiētum dixisse, Poësim antiquam esse philosophiam, quæ huiusmodi videtur in hac poëtica fictione, sub qua insignis multumque proficua latet doctrina. Si homines apprimè quid sit vera pulchritudo intelligerent, & è corruptibili corpore compactos esse perpenderent, & ex hac immortalis anima, creatos vt bonis æternis perfruantur, non mundanis voluptatibus per Venerem signatis, cordis pomum ad iudicarent, sed vitæ contemplatiuæ per Mineruam notatæ, aut saltem actiuæ per Junonem designatæ. Sed seipfos perfectè cognoscere respuunt, cumque seipfos haud noscant, in multas ignorantias & cæcitates dilabuntur. Ait Laëtantius Firmianus. Sui ipsius ignorantia omnium malorum est colluuius. Et Proclus in libro de anima, initium (inquit) Platonis Dialogorum & suæ Philosophiæ & fundamentum, nostræ naturæ est cognitio. Et ex huius cognitionis defectu, accidit vt homines pulchritudinem animæ, vitæque tranquillitatem, cogitatione nequaquam volent. Si apprimè & perfectissimè homines seipfos noscerent, qui fieri posset, vt quietudinem in rebus inquietis exoptarent? & res penitus mutabiles infectarentur, neque seipfos mouerent? à cælo sese abdicarent, à quo fuere procreati, quisque illorum est patria, pro terra à qua fuerunt pulsi, quæque illorum est exilium? Homines non diligunt mundum, nisi ob defectum seipfos agnoscendi, is etiam, propterea quod non quantum eius honor sit inconstans perpendit, quantum gloria mutabilis, quantum fauores momentanei, & quatum eius felicitas falsa sit & caduca. Quocirca vt nosipfos & illum agnoscamus necesse est: ne ve aurem suis versutijs & deceptionibus præbeamus, nisi, suarum infelicitatum retibus, velimus implicari.

De Tranquillitatis fundamento, & negotijs mundi, & In ipsius abnegatione.

CAPVT XVII.



Ncredibilem percepi delectationem (ait Prior) cum analogiam & affabulationem Pomi aurei intellexi: conscius cui sit tribuendum, vt veram tranquillitatem nobis paremus, quæ vt video obsequio & cultu Dei innixa est, vbi ratio præ-

fidet, & sensuum appetitus, serui & captiui in compedibus & cathenis detinentur, rationi obnoxij, cum alijs sensibus vt animæ Respub. quieti & paci admodum indulgeat. Hoc (ait Lusitanus) tranquillitatis est fundamentum, tantoperè à multis commendatæ, & à paucis possessæ. Fieri non potest, vt eam adipiscamur, nisi in primis virtutem attingamus. Et cum ob peccata nostra pauci sint, qui perfectè virtute præsent, clarum est paucos esse, qui eam merè possideant. Multorum prudentia, à versutia dissentit: multorum vis temeritati immixta est, multorum iustitia ad vltionem anhelat: multorum temperantia, parfitatis gustum & saporem sapit: amicitia proprium commodum & utilitatem redolet: zelus & sinceritas, ambitionis fit particeps, & simplicitas per mediū dissecta. Videor mihi nunc quod Isaias ait, esse adimpletum. *Argentum Isai. x. tuū versū est in scoriam, vinum tuum misctum est aqua.* Et quod D. Paul. ait, *Omnes quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi.* Homines post Deum morari volunt, & mundo præire. Virtutis nummus non est legitimi pōderis, sed roditur, atque adulteratur. Verum enim verò plurimi iusti sunt præstantis, & insignis virtutis: sed tantum de ijs qui deprauatis atque effrenatis appetitibus insoleseunt, verba facio, qui quidnam sit tranquillitas scire fugiunt, qui etiam si quodam loco possideri queat, multo tamen liberius pacatiūque possideri atque duci locis solitarijs potest. Philosophus, qui vt Lusitanum vrgeret, erat promptus, vt maiorem exaggerandi occasionem præberet, quoniam eum audiendi flagrabat desiderio, ait. Quod dicis de recessu solitario, non admodum meis animis quadrat: pluries enim solus fui, & quodammodo ab hominum conuersatione abhorru, non tamen ideò bonam quandam frugem in mea conscientia persens. Si solum cum meipso memet conspicio, lator quamplurimum hominum conuersatione: si apud homines versor, cupio esse solus, & in meipso: cum autem solus sum in meipso, absque solatio sum: si comiter, apud gentes versor, & meipso careo, magna cum ægritudine ac incommodo. Vt homo qui magna vectus nauis, maris vndas sulcans, tædio statim afficitur: si autem è nauis saliat, & cymbam ingrediat, par tædium parèmq; molestiam, persentit, easdè vndas, easdè agitationes, quippe qui nauigantis securitas nõ vt carbasa lata, aut cōpressa sint, consistit, sed in mari atque situ & dispositione quo stat: pari ratione multarum rerum in Appido populoso pertæsus & anxius, memet semouit, & in quamdam villulam, quam possideo, recepi, vbi iisdem conflictor passionibus tentationibus & ægritudinibus: tenim tum demum mihi videtur, quietem non consistere, vt de loco ad locum commeemus, populum pro deserto relinquentes: sed huius mundi pelagus, sub qua velificamus in hac vita scopulis plena, magnis atque spumantibus vndis commota, tempestatibus, procellis, contrarijs, & colluctantibus ventis, & impetu terribili collidentibus, quibus homines motus percipiunt, & degustât, alij plus, alij minus, alij vno modo, alij alio, prout fert inclinatio, mos, & vniuscuiusque consuetudo. Hæc fatus, ob longam experiētiam, qua in me meipso sum perfunctus. Sin autem dic mihi vnde sit vt peregrinatio, & solitudo, mihi non emolumentū, vtilitatem, aut quæuis fructum afferant: etiam si regiones permutes, mores non muto, etiam si à cōuersione deficiam, meos mores non abijcio. Homines (inquit Lusitanus) sæpenumerò falluntur, quoniam societatem rati fugere, eam non relinquunt. In ea re (ait Philosophus) nunquam fallor, fallacia maior illa esse non potest. Nunc verò tu ipse falleris, cum nunquam fallum esse suspiceris. Nulla proculdubio maior

ior fallacia est, ea quam quipiam in seipsum confert, siquidem deceptor à decepto non separatur. Narrat D. Anthon. in prima part. historial. cum quidam Socratem conuenisset, ait illi se iam hominum conuersationem effugisse: sed ab bonam frugem idcirco sua conscientia non redibat: eoque pacto de seipso conquereretur, ut nunc de te conquereris. Percontatus est ab eo Socrates, an cum seipso esset translatus, cum se ab hominum conuersatione amandaret. Imo, respondit ille. Tunc Philosophus, non igitur solus eras, cum comitareris, quodque peius est male comitatus, siquidem teipso comitaberis. A teipso te sevocaras, voluntatem deserueras, non autem tuam conditionem deseruisti. Denique si solus fuisses vitam emendasses. Idem Socratis responsum pro responso reddo. Quomodo fieri potest (ait Philosophus) ut gradiar, & ambulem sine me, cum hoc sit repugnans, neque possit compati. Mouet corpus meam animam, quæ forma est quæ dat esse rei: quanuis anima non localiter moueatur, per accidens mouetur. Nam quocumque corpus graditur, illa graditur, ut clauus qui est in rota: quoniam licet affixus sit, & à seipso non moueatur, mouetur tamen cum rota mouetur. Aliud exemplum conuenientius & familiarius non adducam. Quemadmodum Nauiculator qui sedet in puppi, manum gubernaculo admouens, à se non mouetur, sed ab eadem nauis, qua vehitur, & quo nauis graditur, is etiam graditur: sic anima corpus mouet, nec localiter mouetur, quantum est de perse: sed cum corpus mouetur, anima etiam mouetur per corpus. Quod igitur vado, illic corpus & anima vadit, quæ sunt duæ partes, ex quibus componor. Qui ergo potest fieri, ut solus absque meipso ambulem? Et non solum cum meipso sum, sed multa alia mecum porto, quæ mouentur, eo modo quo moueor. Ingenuè fateor non necessum esse ut hic motus illi tribuatur, eo modo, nec quo illos moueo: mea propositio eorum veritati consona est, qui aiunt, quemadmodum aliquid mouetur, eo etiam pacto mouentur res, quæ ab illo motæ sunt. Etenim Sol in gyrum mouetur, & terræ vapores ad se attrahit, eos in altum extollens, & directè mouentur: idè cum sol in gyrum mouetur, ea directè etiam vapores mouet. Ingeniosi Architecti rota, in altum lapide tenus conscendit. Neque hæc omnia magni facio, siquidem non hæc inter se vniuntur: verum ut potè anima mea, cum meo corpore vnita & iuncta est, certum etiam est, eam progredi, quo illud progreditur. In te (ait Lusitanus) duæ sunt voces, & in vnoquoque hominum duo sunt homines. D. Paulus vocat alium, hominem veterem, quem ab Adam trahimus, qui secundum carnem est. Alter vero vocatur homo nouus, qui renouatus est per Iesum Christum, qui est secundum spiritum. Spoliare oportet hunc hominem, secundum carnem, & cum illo permanere, qui est secundum spiritum. Illud ait Apollolus in Epist. ad Colossens. *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum.* Et ad Ephesios ait, *Deponite vos, secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis.* Cum homo ab hominum conuersatione separatur, corpus & animam secum affert, ut profers: non enim inficior. Et si hæc anima sua carni obediat, & prauis concupiscentijs, tunc ad se hominem veterem rapit, & homo ab illo seipso, quod est secundum carnem, comitatur. Verum cum anima spiritui, obedit, & parti superiori, quæ veritatem querit, & ad ob-

sequium Dei tendit: tunc homo ab hoc seipso separatur, quod Adam traxit, & hoc est seipsum abnegare, quod nobis præstandum est. Illud est quod Iesus Christus ait in Euangelio. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Deponere veterem hominem, & cum nouo mansionem facere, est deprauatum appetitum domare, prauis desiderijs resistere, intra domesticos parietes cogitationem adducere, carnem mortificare, propriam voluntatem extirpare, & loco illius voluntatè Dei ferere, eique tanquam duci, & lumini insistere. Hoc est seipsum abnegare, seipsum relinquere, Christum sequi, & in eius manus se tradere. Videte igitur, quo pacto situm homini sit seipsum relinquere, etiam non relinquat corpus, nec suam animam: sed hoc maxime ad nostram salutem decet. Abnegamus & fugimos nos ipsos, quoties diaboli & carnis tentationes retundimus: animam nostram cum Iesu Christo vero Deo nostro cõnectimus, dulci cum diuini amoris vinculo, & vincentes atque edomantes concupiscentias, quæ nos expugnant & debellant, aliòque tempore de nobis ipsis triumphum reportant, desinimus eos esse, qui sumus, firmaque deliberatione sumus, quales esse debemus. Qui hoc pacto ab hominibus separantur, vadunt non solum ab alijs separati, sed etiam à seipsis, deòque se deuouentes, pacatam vitam ducunt. Nullæ erunt controuersia, lites iurgia, rixæ, contentiones & dissidia quæ illorum cor queant intricare, aut obnubilare, quin ea ope & fauore diuina fotti, quamprimum dissipent. Et hæc in serenitate atque tranquillitate locati, contenti viuent, periucidis atque cœlestibus contemplationibus inebriati. Ambulant cum cogitationibus & delectationibus, adeo in cœlum intenti, ut ferè à terræ obtutu deficient, cum D. Paulo dicentes. *Nostra conuersatio in cœlis est.* Idcirco aduersus mundi tentationes victores, & ouantes, eius vanas & fluxas diuitias aspernemur, immensorum thesaurorum diuinorum profusionem & liberalitatem conspicientes: non etiam ignorantes eos qui alia bona possidere non efflagitant, haud esse cæcos: imò potius eos qui ex terra sunt. Nam subito deficient, aut priusquam finiantur, qui ea possident, citius extinguitur.

Matth. 16.
Marc. 8.
Luc. 8.

Philipp. 3

De sui ipsius fuga, & de laudibus Eleemosynæ.

CAPVT XVIII.



Onsciis sum (ait Prior) vnam ex rebus præcipuis, maiorisque emolumentum, ut hanc animæ tranquillitatem, & obtineamus, & possideamus, esse hanc propriam voluntatem abnegare, de qua mentionem facis, quæ etiam Apostoli, alijque sancti reliquerunt. In his (inquit Lusitanus) nolo disceptare. D. Bernardus hæc S. Petri verba: *Ecce nos reliquimus omnia*, declarans, ait, cum dicitur eos omnia sua bona reliquisse, intelligi debet, non tantum se à diuitijs suis abdicasse, sed etiam à voluntatibus. Ioannes Cassianus ait, Nullum esse tam egenum, quin aliquid habeat, ut illud ob amorem Iesu Christi deserat, & relinquat. Nam quanuis diuitias non possideat, multum deserit, qui propriam radicemque inaniam desideriorum concinidit. Et in lib. Collationum. ait, Abbatem dicere solere, Deponere diuitias esse proprie res alienas deponere: sed voluntates abnegare, esse res proprias abnegare: quod sanè maioris erat lucri. D. Bernardus in Sermone de Resurrectione ait, *Amputa tuam voluntatem, & ab inferno*

Joan. C
li de
Mon.

Coloss. 3
Ephes. 4.

Coloss. 3
Ephes. 4.

D. Bern.
du Serm.
do Refur.

inferno redimetis. Narrat D. Ambrosius. Cum vir quidam deprauatis appetitibus insolesceret, cum iam manibus ad excidium, & ruinam annexeretur, viam his omnibus interclusit & ad se reuersus est, & cum doloris atque contritionis lacrymis, amarè horrenda peccata quæ in suum Deum patrauerat, defleuit. Tot enim Deos corde fabricarat, quot desideriorum atq; affectuum grana sparserat, in quibus summam scelicitatem collocarat: & ex hac terra exiit, vt peccato effugeret atque propelleret, hancque quam amiserat, lucrificeret. Et retrorsum gradiens, velut is qui magnum aliquod euasit discrimen, vitam elimans, & conscientiam expians, cum sancto illo fastidio & horrore illius, sui ipsius, quod antea fuerat, ciuitatem ingrediens mulierem flagitiosæ, & perniciosæ vitæ nactus est: quæ blanditijs eam non demulcere, sicuti antea solitus erat, animaduertens, neque vlllo pacto alloqui, ait, Num me cognoscis? Tua sum amica. Is respondit. Equidem illa es, quæ solita es existere: ego verò amplius is non sum. Eo pacto ab illa aufugit, quam à seipso erat extricatus. Merito poterat direre vt D. Paulus, *Vino autem non ego, viuit verò in me Christus*. Vt Deus in nobis sit, nos ipsos fugere oportet, vt sui simus, debemus desinere nobismetipsis esse, vt tranquillitatem vitæ queamus possidere. Videtur mihi (ait Prior) homines qui avari sunt, quique charitatem & misericordiam in pauperes non exercent, hanc tranquillitatem nequeunt possidere. Nam si ad eam possidendam, diuitias & seipsum relinquere necesse est (sicuti dixisti) videtur, vt is qui tantopere ijs adstringetur, & sibi ipsi, pauperi nullam eleemosynam volet erogare, & nisi suis commodis studebit nec ingentiam atque necessitatem prospiciet quibus videbit proximos pressos. Is à conscientie quietæ, & tranquillitate vitæ alienabitur. Quantū in me est, pro comperto habeo, quo magis hæc in vita Deo arripet, est eleemosyna. Hoc (inquit Lusitanus) est verū. Ait D. Augustinus in quodam Sermonem eleemosynam peccata expiare, & pro nobis Deum nostrum exorare. D. Ambrosius, Beatus inquit, à cuius domo pauper sinu vacuus non egreditur. Ait D. Hieronymus in quadam Epistola. Hæc est species sacrilegij quo conscius is est qui bona pauperum non egeno elargitur. Et D. Chrysostomus in Matthæum. Eleemosyna tenebras expellit, ignem inferni extinguit, & ianuas paradysi referat. Vidua Hilisei cum oleum & vasa exhauriret, & in alia vacua infunderet, oleum excreuit, & auxit, & quamprimum plena fuerunt, defecit etiam oleum. Eo pacto si diuitias pauperibus impartias, excreuent, sin non impartias deficient. Hoc est quod aiebat Saluator noster. *Pro vno quod dabitis, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis*. Apostoli Iesu Christi, pauperibus atque inopibus quinque panes distribuere, quos pro alimento reseruabant, & ex reliquijs & fragmentis duodecim cophinos plenos collegerant, vt testatur S. Euāgelium. Historiarum monumentis proditum comperimus, inuidum D. Alfonso Enricum Lusitanie Regem, ditissimas eleemosynas erogasse non solum in suo regno, sed etiam Ierusalem Xenodochio octoginta millia nummorum aureorum misit, vt illis inopes & ægrotos redditibus sustentaret, vt pro ipsius salute Deo preces effunderent. Simile de glorioso D. Ludouico Francorum Rege, narratur, qui suo tempore magnus etiam eleemosynarius extitit. Vt cum reliqua mundi pars varijs bellorum tumultibus æstualet, suum Regnum & pacatum, & tranquillum remanebat. Nocte quadam mutauit vestimenta, vt eleemosynam pauperibus erogaret, sicuti de more antea habebat. A quodam Comite & magnate sibi perquam

familiari fuit recognitus, qui eum noctu, de quibusdam magni ponderis rebus acturus illum conuenerat; qui ab illo petijt, quid rei hora illa cum his pauperibus ageret? respondit Rex. Hi sunt mei milites qui meum regnum suis sanctis orationibus atque meditationibus propugnant, quæ sunt arma spiritualia, fortia, & potentia, nunc verò illis stipendia persoluo. Verba profectò tali tamque sancto Rege digna. Et non minus ea digna sunt, quæ trinentur & ponderentur, probata ab Amado Sabaudie Ducæ, qui filia Caroli 7. Francorum Regis in vxorem duxerat. Vt hic Princeps maiorem diuitiarum partem, eleemosynis pauperibus elargiendis insumeret, nullos canes, nullos aues, aut aliquid simile ad venandum alebat. Cùmque aliquādo, à quibusdam aduenis Legatis sciscitaretur, canes venaticos heberet, quippè qui locus ille erat Montiiugus & ad venatum aptus, respondit se habere. Et statim magnam pauperum multitudinem demonstrauit, quibus Archiclini cibos manducandos porrigerent, dicens, Hi sunt canes, quos nutrio, quibus spero & confido me Regnum cælorum lucraturum. Ita narrat Raphaël Volaterranus in sua Geographia, in capite de Prouincia Narbonensi. Fuit hoc responsum Principe Catholico dignum, quod singulis momentis atque horis Principū Christianorum auribus debebat suggeri, & exemplum vt oculis semper obuersaretur. Hic Princeps ab ijs multum discrepabat qui Actæoni similes omnem substantiam alendis canibus impendunt, etiam sapissime eos canes interficiunt. Et quanuis nonnulli eorum cauentur, dicentes, non idcirco ab elargiendis eleemosynis cessare, charitatemque exercere, & liberales, esse atque magnificos sese iactitent: dona eorum non optimo metallo conficiuntur, vt à culpa possint excusari. Multi enim sunt, qui dant, sed pauci sunt, qui dare possint. Sunt nonnulli qui solam eleemosynam toto tempore vitæ non conferunt, & pro excusatione, se post obitum confecturas testamento erogandas: si enim dum viuunt elargirentur, ad victum necessaria sibi non possunt suppeditare, neque tanta officia & dignitates conseruare. Excusatio equidem ab hominibus Christianis abhorrens, qui ni tantillum honorum & dignitatum amittant officij tela velatum, quod mera est vanitas, interim egeno & necessitate presso subuenire renuunt, qui fame eneetus est, aiuntque satis esse dummodo quandam eleemosynā testamento relinquunt. Non dico perperam actum esse si testamento eleemosynæ relinquunt: sed assero, qui ante obitum eleemosynas curant porrigere multo magis operari, cum quod habent, elargiantur. Etenim qui testamento post obitum aliquid legant, iam erogant quod ad illos non spectabat cum dederunt. Eapropter diabolus non multum conatur, cum testamento disponi cernit eleemosynas post mortem relictas: quippe qui quanuis in morte aut in vita erogentur, mauult eas, quæ in morte, quam quæ in vita erogantur. Vt eleemosynæ pars eius virtutis tollatur, sicuti tempus officinæ pharmacis. Quemadmodum lychnus, qui anteit, maius luminis impertitur, quam is qui retro, fertur: ita melior est eleemosynæ, quæ vitæ tempore confertur, quam ea quæ retro, vt post mortem erogetur: itaque ea quam conferimus, maioris valoris est, quam ea quæ post nos dabitur. Eleemosyna quæ datur pro defuncto, qui est in purgatorio, certum est illi prodesse: sed multo magis ea quam ipsemet in vita est impartitus. Et D. Thom. reddit rationem dicens, eleemosynam, quam pro nobis vitæ nostræ tempore damus magnam gratiam & veniam conferre: eam verò quæ pro animis nostris post mortem distribuitur, nobiscum gratiæ habere ratio-

rationem, non autem meriti. Eleemosyna vitæ tempore data, adeo præstans est, vt dicat Ecclesiasticus. *Eccl. 29. Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hac pro te exorabis ab omni malo.* Et alio in loco, *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Ait Iesus Christus Redemptor noster, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Et è contra D. Iacobus in sua Canonica: *Iudicium, ait, erit sine misericordia, illi qui non fecerit misericordiam.* Quemadmodum vitis adminicula cum ramos & fermenta sustinent firma remanent & immota: si autem debilia sunt nimisque arida vineæ magister in domum ferri iubet ad comburendum: ita diuites, qui eleemosynis pauperes sustinent & nutriunt, adstant radice fixi, in vinea Ecclesiæ, qui autem victum porrigere recusant, sed auaritia & cupiditate ignescentes, solam eleemosynam renuunt elargiri mittit. Deus ait in Deuteronomio: *Nec contrahas manum, sed aperies eam pauperi.* Et in Euangelio D. Lucae Deus ait: *Date, & dabitur vobis.* Et in eodem capite: *Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est.* Eleemosyna ditissima est, & opulentissima villa, pro bonis temporalibus & æternis tutissima. Qui vnum pro Dei amore erogabit, centuplum accipiet, & quod magis est vitam æternam, vt ipsamet Veritas ait. Quis vidit vnquam talem vsuram, talémue remunerationem? Parum dant homines, vt multum obtineant, bona terræ pro cælestibus, momentanea pro temporalibus, & pro nummo temporali atque humano perpetuum ius & diuinum lucrantur. Ideo ait Salomon in suis Prouerbiis, *Fæneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* Et in 3. capite eorum prouerbiorum. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Denique vnum ex his quo Deus strictius in vet. & nouo Testamento iubet, cum quo vult vt illi morem geramus, eleemosyna est. Quid ad hoc respondebunt in die iudicij qui nūquam languentiū & inopum miseriam subleuare sunt conati, non tantum operibus misericordiæ? Non me latet plurimos hoc in mundo futuros, qui excusationibus nequaquam indigebunt, & transuersis animis atque obliquis vtentur, vt sua crimina simulent: sed in alio tanquam pisces obmutescunt, & in locum meritorum demittentur. Quot sunt homines, qui superuacaneis & immodicis sumptibus, plures filias orphanas in matrimonium possent locare, quæ non longè sunt quin pereant, pluresque honestas matronas & viduas enutrire, quæ maleuolis ludibrio sunt. Tales sunt qui suis stomachis, suis auribus, brachiis, & digitis, tanquam latrocinium rapiunt miserorum perfrugium, & pauperum salutem atque remedium. Muros & parietes insigni peristromate tegunt, quæ sunt insensibilia, & quantumuis tamen panno vili, pauperes Iesu Christi non induunt, qui fame & frigore pereunt. Alij desiderio cupiditatibus & scenoribus indulgendi sitiunt, alijs superfluis pompis, alij sumptuosis & splendidis ædificiis, alij exquisitis suppellectilibus, alij peristromatibus: magni pretij & valoris, alij subtilibus alabastris, pretiosis marmoribus & picturis. Verum quantum ad charitatis opera, nullo pacto earum reminiscuntur: lapidibus mortuis expendant, lapides autem viui fame pereunt: vanis, & inutilibus sumptibus insunt, & aliorum magis necessariorum, nullus est, qui curam habeant? O demerentiam intolerandam! o gentem cæcam & perditam, ob res quæ citò depereunt! o tempora, o mores, o meras vanitates! Quot quotidie oculis intuemur, qui appetitibus omnino morem gerunt, quique cum

nomine Christiani sint, operibus paulò minus quam Ethnici sunt. De Deo loquuntur, & ab illo fugiunt. More solito lingua illos ad Iesum Christum extollit, cor verò longissimè ab eo alienatur. Aures verbis eius obturant, ne auscultent, muti sunt, ne loquantur. Assensum oculorum cæcitati præbent, eorum damno & discrimini se dedunt, carceri mundi cogitationes mancipant, conceptibus sanum iudicium non admittunt, nihil aliud cogitant, nisi vt voluntati obsecundent, & satisfaciant. Ad hæc eam non penitus adimplent: quia non desiderium vnum exequi cessant, cum de illo plures alij exoriuntur, iis non penitus valent perfungi: etiam idem quod obtinent, eos afflicat, & perturbat. Nummum auarus expetit, eumque obtinet, & quod antea ad suam quietem efflagitabat, in laborem conuertitur, & commutatur. Incedit per vias & omnis cogitatio, mens & desiderium in scrinio pecunia obferatur. Solam pauperi eleemosynam tribuit, ne ex thesauro quidquam expiscetur: interim irruunt latrones, qui eum deprestantur, nec obolam quidem relinquunt. Homines in auaros concionantur, & non solum homines rationis capaces, verumetiam animantia bruta, & insensibilia: adeo tamen stupore obduratur, vt ea non sentiât. Fontes omnibus aquas indifferenter impertiunt, riuli omnibus sunt communes, mare ab omnibus nauigari permittit, aer omnibus spirat, & afflat, terra ab omnibus conculcatur, pro omnibus fructum parturit, sol, luna, & sidera omnibus lucent, cælum omnes regit, imber omnes siue bonos, siue malos humectat: hæc omnia quæ omnibus communicantur, num aduersus auaros exclamant, qui omnia pro ipsis solis expetunt? Quis est quin hoc aperte videat, nisi soli ipsi? Verumenimvero conscientia exceduntur & accusantur, & exuuiæ, quæ ex cupiditatibus auaritiis scenoribus, vsuris, latrocinis, & impietatibus supersunt, molestiæ sunt & perturbationes inquietæ & miseræ ob peccatum patratum. Hæc sunt furiarum tædè quibus hæc in vita corroduuntur, vnde in æternos inferni cruciatus detruduntur. Attramen nullo pacto à peccatis desistunt, quippe qui nulla pauperum habita ratione, adeo cupiditatibus & scenoribus inhiant, & ab hoc mundo auelli permittunt, donec se extremo technarum & fraudium labyrintho inuoluantur, vnde in profundas inferni voragine absorbentur. Quocirca satis euidenter apparet, quantum à tranquillitate vitæ alienentur, quam iusti possident, veluti misericordes, & charitatis sectatores, quæ sunt vera scrinia, in quibus Deus bona sua deponit, tanquam foelicitatis exuuias. Sit igitur in votis eleemosynam porrigere, quisque quantum in eo situm est, & à nobis cupiditatem & auaritiam stirpitus extirpemus: cum adeo nostræ conscientie officiat, nec è summo cacumine frondes euellere sit contenta, verum etiam radices trunco tenus auerruncare? Mala enim herba nisi sarriatur, in dies adulescit.

De exemplo quod maiores debent præ se ferre, de que laboris laudibus.

CAPVT XIX.



Irificam percepi voluptatem (inquit Prior) cum tantis laudibus eleemosynam extuleris, eamque pro vna ex pulchrioribus & nobilioribus partibus ad vitæ tranquillitatem obtinendam,

existimes, mihi que videtur exempla quæ de Principibus attulisti, ad rem mirum in modum referri. Verum suspicor Reges, eosque omnes qui aliis, aut Imperio, aut potentia dominantur, non esse tranquillitate animæ fructuros, ob multas curas & negotia quibus inuoluuntur. Imo potius (ait Lusitanus) hi labores ad eam attingendam valde sunt necessarii. Nam si quieti, delitiis, & otio tribuatur, virtutem amittunt sine qua non potest parari tranquillitas. Et e contra honesti & laudabiles labores, ob virtute perpeffi, secum quietem & animi tranquillitatem ducunt: etiam illud adiungo optima ingenia labore nutrir. Quemadmodum herbæ aqua fouentur, & nutriuntur, si verò abundantius & profusius inundet aqua, eas suffocat. Sic animi labore vegetantur & vireseunt, si tamen nimius sit, eos adeo eneruat & exsuccat, ut necessarii labores ad eos qui aliis dominantur spectent & non solum quantum eorum priuatim res agitur: sed quantum ad Rempub. attinet, ut subdiri à superioribus exemplum mutuentur: siquidem certum est optimum Christianum nec munera nec functiones ob personæ superioritatem debere perferuari, sed ob cultum Dei & utilitatem publicam: nec habere, nec fitire dignitates & magistratus debet, ut ei mos geratur, cum Iesus Christus Dominus noster in mundum non venerit ministrare, sed ministrari. Laudarunt Gentiles humilitatem & virtutem, & superbiam atque ambitionem propulsarunt. Laudat Xenophon Lacedæmones, quoniam elaborabant, non ut regnarent, sed ut imperandi digni euaderent. Imperator Adrianus nummum excudi iussit & insculpi, cuius facie, sua imago ad viuum effingeretur, quæ sceptrum ab Aquilæ manu caperet. quod Iouis iussu offerebat, ut denotaret non Imperium affectasse, sed à Deo fuisse vocatum. Huius medallæ mentionem facit Pierius in Hieroglyphicis. Permulti fuere, qui Regna & Imperia reliquere, quorum historiæ plenæ sunt: alij sunt qui ea susceperunt, & ad efformandas & poliendas suas actiones conati sunt, ut viuo vitæ exemplo faciliori negotio subditos ad virtutem posset allicere. Ut enim ait Seneca. Ut parui virtutis vestigijs insistant, expeditius, & certius est, ut in primis ad maiorum exempla, quam ad præcepta & doctrinam conformentur. Equidem hoc in loco à veritate non abhorrebat. Nam ut ait D. Gregorius. Cum Maiores delitijs seruiunt, paruulis vitiorum habenas laxant ac dilatant. Et D. Bernardus in quodam sermone. Exemplum (inquit) bonorum operum viuus est, & efficax sermo. Quot sunt hoc in orbe terrarum, qui vitæ sanctorum exemplo se ad sanctitatem retraxerunt, & quot præclara equitum facinora exemplis heroum & inuictorum equitum gesta & parta sunt? ut refert Plutarchus, Trophæa insigni Militiadis Themistoclem, ad præclaras res gestas obeundas impulere. Heroica felicitis Achillis facta magnum Alexandrum ad maiora consequenda excitarunt. Illa eiusdem Alexandri Iulium Cæsarem, ut horrendos & inauditos bellorum effectus susciperet, stimulis agitarunt. Eapropter Suetonius Tranquillus in eius vita ait: Cum Iulius Cæsar in Calice, ciuitate Hispaniæ imaginem Alexandri in Templo Herculis conspexisset, multas lacrymas emisit, sibi ipsi inuidens: propterea quia cum ad ætatem Alexandri cum Græciam & Persas subjugasset, peruenisset, non adhuc suo iudicio re quapiam memoria digna fuerat perfundus. Ex tunc insignia facta mirandas res gestas aggredi in animum induxit, & decreuit: quæ quidem est exequutus: hæcque Octauium ut similibus operam daret, compulit: Octauij, Vespasianum & Titum, illa verò horum duorum Imperatorum Traianum, aliis-

que incitarunt. Itaque præclarorum facinorum exempla, cor & voluntatem ut eos & imitarentur, & sequerentur, inflammavit. Vnde fit ut sapissime. Quales sunt Principes qui moderantur, & in quos subditi oculos deflectunt, tales sunt aut expetunt fieri subiecti: & quales in Republica principes, tales reliquos solere esse ciues. Cum filij Israel ex Ægypto egrederentur, ut ad Terram Promissionis properarent, narrant sacræ literæ, eos habuisse columnam pro duce, qua ducebantur, & regebantur: si columna properaret, illi etiam properarent, si sisteret, illi etiam sisterent. Principes & præclati, qui alios Imperio & dominatione tenent, debent considerare esse columnas, & duces suorum subditorum: & si per virtutis viam ambularunt, eorum subditi, à pari tramite non aberrabunt: si autem non mouentur, nec alij passum agredientur, bono aut malo eorum exemplo insistentes. Cur iubet Princeps ut alij currant, cum ipse met sit? Cur optant Principes ut populi per viam & tramitem virtutis properent, cum illi vitiorum montibus cursitent vagabundi? Rex David non dicebat, Venite exultate Domino, & iubilate: sed, Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo saluari nostro. Præstans ille rex haud erat nescius, quam potentior sit virtus verbis, ut opera excitet, & quanto pere vitium magis hominem dedeceat, quam subditos. Quemadmodum difformis cicatrix, & vulnus videmus peius, magisque faciem maculare, quam cæteras corporis partes: pari ratione vitium Principi detestabilius est, qui facies est, in quam oculos cæteri reflectunt, quam subdito, in quo minus contemplamur, & speculamur. Eo magis aurum purum est, eò encaustum abiectum exiguique valoris agnoscitur: & eò magis pannus tersus est, & purus, eò magis labe aut macula eum deturpat, & maculat: tanto etiam eminentior & sublimior est is qui dominatur, & ob virtutem atque exemplum præponitur, eò magis in eo peccatum peius est: quocum non solum seipsum damnat, sed etiam quampluribus aliis damnationis præbet occasionem. Et quanuis verus sal esse debeat, solum est salinum: lumen, & nihil est nisi tenebræ, & non solum est obtenebratus, verum etiam reliqua omnia obscurat & obnubilat. Propheta Zachar. viuum exemplar hominis iusti tradit, dicens: *Vidi, & ecce candela* Zach. 4. *delabrum aureum, & lampas eius super caput ipsius.* Hæ sunt lampades, de quibus Iesus Christus apud S. Lucam loquitur. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucerne ardentes in manibus vestris:* quæ lucerne ut ait D. Gregorius in eadem Homilia exempla sunt virtutis. Dominus noster de his loquens ait: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, qui vident opera vestra, ut glorificent patrem vestrum qui in calis est.* Idcirco ait D. Paulus ad Romanos, *Providentes bona opera, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Et in epist. 1. ad Corinth. *Facite omnia propter ædificationem.* Et ad Titum, *In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum.* D. Augustinus ait in libro de Pastore, *Qui in gubernatione populi malè viuit, quantum in se est interimit, illum qui eum contemplatur, & ab eo dependet.* Ait D. Gregorius in suo Pastore. *Qui claculum bona opera exequentur, & alios in quibusdam eorum operum malè opinari permittunt, quâuis eos viuificent, nihilominus alios exeplo malæ ædificationis interficiunt.* Ait D. Leo Papa in quodâ Sermone. *Exempla maius virtum & roboris habent, quâ verba, & exempla quæ singulis diebus maiori feruore nos commouent sunt illa superiorum quæ cum iusta sint, velut amissis sunt, quæ non solum recta est, sed alia etiam dirigit: cum autem iniusta sunt, virgæ sunt tortuosæ Soli expositæ, quarum*

Exod. 13
Nom. 14.
1. Cor. 10

Psal 94

Zach. 4.

Luc. 11.

Luc. 11.

Rom. 11.

Tit. 2.

rum

rum umbra quæ populus est, etiam tortuosa est, & corpori similis. Pulcherrimum est cum Reges quantumvis magni & potentes, ex seipsis virtutis & deuotionis exemplum præbent, quantumvis illud hominum iudicio minimum videatur. Memini, nostri Ordinis Religiosum aliquando mihi narrasse. Cum die quadam Emanuel Lusitanorum Rex ad quoddam monasterium Penalonga, vocatum se conferret, cum in templo preces suas effudisset, à Priore sciscitatus est, quomodo Patres valerent? Cumque is respondisset quosdam esse morbo detentos, Rex ipsemet eos inuisit, & cum valetudinarium ingrederetur, cuidam ex afeclis chyrothecas tradidit, qui alijs rebus intectus, eos sub altari posuit, in quo rem sacram ægrotis, celebrare mos erat. Quod Rex percipiens in afeclam succensuit, dicens. Audes tu chyrothecas sub altari Domini nostri ponere? Et hæc fatus, chyrothecas accepit, & eas humi proiecit, & ante altare curuans genua, orationem effudit. Hoc deuotionis & humilitatis exemplo hic Christianus Rex omnes illic astantes idem facere incitauit. Virtus Domini & Magistri animos subditorum, vt eius virtutem insectentur, extollit. Ferunt aliquando Ioannem 3. Lusitanorum Regem à quodam Lusitano qui longinquo tempore in vestra Gallia mansionem fecerat, eum sincerior, atque purior in fide quam tunc temporis floreret, percontatus est, quidnam sibi de Religione & virtute Gallorum videretur. Cui respondit, Gallorum virtutem quodammodo firmiorem & solidiorem quam eam Lusitanorum sibi videri. Quo responso Rex attonitus, propter Lusitanorum famam & celebritatem per totum terrarum orbem illustratam, ab eo petijt, Cuiusnam rei opinione fretus, illud protulerat? Ille respondit. Quoniam Galli ob Dei amorem ad virtutem inflammantur, Lusitani verò propter tuam Altitudinem virtutis sunt præstantes. Hoc respondit non propter Dei amorem; sed quoniam inuictus hic Rex adeò iustus erat, adeò probitate, pietate, & religione præstans, adeò insignes, & inlytæ eius heroicæ virtutes, vt ad suos incitandos & ad virtutem cohortandos sufficerent, aut saltem eiusmodi esse apparerent. Hi duo Lusitanorū Reges quos adduxi, pater & filius fuerunt, ita eximij, vt magno erroris & ingratitude vitio verteretur, si quocunque in loco sim, gloriosa eorum facta non prædicem cum per opportunitatem licebit, quod sanè fiet quoties arridebit, nullusque erit labor, aut cura, quæ mihi sit impedimento quominus ea non recenseam. Videte igitur quàm maximè Principum exemplum sit necessarium, qui de præclaris laboribus debent gloriari, vt veram in cælis quietem consequantur. Ergo rectè infertur (ait Prior) honestos labores Principum, eos non tranquillitate animæ orbare, imò potius otium ad eam ex illis auellendam sufficere. Etiam (inquit Lusitanus) Gentiles hoc non ignorarunt. Quis quæso Herculem pro immortalitate à Gentilibus habere fecit, nisi labores quos exantlauit? de quibus Diodorus Siculus mentionem facit. In laboribus iustis & honestis omnes eniti oporteret, potissimum ij qui imperant, & potentia pollent, vt suis stent pollicitis pacemque animi attingant, neque trepidare neque fremere debent, cum angustijs atque mæroribus quassantur, imò prius ijs debent occurrere, animi & patientiæ viribus omnia subeunt. Tunc enim debilitatur tribulatio, cum patientia præcurrit.

De rerum humanarum tolerantia.

CAPVT XX.



Mæc (inquit Philosophus) nostras ædes perraro ingreditur, & si forsan ingreditur, hoc fit violentia, ac si quibusdam instrumentis & machinis attraheretur: quippe qui sapissimè passiones in corde aceruatim accumulatur & glomerantur, vt videatur patientiam perdifficili via sedem & locum quo pedem figat, posse nanscisci. Antequam occurrant labores (inquit Lusitanus) homo sapiens, patientia debet muniri, quæ cum prior possessionem inuaserit, locumque in corde occuparit, labores ægritudines & incommoda parum detrimenti possunt afferre. Patientia firmissimus est clypeus, qui summa cum securitate aduersitatis ictus subit. Multoties de illa mentionem factam audiui (ait Philosophus): sed quantumvis mihi lucido meridie ostenderetur, eam nondum potui, aut deprehendere, aut pernotare. Eam videndi desiderio flagro, vt qua forma & habitu componatur intelligam. Conijce oculos (ait Lusitanus) in Iesum Christum Crucifixum, in illo eius perfectionem videbis. Quemadmodum qui arti picturæ operam nauare desiderat, tabulam præstantissimi pictoris inuestigat, vt tractus & subtilissima delineameta quæ sciet eligere, possit efformare, exemplari, quod ob oculos posuit, conformia, eo pacto idea quam in suo intellectu habet insculptam & cælaram dat motum manui, & penicillum imaginationi reddet attentum. Ita optimus quisque Christianus, qui miserijs & calamitatibus immergitur, oculos in mortem Saluatoris nostri debet deflectere: & in hac viua tabula, veram patientiæ imaginem contemplabitur: maiori illustratione, excellentiori pretio, & illustriori perfectione quæ cõcipi queat. Deinde oculis Martyres sequaces & imitatores Iesu Christi proponat, videbit labores, quibus expositi fuere, videbit patientiam quam in his tolerandis vsi sunt: videbit denique Martyrem gloriosum. Ob Iesu Christi amorem saxi erant obruti, & in medio tormentorum in fauorem salutis persecutorum intercedere non cessabant, tanquam veri athletæ huius diuini Ducis imitatores, qui in Cruce extensus Deum patrem pro ijs qui crucifigebant & persequebantur, rogabat. Videbit S. Petrum Crucifixum, S. Paulum, capite plexum, S. Laurentium in medio crudelium flammarum tostum, & oculis in Deum erectis, D. Sebastianum sagittis & telis vndique confossum. S. Clementem in mare proiectum. S. Ignatum Leonibus expositum, alios vulneratos, alios articulatim dissectos, alios varietate cruciatuum & tormentorum dilaniatos, qui gaudentes ob amorem Iesu Christi ad mortem properabant, aspectuque alacriori & iucundiori quàm si se in possessione maiorum Regnorum & Dominationum terræ intromississent. Nec gladio, nec crudeles flammæ, nec nouacularum rotæ, nec funes, nec equuleus, aut aliud quoduis genus tormentorum eos potuit pesterrere: sed corporibus defessis, & eneruatis, animis sanis & infractis, & absque vilo defatigationis aut laboris signo, tanta constantia & robore afflictiones & cruciatus tolerabant, vt eorum potentia merito miraculosa posset nuncupari. Afflicti iniurijs improprijs atque tribulationibus hos sanctos admirari & contemplari debemus. Equidem hoc summum & salutare nostris duris, & nostro iudicio incõparandis calamitatibus remedium, patientiâ qua Iusti tot tantâque supplicia exantlarunt, contèplari. Quemadmodum qui ardore febrili excruciantur, quæcunque manducant insipida, fastidientia & absque vilo gustu ducunt. Et si alios sapore atque appetitu comedentes perspiciant, tunc bona & optimè condita iudicant: & succensent, non in condimentum, sed contra seipsos & valetudinem.

Pari ratione cum aliquid nobis inuitis accidit, & tribulationibus compressos: atque afflictos perentimus, absque contemptu aut ægritudine illa nobis sunt subeunda, neque acsi dura essent & intolerabilia, conqueri, cum alias alacri quodam vultu & solatio ea sorbere videmus: tunc in nos ipsos nequaquam succensendum est, qui sumus insipidi & ægroti in anima, potius quàm in ea quã ex nostro dolore aut ægritudine procedere suspicabamur. Martyrum patientia (inquit Philosophus) non male ad rem conuenire videtur: sed in eo quod asseris quod perpetiebantur meritò mirum dici posse, hoc mihi non admodum probatur. Res (inquit Lusitanus) huiusmodi qualitatis ita vocari debent. Narrat Cassianus, Cùm quidam Christianus in Alexandria ab infidelibus fuisset inuestitus, ab iis multis conuitiis & improperiis est affectus, cùmque ab eo percontarentur. Quidnam admiratione dignum suus Iesus Christus gesserat, respondisse fertur, egit quod à me fieri conspicitis, hoc est in vos nullomodo sum debacchatus ob iniurias quas impinxistis. Hic vir oculos in Iesu Christi Redemptoris nostri patientiam deflexerat, ideò non impatienter iniurias quæ infligebantur, ferebat, & suæ propriæ demissionis atque debilitatis habita ratione, miraculosam patientiam qua Deus illum muniebat, arbitrabatur. Possent varia multorum exempla huc afferre, qui in patientia multum sunt progressi: sed ne mea oratio, huiusce mei ingenioli terminos transfiliat, per transfennam quidpiam attingam, sed paucis. Sacerdos Romanus, vir summe existimationis, valoris & virtutis Pigmenius vocatus oculorum lumine priuatus non solum suam cecitatem patienter ferebat, verum etiam vt ait (Anthonius Sabellicus) incredibilem percipiebat delectationem, quòd tribulationis Lydio probaretur. Obuiam prodiit aliquando Iuliano Apostatæ qui eum videre optabat, propter veterem amicitiam, qua eum antea prosequutus fuerat. Itaque ait Iulianus, Gratias immortales Deo reddo, cùm te videam. Ego verò (respondit Pigmenius) cùm te nò videam. Et non tantum maximam patientiam in morbi aduersitate perpeffus est, sed constans etiam virtute, nullo timore mortis perterritus, Tyranni barbariem & crudelitatem contemnens, qui cùm Christianus esset in Gentilium errorem prolapsus fuerat, hostisque capitalis Iesu Christi redditus. Baptista Fulgosius narrat admirandam duorum Adolescentum patientiam, quibus magnam inferrem iniuriam si hoc in loco eos silentio præterirem. Cùm crudelis & inhumanus Imperator Diocletianus hos nobiles Iuuenes Christianos esse factos aspiceret, adeò ira efferbuit, vt statim è libro atque cathalogo nobilitatis sua nomina deleri, & expungi iusserit, eosque carceri mancipatos in obscurissimum ergastulum iussit conici. Totis viribus nixus est, eos ad cultum & adorationem falsorum deorum allicere, nunc blanditiis nunc multis pollicitationibus eos demulcere tentans: verum tempus & operam perdere animaduertens, iussit magnam Artificiorum & crudelium atque horrendorum suppliciorum struem parari: eosque coram altari, vbi Idolis litabatur, apponi. Ibi iussit duos illos Christianos tractos, Idolis sacrifici care, sin autem parabantur illis horribilia tormentorum genera, quæ forent subeunda. Hi duo nobiles Antiocheni, in fide firmi atque constantes, patientia armati, piis sermonibus stantes, & spiritu concordés atque vnanimés respondere. Nullum esse tormentorum genus, quantumuis crudele atque horribile quod illos tantillum à còstantia posset dimouere: cuius experientiam reddere præsto erant, ne aliquis eorum animo deficere, aut terribilium atque acerbissimorum

suppliciorum rabie labasci arbitraretur. Et cum iussit, vt experientiam constantiæ, quam tantopere efferebant, redderent, ambo impauidi in ignem altaris sacrificij Idolorum manus iniecere, hincque non tantulum dimouere, donec omnis caro flammarum ardore fuit combusta, nec vllum doloris aut impatientiæ indicium manifestarent, imò admirabilem patientiam & adeo infractum & constantem animum, vt longe Mutij Sceuolæ Romani constantiæ antecellerent. Hoc pacto gratias immortales Deo redderent, Tyrannum, qui eos excruciebat, parui facientes. Legitur, cùm Philosophus quidam rogaretur, cur tantopere mortem sui amici desleret, qui animam efflabat, quumque naturæ tributum persoluebat, respondisse. Non tatum desleo quòd moriatur, sed quoniam tu viuis: nam in Græciæ Academiis magis lugeamus quod impij viuant, quàm quòd boni moriantur. Aristippus à quodam impudenti & petulanti aggressus, qui eum multis conuitiis & iniuriis vrgebat, respondit. Tu dominus es ad maledicendum aptus, ego verò ad illud audiendum. Ait Pittacus Mytilenus, Homini sapientis & virtute præstantis proprium esse, ne iniuria illi infligatur præuidere, & iniuriæ ac magnanimi inflictas iniurias patienter tolerare. Proditum est, cum Imperator Mauritius Constantino poli regnaret Phocas in eum irruit, eumque trucidauit: sed homicida vt maiori dolore atque iniuria eum afficeret, prius coram suis oculis Imperatricem charam eius vxorem suosque liberos trucidauit, qui ei admodum erant chari, teneræ delicia oculorum lumen, & baculus cui aliquando canam senectutem inniti sperabat. Seruus autem qui vnum ex eius filiis nutrebat, eum abscondit, ne interficeretur, propriumque filium carnificibus tradidit, loco illius Imperatoris Mauritiij macandum: Qui tantæ tamque inaudite fidelitatis certior factus, veritatem Tyranno detexit eum exorans, ne hunc paruulum necaret, qui sui serui erat filius, sed vt potius proprium filium enecaret. Non enim par & æquum erat, vt alius sua debita persolueret. Et quoties vnum ex filiis occidere conspiciebat, exclamabat. *Iustus es Domine. & iustum iudicium tuum*, & incredibili cum patientia hoc crudele spectaculum oculis suis contemplabatur. Ita narrat Nicephorus Calixtus in 18. suæ historiæ Ecclesiasticæ libro. Hic Imperator mala quæ in Deum patrauerat, in memoriam reuocabat: cùmque se hoc iusto supplicio dignum agnosceret, patientiæ clypeo muniebat. Vxoris dolor, miseri filij afflictæ serui, conuitia & iniurias tanta cum impatientia debacchabantur, vt nullus esset, quin eos audiens magna compassionè illorum miseresceret, hoc excepto Tyranno qui nullomodo commotus, aut tam miserâdis lacrymis mitigatus, vt ferorum Tigridum corda emollissent. Omnia in hoc palatio planctibus & suspiriis ex intimis præcordiis tractis circunsonabant, quæ immensum dolorem atque acerbicatem testabantur. In omnibus huiusce domus angulis, nihil audiebatur præter dolores, dolendæque lamentationes, è falso mundo lamentabantur, a misero illo discedebant, ab afflictæ Imperatrice, ab innocentibus filiis, adeò lugubribus & flebilibus verbis, vt hi qui extrema quæ hoc in mundo erant prolaturi non erant nescij. Audiebatur gemitus & clamor ob crudelem horum Principum mortem, non solum his viris quibus eorum cura & sollicitudo, occasionem beneficia non obliuioni tradere attulerat, verum etiam aliis qui minoris amoris vinculo amicitiam icerant. Itaq; omnes viritum, alij maius, alij minus, communi omnium voce dolorem manifestabant. Et quanuis hæc omnia animum huius infelicis & afflictæ Imperatoris perculissent, ac viscerum præcordia transfixissent, & quid-

& quidpiam eius patientiæ expugnassent, hæc tamen omnia non potuere, à tanta magnitudine animi, tantaque constantia detrudere, quàm tam libenti animo tot suppliciorum genere oppetebat. Verum non est inficiandum, quin ij pluribus supplicationibus atque intercessionibus Tyrannum exorassent, ne tam inaudita crudelitate vteretur: Et fortassis hæc supplicationes aliquid valoris habuissent, si nobilis atque humanus extitisset. Nam in cordibus magnanimis & generosis multa mala opera paucis verbis remunerantur, utpote lutum aqua dilutum mollescit. Ita homo iram & furorem suauibus verbis mitigat. Sed quemadmodum arenæ eò magis aquæ infunditur, eò induratur, ita hominibus abiectis ingloriis, & hebetis ingenij eò magis pietas inculcatur, & morem gere-re conamur, sed crudeliores inexorabiliores & duriores inuenies. Quemadmodum lapis Achatæ, aqua comburitur, & aceto extinguitur (quod Dioscorides & Nicander alio lapidi Tracie vocato tribuunt) Pari ratione homines sunt adeo efferi, rabidi & crudeles, ut eo quo extinguui deberent, accendantur, & extinguantur: eo quo deberent accendi. Talis fuit hoc inexorabile monstrum, intradabile & crudele, in iis quæ in palatio Imperiali patrauit, & in vltione quàm è constanti Imperatore sumpsit, quod lacrymarum calamitosorum afflictorum aquis grauius excandescibat. Huic exemplo Mauritij aliud simile est, quod adducam, non minus patientia, firmitate & magnitudine animi dignum. Erat Grimoaldo Longobardorum Regi filius Remoaldus vocatus qui Beneuento Ciuitati Italiæ mansionem faciebat, à Constante II. Imperatore heretico, & Ecclesiæ Catholicæ hosti obsessus. Remoaldus seruum quendam, quem ex ephebis aluerat, ad patrem misit, ab eo expostulans, ut subsidium conferret. Rediens itaque Seruus cum literis Regis patris (quibus certiore filium reddebat, se statim venturum, & castra metaturum: interim bono animo esset) à copiis Imperatoris captus fuit, qui cum literas quas Rex ad filium mittebat, perlegisset, eius aduentum noluit expectare, videbaturque fieri non posse, ut ante Regis aduentum ciuitatem expugnaret, nisi arte quadam & fallacia vteretur. Tabellario literarum, quem captiuum detinebat, dixit, ut hac nocte ad mœnia vrbs accederet, Principemque Remoaldum alloqueretur, eiq; suaderet, ut se Imperatori dederet, quia pater eius prestò esse non poterat: quod si facere renueret, iubebat, ut illicò interficeretur, & secum cataphractos milites misit, qui eum ad muros vsque Beneuenti deduxere. Quo peruentus Principem Remoaldum accersit, & ad inuicem se noscitanes, hæc est fatus. Tuus sum seruus, à patre tuo responsum ferens, qui te admonet ut bono sis animo: nam statim opem est laturus. Iam flumen Satricum peruenit, & intra tres dies huc aderit, cum ingenti exercitu. Amplius te certiore facere non possum, propterea quod in potestatem tuorum hostium sum redactus, qui me captiuum duxerunt, iamque mihi parati sunt mortem inferre. Vxor mea meique liberi tibi curæ sint. Hæc extrema verba fatus, statim fuit interfectus. Hi sermones tantum virium habuere, ut obsessorum cordibus firmam deliberationem quominus se in potestatem inimicorum traderent, impressere, obsessoresque ita perterrefecere, ut obsidionem soluere & abscedere cuncti fuerint. His enim verbis incolæ ciuitatis animos & vires recuperare, qui paulò antè aditum timori aperuerant, & obsessores diffugere nec ausi sunt Regem cum copiis præstolari, eiusque temeraria audacia in infamam receptum redacta est. Baptista Fulgosius ait hunc Seruum vocatum Gesualdum,

qui occidit: dignus sanè vt nunquam ab hominum memoria deleatur, siquidem effusione sanguinis vitam hominum conseruauit, obsidionem soluere ex ciuitate inimicos cogens, cui propria morte vitam restituit, eam à potestate crudelis heretici eximendo, magno cum animo, constanti firmo & forti, fidelitatis pleno, tranquillitati & honesta audacia. Qui enim nomen æternitati commendare desiderant famam in permutationem vitæ mercantur.

De patientia effectibus eiusque laudibus.

CAPVT XXI.



Ehementer exopto (ait Prior) aliquid de patientia bonorum intelligere, præsertim cum patientia Deo laudem tribuunt. In memoria habeo me apud D. Ambrosium in quodam Psalmo legisse, hanc patientiam merito magnificam vocari, cum homo afflictionibus oppressus, Deum suum, eiusque iudicia collaudat. Quantumuis magnæ sint virtutes quas homo possideat (ait Philosophus) nisi adsit patientia videtur plurima deesse, ut perfectionem attingat. Huic rei conforme est (ait Lusitanus) quod D. Gregorius in suis Moralibus dicit, nullum esse perfectum nisi patienter aduersitates toleret. Qui serena fronte aliena mala non patitur, ipsemet suæ impatientiæ testis est, & quantum à perfectione distet. Abel non vult is esse, in quo malitia Cain exerceatur: in agris inter sentes oriuntur flores rosæque bene olens, cum spinis quæ pungunt atque ledunt, crescit. Hic est sensus verborum D. Gregorij. Hæc patientia bonorum malorum perturbatio est. D. Chrysostomus in Epist. ad Hebræos ait: Nihil est quod maiorem confusionem ij qui malè agit pariat, quam tolerantia & patientia eius qui patitur, nec aliquod iudicium aut voluntatem, verbis aut operibus vlciscendi, præ se fert: malum cum infamia remanet, & bonus cum sua gloria. Hugo in lib. de Anima: Hæc est, inquit magna virtus, malum pro malo reddere. Maior est gloria ei parere, cui nocere, aut officere potes. Ita nobile genus est vltionis ei condonare qui victus est. Vnde fit ut dicat Cassiodorus super Psalms, Patientia omnes aduersitates superat non pugnando, sed patiendo. Valerius Maximus in 3. libro ait: Aduersa æquo animo tolera: nihil enim aliud hoc est, quam in tuam opem fortunam pudore victam conferre. Ait Seneca. Cum aliquando Xenophon grauius à quodam iniuriis & conuitiis lacesitus esset, respondit: Didicisti conuitiari, ego verò patientia pro teste communitus, disco tuas iniurias minimi facere. Aiebat Bias uti refert Laërtius. Extremum malum est, malum non posse pati, & patiando, magnum bonum est. Dicebat Anthisthenes, ut narrat idem Laërtius. Nihil aliud concupiscere, ut felix fieret in hac vita, nisi Socratis animo donari, eiusque in aduersitatibus patientia: in quo nec vllum doloris iudicium indicabat. Ea ipsa sententia fretus erat Possidonius qui tædio & dolore affectus, Pompeium alloquens, qui eum inuiserat, magnis podagræ doloribus & aculeis agitatus, ait, Nihil tibi prodest, dolor, parum lucraris, quanuis mihi molestus & grauis sis, nunquam fatebor te peperam agere. Ita narrat Brusonius Contursinus in suo secundo libro. Quibus ex rebus Guido Bituricensis Cæsarem collaudabat, patientia erat in affli-

*D. Greg.
in moral.*

*D. Chrys.
in epist. l.
ad Heb.*

*Hugo. lib.
3. de ani-
ma.*

tionibus, eas enim patienter digerebat. Cum enim ad eum perlatum esset, quod de illo Romę male loquerentur, respondit: In libera Ciuitate, linguę etiam liberę esse debent. Quod etiam Suetonius Tranquillus de illo refert. Dicebat Vespasianus, nullum posse quemquam iniuriis afficere, quasi denotans, offensę quę fiunt in eum qui eas non cõmerent, non in eum qui iniuria est affectus, cadunt, sed in eum qui conuitiatur. Quare dicebat se iniurias nihili putare, quę aduersus eum proferrentur. Xiphilinus abbreviator Dionis Nicis in vita Titi Alexandri Romani Imperatoris post mortem Anthonini, dicebat maximę æquum & par esse hominibus multum temperatis res optimas expetere, & pati ea quę interueniunt siue bona, siue mala, vt testatur Herodianus in suo 6. libr. Multa alia documenta & exempla ex humanis historiis de patientia tractantibus possem exhaurire, quę tacitüs prætermitto, vt de diuinis aliquid agam. Quis est qui non videat, quantum admirabilis fuit patientia Isaac, qui à patre permisit alligari, vt immolaretur? Non legimus eum minimũ verbum luctuosum aut ingemiscens protulisse. Præterea quis est, qui nesciat, quanta patientia Ioseph à fratribus suis Ismaëlitis venundari permisit, & quam faciliẽ iis indulsit? Ait Scriptura de Dauide in 2. Regum. Eum fugere à filio suo Absalon magna cum patientia, quam iniuriis sibi à Semei inflictis patefecit. Helisæus tanta etiam tolerantia perpeffus est, vt nonnulli hominum, eum, vt captiuum ducerent agredientes, qui cęcitate percussi, noluit permittere, vt aliquod malum iis inferretur: sed iussit eis vt porrigeretur cibus ad manducandum & in libertatem restituerentur, eos dimittens, vt in patriam reuertentur. Tobias, Daniel plurimi alij quos enarrare longum esset, maximẽ ob patientiam sunt commendati. Ecclesiasticus ait in 2. cap. *Va his qui perdidērunt patientiam.* Et Salomon in Prouerbis: *Doctrina viri per patientiam noscitur.* Et Iesus Christus Redemptor noster, apud D. Lucam: *In patientia possidebitis animas vestras.* D. Iacob. in suis epistolis: *Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra.* Et D. Paulus ad Heb. scribens: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & consummatorem iustum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.* Amplectamur igitur nos cum patientia, & si hæcenus in hoc errauimus nostras culpas expiemus, nostrasque defectus agnoscamus. Nihil enim mirum hac in vita reperietur, quin aliquid ad poliendum & limandum supersit. Et homo qui in dies in quendam errorem non illabetur, rara erit Auis in terris, nigroque simillima Cygno, vt dicitur. Philosophorum auctoritates (inquit Prior) plurimum commouent, sed multo magis illę Sanctorum, optimẽ autem omnium hæc sacrę Scripturę, præcipuẽ cum hæc exempla sunt vt ea quę depinxisti, Isaac, Ioseph, Job, & aliorum qui sibi potius vitam, quam patientiam proposuerant perdere. Homines abiectę cogitationis (ait Lusitanus) qui iam appetitibus laxarunt habenas, & qui iã conscientiam habent lapideam, patientiam pro re vili ducunt, quanuis summis laudibus digna sit, & iniuriis affecti censentur, cum pacifici, & pacati vocantur. In tantam confusionem & abusionem irruit mundus, vt homines, quidam ex inclytis & insignibus virtutibus decorari dedignantur, & vlciscentes esse sum mopere iactantur & gloriantur, quod sanẽ vilissimum & infimum est. Fuit & superbi homines tanti vltionem faciunt, vt seipfos prius malint perdere, quam ab illa praua vltionis consuetudine abduci.

De desiderio vitę, & contemptu mortis.

CAPVT XXII.



Admodum suspicor (inquit Prior) impatientiam maximum tranquillitati vitę detrimentum afferre, & non minus superuacaneum desiderium & anxietate atque immoderate eiusdem vitę cogitationes. Satis de impatientia verba fecisti: nunc vt aliquid de immoderato viuendi desiderio, tractes, efflagito. Istud desiderium (ait Lusitanus) adeo erga nonnullos vehemens est, vt potius viuendi curam habeant, quam salutis inuestigandę. Quod euidenter ostendit quantum alienati & separati à quietudine & tranquillitate animi, vitam degant. Adeo strictẽ alligatam animam detinent, & corpori annexam, vt omne genus & detrimenti, & damni patientur, tam in fama, quam in conscientia, antequam vitam mortis periculo & aleę exponere audeant. Sed optimi Christiani semper Deum habent præ oculis, & tranquillitatem atque serenitatem animę expetunt, cum parati sint & expositi potius vt vitam perdant, quam vt Deum perdant. Mortem pro vita habent, ob eius amorem passam & toleratam, paupertatem pro immensis diuitiis, iniuriam pro honore, dolorem pro gaudio & solatio. Quemadmodum res quę simplici nodo annectitur, faciliẽ dissoluitur, ita vt si ab vna extremitate capias, per aliam denodatur: sed si firmo nodo, & compresso adstringatur, vngues prius dilacerabis & dentes confringes, antequam eam dissoluas. Ita est anima, quę cum corpore solo laqueo connectitur, quo nisi tantum ad cultum Dei vtimur, eam relinquere faciliẽ est: nam adueniente morte corporali eam alacriter recipit. Verum anima quę corpori cæco affectionis nodo corpore constringitur, qui illud strictẽ comprimit & coniungit, dissolui ac diuidi, nisi difficili negotio potest. Vnde fit vt plures in ignominia vitam agere malint quam si cum honestate mortem oppeterent: multum ab aliis discrepantes qui malunt cum gloria mori, quam cum dedecore, & vituperio viuere, quorum præclara facinora nulla vnquam ætas poterit confopire: sed ipsa æternitas continuo eos oculis depictos pro perpetua memoria deferet. Et quanuis terra exedat & consumat corpus, memoriam tamen præclararum eorum rerum gestarum & insignium virtutum nõ poterit deglutire, ac absorbere. Plurima scriptis redacta inuenimus, tam magnanimo atque præstanti animo & audacia, vt ferẽ omnem humanam cogitationem excedant. Quę quidem animum tranquillum & constantem manifestant, qui nec vlllo mortis terrore, nec miseriis huius vitę à virtutis firmitate separatur. Nulla est diuitiarum mundi cupiditas, nec eius honorum ambitio nec eius desideriorum spes, quę à robore & constantia illos possit auellere. Non temerariam eorum audaciam laudo qui pro futili & momentanea gloria perhorrendis discriminibus, captique difficillimis, & factu ancipitibus exponuntur: hoc enim non ab animo tranquillo promanat, sed ab effrenata perturbatione fucata: famę aculeis orta & excitata, tuba sapissimẽ operum reprehensione dignarum. Talis fuit illa Alexandri Macedonis, qui cognomen Magni cepit, cum alias minimus esset: etiam si Paulus Orosius dicat, eum merito magnum posse appellari, siquidem magnum infelicitatum pelagus fuit, & crudelis Orientis tempestas. Quintus Curtius de illo ait, & refert Genesius Sepulveda in suo Dialogo de gloria, cum aliquando periculosum vulnus in acie excepisset, vbi admiranda

randa gessit, & à suis persuasus, vt suæ vitæ consuleret, neue aded periclitanti discrimini obijceretur, respondit. Non spatio ætatis metior, sed gloriæ. Non annos numero, sed victorias. Si rectè fauores quos à Fortuna cæpi satis diu vixi: quid igitur mihi opus est pugnare? Apud me statuo, in Theatro mundi vniuersalis situm: talis est mea conditio, tali stirpe sum propagatus, vt multa prius debeam expetere, quam longinquam vitam. His vtitur sermonibus Rex Gentilis vnitate, & præsumptione ampullascens, à suo proprio corde falsas, ad suum damnum procliuis, aded audax in verbis vt superbus in operibus, cui erat perfacile vitam pretio famæ venundari, non pro vera virtute, sed pro quadam iactantia, vanitate, & ambitione, à quibus occyssimè compulsus, & agitatus labores non effugiebat, quibus imperium & gloriam posse assequi suspicabatur, imò potius totis viribus vt laborem indagaret. Intolerabilem ducebat laborem, labore non exerceri, & ferè omnia ad arbitrium succedebat. Ita vt nihil deesse ob prosperitatem videretur, nisi cum modum seipsum sapienter moderandi & temperandi rebus secundis minimè collocaret. Aded insolens erat & arrogans, & aded arduis rebus & conceptibus deditus, vt gloriæ magnificentiam & magnitudinem victoriarum, non magnitudine virtutis, sed magnitudine periculi metiretur. Quocirca periculum in quod fuit immersus, nullam mutationem suis cogitationibus fecit, vt aliam rerum humanarum opinionem & varietatem mundi conciperet: sed primordio & progressu suorum felicium successuum inflatus, nunquam finiri existimabat, & quidquid, aut optaret, aut concupisceret, facili negotio assequeretur? Homini enim superbo, videntur omnia possibilis. Eapropter nullum consilium suis deliberationibus admittebat, ratus omnes cum illo consentire, vnde in plures errores labebatur. Nam in rebus magni momenti determinatio consilio præire non debet, nisi ijs rebus quæ nullam dilationem & moram possunt pati, & præsertim cum cunctatio damnosa est. Fumus præsumptionis aded erat spissus, vt eum obæcicaret, ne quibus debilibus & exilibus fundamentis celsas suæ vanitatis arces stabiliret. Et quâuis homines demissi & abiecti iudicij qui oculorum obtutum nisi in falsam rerum apparentiam conijciunt, nec in medullas & in interius penetrant, res gestas, atque expugnationes Alexandri sumæ illustrationis & excellentiæ, tanquam à magnificentia cordis sui magnitudinis promanantes: qui tamen erecto sunt animo, ea minima & vilia ducunt ab animo inquieto & perturbato promanantia, molesto, vana gloria, & ambitione confecto. Strenuus eius animus propriè nõ erat virtus, sed temeritas. Vt enim ait D. Augustinus. Qui vera virtute dotatus est, temerè non audet, nec incõsideratè timet. Contemptus mortis in eo laudatus dignum esset laude, si à libero animo mundi contemptore, ac eius vanitatis, veræ virtutis & tràquillitatis vitæ cultore proueniret. Sed cum pulchris his omnibus qualitatibus orbetur, lógè etiam remouetur quo minus laude dignus sit, vt is qui cum prædicat propior est, vt vituperio aut reprehensione dignus est. Veruntamen quantum ad mores de illo quædam bona scribuntur, sed tantis vitijs immixta vt à dulcedine deficiant, veluti aquæ dulcis amnes, statim atque in mare proruant. Cõtemptus mortis quem sancti colaudant, cum homo suam voluntatem diuinæ coæquat, & è manu Dei mortem patienter suscipit: quoties eius diuinus cultus postulabit, & firmo atque intrepido animo mortem oppetere concupiscit, qui verò diuino amore ignescit, Deo in sua gloria perfrui sperat. Hic est mortis contemptus, quo iusti vtũ-

tur. D. Paulus de seipso loquens ait, *Mibi viuere Christus est, & mori lucrum.* Et paulò post: *desiderium habens dissolui & esse cum Christo.* Ij secus faciunt, qui vitam magis, quam saluationem malunt, de quibus Iesus Christus loquitur. *Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit eam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Legitur in vita D. Antho. cū ille grauissimo morbo premeretur, qua vitam exhalauit septuaginta annos natus, dicebat. *Anni mei exilij iam perfecti sunt: nunc cum Babylonis captiuitas adimpleta est ad supremam Ierusalẽ ciuitatem properabo.* Perfecta mea peregrinatione contentus & ex spontanea voluntate ab hac vita discedo vt in alia diuinæ clementiæ premijs remunerer. Et his dictis extremum vitæ diem clausit. O perbeatum virum, qui vitæ cursum in Dei gratia confecit, sanctæque voluntati sese conformans vitæque ipsi eam anteponebat! Nam vt ait D. Ioannes in Apocalypsi, *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Ait D. Cyprianus. Hoc omninò est à ratione absonum, cum Dei voluntatem esse petimus, quam adimplere renuimus, cum ex hac vita in aliam nos euocat, illè aduersantes & repugnantes, tãquam serui peruicaces & refractarij, & ante faciem eius, cū dolore, mœstitiaque appareamus, & ab hac vita discedamus, cū amplius viuere nequeamus nõ autè ita expetamus. D. Aug. lib. de visitatione ægrotorũ hæc ait. *O mors digna quæ optetur! O mors finis malorũ præsentium! O mors finis laborum, & quietis principij, quis tuarum felicitatum vtilitatè poterit cõprehendere? Qui his vtatur verbis, rectè mortem cõtemnere manifestabat, & non ob telorum suorum timorem ac terrorem, à virtutis fortitudine nequaquã deficere. Quis est homo, qui desiderium suum non adimpleat, nisi eo pacto quo vitam suam hoc in terrarum orbe debet extendere ac dilatare? qui quidem fallaciarum labyrinthus est, vbi sepiissime virtus persequitur, impietas fauetur, & veritas opprimitur. Porro cum moriendum nobis sit, & secundum nostram naturam à peccato corruptam, corpus, quod ex terra est, in terram sit reuersurum: qui enim non est hodie cras minus aptus sit. Denique cum aded longinquæ vitæ sint superuacanea desideria, cur eam rationi anteponimus, cum ea nos ne tantum viuere putemus, quam rectè viuere commonesciat?*

Lusitanus materiem contemptus mortis, authoritatibus quorundam Philosophorum prosequitur.

CAPVT XXIII.



Maximus Monachus author Græcus, narrat virum quendam aliquando dixisse Socrati, Athenienses tibi mori esse decreuerunt. Et natura illos, inquit. Cūque venenum erat bibiturus, vxor eius Xantippe amarè flebat, dicēs, maritum iniustè mori. An tu, inquit, iustè malles? Hoc denotans, parui vitam facere, quæ mortem iam inferret. Multo enim erat honestius innocēs mori, quam reus. Illud Diogenes in eius vita. Valerius Maximus lib. 7. Xenophon, & Brusonius. Homines non expetant cursum vitæ producere, cum videbunt opus fore vt pro honore & cultu Dei mortem oppetant. Narrat Stobæus cum aliquando Aristides iustus cognomine rogaretur, vsquequo vita hominis prorogabatur, respondit, Donec percipiat mortem vita esse honestiorem. Hoc denotans nullum esse, qui tanti deberet vitam facere, quam dedecore vellet conseruare. verum singulis momentis atque horis esset parandus, ad mortem pro virtute & cultu sui Dei obeundam. Al-

Mat. 10.
Ioann. 12.

Apoc. 14.

Laert. in
Diogen.
vita Socr.
Valer.
Max. li. 7
Xenophō
in Apol.
Bruson.
lib. 2.

ter Aristides cognomine Atticus, etiam rogatus, viquequò vita nobis esset expetenda? respondit, donec mortem meliorem esse videremus. Ita narrat Fauorinus, & refert Maximus Monachus. Non erant nescij hi philosophi si pro veritate & virtute mortem opterent, famæ immortalitatem assequuturos. Proque rato atque certo stacuebant, in alia vita immortalitatem animæ cum corpore possessuros, & saltem immortales ad memoriam posteritatis forent. Demosthenes hac opinione ferebatur, cum nullo timore perterritus in Philippum Regem multa ob patriæ libertatem debacchabatur, cui dixit Rex, Num vereris, vt caput è tuis humeris plectam? Non respondit. Si enim mortè intulis patria immortalitate donabit, vt refert Stobæus. Ait etiam Plutarchus, cum Callicratides rogaretur, quanam occasione illustres homines mortem honestam vitæ ignominiosæ anteponebant, respondit. Quia viuere bonis & malis accidit, sed rectè mori, bonis tantum. Viuere beneficium est naturæ, omnibus commune, sed mortem ob virtutem opterere, res est magni animi. Ælianus ait libr. i. variarum historiarum, cum Alexander videret qua promptitudine, & spontanea voluntate, Calanus Indus mortem subiret, ait. Equidem hic Philosophus inimicos me fortiores deuicit; homines enim debello, iste verò labores expugnat. Vici homines mortales, & iste mortem ipsam superauit. Cum crudelis Nero iussit hunc nobilem Romanum Rubrium Flauium capite truncari quem carnifex cohortatus est vt collum firmiter erigeret, vt facilius ense occideretur, respondit ille. Vtinam tantò ad ferendum fortior essem quam ego ad ceruicem flectendam paratus. Ita narrat Cōtursinus 2. Exemplorum libro. Verum Gentiles pretermittens duo Christianorum exempla explodam. Gloriosus Ignatius cum ab Ethnicis à feris animalibus deuorandus, damnaretur, & ad supplicium subeundum properaret, ait. Nullomodo curo genus hoc mortis quod mihi infligitur, sum enim triticum Dei, & dentibus animalium molari desidero, vt propter Iesum Christum mundior stam, qui meus est panis vitæ: sic narrat Eusebius in sua historia Ecclesiastica. Alphonsus Aragonum Neapolitanorum Rex, cum aliquando adolescentem nobilem graui morbo detentum inuiseret, eumque summo mœrore affectum conspiceret, ratus, agonia mortis præoccupari, ait, Non est, cur mortem tantoperè formides, cum vita sit eorum remuneratio, qui rectè moriuntur, & initiū huius vitæ, quæ non dolori, timori, liuori aut calamitatis est obnoxia. Ita refert Æneas Syluius, & Antonius Panormitanus. Quid igitur opus est, longinquâ hoc in miseriarum valle vitam expetere, vbi viri probitatis & veritatis præstantes, tanquam facinorosi & mendaces sapissimè patiuntur? vbi album pro nigro ducitur, & nigrum pro albo? Nunc iudicia sapenumè sunt falsa & erronea, quoniam cæcis affectibus, aut flagitiosis dolis nituntur? Vnde fit, vt iusti homines, multoties vexentur, & persequantur, vitiosi verò extollantur, & foueantur. Sed summi Dei iudicium verum est, quia non deceptio, aut deprauata est affectio. Vt enim pluribus Sacræ Scripturæ locis dicitur, Deum non esse personarum acceptatorem. Multi eorum, qui hic opprimuntur, in die iudicij in æternam gloriam extollentur. Illic bonum pro bono iudicabitur, & malum pro malo, & qualis est agnossetur. Dei amatores virtutibus adornati, in cælis magna gloria collocabuntur: mundi verò amatores vitij siluescentes, adamantibus duriores, quia diuinorum verborum malleum non sensere, in infernum obrudentur: nam apud Deum non est malum quod

*Æneas
Syluius 120
Cath suo
dictor.
Antho.
Panorm.
Sicm. sua
Chron.*

*Deut. 10.
1. Par 19
Sap. 6.
Eccle. 19.
1. Reg.
Ephes. 6.
Act. 10.*

statim non puniatur, neque bonum, quod remuneratione careat.

De Iudicij die.

CAPVT XXIIII.



Ro iustis hæc est magna consolatio (inquit Prior) scire, futurum esse iudicium vniuersum, & pro impijs magna confusio. Eapropter (inquit Lusitanus) Iesus Christus Redemptor noster discipulos adhortabatur, dicens, *Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur.* D. Hieronymus ait hoc intelligi de die iudicij, vbi omnia erunt ad aperta. Optimus Iesus Discipulos hic sermonibus cōsolabatur, vt bonorum cœli spe, hanc vitam confringerent & dissiparent obfuscatissimam iniuriarum & aduersitatum nubem vultu alacri & sereno dissoluerent. Asserebat enim se alio tempore venturum, quo persecutorum impietates & diulgarentur, & punirentur: virtutes verò manifestarentur, & præmijs donarentur, labores in quietem verterentur, & lacrymæ in gaudium & lætitiā. Hoc pro imbecillitate nostra magno animo nobis verti oportet, cum iniuste afflicti videbimus, magnæ consolationi pro nostra fragilitate, cum nos oppressos sentiemus, & magnæ suauitati, & quieti, pro cruciatibus cum afflictos intuebimur. Non pertimescendum nobis est ob impios, quoniam D. Paulus dicebat. *Vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti.* Mendacium hoc habet peculiare, omnes aditus fenestras, quo veritatis, lumen introduci potest, obseruare: at in die iudicij omnia clare patebunt: veritas in publicam prodibit, nec à quoquam impedietur. Quandiu grassabatur Diluuium, aquæ etiam inundabant. Noë in Arca cum filijs secesserat, & animalia bruta in societatem hominum introducta. Versipellis vulpes cum simpli columba, ferus leo, cum mitissimo agno. Hæc Arca Ecclesia est militans, in quam secula recesserunt, iusti cum impijs & facinorosis immixti: omnia vltro citroque confundebantur: quandiu laborum & miseriarum huius vitæ diluuium grassabatur. Verum finito, & fluxu ac persecutionum maris pacata inundatione, & descensu, regressu atque diminutione paupertatis, vnusquisque suam sedem & locum occupabit. Quemadmodum latrunculi crumena inpositi, omnino inuoluti, immixti, & confusi sunt. Equites cum Turribus, Reges cum Pedestribus, sed è sacco extracti & in tabella locati, vnusquisque suo loco ponitur, statim Rex pro Rege habetur, Pedester pro Pedestre, secundum valorem & ordinem: pari ratione in hoc mundo, boni & mali omnes commixti sunt, magni & parui: vbi alij sedere debent, alij collocantur, sapissimè ignari locum & sedem sapientum occupant, voluptatibus liquefacti, cathedram pudicorum inuadunt, vagabundi subseleis, assidēt, vbi quietos assideri & secedi oporteret: futiles & insolentes ambitione, quod iure & equitate humilibus reseruatum est consequuntur: rixosi & cōuitiatores, quod modestis & bonæ frugi ac virtutis hominibus debetur, possident. Denique mundus fere penitus corruptus & deprauatus est, idè cuiusque valor nequaquam potest agnosci. Verum postquam è mundi sacco egrediemur, cum in die iudicij, alteræ vitæ tabulæ annumerabimur, & vnusquisque loco suo ponetur: boni ad dexteram, mali verò ad sinistram, boni in cœli sedibus perpetuo permanfuri, mali verò ad inferni lacus perpetuo cruciandi, tunc alij ab alijs digni-

*Matt. 10.
Marc. 4.
L. de 8.*

dignoscantur: quos mundus non agnoscebat ibi noti erunt, & ut ait D. Paulus in prima ad Corinth. *Domini- nus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à*

1. Cor. 4.
Num. 14.

Deo. Cum Dei Tabernaculum ad terram Promissionis properaret, aiunt diuinæ literæ in Numeror. libr. Arca fœderis vasa & suppellectilia obuelabatur & tegebantur, sed cum castra metarentur, omnia erant aperta. Nunc Ecclesia militans ad cœlestem Ierusalem ciuitatem progreditur, omniâque cooperiuntur, sed quamprimum ad diem iudicij perueniemus, omnia erunt patefacta & explanata. Illic virtutes eorum, qui veritatis normam secuti sunt, detegentur: qui tamen nonnunquam constantiæ limites transilirent, aut patientiæ habenas soluerent, statim apud seipos reuertebantur: & contritioni, confessioni atque satisfactiōni manum admouentes fauore diuino adiuti, vitia deuincebant, & subiugabant, & ex seipsis insignes victorias reportabant. Illic peccata eorum aperientur, qui appetitus non frænauerunt, sed per fas & nefas per perditionis viam cursitabant, ad videndâ miseriam obcæcati, & ad damnum sentiendum insensibiles: alij verò in locum suorum meritorum admittentur. Illic iusti diuinos thesauros apertos intuebuntur, nam ut ait D. Paulus, *nec oculus vidit nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus diligentibus se.* Illic Deus delectum habebit, bonâque sua lustrabit, quæ magno splendore & lumine conspiciemur. De hoc lumine loquitur Psaltes, dicens, *Domine in lumine tuo videbimus lucem.* Et D. Ioannes, *vidimus eum sicuti est.* Et Iesus Christus Redemptor noster, *Nihil est tam occultum quod illic non manifestetur.* Quænam maior consolatio & refrigerium in hac vita potest esse, bonis afflictis, & è contra quænam grauiores minæ, & exasperationes pro peruersis quam spes & confidentia quam nobis Deus imperat, videlicet quod omnia plana fient in die iudicij, & illic omnia æquo & recto iustitiæ libramine iudicabuntur? Quid dicent impij? Quam executionem de suis malis afferent ij quorum vita vitiorum tela orsa & texa fuit fallaciæ liciatorio. Et ne dies hæc nos obliuioni tradat, Deus magnis prælagijs nos admonet, dicens. Erunt signa in sole luna & stellis & in terris pressura gentium. Taulerus ait. Præcipua causa cur tam multæ coruscantes, creaturæ tunc obtenebrabantur, fiet, ut quisque cognoscat, non hoc dulcedini & clementiæ Dei esse proprium, seu iudicio peccatores plectere: quippe qui eius proprium est semper gratiam concedere vti misericordia & venia. Erit tunc in terris pressura, & tribulatio, ob malorum timorem quæ debent succedi. Fragore ac minis Deus nos perterrefacit, tanquam captiuos, nos timoratos detinet vt seruos, cum liberorum sit respectus, & tanta amoris, adeò affabilis & misericordis patris nullo modo possunt nos allicere indicia. Illic (ait Iesus Christus) erit pressura & angustia, in vanas & pestiferas mundi profusiones. Largus sumptus, larga mundi spes, largæ vanitates & consciētiae, grauiissima pœna multandæ sunt. Cur igitur hac in vita conscientia adeò larga est, cum sepultura adeò stricta esse debeat? Et in die iudicij tanta pressura, & angustia futura sit? Hæc pressura erit propter certam confidentiam qua homines de cruciatibus certiores fient. Falsa bonorum mundanorum desideria, certissimis malorum infernorum desiderijs punientur. Hic tremendus dies adueniet, & tunc impij in sublime suspicient, & Iudicem in eos ira exandescens videbunt: oculos deorsum deiciant, & abyssum inferni quæ illos præstolatur, intuebuntur: partim peccata in Deum patrata eos accusantia videbunt, partim verò

1. Cor. 13.

Psal. 35.

1. Ion. 3.

Matt. 10.

Marc. 4.

Luc. 8. &

2. a.

Luc. 21.

Matt. 24.

Dæmones qui eos sunt rapturi: in conscientiam malorum penetrabunt, & extra mundum, ad quem inferendum, à Deo suo defecerunt. Hæc omnia ijs terrorem & stuporem incutient, omnia misera sine vlla consolatione apparebunt: omnia crudelia & tremenda inuenient. Sed quod malis in captiuitatem vertetur, erit pro bonis redemptio. Quam obrem dicebat Iesus Christus, discipulos suos alloquens. *Leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.*

Luc. 21.

Cæterum boni illi redimendi & liberandi sunt, cum hic premantur, & tanquam malorum captiui reddantur. Hic mundus bonorum persecutorum, est captiuitas, & impiorum elatorum libertas: sed in die iudicij unicuique quod suum est adiudicabitur. In Arca fœderis, vt ex multis veteris Testamenti locis colligitur, & dilucidè refert Diuus Paulus in Epistola ad Hebræos, erant legis Tabulæ, Manna, & virga Aaron, & hæc omnia deposita & operata custodiebantur. Ita in Ecclesia Catholica à qua Iesu Christi Euangelium accepimus, habemus etiã Manna, quod est dulcedo & spiritale oblectamentum, pro ijs qui hoc Euangelium custodiunt, de quo Prophetia loquitur, dicens, *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te?* Sed Deus in sua gloria æternum oblectamentum paratū tenet. Ibi Manna incorruptibile in perpetuum cōseruat, & custodit. Hic sæpius lacrymas è suis aufert, vt eum firmis desiderijs, deuotis orationibus, & imis suspirijs perquirant. Quem admodum fera, quæ præda onusta reuertitur, vt eã suis catulis dispertiat, quos in quadam spelunca reliquit, à venatore eos raptos esse comperiens, prædam deserit, & hululans atque ingemens eum insectatur: Sic Christianus, cui Deus è suo corde solatia euulsi, omnia deserit, & post eum pedibus affectionis percurrit, ab eo misericordiam exposcens, donec illum Deus Manna suæ dulcedinis solatur. Pro ijs autem qui Euangelium custodiunt, Aaron virga est, virga iustitiæ & punitionis, qua eorum malitiæ puniuntur. Et quauis quamplurimi eorum diuites in hoc mundo sint, & honoribus atque terrenis facultatibus fruuntur, eorum punitionis dies illic occurret, & pœnarum culpis debitarum. Nunc virga Aaron consignata est, Deusque in suam arcam ad suum vsque tempus posuit: aderit verò tempus cum manu eam capiet, vt ait per Prophetam. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Ac si diceret. In præsentiarum tempus pacis & clementiæ est, virgam punitionis tamque arca conclusam teneo, & ideo non ita clarè & apertè patent in malos punitiones, vt postea apparebunt. Eos ad pœnitentiam præstolor, & vellem iam esse saluos: sed futuro tempore, ego iustitias iudicabo. In præsentiarum, multos impios finit secundis rebus insolescere: in extremo auditorio, virga in publicum prodibit, vnusquisque prout gessit iudicabitur. Nunc verò Deus misericordia dissimulat, vt nos ad pœnitentiam attrahat: & quauis peccatorem vitijs scaten- tem deprehēdat, quibus damnari iusto merito dignus est, eum longinquam permittit vitam ducere, vt respiscat. Deus hac in re à iudicibus terræ discrepat, qui cum delinquentibus crimina rata & probata indagarint, quibus iuxta Legem capite sunt plectendi, eos subito morti adiudicant. Vtinam faxit summus Deus, vt iustitia terræ talis sit, quoniam pro illa nihil præter vitam perdere periclitamur. Verum vt potè in alia cælum perdere periclitamur, Deumque ipsum, sua immensa bonitas tulit, vt eius misericordiæ lex à lege iustitiæ dissentiret, in qua etiam suum iter à mundi itinere dissideret, quantum cælum à terra discrepat.

Exod. 23.

3. Reg. 8.

Exod. 16.

Num. 17.

Hebr. 9.

Simile.

Psal. 74.

Eapro-

Exe. 18. Ea propter cum impijs dissimulat. Nam ait per Prophetam Ezechielem. *Nolo mortem peccatoris, sed magis conuertatur & uiuat.* Et ideò in die Iudicij, arcum distendet, Pharetras tollet, & pluet super impios pœnas & tormenta, & acerbissimarũ atque horribilium suppliciorum sagittas; boni verò qui hinc deprimuntur, illic extollentur. Et quoniam hac in tribulationibus cruciantur, & alia in gloria constituentur, non multum est hanc nihili putare, pro alia, mortem eo pacto aspernari, vt prompti & prouidi ad eam subeundam sim, priusquam Deum offendam. Hic est contemptus mortis, qui dignus est laude, non autem excors, eorum temeritas, qui falsi mundi gloria irretiti, inani quodam desiderio, vt immortales & famosi habeantur, perciti, mortem contemnunt, eam nulla habita ratione periculis & patentibus laboribus exponentes, horribilium tormentorum aculeos oppetentes, & immoderatè de seipsis desperantes. Non homines qui de seipsis, nonnullis in rebus confidunt, reprobo, dũmodo hoc sit prudentia, & temperantia, sintque in Dei confidentia suffulti: at immoderatè sibi ipsi fidere, nullis iactis diuine confidentiæ fundamentis, hoc est, quod taxo, & obiurgo. Immoderata enim sui confidentia sapissime magnis periculis & discriminibus aditum patefacit.

De humilitate ob tranquillitate uita necessaria.

CAPVT XXV.

Hanc temerariam confidentiam (inquit Philosophus) nescio hominem sanæ mentis qui collaudet, siquidem superbia innixa est: unde fit vt ad perfectionem minimè gradiamur, quippe qui perfecta bonitatis turris humilitatis adminiculis sustentatur. Quapropter (inquit Prior) qui celsum & firmum virtutis ædificium vult erigere, vt profundius humilitatis fundamenta iaciat, necesse est. Hac in re (ait Lusitanus) nullum est dubium, & ita verbis ferè similibus affirmat Cassianus, libro de Spiritu superbo. Et D. Bernardus ait in quadam Epistola. Cementũ humilitatis ex teipso trahet: & inde ad charitatis fastigium & apicem peruenies. Virtutes absq; humilitate, nec perfectæ nec tutæ sũt. Procidunt enim minimo tentationis vëto, primæque afflictionis procella eas humi prosternit, sed humilitate suffultæ, firmæ atque stabiles hærent, Deoq; arriident. D. Hieronymus ait. Nihil est quod Deo hominibusque nos gratos efficiat, cum gloriamur. nõ quod magnifimus, calamistrati, ornati, diuites, & magnificenti, sed quod parui & humiles. Quemadmodũ sydera cũ magna cælo sint, terra minima apparent: ita bona Iustorum opera, cum in cælo magna sint, videntur minima, isque multò excellentiora redduntur. Magnanimus Dux Gallicanus tãta humilitate deiectus est, vt pauperibus pedes ablueret, manibus pro Religiosis aquam hauriret, maioris ducês esse felicitatis Deo obsequi quam toto terrarum orbe dominari. Re vera magnam dominationem est assecutus, cum sub seipso est adeptus. Ita narrat Marullus in suo primo exeplo- rũ libro. Gloriosus D. Gregorius huius nominis primus, inter summos Pontifices, prior fuit, qui se seruũ seruorũ Dei vocauit, vt ait idẽ Marullus, & Stella in eius vita. Quid ego de humilitate huius gloriosi B. Francisci pauperum patris dicã? quẽ Deus pro mũdi admiratione erexit, maius solatiũ quo fructus est erat cũ se contemptum & abiectũ cerneret? Sanctus hic humilitatis fuit pelagus, in quod Pharao, & Ægyptij submerguntur, hoc est cum mundanis spiritibus. Qui exempla humilitatis videre concupiscet, legat Chro-

nica à Fratere Marco de Lisbona collecta, homine insignis pietatis & doctrinæ. Qui vult exaltari, abijciatur, & qui summo Imperio præponi desiderabit, nitatur vt se sui ipsius dominum efficiat. D. Augustinus ait, Celsa est patria, & humilis via: qui vnã expetet, aliã non recuset. D. Ambrosius Nihil (inquit) humilitate altius, quæ cum superior sit, extolli nescit. D. Gregorius, Radix virtutum est humilitas. Quemadmodum planta runcata, & à propagine separata, statim exsiccat, & marcescit: sic virtus à veritate semota quæ vera est propago, exsiccat & stirpitus euanescit. D. Bernardus ait. Omne bonum quod facimus perit, nisi in humilitate custodiatur & conseruetur, quæ theca est vbi virtutis muscus asseruatur. D. Chrysostomus ait. Humilitas superioris philosophiæ mater est. D. Isidorus, Paruus sis (inquit) oculis tuis, maiori enim precio corã Deo eris, cum te magis deprimes. Legimus de S. Anthonio. in 2. parte vitæ Patrum, & narrat etiã Marullus, cum in spiritum raperetur, mundum laqueis plenum vidit, & summa huius rei admiratione percussus, cum quisnam hos laqueos posset euadere, a quopiam percontaretur, audiuit vocem exclamantẽ, Humilitas. Beati ergo humiles, quibus apprimẽ Dicitũ Psaltis quadrat. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venarũ, Laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus.* Et cum hos versus, diuini Psaltis recensendi sese offerat occasio, aliam illius autoritatem, cum nonnullis alijs sacre Scripturæ afferam. Ait Dauid in quodã Psalmo. *Et humiles spiritu saluabit Deus.* Et in Ecclesiastico. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur.* Expresse dicit. *Quanto magnus es. Nobilib. enim maius humilitatis elucet, vt ditissimũ sub obriso auro encaustum. Ideò dicebat D. Bernardus Papæ Eugenio, libro de considerat. Magnum & elegantem annexum conficies, cum partim te esse Pontificem cogitabis, partim verò te abiectum & vilem esse cinerem: nam sublimiori gradu præpositis plus humilitatis debet resplendere, quanuis sanè omnibus infinitè haud eluceat. Redemptor noster ait apud D. Mathæum. *Discite ex me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et alibi. *Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* D. Petrus in sua Epistola. *Humiles estote, quoniã Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Et ornamentum Sacerdotis veteris Legis iubebat Deus gemmis ornari; & pro decore Christiano, virtutibus insigniri oportet, quarum vna est humilitas, gemma adeò pretiosa, tamque magni pretij, vt vis quisquam qui eam possideat, reperiat. Quemadmodũ nummi aurei, libræ appositi, vt trinentur, si in demissũ pendeant, boni censentur, si vero in altũ ascendant leues, & nullius cursus. Ita humilis qui deorsum abijciatur, bonus est Christianus, superbus autem qui cogitatione insolescit, nullo honore pretio aut æstimatione dignus censetur. Quemadmodum lactuca, quandiu demissa est, & ferè humi affixa, bona est & salubris, sed quãprimum aperitur, dilatatur, & in altum adolescit, vt grana emittat, non amplius gustu sapida est, edique non potest. Ita Christianus quandiu est humilis, eum dulcẽ, bonãq; conuersationis reperietis, sed si arrogantia & gloria extollatur, gloriamq; virtuti quã non possidet, debitam perscrutatur, omnesque eius actiones stimuli, atq; aculei sunt: crepidatus, vt grandior cæteris appareat, cum eo nec compati, nec conuersari possumus. Non sunt magnæ valles, nisi sint magni montes. Non etiam sunt magnæ humilitatis profunditates atque abiectioes, nisi vbi excelsa virtutum sunt magnitudines. Humilitas voluntatis est voluntaria abiectio, in sui ipsius infi-*

D. Aug. in Ioan.
D. Amb. in Luc.
D. Grego. in Moral.
D. Berna. in Tracta. de duodecim grad. humil.
D. Chryf. in Matth.
D. Isidor. in Simon.

Psal. 123.

Psal. 33.

Eccles. 9.

D. Bern. lib. de cõsiderat.

D. Matt. 11.

D. Pet. 5.

Simila.

Simila.

D. Hier. in Matt.

ma profunditate, ex consideratione propriæ abiectionis propagata, & ex immensa creatoris magnitudine, & quicumque possedit, tâta solertia & subtilitate dotatur, vt in eum oculos Deus desleat, vt ait Propheta. Deus altissimus est, & humilia de cælo prospicit. Deus in humili contemplatur, eumq; igne diuini sui amoris inflammat. Specula cauata, quæ vocamus ignea radijs solis opposita, subito exardescit: non autem camerata, & conuexa, quoniam in superficie profiliunt. Ita humiles radijs Solis iustitiæ Christi saluatoris nostri percussit, subito inflammatur: non autem siticulosi superbi, qui diuinis inspirationibus non afflantur, nihilque aliud præter mundum querunt, omnia ad se attingere arbitantes, & ea minimi etiam faciunt. Nescio quo pacto humanum corpus, cor adeo celsum possit continere, vt omnis mundus compressus & angustus videatur. Sunt homines adeo, superbi, & à sua opinione pendentes, tamque petulantes, vt ceruice cælum ipsum ferire videantur, neminem præ se beatum putant, eos verò maiori in pretio haberi, alios atomis abiectiones, respectu eorum de quibus benemeriti censentur, nec perpèdant quàm inanibus & fluxis fundamentis molem suarum vanitatum iaciant. Eorum desiderium nihil præter diuitias, mundi que apparatus anhelat, dicentes omnia illis deberi, se verò nullo ære alieno obstringi: ita viuunt in amore Dei frigidi, cum cordibus, gelu & glacie frigescentibus. Sequamur igitur humilitatem, illam amplectamur, illi vinciamur, nostram imbecillitatem & miseriam perpendamus. Nam humilitas lignum est exsiccatum, quo ignem diuini amoris in cordis nostri altari accendimus, quod tranquillitatē vitæ nutrit, & sustentat.

De Iesu Christi humilitate, & de eius mortis atque incarnationis mysterio.

CAPVT XXVI.



Aululum hoc in loco Lusitanus conticuit, vt respiraret, & vt sermonis finem imponeret, cuius exitum optabat inuenire. Et ait Philosophus. Verbum Dei lumen est quod nostris mentibus inuicet ei vitæ viam sternit, nostramque voluntatem inflammat: malleus est, qui nostri cordis aciem mollit omnisque difficultates, quæ nostris felicitatibus opponuntur, intersecat. Hæc omnia hisce sermonibus delibauit, & autoritatibus quas ex Sacra Scriptura adduxit, tranquillitati animæ admodum necessarijs. Verum libenter efflagitarem, vt vt humilitatem laudasti, aliquam perutilem doctrinam expromas, vt eam valeamus adipisci: Multa regulæ, multa documenta (inquit Lusitanus) huic rei possunt accommodari: ex quibus potissimum vnum sigillatim percensebo: videlicet, vt ad Iesum Christum verum Deum nostrum oculos desleat, & ad eum imitandum enitamur, cum in Euangelio dicat, *Discite ex me, quia mitis sum, & humilis corde.* Nascendo, viuendo, moriendo semper vtilitatem nostram docet, qua vt humiles sumus nos subinuitat, moriendo, semper humilitatem patefacit, qua vt humilitatem sestemur, incitat, vanitates superbias, & inanes confidentias fanemus. Apostolus de illo loquens ait, *Seipsum exinanivit formam serui accipiens.* Et paulo inferius, *Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis.* Intolerabilis est audacia huic vermiculo homini, velie extolli, cum supremus Deus depri-

mi voluit. Cum filius Dei esset, æqualis & consubstantialis patri, splendor gloriæ, (vt ait D. Paulus) homo factus est vt homines filios Dei efficeret. Dicit etiam D. Ioannes, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.* Hoc est quod ait D. Iacobus: *Voluntariè genuit nos verbo veritatis.* Homo factus est, vt in quantum homo moreretur, & in quantum Deus nos saluaret. Circulus & sphaera, figura est perfecta, vt ait Arist. 2. lib. de Cælo. quoniam initium & finis inuicem ligata & coniuncta sunt. Rerum omnium initium Deus est, & de illo ait Propheta. *Et omnia facta sunt.* Et D. Ioannes ait. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ethnici qui de illo quandam habent cognitionem cum permulti ipsorum dixerint. Deum esse, omnium rerum causam. Finis omnium rerum creaturarum, quæ in homine videmus, ob quem Deus eum creauit: idè cum sex diebus omnia creasset, hominem creauit, tamquam omnium creaturarum finem: de quo Genesios liber expressam facit mentionem. Cum Dei filius in sacratissimo virginis vtero carnem assumpsit, factus fuit tunc admiranda sphaera quoniam initium fini connectitur. Deus factus est homo, humilitas humanitati in personarum humanitate connexa est. Cum enim Iesu Christo duæ essent naturæ, diuina & humana, vna tantum est persona, vna supernaturalis sphaera. Hæc est perfecta figura, hic est diuinus circulus, hic est mundi Saluator natus ex virgine qui suo sanguine nos redemit. Hic est filius qui pater suæ matris est: hic ille est qui in tempore nascens, ante tempus erat, & tempus fecit: hic ille est, qui cum impassibilis esset, passibilis factus est, & cum esset æternus, factus est mortalis. Hic est Deus humanus, hæc vita est, quæ cum morte mortem vicit, & mundi triumphum. Hic est diuinus David qui Goliath deuicit, qui mundus est, non armis humanis, sed funda & quinque lapidibus. Ligno inquam sanctæ Crucis & quinque vulneribus. Hic ille est, de quo loquens D. Ioannes ait, *Ego vici mundum.* Itaque diabolus qui in arbore scientiæ boni & mali vicerat, vbi Adam & Eua peccarunt, in arbore vitæ victus fuit, qui arbor est veræ Crucis, vbi Dominus suos labores adimpleuit, vt nostram quietem inciperet. Veluti Ioseph inorians in Ægypto ait Sacra Scriptura filij Israël multiplicati sunt: ita Iesu Christi morte Christiani multiplicati sunt. Vt populus Israël non egressus est ex Ægypto & captiuitate Pharaonis, nisi post sacrificium agni cuius sanguis eum eripuit: ita genus humanum nisi morte & passione innocentis Christi Dei nostri redemptum est, de quo D. Ioannes Baptista loquitur, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.* Per suam mortem genus humanum ex Ægypto egressum est: ex peccati angustijs exiit, & ad æternam gloriam properauit, quæ vera est promissionis terra, & suo pretiosissimo sanguine sumus redempti. Apostolorum Princeps de illo ait. *Non corruptilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis: sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi.* Et D. Paulus ad Ephesios. *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius.* Et D. Ioannes in Apocalypsi. *Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Dedit se in sacrificio & holocausto in ara Crucis pro peccatis nostris. Ibi cor eius misericordiæ puteus factus fuerat, qui quinque meatibus id est, quinque vulneribus effluebat. Ibi erat cælestis illud Thuribulum diuinis celsi amoris flammis ignescens, vnde admirabiles & cælestes odores atque fumigationes redolebant, quæ totum mundum transcurrebant. Illic bonus Iesus, Pius & benignus Dominus, Deus misericors, in æternum fuit saucius cum expirasset, donec pro nobis in his horribilibus tormentis moreretur.

Hæc

D. Aug. in Ioan.
D. Amb. in Luc.
D. Grego. in Moral.
D. Berna. in Tracta. de duodecim grad. humil.
D. Chryf. in Matth.
D. Isidor. in Smoni.

Psal. 122
Simile.

Psal. 123
Psal. 33
Eccles. 9.

D. Bern. lib. de considerat.

D. Matt. 11.

D. Pet. 5.

Similq.

Simile.

Matt. 11.

Philipp. 2.
Hebr. 1.

Ioann. 1.
Iacob. 1.

Psal. 32.
Ioann. 1.

Ioan. 16.
Gene. 22.
Matt. 27.
Mar. 15.
Luc. 23.
Ioan. 19.
Exod. 1.
Exod. 12.
13.

Ioan. 15.

1. Pet. 1.

Ephes. 1.
Apoc. 1.

Hæc hora est quam expetebat, & ea quam suam nominebat cum diceret, *Nondum venit hora mea*. Quoniam pro nostra salute debebat pati, quod vehementissimè exoptabat. Illa erat hora, de qua loquitur D. Ioannes, dicens, *Scien Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem*. Compositio & harmonia hominis est horologium. Corpus domus est lutea, & vas luteū ubi refidet horologium: ratio pondus est quod ad se rota attrahit: maiores rotæ sunt intellectus & voluntas, malleus est intentio: si autè prava est, opera ad nostrā damnationē fiunt. Cū rotæ ponderi nō obediunt, omnis horologij harmonia deprauatur, Adam præstans fuit horologium in terrestri paradiso, verum deflexit, cū Eua ut hoc malo vesceretur allexit, quod fuit nostrorum infortuniorū & infelicitatum origo. Ratio ex vna parte attrahebat, voluntas vero ex alia: voluntas rationi non obtemperavit. Appetui habenas laxavit hæc; fallam & mendacē horā nostræ calamitatis & perditionis fomitem attulit. Adam à Deo odio habitus est, ex paradiso eiectus, & ut ait Apostolus, *Omnes in Adam peccauimus*. Ut igitur nos cum illo cælum ingredi possimus alio certo & aptato horologio nobis opus foret, quod est cælus ille summus Deus, qui horam nostræ salutis attulit, in Cruce pro nobis expiravit. Horologium incompotum, omnem plebem facit aberrare. Adam deprauato, omnis etiam mundus fuit disiectus. Venit Iesus Christus ut pacem componeret, horam nostræ salutis dedit, in Cruce, dicens, *Consummatum est*. Hæc fuit hora nostri boni, ut remedium malo quod meruimus applicarem, bonūque quod amiseramus, recuperarem. Hæc hora est, de qua Saluator loquitur, *Venit hora ut filius hominis clarificetur*. De qua etiam ait Euangelista, *Sciens Iesus quia ventura erat hora, in qua ex hoc mundo ad patrem erat migraturus*. Hæc fuit hora, cuius, quavis hora meminisse oportet, quoniam in illius instanti diuinus ille Pellicanus animam efflauit, quæ nos alebat & pretioso sanguine, ex vulneribus profluente viuificabat. Et hic cælestis auis Phœnix, diuinis summi amoris flammis, quo nos prosequitur, ignescens. Etenim dicimus maiorem nō posse esse amorem, quam hominem pro amicis occumbere. Et ita Iesus Christus Redemptor noster ait apud D. Ioannem. Verum Iesu Christi amor vltorius progressus est. Multo magis humani amoris vires exantlauit: longè retrò hominum benevolentia limites reliquit: non enim solum pro amicis mortuus est, verum etiam pro inimicis. Hoc est quod ait D. Paulus ad Romanos, *Commendat charitatē suam Deus in nobis*. Quauis enim peccatores simus, pro nobis tamen mori voluit. Quis talem vnquam vidit? Quis de tali amore vnquam loqui audiuit? Quis est qui talem charitatem possit excogitare? Liuidis adhuc & crudescens vulneribus, & in profundam sanguinis abyssum redactis, capillis euulsis, facie acerrimis spinis dilaniata, vultu sputis inquinato, manibus & pedibus clavis trāsforis, ut de illo dicat Isaias, nec figuram neque pulchritudinem habere cumque spiritu prophetico vidit, nec erat aspectus atque decor. Ita vulneribus confossus & sanguinolentus, pios oculos in cælum deflexit, veniam à patre exposcens pro persecutoribus qui ex cruciabant, volens suo innocenti sanguine pacare, & oratione fulmineum diuinæ iustitiæ ignem extinguere. Bone Deus, Redemptor mi, meum perfugium, amor dulcis, mea firma spes ignosce mihi: tum enim is, qui multoties te crucifixi. Mea peccata in profundius tui sanguinis riulorum, & in mare tuæ misericordiæ profundam demergantur. Quid esset de me, bone Deus? nisi tuæ immensæ pietatis recordatio &

memoria mihi adstaret? Video te pertulisse, & tantam tormentorū & cruciatuum multitudinem esse perpessus, ut yberiore tuæ misericordiæ meisim metereamus. In me meo baptismo, tua bona pro mea felicitatis pignore consignasti, tempore quo nondum satis idoneus ut tuus esse desinerem. Tua bona penitus in me fuere, ætatem tamen capacitatis, ut te offenderē nondū attingeram: sed simulac, clauem thesauri quem impartieras, in manus tradidisti, quamprimum adolescentiæ annos attingi, talis fui, ut cum consumpserim & abliguerim, & tanquam filius prodigus me à te longè amandarem. Verum siquidem adeo pius es, ut quoquo me vertam, tua immensa misericordia remedium statim applicet, quauis sapissimè nulla sepius excusatione maneam, à te misericordiam efflagito, ne quæso eam mihi deneges. Duri tuæ passionis clauis cordis mei duritiem confodiant. Confodiant etiam tuæ acerbæ & acutissimæ spinæ peccatorum meorum peruiaciam: crudelis lancea, latus meum perforet, quæ nidus est, ubi inanes vanitates nidificatur. Meus stomachus tui amoris vi sit apertus. Percute ò bone Iesu! hoc cor adamantinum, ex quo duo lacrymarum riuli, pœnitentiæ meorum peccatorum, mei exilij mora in hac lacrymarum valle & meorum proximorum peccatis profiliant. Ut lacrymæ quæ continuo ex meis palpebris oboriuntur, sint inexhaustæ, siquidem eorum causa absque numero sint. Et cū meam quietam, in medio mearum peregrinationum cursu submersam esse conspicio, concede Domine, concede, quæso hanc tranquillitatem, de qua iā præfatus sum omnēque virtutes, quæ eam comitantur, & quam solitus es ijs qui eam & obtinent, & possident, elargiri. Trahe nos Domine ad te, qui in me sum perditus, neque, ut qualis sū corripas, sed quæadmodum tu es. Impera tuæ iustitiæ, ut in tuæ misericordiæ vaginam gladium mittat. Suscipe Domine, & admitte meam hanc animam, quam penitus tibi trado, eam diuinis illis flammis, quæ infinitas cogitationes consumunt, accedunt & illuminant iudicium, voluntatem, incendunt, ut diuino amore inebriata, & absorpta, & cum tua diuina pulchritudine cōiuncta, à meipso segreget, & tanquam verus amans in te transformet, & ab hoc exilio in hanc patriam reuocatus, teipso in æterna fœlicitate te fruatur in seculum seculorum.

De trium Amicorum de Interlocutorum discessu,

CAPVT XXVII.



Verbis his (ait Lusitanus) adeo pijs & suauibus lacrymis inuolutis, & tantis singultibus prolatis, pari dolore alij duo socij commoti sunt: cumque Prior faciem detergeret ait Lusitano. Dominus noster tibi consolationem qua recreasti nos tibi persoluat & retribuatur: Hoc monasteriū, & quidquid in eo comprehenditur, tuo semper obsequio obseruabitur. Te igitur obsecro atque obtestor, ne hac die discedas, sol enim iam diuturnum confecit cursū & luna, humidos atque frigidiusculos iam mutuati luminis radios dispensauit. Hic hospitaberis, & quauis non prout tua postulant merita postulāt, attamen quantum nostris exiguis facultatibus situm erit. Tibi enim incredibilem amorem & omnia in teipsum summa ac singularia debeo. Faxit Deus ut hanc synceram voluntatem remuneret, siquidem meam, in tuæ permutationem do dedicoque. Tua benignitate atque charitate adeo cor meum demulxisti, ut in tuam clientelam

telam in perpetuum adstringar. Non possum hic morari, nam in urbem redeundum est, ut meo socio morbo detento adsum. Summoperè recreatus sum tanta consolatione quo à vobis subleuor. In hoc itinere duo admodum periucunda sum perscrutatus. In primis domum beatissimæ virginis Mariæ de Montserrat, ordinis S. Benedicti in Cathalonia, à septem leucis Barcinona distantem, in admiranda & præcellsa rupe ita sitam, ut videatur, Deum hanc miraculo quodam erexisse ut omnes eam mirarentur, ut hoc Templum adeò perappositè illic construeretur. Quem situm, deuotionem, admirationem & magnitudinem non satis laudibus possem exprimere, nec tunc aliud potui præstare, quam eam raptus & attonitus suspicere. Alterum fuit splendidum hoc & deuotum monasterium, tamque piam cõgregationem, quarum rerum, & huius conuersationis atque de tranquillitate sermonis, quo vsi sumus, nulla vnquam delebit obliuio: de quo non ignoro me pauca dixisse, cum maiori stilo & multa subtiliori ingenio, & sagaciori industria possem adferre: sed hæc satis superque sint, ut hac tenui oratione, multa quæ dicenda supererant, ostendam. Tamen multò prolixius atque fufius quàm par esset, mea progressa est oratio in conspectu eruditissimorum atque meritissimorum virorum, cum ingenioli mei vires dimetiar, utque de literis, cum viris tanta dignis autoritate pertractarem, alia eruditione, aliaque doctrina dicendi opus foret. Huic rei consensit Philosophus, dicens. Ferunt Apollonium Thianum mundum peragrassè, ut hominem, & sagacitate, & doctrina excultum perquireret, utque eum nancisceretur, terras quas Philostratus octolibris hac de re scriptis refert, peragravit, quas D. Hieronymus sigillatim in Epistola ad Paulinum recenset, sicut in his monasterij limitibus accepi. In eo comperi, quod Apollonius ad oras vsque Gangis fuerat perscrutatus. Religiosus non tantis cumulari laudibus certò sciens, animique causa verba esse prolata, ex amore potius quàm è veritate manantes, occurrere illi permultis rationibus voluit: sed ne in nouos sermones incideret, quoniam per temporis opportunitatem minimè licebat, honestè se ab his laudibus extricauit. Huic rei respondit Philosophus. Equidem Pater hæc omnia quæ de vitæ tranquillitate perorasti mihi valde probantur. Et si quodammodo tuam conuellere rationem ausus sum, non est ut te ratione orbatum suspicer, sed ut ad laudandam tranquillitatem excitem. Hæc in re Glaucum imitari non dubitavi, qui in duobus primis Platonis libris de Repub. Iustitiam laudat, quanuis, ad eam laudandam non tendat, sed ut Socratem ad illius laudem amplectendam, inflammaret, & cohortaretur. Falsitas æqualitas est, oratio enim neque iusta est, neque rei realitati aptata: & contra æqualitatem veritas diligit, utpotè verba comparantur iuxta id quod

dicitur & probatur. Quapropter dicebant antiqui Poëtæ, Alphæum amnem, Nymphæ Arethusæ amore fuisse captum, & postquam in mare profiliere, inuicem commixti sunt. Alphæus Græcè significat, lumen veritatis, & Arethusa Nobilitatem æqualitatis. Quis posset lumen amare, nisi nobilitas? ecquis posset æqualitatem diligere nisi veritas? Adeò integra est lux veritatis, ut in mari huius mundi exposita, cum ea non immisceatur, sed pura & libera progrediatur. Eo pacto hanc fictionem Doctor Fulgentius Philosophus Christianus interpretatur, in suis moralitatibus poëticiis. Hæc dicenda duxi, quoniam tua de tranquillitate opinio adeò vera est, ut si eam, aut oppugnare, aut reprobare vellem, magno vitio mihi verteretur. Et quanuis in altum opinionum malorum Philosophorum iactata fuerit, à suis tamen mendis & erroribus distincta fuit & separata, sicuti in ipse nonnullis ipsorummet plenissimè comprobasti. In memoriam quandiu in hoc corporis ergastulo vitalis palpitabit animus, reuocabo, & voluptatem & gratiam quam hic percepi. Multa sanè tibi offerrem, sed videtur hoc a natura, inuisum & hebetum ingeniorum esse innatum, verbis nudis operum defectu supplere. Verum, ut quo cum sermonem habui cognoscam, quæsiò à te, ut nomen planum facias, dummodo non hoc importunum videatur, & ex quo monasterio Lusitanæ sis. Tum Lusitanus Monachus nomen explanauit, & quam insigni & eleganti monasterio, prope celeberrimam & famolam Lisbonæ ciuitatem in tutissimo maris Oceani collocatam mansionem faceret: in quo monasterio erant permulti, tum sanctitatis, tum obedientiæ & doctrinæ Religiosi. Et illum aggressus alloqui, oculi denuò in maximam lacrymarum copiam prorupere, ob dulcem quietis & cellulæ recordationem, & Religiosorum iucundissimam conuersationem. Rota enim boni amissi recordationis perrarò pectoris mœsti præcordia inuadit, quin tristitium lacrymarum aquam exhauriat. Quodque crudelius Religiosi cor sauciabat, erat cum de quiete & tranquillitate loqueretur: videbatur enim sibi, suam in aquarum diluuij peregrinationis voraginem demergi. Cum itaque Deo preces perfoluissent, egressi sunt ex hac deuota spelunca, qua considerant, & in aditum monasterij perrexere. Lusitanum igitur vterque comitantes, res profecto admiratione fuit digna, ob tantam lacrymarum abundantiam, quæ ex trium oculis distillabat, tantis suspiriis ex intimis præcordiis efflata, ut vltima quæ ad inuicem erant prolaturi. Interim in perpetuum separati sunt, Lusitanus rectà iter progrediens & Galli, ad Monasterium regredientes, ut piis & sanctis operibus intenderent. Proprium enim virtutis est, non retrò eorum quæ perfecta sunt respicere, sed longè antè quæ futura sunt, prouidere: non iis quæ habet & possidet, intendere, sed quibus indiget & orbatur.

Finis Dialogi de vita Tranquillitate.

n

D I A-



DIALOGVS SECVNDVS DE SOLERTI, SIVE DISCRE- TA IGNORANTIA.

Interlocutores, Lusitanus, Gallus & Italus.

*De situ Lugduni, Gallia Ciuitate, de permissa & licita quiete, de que ijs
rebus quas scire oportet.*

CAPVT PRIMVM.



LUGDVNVM Gallie copio-
sa & celebris ciuitas, in qua
duo insignia, pulchra, & ma-
gna flumina præterfluunt,
quorum alterum vocatur
Rhodanus, qui veloci cum
impetu iuxta muros & radi-
ces ciuitatis meat: alterum
dicitur Arar, qui agmine
placido in medium vr̄bis labitur, qui sese Rhodano
absorbens extra ciuitatem amittit nomen: qui Rhodanus cum
latus & spatiosus sit quamplures fluuios secum trahit, cuius
vastitate & potentia cymbæ cōmeant, & eò magis scaturigine distat & ulterius
progreditur, eo magis alienis ditatur fluminibus. Hæc
ciuitas fertili & peramceno solo collocata, rebus omnibus
esculentis & poculentis utilibus cumulatur. Ibi erat Lusitanus
literarum studiis deditus, qui magni emolumenti negotiis
incumbens, illic quorundam mensum spatio commorari fuit
coactus: quorum negotiorum tempore, tot tantisque perpe-
sus est labores, quos nimis oblongum esset enumerare. Et
eos opportuniori otio scribendos relinquens, nunc sermonem
inter duos sibi amicos & familiares narrare sufficit: quorum
vnus erat præfata vr̄bis incola, & alius Italus Florentia
oriundus, qui longè ante in hac vr̄be mansionem faciebat:
ambo Catholici, docti, singulari modestia, & suauis
conuersatione. Egressi vice quadam extra ciuitatem, cum
Lugdunensi cis Rhodani crepidinem deambulando Florentinum
offendere, qui sub umbra viridum & opacarum Fraxinorum
secesserat, librum legens quem habebat præmanibus.
Quibus mira vrb̄anitate vicissim salutatis, scitatus est
Gallus à Florentino, quemnam librum legeret? Est (respondit)
liber triumphorum Petrarci, vtinam quo de me ipso triumpharem,
perderent. Vt enim nulla maior est victoria, quam seipsum
vincere, nullus etiam maior est triumphus, quam ex se
triphũ reportare. Cōtinuo profundi maris vndas tantarũ
cogitationũ transfretauit, vt sæpissimè fluxus & refluxus
interiora meorũ præcordiorũ tegat, & detegat, nunc ab
vr̄be exij negotiorum & curarum pertælius, quæ me
gravi molestia & sollicitudine opprimunt: itaque defatigatus,
& omninò defessus me in has patulas arbores abdidi,
vbi garruli auium cantus periuicundus suauis & moderati
zephiri flatus, qui cum dulcissimo albicantium aquarum
murmure resonat, tam prædulcem efficiunt concentum, in quo

prorsus sensus reficitur & recreatur. Recreatio (inquit
Lugdunensis) pauca, & honesta debet esse, & tam
concinne disposita, vt huiusce vitæ musices non
discordet: ad hæc homines solertes & prudentes in
molestis ac ærumnis rebus, quæ ad doctrinam conferunt,
animæ multum utilibus oblectantur. Ita vtebatur D.
Gregorius Nazianz. vt de se ipso ait in tractatu, quem
composuit, post regressum è deserto. Quo loci scribit:
quomodo sese prope maris litus abdebat, vndas maris
in bullas crescentes & excrescentes contemplans, &
quomodo aliæ scopulis illedebantur, aliæ in plagam
irrupebant, agitantes, & vehementi rabie comprimentes
ostreas, & cochleas, quas sæpissimè ex profundissimis
visceribus equor euomebat, & in arenâ eiiciebat,
aliquandò vero eas absorbebat & deglutiebat: nonnullis
exceptis, quæ rupi tam firmiter adhærebant, vt
quanuis passim ab vndis verberarentur, nihilominus
stabiles atque immobiles permanebant. Cum hæc
omnia viderem, mundum mari, & eius vndis atque
minis cœquabam. Aliquando nos euomit, & in
siccam arenam proiicit, aliquando rursus nos
concutit, vt absorptis & in profundis fallaciarum
voraginibus proiectis, iterum nos aqua suorum
fauorum, honorum, & diuitiarum immergat: aut
rursus nos deprimit, & maiori cum dedecore, atque
discrimine detrudit. Ita nos illudit, atque in dies
inescat, donec penitus destruat, ac pessumdet.
Sin autem aliquando firmam petram anchoram
figamus, de qua D. Paulus loquitur, *Petra autem
erat Christus.* Nam tunc quanuis mundi ærumnis
cōcutiamur atque exagitemur, nullo tamen pacto
vnam detrudemur, aut euellemur. Hac cogitatione,
aliisque huiusmodi præstantissimus hic doctor
animũ refocillabat, ex quiete solitaria utilitatẽ
depromens. D. Bernardus ait. Hominis, sapientis
otium verum est negotium. Publius Scipio qui
Africanus fuit cognominatus, non ab hac re
dissentiebat, cum diceret, se non minus otiosum
esse quàm cum esset otiosus. Ita narrat Cicero,
Plutarchus, & Brusonius. Quamobrem
hominum prudentium oblectamenta eiusmodi
sunt qualitatis vt nonnulli sint utilitati: &
nescio an utilitas ex hoc libro, aut aliorum
id genus possit decerpi. Etiam si oblectamenta
(inquit Florentinus) non eius sint pretij,
accepi tamen à multis, multum ad veram
philosophiam pergrata esse: dummodo
sine alterius detrimento capiantur: & his
qualitatibus quas in principio attigisti,
constent: non in quantum otiosa sint,
sed in tantum, quod ani-

1. Cor. 10

D. Bern
sup. Cant.

Cicer. 3.
Offic.
Plutarch.
in Apoph.
Brus. in
4. lib.

mm

quod animum recreent, virésque & potentias ad honestos labores subeundos reficiant. Chilo Lacedæmonius vnus ex septem Græcię sapientibus inter thesauros pretiosiores, dicere solebat (vt refert Laërtius) quietem otiosam esse colendam. Verum hac quiete non ignauiam intelligebat, at mora quieta & suo tempore pacata, vna rationis dimensa, vt labores & cogitationes anxie leuantur, quarum diuturnitatem humana fragilitas nullo vnquam pacto potest perpeti, potissimum homines tam acerbis premiærumnis contingit, vt in grauissimas atque periculosas cogitationes intrudant. Plutarchus vocat quietem ducem laboris. Quemadmodum virides arundines, continuo quidem adulescunt, sed paulatim nodos efformant, tanquam moram, cui natura inniti videtur, non vt illic moretur, sed vt maiori animo & viribus sursum tollantur. Ita homines in laboribus versati, quandam quietem curis & sollicitudinibus interponunt, tanquam nodos, quibus innituntur, non vt otio corporeo finem adscribant, sed vt maiori vi & alacritate pergraves labores patiantur, honestisque exercitationibus manum admoueant.

Marcus Tullius Cicero ait libro de Orat. de secundo Scipione Africano, eum sapissimè vnà cum Lælio Roma egredi, tanquam è carcere, & ambo deambulatum ac lusum pergebant prope maris litus, vbi ostreas in solitariis Italię plagis colligebant: quanuis viri essent summæ authoritatis & existimationis, & Reip. Romanæ columnę. Hæ viriles Scipionis manus, qui Numantiam & Carthaginem solo equarunt, ciuitates bellicosas & Romæ æmulas, & humano iudicio inexpugnabiles, rebus adeo futilibus & ridiculis demittebantur, vt tam exigui temporis otio, animus defatigatus, & defessus, paululum respiraret, virésque viriles recuperaret. de magni momenti negotiis tractaturus, infinitos labores perpeffurus, & præclara facinora consequuturus. Itaque cum prope Italię mare aliquantulum animum refocillabant, & arena colludebant, non hoc parum est, eorum respectu, vt prope Rhodani Gallia fluminis litus, his Triumphis Petrarchi oblecter. Equidem non sum nescius multas lectiones magis spirituales & vtiliores esse: sed tamen ex his optima doctrina ad conformandos mores potest expiscari. Adhæc homo historiarum varietatem scire concupiscit, cum veras, tum fictas, quę tanta subtilitate, tamque miro ordine & artificio, hoc in libro contexuntur, vt nihil amplius desiderari, aut expeti posse videatur. Fortassis me affectus quo Franciscum Petrarcham, quoniam meus est conterraneus, prosequor, posset fallere: sed mihi videtur, sublimi, atque præstanti ingenio fuisse, & non mediocri virtute cum doctrina & eloquentia coniuncta. Extant in eius operibus res adeo exquisitæ atque elegantes, vt famelicus animus iis exsaturari aueat, cumque iis potitus est, miro quodam modo iis delectatur. Extant etiam (ait Gallus) in aliis libris, res tanta plene substantia, scituque necessaria, vt magnus mihi error inureretur, si ea prætermittenda ducerem, siue curiositatibus inutilibus, & pulchritudinibus superuacaneis, animum detinerem, præsertim cum non promantur, vt ad aliquam admirationem & doctrinam animis nostris inculcandam. Ex iis magnam possumus decerpere vtilitatem (ait Florentinus.) Nam vt ait Aristoteles in principio Metaphisices, Ex admiratione procedit philosophia, & ex philosophia scientia, passus est excellens, quo intellectus (cuius ens proprium est dilatari) reficitur & recreatur. Hoc fit (ait Lusitanus) cum res eiusmodi sint qualitatis, vt eas scire necesse sit. Etenim nonnulla reuera sunt quæ nec scire decet: quippe qui ta-

lium rerum cognitio & scientia, secum præiudicium danam, & scandalum attrahit, etiam molestiam iis affert, qui suapte natura ad quandam boni propensam sunt inclinationem. Siquidem istud est scientia (inquit Florentinus) sequitur ergo videri eam cum vtilitate, & solatio esse annexam. Hoc iudicio (inquit Lusitanus) eorum qui eam reprobarunt & damnarunt, relinquimus. Quemadmodum morbus guttum fallit, & insipidum reddit, agrotóque cibum nocuum & absque vilo sapore, suauem & delectabilem simulat: ita falsa opinio iudicium perturbat & offuscat intellectum, suadens quod est suauis esse acidum, & quod inutile, necessarium. Vnde fit vt homines sint, qui res scire appetunt quas vtilis censent & dijudicant, cum tamen perniciosissima sint quarum cognitione oblectantur: sed adeo longè absunt, quin quodam animi solatio recreentur, vt radio, atque molestia potius, & loco vtilitatis, iactura & detrimento afficiantur. Ego verò pro certo & comperto teneo, talia scire, puram esse ignorantiam, nescire verò pulchram esse scientiam: vt enim ignorans solertia est, est etiam solers ignorantia.

Scientiam mundanam esse dementiam, & de duobus modis solertis ignorantia, & quam vera sit scientia.

CAPVT II.

Ignoro (ait Florentinus) quo pacto hoc fieri possit, si sit ignorantia, quomodo sit solertia, si autem solers sit, quomodo potest esse ignorantia? Num scis (inquit Lusitanus) scientiam huius mundi esse stultitiam apud Deum? Quod mundus fallax discretionem arbitratur, re vera & pro certo stultitia & futilitas est. Solertiam censet mundus, cum astus & versutias excogitamus, fallacias teximus, honores & diuitias illicitis rationibus adipiscimur: quod sanè mera est ignorantia. Quænam maior ignorantia potest esse, quæ confusio potest concipi, quam celum pro terra relinquere, Deum pro mundo, gloriam pro infetno, quietem pro infinitis & æternis pœnis? Vocat mundus sapientes, flagitiosos, quibus scientia nihil prodest, nisi vt male se gerant, & pereant, sicuti profecto ad hoc nati sunt, & eorum scientia crassa & supina sit ignorantia, cum in proprium detrimentum vertatur. Quid scire potest is, qui se saluum facere non potest? Cum igitur scientia sit demens, est ignorantia solers. Ignorantia est aliquid nescire, sed honesta est solertia, velle ignorare, cum res eiusmodi sint qualitatis, vt earum cognitio sit damnosa? Solertis ignorantia duo sunt genera: vnum cum homo scit se nescire, quæ perfectione concomitatur, quod est suam imperfectionem agnoscere. Quocirca dicebant Prisci Socratem ceteris suæ tempestatis Philosophis antecelluisse: quippe qui cum plura superessent quæ nesciret, ille solus hoc vnum sciebat, quod nihil sciret. De huius doctrinæ ignorantia loquitur Cardinalis Nicolaus de Gesa, in tractatu, quem de ignorantia composuit, & de hac non loquor, sed de alia, quæ est, cum homines scire non appetunt quæ illos decet, vt sciant quæ iis minimè conueniunt. Me latet (ait Florentinus) an sint res quæ scitu sint necessarię. Si essent (ait Lusitanus) non diceret Ecclesiasticus. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris.*

Plutarch.
lib. de lib.
educ.

Cicero. li. 2.
de Orat.

1. Cor. 10.

D. Ben.
sup. Cant.

Cicero. 3.
Offic.
Plutarch.
in Apoph.
Bri. in
4. lib.

Eccl. 9. fueris. Salomon ait in Prouerbijs. *In impietate sua*
Prou. 11. *corruet impius.* Et in Ecclesiaste. Ne plus sapias,
Eccl. 7. quam necesse est, ne obstupescas. Quemadmodum si
 quis cultro aliquam molem ferream cupit scindere,
 acies omnino erit retusa, nec poterit ea secare, quorum
 vsu factus fuit: sic intellectus qui ultra capacitatem vult
 penetrare, inhabilis est, ut quod illi conuenit non ex-
 equatur. Quot sunt, qui cum notitiam eorum quae
 magna videntur, velint habere, tandem minima etiam
 ignorant? Et corpus pro umbra deferentes, omnibus
 rebus denudantur, cani Esopi similes, qui umbram ma-
 gnitudine deceptus, quam vndis supernatare con-
 spexit, ex carne, quam dentibus premebat, ut um-
 bram caperet, caro ab ore lapsa est, ideoque utro-
 que permansit spoliatus. Diuus Paulus profun-
 dus scientiae puteus ait, *Noli altum sapere, sed time.*
 Verum alta sapere hoc in loco ad intellectum & ad
 voluntatem refertur. D. Hieronymus in Commenta-
 rijs super hanc epistolam ad voluntatem adducit, ac
 si diceret. Noli insolescere. Sed D. Augustinus libro
 annotationum contra Pelagios, ad intellectum refert:
 veluti si diceret Apostolus. Conare ut scias quod tibi
 necessarium est, & noli excelsi Dei arcana perscru-
 tari, quae Deus expressè sibi reseruauit. Et in Epistola
 ad Titum ait. D. Paulus, scilicet quæstiones & genea-
 logias, & contentiones & pugnas legis deuota: sunt e-
 nim inutiles & vanæ. Et in prima ad Timotheum eos
 qui aliquid absque vtilitate docent, reprehendit. Qua-
 re dicebat S. Ioannes Chrysostomus. Vbi curiosita-
 tes non sunt querendæ, quid opus est quæstiones sus-
 citare? Sunt igitur curiositates, quæ inquiri minimè
 debent, & quæstiones, quas euitari oportet. Cum A-
 postoli peterent à Iesu Christo, an interim regnum Israël
 esset reedificaturus? D. Lucas ait in Actis Apostolo-
 rum. *Non est vestrum scire tempora & momenta, quæ pater*
posuit in sua potestate. D. Hieronymus ait in Epistola
 duorum puerorum, & in illa De virginitate ad Eu-
 stochium, curiositatem eorum qui libros absque vti-
 litate legunt, reprehendit, voluntque scire, quæ ad
 os non spectant, neque sua interest. Idem facit D. Au-
 gustinus in libro de moribus Ecclesiæ, & in 10. Con-
 fession. & in Epist. ad Dioscorum, vocat stultam sci-
 entiarum cognitionem. Quapropter à contrario
 sensu eorum rerum superuacuarum & inutilium,
 & damnosarum erit solers. Quæ maior potest esse so-
 lertia, quam velle res vacuas, futiles & perniciosas
 ignorare, ut firmæ solidæ, & stabiles sciuntur. Vera
 hominis scientia est Deum super omnia dilige-
 re, & proximum sicut seipsum: diuina præcepta &
 consilia Euangelica obseruare, & ea quæ ad hoc nos
 impellunt, & denique ad viam salutis properare. Mul-
 tum scit ille, qui se saluare scit, & ille planè ignarus
 est, qui in perditionem proruit. Equidem illud video
 (ait Florentinus) verum videtur etiam videndi libros
 ignotos & exquisitos, curiositatem, posse plurimum
 ad hoc, & conferre, & prodesse. Hæc scientia (ait Lu-
 sitanus) humili paratur pietate, & non autem superba
 curiositate. Bonum est bonos libros legere & in hoc
 honestam habere curiositatem: at hæc omnia ad obse-
 quium Dei, & ad animarum vtilitatem sunt dirigen-
 da. Ut scientia proficit, charitate semper stipata ince-
 dat: hoc enim remoto instrumentum est ad perden-
 dum & destruendum aptum, Hoc ait D. Paulus in E-
 pistola prima ad Corinth. *Scientia inflat, charitas vero*
adificat. Non ait in nobis esse scientiam, sed illam in
 charitate esse. Nobis præcipit, ut cum amore Dei, &
 proximi sit vnita & coniuncta, & cum virtute copu-
 lata. Nam ab ea separata, & prauo instinctu comi-
 tata, hæc occasio est superbiæ, vbi præcipites ruimus,
 & nec opem neque subsidium periculis & discrimina-

bus, quibus nos inuolutos cernimus, suppeditat. Est
 veluti Latrunculorum Eques, cuius causa pecunia-
 rum nostrarum iacturam facimus, & ab inuolucris, *Simili.*
 quibus irretimur, nequaquam potest nos extricare.
 Quemadmodum Latrunculorum Eques, nihil ex E-
 quite præter nomen retinet, & quam minimam exte-
 riorem similitudinem: ita scientia ut malum patret,
 quæ est vitiosorum & deprauatorum nihil habet sci-
 entia præter solum nomen, quod illi mundus impo-
 nit, adhuc valde falsa est, cum qua plurimi falluntur.
 D. Gregorius Nazianzenus, ait Vera scientia vita
 est laudabilis, & intellectu cum Deo purus, scientia
 clara & perspicua, quæ cum verbis haud euolat, sed
 in bonis operibus firma & constans est. D. Gregorius
 Papa in moralibus. Hi (ait) nequeunt veram scientiam
 attingere, qui in falsæ confidentiam percurrunt. Falsa
 est eorum scientia qui quod necessarium est, pro su-
 perfluo deserunt, quod solidum, pro vacuo, vtile, pro
 inutili & bonum pro malo. Quid amplius opus est
 verbis, cum S. Spiritus, dicat in libro Sapientia. *In*
maleuolam animum non introibit sapientia, neque habi-
tabit in corpore subdito peccatis. Vera scientia cum
 bonis operibus ambulat. In vestimentis sacerdotali-
 bus erat superhumeralis, ad modum stola, quod ad
 renes vsque descendeat, & rationale, quod stomacho
 apponebatur: & inuicem coniungebatur: ita ut ambo
 apprimè erant connectenda & copulanda. D. Hiero-
 nymus in quadam Epistola ait, Per renes opera intel-
 liguntur, & per stomachum scientia: & cum Deus iu-
 beret ut Superhumeralis cum pectorali iustum esset,
 nos edocet ut opera cum literis loquerentur, &
 scientia cum virtute coniungeretur. Et quoniam sci-
 entia non solum stomacho tribuitur, sed etiam capi-
 ti, iubebat Deus, ad eandem rem designandam, ut in
 Sacerdotis fronte esset lamina aurea, per quam cha-
 ritas intelligitur. Quemadmodum in Templo Salomo-
 nis, nihil erat quod non tegetur (ut ait sacra Scriptu-
 ra in 3. Reg. libro.) Ita in nobis nihil debet esse quod
 non scientia cum charitate decoretur: cum (ut ait A-
 postolus) Templum Dei viuimus, & per aurum sci-
 entia charitatiua significetur, de qua Deus loquitur
 in Apocalypsi. *Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum.*
 Nullum aurum obryzum est, nec maioris valoris, nec
 magis colore coruscans, quam scientia diuino amore
 plena, & in charitate feruens: quoniam bona opera in
 charitate facta, tantæ sunt æstimationis, ut bona æter-
 na mercantur, & viuus flammis intellectum accendunt,
 vultu ite comburunt, & cor inflammant. Hæc est sci-
 entia quæ subinuitat, & exsuscitat, inuito mundo, ad
 virtutum perfectionem ad Dei honorem & ad anima-
 rum perfectionem. Denique illa est, quæ merito sci-
 entia vocatur, quoniam alia habent nomina. Quæ no-
 mina (petijt Florentinus) hæc sunt? Sūt ea (inquit Lu-
 sitanus) quæ D. Bernardus super Cantica nominat. Et
 D. Thomas in prima ad Corinth. Epistola: dicunt sci-
 entiam eorum qui sciunt, qui alio fine non mouentur,
 nisi sciendi: hoc est propriè curiositas: & illa eorum qui
 non propter aliud, nisi cum alij eos scire sciunt, mera
 est vanitas: illa eorum qui possident ut eam vendantur,
 sordida est, & mechanica: illa eorum qui in se-
 ipsis edificat est prudentia: illa eorum qui eam ut Deo
 morem gererent, sunt assecuti, proximoq; proficiunt,
 charitas est: hæc præstas est, & eximia, qua ut summè
 fruamur totis viribus est conandum. Et quanuis alia
 sit, de qua loquitur Hieremias. *Sapientes sunt ut fa-*
ciant mala, bene autem facere nescierunt: hæc est sci-
 entia magnumque ad veram scientiam obstaculum.
 Verum solertes hanc deserunt, & rerum nocentium
 studiosi, quique salutem impediunt, ut sciant quod
 illi sit ignorandum, ignorare appetunt, quod illis
 scire

Simili.

D. Grego-
Pap. in
Mor.

Sap. 1.

Exod. 11

3. Reg. 6.

1. Cor. 1.

2. Cor. 6.

Apost. 8.

Ierem. 4.

scire nequaquam conuenit. Hæc est vera solers ignorantia, quæ vera scientia stipata graditur. Verumtamen adhuc hæc sententia vera est, quæ tamen à communi hominum opinione absoleuit, quoniam sententiæ ab opinione vulgi, propius ad veritatem, quam ad morem accedunt.

De quibusdam antiquis Bibliothecis, & autoritate versionis septuaginta interpretum.

CAPVT III.



Nficiari non possumus (inquit Florentinus) quin vt hanc scientiam, quam tanti facis apiscamur, infinito librorum numero diuersarum artium & scientiarum opus sit? Multa enim ei legenda sunt, qui multa scire desiderat. Illud hominis docti insigne testimonium, magnam & amplam bibliothecam cumulare. Non hallucinatis (inquit Lugdunensis) plurimorum enim notitiam inij, qui magna & ampla conclauia & musæa habere gloriantur, quorum ne quidem tantum tenent nomina, verum nunquam eos legere, & de quibus agant, prorsus ignorant. Magni faciunt cum eos possident, parui verò cum nec vident nec auribus percipiunt. Tantalo similes sunt, de quo ferunt Poëtæ, cum aquis vndique circumdetur, & mento vndas attingat, siti arefcit. Libri sunt oculorum epulæ, virtutes animi alimentum: libri parietes ornant & decorant, virtutes verò animas. Mallem virtutem, quam magnas Bibliothecas possidere. Attamen (ait Florentinus) antiqui fuere solliciti immensos libros conglomerare, vnde magnam laudem & æstimationem sunt assecuti. Historiarum monumentis proditum comperimus, & referunt. Aulus Gellius. D. Isidorus, & Volaterranus: primum qui publicam Bibliothecam in Græcia erexit, fuisse Tyrannum Pisistratum. Sed tamen videtur quam parum utilitatis ex hac Bibliotheca deprompserit, cum libertatem ex Athenarum Republica sustulerit, & tyrannidem multis sceleribus & dolis, vt narrat Trogius Pompeius & refert Alexander ab Alexandro. Non ago (ait Florentinus) an Tyrannus utilitatem ex his libris excerpserit, necne, dico autem eum magna laude dignum fuisse, tantam varietatem & immensitatem librorum congerere, à quibus is alijque multum emolumenti & commodi poterant exhaurire. Fortassis (inquit Lugdunensis) erant in hac Bibliotheca libri boni & mali, alij pro prudentum & sapientum lectorum emolumento, alij quibus incauti deperirent. Quemadmodum sagax Pharmacopola ex innumeris fundi herbis, eas quæ ad medicinam conducunt, seligit. Ita lector sapiens & prudens, ex cuiusdã Bibliothecæ & Musæoli libris, vtiliores, & meliores delibat, futiles verò, impudicos & nefarios reiicit. Sed cuperem scire, an recorderis te insignes alias Bibliothecas auribus accepisse. Memini (ait Florentinus) me in Suida lectitasse & in Officina Rauisij Textoris, Tyrannionem, plus quam tria millia voluminum cumulasse. Imperator Gordianus (vt narrat Iulius Capitolinus, & Petrarca in remedijs aduersus prosperam fortunam) habuit in sua Bibliotheca sexaginta duo millia voluminum. Sed ante hanc fuit alia Romæ Cornelij Syllæ, quam ex Athenis retulit, feruntque esse Aristotelis: aliam Asinij Pollionis in qua erat, imago Marci Varronis, inter Romanos eius temporis eruditioris, ob decorem illustrationem huius domus, vt narrat Plinius lib. 7. & Alex. ab Alexand. lib. 2. Vt ad Pollionem re-

deamus, quot homines præstantis ingenij & eruditionis potuit colligere, Remp. hominum frugi erexit, qui fronte infracta loquebantur, & impauidi erudiebant. Narrant antiqua Chronica, aliam Bibliothecam fuisse Pergamis, ab Eumone filio Regis Attali collecta, vt refert Plutarchus in vita Marci Antonij. Narrant insuper Strabo & Plinius & Rauisius Textor in officina. Fuerunt alia florentes & elegantes Bibliothecæ: ea verò Alexandriæ Ægypti à Rege Ptolomeo Philadelpho congesta, celebrior atque illustrior fuit, in qua vt ait Aulus Gellius & Ammianus Marcellinus fuerant sexcenta millia voluminum: quod sanè dignum est admiratione, & vt ferè à veritate dissonum videatur: non inquam vt ij legerentur & euoluerentur, sed vt nomina atque tituli scirentur, qua in re nec hominis vita sufficeret. Reprehendit Seneca & obiurgat huius Regis curiositatem, cum tantos libros veluti rem superuacaneam & inanem cumulauerit: verum Titus Lilius eum magni facit, & effert laudibus tanquam virum subtilis ingenij, & inclyti, atque bellicosi principis magnitudine nobilitatum. Rex ille ad regendum hunc pretiosissimum thesaurum, commiserat Doctum omnibusque eloquentiæ numeris absolutum Demetriū Phalereū, cui expressè demādauerat, vt quot libros amanentes recuperaret neq; pecuniis, neq; laborib; parceret: & per omnes mudi partes viros demittebat, vt omnes libros perscrutaretur, quos suis visceribus reconderet: quamobrem, hanc Bibliothecam adauxit, & locupletatus est, eamque celebriorem totius huius vniuersitatis reddidit. Sed quo ampliori decore cumulata est, fuit cum Legem Dei ex Hebræo Græcè à Septuaginta interpretibus translata contineret. Efflagitarem (ait Gellius) vt hanc veram Septuaginta interpretum historiam aperires. Quantum in me est, nihil aliud possum explanare, quam pro certo & rato tenere, eos transtulisse. Illud (ait Gallus) admodum tritum est, sed cuperem fusius veritatem extorquere. Ea est rei veritas (ait Lusitanus.) Cum Rex Ptolomeus certior redderetur, quo pacto sacra Scriptura in manus Iudæorum venerat, eum pro decore atque illustratione suæ Bibliothecæ summè rogabat, vt quosdam viros mitteret autoritate, fide, & doctrina dignos, qui fideliter ex Autographo, Hebræo in linguam Græcam transferrent. Et misit Septuaginta interpretes, sex ex quaque tribu, homines & ætate, maturos & linguarum Græcarum & Hebraicarum cognitione non ignaros, vita & sanctitate præstantes, experientia peritos, fama integros, & denique sagaciores atque prudentiores, qui in totius Iudææ ambitu cum literis, tum virtute, autoritate, & senectute possent inueniri. Per opportunè Eleazar sortitus est cum hos senes elegit, quibus temporis diuturnitas multarum rerum vsum attulit, quæ iuuenibus occluduntur. Memini me in inscriptionibus Petri Appiani legisse, in insula Gades, nunc Cadix nuncupata, templum Senectuti esse à quibusdam Græcis constructū, qui illic vt è regione habitarent, aduenerant: qui magno honore, & veneratione longam ætatem prosequabantur, qui magna referat, lubricosque sensus coëreent. Eapropter dicitur, hac vetusta ætate, homicidas ad senes tanquam ad asylum confugere, sicuti nunc pro incolumitate ad Ecclesias & Tempa confugimus. Vt igitur erant duodecim Tribus, ex vnaquaque Tribu sex electi sunt, qui vnà erant Septuaginta duo: tantoque numero extitere, vt nunc etiam septuaginta interpretes vocitemus. Egressi sunt è Hierusalem iussu summi sacerdotis Eleazari, & in Ægyptum profecti sunt, vbi summo honore & beneuolentiâ à Ptolomeo Rege sunt admissi: q

Strabo lib. 13. Plin. lib. 35. Rauis. Textor in Of. sic.

Vetus Testamentum interpretati sunt, & ex Hebræo in Græcum transtulerunt, cum à Deo fuissent afflati, quorum traductio, ab omnibus extunc magna probatur autoritate & veneratione, ad hodiernum vsque diem. Eusebius Cæsariensis, in suis libris de præpara. Euangel. literas, quas Ptolomæus ad Eleazarum, & Eleazar ad Ptolomæum misit, inserit. Aristeus, quem alij Aristeam vocant, nostri temporis Chronographum, qui rebus his interfuit, nomina eorum interpretum recenset, in tractatu ad Philocratem, quo loci fusè & copiosè hanc historiam narrat, & Sixtus Senensis in sua Bibliotheca. Notat Iosephus Flavius lib. 2.2. Antiquitatum: Septuaginta interpretes, nihil præter Pentateucum, hoc est, quinque libros transtulisse, sed constat eos omne vetus testamentum transtulisse. Ita testantur, D. Hieronymus. D. Augustinus. D. Ambrosius, Origenes, Eusebius Cæsariensis, Philo, Ireneus, Tertullianus, Epiphanius, alijque classici, atque innumeri authores. Hæc traductio facta est, tercentis quinquaginta annis ante incarnationem Iesu Christi Saluatoris nostri, & iuxta computationem Eusebij lib. de Temporib. fuit anno creationis mundi 4920. Tuncque res insignis admirationis accidit: nam cum iussisset Rex Ptolomæus, vt hi interpretes viritum & segregatim cubiculo immitterentur, ne vicissim quidquam inter se fas esset communicare, vt an in Traductione inuicem consentirent, experiretur. (Equidem hoc fuit admirandum, omnes eundem tenorem scripsisse, neque vnum ab altero, minutissima tantum syllaba discrepasse,) eandem rem omnes scripserunt, omnes enim eodem ingenio pollebant. Ita narrat D. Augustinus, Ireneus, Epiphanius, Rufinus, Philastrius & complures alij. Quid amplius restat, nisi cum Iustinus Philosophus & martyr, in admonitione aduersus Gentiles affirmat sua etiam tempestate Septuaginta interpretum Cellulas visas esse, quas oculis suis conspexerat, vbi quisque illorum separatim fuerit collocatus? Præterea nonnulli dixerunt hoc Cellularum separatarum testimonium esse fictitiuum: sed verum fuit, & à grauissimis ac probatissimis authoribus probatum, cui rei nullo dubio pendendum est. Hæc traductio in Alexandria remansit Bibliothecæ Ptolomæi Philadelphi annumerata, secumque Septuaginta interpretes in Hierusalè attulere, vbi summa veneratione & autoritate est asseruata. Postmodum Græca Ecclesia hac vsa est. Pariter Ecclesia Latina, ad tempus vsque D. Hieronymi qui totum vetus Testamentum ex Hebræo in Latinum transtulit, quæ versio ab Ecclesia est accepta. Hæc illa est quæ etiam tunc temporis, vtimus, excepta Psalmorum versione quæ antiqua est, ex traductione Septuaginta Interpretum exprompta. Hæc versio, quam nunc videmus, quæ vulgaris est appellata, ab Ecclesia Catholica à tempore D. Hieronymi accepta est, quæ præstantior est cæteris, in qua nec labes inest neque macula: hæc illa est quam tenemus, quam addicimus, & cum qua consentimus: à doctoribus Ecclesiasticis inchoata, à Patribus sanctis interpretata, à Sancta matre Ecclesia Romana declarata, & à sanctis Conciliis approbata. Sed nihilominus obstat, quin magna veneratione versionem Septuaginta prosequamur, quam doctores Græci commentariis illustrarunt, vna cum pluribus Præcorum Latinorum, ex quorum operibus magnam tunc temporis vtilitatem depromimus. Et non solum ab iis, verum etiam à compluribus neotericis, quæ meliora nostræ vtilitati & posteritatis commodo videntur, seligimus. Quemadmodum radix humorem terræ exluccat, pro alimento eam ad se attrahens, & ramis, surculisque pro

Euseb. Cas.
lib. 8. de
preparat.
Euang.

Sixt. Sen.
in
sua Bibl.

Ios. ph.
Flau. li.
2.2. Antiq.

Euseb. lib.
de Temp.

Augu. lib.
28. de Ci.
uit. Dei.
Iren. li. 5.
Epiph. in
Tract. de
pond. &
mens.
Iust. Phi.
los. in Ad.
monit. ad
Gent.

Simile

vita dispergens: delibanda etiam est optimo scriptori, bonorum authorum doctrina, illique conseruanda, pro animæ vtilitate, eaque libris distribuenda, vt studiosi lectores, & auditores, maximum emolumentum hinc possint delibare. Verumenimvero, probè teneo, quanuis ea Alexandria maior fuerit, illustrior, totiusque orbis celebrior, magnitudine pretio & numero voluminum: non tamen legimus Regem Ptolomeum, qui eam erexit, & auxit, sibi idcirco prodesse quo vera sapientia, & supremi Dei fide ornaretur. Hanc librorum innumeram multitudinem cumulauit, fortassis, vt famam, celebritatem, & magnitudinem adaugeret, & perpetuis imaginibus nomen & gloriam quam ex se sibi parauerat, consecraret, quam vt ad commoditatem animæ, & immortalis felicitatis æternitatem ex literis quidpiam frugi exhauriret. Velim vt harum Bibliothecarum authores, quos in hoc capitulo citauimus, potius virtutem quam libros perferantur, & ad acquirendam veram scientiam prius animum incumberent, quam ad erigendas, construendas, latas opa casque Bibliothecas, & mulsæ. Parum enim prodest, cubacula libris adornare, nisi anima virtutum ornamentis decoretur.

De bonorum librorum vtilitate, & de lectionis malorum detrimento.

CAPVT IIII.



Veo (inquit Lugdunensis) scire originem historiae septuaginta interpretum, & nomina Authorum atque celeberrimorum Bibliothecarum, de quibus præfatus es, qui proculdubio maxima laude digni sunt, cum magnos librorum acervos ad vtilitatem tam innumerorum hominum cumularint. Quemadmodum aurifex non facile pretiosa monilia quæ cudit potest elaborare, nisi plurima instrumenta, suo officio apta habeat: Ita vir doctus difficile commodum ex labore alterius poterit depromere, nisi magnam librorum varietatem habeat. Non inficior (ait Lusitanus) homines præstantis ingenij studiosos, & sciendi cupidos multum prodesse cum multum librorum sibi comparant: sed ij tanquam peritiles deligendi sunt. Præcipua & excellentior lectio est ea sacræ Scripturæ, ea sacrorum Conciliorum, deinde authorum Catholicorum, nonnunquam etiam Ethnicorum, qui probè sunt eloquenti. Tum demum libri peritiles legendi sunt, discreti, sapientes, optima & sincera doctrina pleni, qui ad rectè vitam degendam nos exsuscitant. Tales libri sunt veluti prata vernantia, in quibus solers & perurbanus lector flores suaves & odoriferos seligit, & tanquam apes industria, ex iis mel dulcissimum conficit. Sunt amœnæ & periucundæ arbores fructiferae, pulcherrimis, & saluberrimis fructibus onustæ, quibus animi aluntur: Sunt gratæ & opulentæ Orientales plagæ, vbi pretiosæ sententiarum & exemplorum margaritæ præceptorum & documentorum quibus anima deuota ornatur & illustratur. Hos libros legentes, maxime commodo nostro nobis consulimus, vt ait Ecclesiastes. Post industriam sequitur scientia. Ideo D. Paulus ad Timotheum. *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ.* Ex bonis libris sepe nume-

Simile

Eccle. 10.
1 Tim. 4.

numerò multa eruditionis plena, & multa præstantia exempla possunt delibari aliaque imitemur, alia verò quæ fugiamus. Illic facta & dicta virorum sapientum & virtute illustrium in sinu ecclesiæ lacte doctrinæ promotorum & elatorum, in virtutum academia eruditorum comperiuntur: qui ut eas amplectamur, nos impellunt & excitant, ut nos agnoscamus affectusque mundi, eiusque fallacias abnegamus, instruunt, ut momentaneas diuitias contempnamus, & ad æternas aspiremus. Boni libri nos admonent, ut cogitationes memoriæ inferamus, ut sensus disponamus, ut Dei nostri voluntatē intelligamus ad eū diligendū & iustitiā ad timendū, & misericordiam ne desperemus. Patientiam in rebus aduersis, & modestiā in prosperis successibus docent. Tum demum nos informant, ut vitā hanc corruptibilem moderemur, ut æternam & immortalem consequamur. Contrā verò libri prophani, languidis & impudicis liquefacti voluptatibus, amoribus, fictis historijs, mendacijs, delicijs, & obsecrationibus dehonestati, qui ad peccatum incitant omnesque vetiti libri, periculosi sunt, & dānosī, multisque grauissimorum malorum sunt fomites, & pro inferno, ardētes titiones. Homines cum eos lætāt, tempus frustra conterunt, imò sæpissimè perdunt, nescij quorsum ita se gerant. Et utinam ne iacturæ temporis ea conscientia, & sui ipsius cognitionis superaderetur. Alij ea de causa obiurgati, causantur, si hos libros lætāt, hoc esse propter leporem & venustatem, & propter quosdam periucundos sermones, quibus oblectantur. Verum nequaquam idcirco legendi sunt. Venenum etiam tunc magis pertimescendum est, cum maiori auri quantitate tegitur, & cū optimis immixtum condimentis porrigitur. Sub his mellisuis verbis sæpissimè lethale virus latet. Ait Plinius, quandam esse prouinciam, in qua mel pestiferum est venenum, quoniam apes quibusdam intoxicatis herbis illud conficiunt, quæ illic reperiuntur, mel illud suauem quidem est, sed enecat. Ita mel impudicorum & perniciosorum librorum, quauis sensu corrupto dulcis sit, est tamen mortiferum, delibatum enim est ex floribus intoxicatis nempe obscenitatibus, erroribus, prædioribus, mendacijs & huiusmodi rebus, quibus authores, qui sunt apes, eos componunt. Sunt alij honesti libri & peritiles, suauis stilo & dicendi vbertate, verbisque tanta eloquentia & facundia demulcentibus, ut libris prophanis sint præferendi: qui etiam si elimatiores & politiores essent, nulli tamen cōsulerem ut eos legeret. Quæ admodum ensis, eò lucidior est, eò magis in furiosi manibus periculosa est: sic lingua, eò elegantior est, eò maius scandalum libris prophanis adducit. Ut etiam vir prudens & sagax honesti panni pallium eligeret, dummodo nullo periculo exponatur, quam si illud ex furiosi Tauri cornibus exciperet: ita libri optima doctrina fulgentes sunt eligendi, quauis non ita puri lucidi, tantique splendoris, eligendi sunt cum discrimine careant, quam libri obsceni, impuri, quantumvis polito elegentes, pretij ac existimationis sint, siquidem sunt periculosi, & lethales. Ait D. Hieronym. Cum Anthistenes eximius Orator publicè Rethoricam summa existimatione & fama, docens, Socratem disputantem, & de virtute præstantiæ tractatē audisset, dixit discipulis. Discedite felices, aliumque præceptorem indagate: nam mihi quempiā nactus sum. Cūque quidquid possidebat venderet, à Rethorica se extricauit, minimèque eloquentiæ sollicitus, ad Philosophiam morali collimauit, ob quā infinitos perpeffus est labores, quos Xenophon in Symposio memoriæ tradidit. Veruntamen (ait Florentinus) non est dubitandum: eloquentia verò, est

quiddam resonans, dilucidum & effulgens. Imò igneus radius (inquit Lusitanus) cum labitur resonans est, & propterea non desistimus, quin ab eo caueamus: etiam cometa resplendens est, non tamen stella est, nec quidpiam quo ad quotidianum usum indigeamus: eodēque modo ignis flammam lucidas & splendentes emittit, magna tamen ædificia, & diuitias comburit, & consumit, ac maximorum damnorum causa est. Ut igitur eloquentia sit utilis, cum virtute prudentia animi vinculi, & nexibus est connectenda. Permulti sunt Ethnicorum, qui nouerunt, ut verus fieret Orator, non fat erat, ut dicendi facultate polleret, sed erat necesse, ut probitate & virtute, quo facilius persuadere sibi que prodesse posset, adornaretur. Dulcis elegancia cum dulci stilo libris prophanis nihil aliud est, quam excitatorium vltijs, condimentis & deprauatis appetitibus, & fomes cum quo conscientia ignescunt. Mallem aquam limpidam purissimi fontis in vasi vili cortice confecto bibere, quam aquam turbidam putridā & intoxicatā poculis aureis & argentijs. Mallem inquam bonam doctrinam librorum eruditorum, deuotionis plenorum, quauis crassa, Minerua bardōque stilo scriptorum, quam vanas & impudicas fabulas, quæ stolidos appetitus & libris mundanis excitant, quauis ad singularis eloquentiæ fastigium non perueniant. Linqvamus ergo libros qui nos ad profana prouocant & alliciunt, illōsque qui ad diuina erigunt, euoluamus. Nam eò magis quædam callebimus, eò minus alia callere sitiemus. In libro Geneleos scribitur, quam primum Iacob Deum nostrum animaduertit, (cum iussit ut vocaretur Israël) & cum Angelo Domini, luctaretur tandem claudus emarcuit: ut intelligamus, si multa scimus in sceleris notitia, & technarum mundi, claudi marcescimus, ut ea faciamus, quauis non ignoremus, ut vitaremus & effugeremus. Quemadmodum lumen pellucidū est ex parte solis, ac ex alia parte ubi terra opponitur, est infuscātū: sic anima nostra scientia diuina resplendēs, quæ ex Sole iustitiæ manat, vacua est mundana scientia. Fateor quidem ob multarū rerum cognitionē multos habere libros operæ pretium esse: sed ab impudicitijs, dedecoribus, & prauis curiositatibus abhorreant, imò tales libri rōgis essent subiiciendi. Sic fiebat in primitiua Ecclesia, & ita refert D. Lucas in Actis Apostolorum: *Multi (inquit) ex eis qui fuerant curiosa sectari, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.* Ut potè hoc diuino spiritu afflabantur, & hac mira deuotione impellebantur, nihil præter spirituales libros, probæ doctrinæ & eruditionis admittebant: nefarios verò & perniciosos flammis publicè submittebant, ut comburerentur: priusquam libri eos consumerent, eò viuis illos auferebant, ne à libris vita spoliarentur. Magnum sanè exemplum summi feruoris Christianorum illius temporis, quos imitari oporteret, libros prophanos & impudicos non legentes neque possidentes, & multo minus eos vetitos & prohibitos: sunt enim folles diaboli, qui prunas lethalium errorum & deprauatos appetitus in cordis fornace accendunt.

* *

n 4

Lusita-

Simile

Simile

Gen. 32.

Act. 19.

Eccle. 10.
1 Tim. 4.

Iustinus progreditur suos sermones, & agit de scientia cum diuino amore & profunda humilitate coniuncta.

CAPVX V.



Ibri vſitatus legendi ſunt ij qui magis quales ſimus detegunt, & ad noſtrummet cognitionem vrgent, vt inde ad illam Dei conſcendamus, eumque ſummè diligamus. Quid nobis prodeſt artes liberales ſcire, multarum rerum ſcientiam tenere, ſi noſipſos non agnoſcimus? Quid nobis prodeſt huc & illuc diſperſos progredi: niſi in profundifſimum conſcientiæ cõclauē nos abtrudamus, noſtrūque centrū inueſtigemus? Quid prodeſt ædificia occulta, clauſa & obſerata penetrare, ſi noſtrorum ſenſuum aditus vanitatū illecebris aperiamus & rerum mundanarum titillationibus? Parum elementorū cognitio nobis prodeſt, virtus gemmarum, ſtirpium natura & proprietates, & omnis mixtorum corporum ſuperficies, inſtitutionum aſtrorum & cœleſtium orbium mutationum ſcientia, ſignorum abſconſus, diuiſio climatum, & denique creaturarum ſcientia, niſi eam Creatoris teneamus? Hanc diuinam cognitionem nunquam perfectè attingeremus, niſi in primis eum diligamus: nam Eccleſiaſticus ait, *Dilectio Dei eſt honorabilis ſapientia.* Et paulò poſt, qui ea indigent, illa etiam indigent. Hæc eſt diuina, quam denotat liber Sapientiæ, *Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubſiſt ſcientia Dei.* Multum poteſt eſſe verſatus quiſpiã in Theologia, neque hanc ſcientiam tenere. Multò fatius eſſet, ſimpliciter cum virtutibus degere, quam vitijs onuſtus, Theologiam profiteri. Ait Hugo de S. Victore. Nunquam rerum diuinarū notitia in nobis incrementum capit, niſi prius diuini amoris flamma cordibus noſtris exardeſcat, imò potius nocet & detrimento eſt. Vt enim ait Iſidorus: Eò magis homines ad literarum ſtudia promouentur, eò magis animus ſaltu arrogantia & vento vanæ gloriæ ampulſacit, niſi literæ virtutibus comitentur. Vnum eſt literis ornari, & aliud ſcientia ornari: literæ enim abſque diuino amore poſſunt eſſe, non autem ſcientia. Beati qui eam poſſident: quippe qui ſcire miſericordiã Dei eſſe immenſam potentiam æternam, ſapientiam inſinitam, bonitatem cunctis deſiderijs ſuperabundantem, eum ſummè diligunt, & cum ipſo in vnum animum redacti, in ipſo delectantur & ſolantur, ei tanquam arci, & perſugio confidentes, mundum vnà cū vanitatibus aſpernantur, & ſupercœleſtia contemplatur: non quòd in ſola cognitione, earumque ſpeculatione ſuam fœlicitatem deſignant, ſcientiam nulla diuini amoris habita ratione, relinquentes: doctrinam nihil aliud rati, quam vt diligere ſciant: & in profundum diuinæ charitatis pelagus abſorpti, in ſpirituale oblectamentum euecti, in proprio edulio, quod idem eſt Deus, ſaginantur. Sunt quidam qui vim intellectus, non autem voluntatis excitant, pro fine ſumentes res Dei ſcire, non vt ſancto Dei amore inſlāmentur, ſed tantum curioſa illarum cognitione detineantur. In his ſpiritualem conſolationem conſtituunt, hæc eſſe veram vitam contemplatiuam opinantes. In quo toto cœlo aberrant: vera enim cognitio feruētī amore Dei, ſulta eſt, quo cum verus contemplatiuus coniūgi debet, in illo cū omni amore ſuo annexus, & abſorptus. Hæc eſt vera ſapientia, cuius initium eſt timor Domini, vt ait Dauid quodam Pſalmo, & Salomon eius filius in Prouerbijs & Eccleſiaſticus in 1. capite. Hæc ſcientia à Deo promanat, vt ait Eccleſiaſticus in

eodem capite, & Salomon in 2. Prouerbiolorum. Gentiles etiam huic rei conſenſerunt, & dixerunt Mineruam, qua ſcientiam intelligebāt, à cerebro Iouis, quæ pro ſummo Deo colebant, eſſe procreatam. Phornutus in libro de natura Deorum ait, eos depinxiſſe filiam, dicentes eſſe virginem, quia erat vera ſcientia quæ à Deo manat nõ corrupta nec deprauata, ſed pura & intaminata. Qui tanto labore, ætuantique deſiderio eam perquirunt, tandem indagant & obtinēt, & ad Dominum accedunt viua fide, profunda humilitate, & vehementi deuotione accedunt, eius pedibus corde puro & viſceribus pietatis proſtrati, miſericordiam efflagitant. Ait Sacra Scriptura in Deuter. 38. de Deo loquens. Qui pedibus ſuis proſternuntur, doctrinam accipient. Quam longè alienātur ſuperbi, quominus hoc bono fruantur, cogitatione vanæ doctrinæ fiſi, & omnia eorum opera bombycina eſſe arbitrantur, aliorum verò vili lana confecta. Infelices ij qui ſe videre arbitrantur & cæci ſunt, & putantes ſe eſſe ſapientes, rerum omnium ſunt expertes. Tales fuerūt hi Philoſophi, qui in Idololatria uiuentes & morientes, verum Deum nec colere, nec diligere voluerunt: de quibus loquitur D. Paulus dicens: *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcurati ſunt inſipientes cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſulti facti ſunt.* Deum reliquerunt, & ſeſe in vanitatem ſenſuum conuerterunt, quibus inſcruabilia Dei iudicia comprehendere voluere, & arcana ſecreta atq; myſteria, ſola mente inſolentia & arrogantia ſcatente, intelligere: eapropter eorum lumen in tenebras verſum eſt, & in magnas perturbationes corruere. Et cū de virtutibus loquerentur, virtute vacui erant, & in medio mundanarum & annonæ foro, fame peribant, ita vt plurimi eorum mortem ſibi conſeiuere voluntariam, quorum vnus fuit Ariſtoteles cæteris eminentior. Equidem ſcio plures eſſe opinionum varietates de morte ipſius: plures verò conſentiunt eū paſſione interiſſe, eo quod cauſam fluxus & refluxus perpetui motus Eurippi, qui ſinus maris eſt inter Boetiam & Tubeam, non potuerit diſſoluere. Nam vt ait Põponius Mela, ſepties in die ex horſum ſeorſum aſcendit, & toties ex horſum ſeorſum descendit. Hanc ſux mortis fuiſſe cauſam ſatis teſtatur Iuſtinus Martyr & Philoſophus, vt etiam Proerpius in ſuo 4. libro, & Gregorius Nazianzenus in prima oratione contra Iulianum. Sed quidam eius cõmentator hunc Nazianzeni locum exprimens, ait & refert Comes Ioannes Franciſcus de Miranda li. 4. ſux Philoſophi Ariſtotelem hæc fatum eſſe. Quoniam Ariſtoteles nõ potuit comprehendere Euripum, Euripus Ariſtotelem comprehendet, & hæc dicens & ex alta rupe in mare ſe præcipitem eiecit, vbi extremum vitæ diem clauſit. Laurentius Valla idem ait in Tractat. de liber. arbitrio. Videte quæſo in quo ſerunt Ariſtotelis Philoſophiam conſiſtere, videte quomodo eius ſapientia exſiccata eſt & euanuit, quæ parum illi profuit, ſiquidem ſeipſum ſaluum facere nequaquam potuit. In mare ſe ſpõtanea voluntate proiecit, vbi profunda & falſæ vnde illum ſubmerſerūt, qui iam in vanam ſuperbiam erat immerſus. Ideò dicebat Deus per Prophetam Ieremiam & refert D. Paulus in 1. ad Cor. *Perdidi ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Tantum quiſque ſcit, quantum operatur. D. Hieronymus de Ariſtotele loquens, laudatq; ab hominibus illi tributas, ait, Cruciatuſ vbi eſt, & exaltatur vbi non eſt. Hic fuit infelix & extremus eius vitæ dies plurimis Gentilium ſimilis, qui cū ſe neſcirent ſaluos facere, inſelici exitu interierunt. Veram ſapientiam quam ſuperbia ignorarunt, ſimplices propter humilitatem ſciuerunt. Ieſus Chriſtus de illis loquens

Eccleſ. 1.

Hugo de S. Vict. li. de vanit. Iſidor. li. 3. de ſan. bon.

Pſal. 110. Prou. 1. 9. Eccleſ. 1. Prou. 2.

Deut. 38.

Rom. 1.

Iuſt. Mar. Precep. ſt. ſt. in 4. lib. Greg. Nazianz. 19. 1. orat. aduerſ. Iulian.

Iſai. 33. 1. Cor. 1.

Matt. 11.

quens in Euangelio ait, *Confiteor tibi Pater Domine, caeli & terra, quia abscondisti haec à sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Talis fuit gloriosus D. Franciscus, cuius humilitas gloriosa quaedam videbatur essentiae, & plurimi alij qui in humilitate plurimum sibi profuerunt. Propheta Regius Dauid cum Deo loquens,

2 Sab 128. dicebat, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu sum dat paruulis. Non ait intellectum dat eis,

qui magni censentur, sed qui censetur paruuli, qui cum demissi & infimi sint eorum opinione, oculos Dei desursum extollunt: nam ipsemet ait, *Qui se humiliat, exaltabitur.* Et D. Iacobus in sua Canonica, *Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.* Quemadmodum spicae, eò maiores & plenae sunt, & demittuntur, & inclinantur: & econtra eò leues & vacuae, eò magis eriguntur, & desursum feruntur: sic eò magis homines virtutibus & singulari scientia pleni sunt, eò magis abijciuntur & humiliantur: eò etiam magis vacui sunt & inanes, eò magis extolluntur, & superbi fiunt. Idcirco ait Salomon in suis Prouerbijs.

Ybi erit humilitas, erit & sapientia. Vera scientia in diuina Scriptura vocatur aqua, quod conforme est dicto Ecclesiastici, qui loquens de Iusto ait. *Aqua sapientia potabit illum, & firmabitur in illo, &c.* Hoc ipsum in aqua voluit Deus significare, quae de petra exiliit: quae scientia est à Deo promanans, vt ait D. Paulus. *Petra erat Christus.* Vt ergo aqua per loca inferiora fluit & labitur: ita vera scientia in humiliu cordibus requiescit. Quemadmodum profunda valles fertiliores sunt montibus vento iactatis, vt ait Psaltes, *Valles abundabunt frumento.* Sic humiles passim virtutibus & bonarum literarum disciplinis sunt vberiores superbis & arrogantibus: ideò Deus eorum petitiones & supplicationes impetrat. De illis ait Propheta Regius, *Respexit in orationes humilium, & non spreuit preces eorum.* Quemadmodum faui mellis qui in fundo aluearij sunt, pleniores sunt ijs qui sunt in oris: pari ratione humiles, qui suauissima scientia pleniores sunt, praestant insolentibus & multu inflatis. Docet nos Dominus noster hanc humilitate, dicens, *Discite ex me quia mitis sum & humilis corde.* D. Paulus etiam de illo loquens ait, *Humiliauit, semetipsum factus obediens vsque ad mortem, non autem quoduis mortis genus, sed mortem Crucis, quod genus erat summopere crudele & maxime eò tempore ignominiosum.* Cum hac humilitate, quam Deus praecipit, celsa & ardua scientia connectitur, quam Philosophi, & Oratores Ethnici, non assequuti sunt, quoniam per fidem ex fonte quo promanat, non bibere: de quo dicit Ecclesiasticus, *Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata aeterna, qui est Iesus Christus Deus noster.* Riuulos turbidos & obscuros perquirebant, qui primo verno tempore efficcantur & crescunt, linquebant verò fontem viuum & clarum, qui perpetuo agmine fluit, & meat. Superbam scientiam perscrutati sunt: nos autem humilem perscrutamur, quae eò humilior est, eò excellentior. Nam scientia tanto magis pretium perfectionis continet, quò in statera deuotae humilitatis propendet. Et vt ait D. Ioannes Chrysostomus, inter sapientes, is sapientior est, qui est humilior, & quo humilior, eò magis securior est. Propterea quod superbia tanto magis ascendit, tanto grauiore lapsu corrui, & tanto veloci, repentino impetu ac violentia ascendit, maiori etiam vi deorsum cadit, & econtra humilitas, locum humiliorem non habet quò ruat, & decidat.

De magna existimatione, qua Principes olim viros doctos prosequabantur, & qui eorum Consiliarij esse debent.

CAPVT VI.



Non me latet (ait Florentinus) nonnullos esse, qui rationis limites transfiliunt, ob scientiam sese iactitantes: sed idcirco video antiquitus Principes, cum ij qui generosos animos audacibus conceptibus deuouere solebant, tum alij multò minus strenui, magno semper pretio homines literatos habuisse. Imperator Octavius Augustus Frontonium Philosophum Consulis dignitate donauit, multosq; alios honores & beneficia est elargitus, & Marc. Antonius statuam ei iussit erigere, ad perpetuam eius nominis famam, eximiaq; doctrina, vt narrat Iulius Capitolinus. Imperator Domitianus eloquentem Silium pluries Consularem creauit, vt ex quibusdam Martialis versibus colligitur. Traianus Imperator secum in triumphali curru Dionem Pruficum ducebat, vt testatur Suidas, eiusque consilijs obtemperabat: optimè enim consulendi methodum callebat, cum esset vir summae prudentiae, & literis omniu qui tunc Romae extitissent peritissimus. Traianus, cum eo multa quam familiariter agebat, & communicabat, quae nulli Principi communicasset. Is enim cui Oriens & Occidens genu incuruauerat Philosopho subijciebatur. Constantinus Imperator, Philosophum Alabium Praesidem constituit: virum summi ingenij eximia eruditionis, & scientia versatissimum. Ita narrat Europius & refert Volaterranus. Petrus Crinitus ait Theodosium Imperatorem praefectura & ducis in bello dignitate praestantissimu poetam Aurelium exornasse, si dictis Suida velimus fide adhibere. Artaxerces Persarum Rex famosu Hippocrate insignè Medicum & Philosophum è Graecia, crebris missionibus euocauit, & magnis auri atq; argenti sumptibus, alios viros literis eruditissimos, qui toto Europae ambitu nancisci possent, iussit perquirendos. Eius erat voluntas, vt suum Regnum honoribus illustrarent, suos docerent, illique consulerent. Etenim sapientes consilio delectantur: & quamuis ad alios consulendos idonei sint, non tamen consuli dedignantur. Phalaris Agrigentinus (aliàs adeò crudelis Tyrannus vt magis vitas auferebat, quam verbis possem exprimere) iussit Templum in honorem Philosophi Stesicori construendum, vt narrat idem Pontanus in tractatu de Obedientia. Et in illo de liberalitate ait, Imperatorem Antonium Pium Philosophis & Oratoribus non solum pecunias erogare solitum, sed honores etiam & provincias. Vterius sua munera quam promissa progrediebantur, & promissa non ita fusc dilatabantur, quin eius opera vterius etiam penetrarent. Non eius rei notitiam haberemus, si scriptores eius tempestatis vnde Pontanus illud expròpsit, non scriptis reliquissent. Herbae & flores, qui ex seipsis, diu non possunt subsistere, si Aromatarij ea distillant, & liquefiat, diu odoriferis & suauibus aquis asseruantur. Ita vitae hominum: quae cum sint momentaneae, diu non possunt subsistere, & fama solum permanentes sunt, postquam sunt consumptae, si historici quandiu hac lucis vsura fruuntur, eas velint posteritatis memoriae commendare. Omnes enim sapientes Principes praestantes historicos & poetas magni fecere. Ait Caelius Rhodiginus Archelaum Macedoniarum Regem cum Euripide mensae accubuisse, magnosque

Reuel. 1. Vbi erit humilitas, erit & sapientia.

Exod. 17. Simile.

Psal. 64.

Psal. 110.

Marc. 11. Philipp. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Reuel. 1.

Dent. 38.

Rom. 1.

Iust. Mar. Precep. si. p. in 4. lib. Greg. Na. 2. in 2. in 1. orat. aduers. Iu. Iuan.

Isai 33. 1. Cor. 1.

Matt. 11.

* * *

gnosque fauores in illum contulisse : non immeritò tanta enim eloquentia imbuebatur, vt si eam velim recensere, ipsa deficiat eloquentia : meaque propria deficit, quò suam dignis & meritis cumulem laudibus. Ait Diogenes Laërtius Athenienses, tanto pretio Zenonem Stoicorum principem habuisse, vt statuatam aeternam illi erexerint, clauisq; ciuitatis in eum solum remiserint, aureaque corona exornarint. Magno fauore Alcuinus præfatus illius tēporis Theologus, à Carolo Magno acceptus, cui tanquam Præceptoris, & Magistro obtemperauit, & literarum atq; artium studia, quæ temporis calamitate, & caligine, corruebant & defecerant, in vitam reuocauit & in sublimiorē apicē euexit : illustrissimas ac celeberrimas Lutetiæ & Papiæ, Academijs erexit, quò viros omnium eruditione capacissimos, ex extremis orbis partibus accersitos, misit, eosq; redditibus, atq; dignitatibus, vt sedulam operā ad informanda ingenia nauarēt, est locupletatus. Sentiebat quidem Imperatorum maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportere esse armatam, vt vtrumque tempus bellorum & pacis rectè posset gubernari, & non minus illustrè esse quam celebrem victorijs. Sūt per multi alij non mediocris existimationis Principes, qui summo fauore literas sunt prosequuti : quos si sigillatim vellem percensere, deficeret potius tempus quam orationis copia. Quidam eorum prima fronte, nō magis homines doctrinæ excultos æstimarunt, quos in magna discrimina eos iecit præcipites. Decepti sanè & falsi proclui ad proprium discrimen adolescentia, oculos in superficiem, & corticem rerum deiiciētes, nec medullam penetrantes, homines sapientes & prudētes, maturi & sagacis cōsiliij respuebant: ideo in magna infortunia, prolapsi sunt, & calamitosas iacturas corrutare. Verum dehinc, tali mutationi cogitationes eorum imbuit experientia, vt opinione exciderint ita vt necessitas remediorum inuentrix, eos informaret, vt bonis literis, & præclari ingenij hominibus fauerent, regna viris eruditis exornarent, vt ex eorum cōsilijs quidquam utilitatis exprimerēt. Vt igitur eos qui otio torpentes obliuionis tumultu cōsepeliebantur, puniebant: ita etiam ijs fauebant qui cura & sollicitudine nomina posteritati commendabant, pro iusto & æquo censentes, illum beneficio compensare, qui operibus perfungebatur, ijsque malum infligere, qui deliquerat. Et quauis ijs qui in literis promouerentur magnū specimē præberent, oratores tamen maioribus fauoribus & præmijs cumulabant, eorumque eloquentiam tanto pretio tunc temporis habitam, admirantes, vt Isocrates orationem viginti talis vendidit, quæ iuxta Budæi computationē duodecim millia coronatos faciunt. Equidem cenfeo (ait Lusitanus) vt Principes literarum studijs faueant ijsq; alas annectant, quo facilius euolent: sed potissimum quātum ad Oratores, nescio quæ ratione subnixi sint : cum negari non possit, plures fuisse, quorum eloquentia excidium & euersionem multis ciuitatibus attulit, eaque infinita lolia superseminarunt, mille fallacias propalarunt, pluresq; infontes morte multarunt. Certissimum igitur est, & experientia comprobatum, qui iniuste, ac malitiose in alterius mortem dolos struit, suam in seipsum, non solum animæ, sed etiam sæpissime corporis fabricare. Aliud expetit voluntas, eius tamen infortunia & infelicitates aliud præcipiunt. Vanitatem igitur, quam plurimi eorum eloquentiam esse suspicātur, quis poterit oratione persequi? Sæpissime res parua laudibus augetur, vt subiecti humilitatem, abjectionem, vim, & magnitudinem ingenij & eloquentiæ indicent. Pittacus librum de laudibus medullæ Talpæ com-

Budæi,
de Aff.

posuit, cum tamen illud sit titiuitium & indignum, quòd in eius laudibus tempus conteratur. Ita narrat Elianus in suo libro varietatis historiæ, & refert Volaterranus in sua Anthropologia. Videtur vobis hanc esse occupationem Philolopho eximie eloquentiæ dignam medullam Talpæ laudare? Martialis Tractatum edidit, de Raphanorum laudibus, Chryssippus Caulem laudauit, Phanius Vriticam. Phauorinus librum de febris quartanæ laude confecit, Lucianus alium in laudē Muscæ : alij res huiusmodi farinæ extulerunt, tamque immoderatis laudibus cumularunt, magis (vt videtur) ostentationis causa, quam ob meritū, qua in re meo iudicio non sunt assentiti. Quæadmodum meritò reprehenduntur, qui largam tunicam ijs qui stricto sunt corpore conficiunt, & magnū calceum ijs quibus minutus est pes. Sic meritò reprehensione digni sunt, qui magnam conferunt laudem, in eum qui parum meretur. Tales fuerāt permulti Oratorum Gentilitatis, suis laudibus incomptis & illepidis. Quamobrem mihi nequaquam probatur, vt Principes maiora conferant beneficia oratoribus, ijs fauentes, quam solertibus Philosophis, à quibus eorumque cōsilijs multum utilitatis & cōmodi exhauriunt. Etenim præcipua Columnæ, vnde salus aut labes Regni pendet, Consiliarij sunt. Non ad hoc tendo, vt bonam eloquentiam carpam, sed vt ei scientiā præponam, non vanam & inflatam Philosophorum Ethnicorum, qui ad instar Tabulæ è fenestra domus extractæ, aditum ad ædes virtutis ingrediendas aperiebant, ij verò non ingrediabantur, & alios edocentes, sibi ipsis tradere doctrinam negabant. Vt ij qui leuiculum domorum aliorum fumum conantur relinquare, non multo pollent iudicio, cum interim suas domos finunt penitus comburi: sic ij qui minimis aliorum necessitatibus corporeis obsecundare desiderant, non a censura sunt immunes, quippe qui animas suas vitiorum flammis finunt exardescere. Hi sapientes antiqui : eo pacto se gerebant, de quibus loquitur D. Paulus ad Ephesios, *Iam non ambulatis sicut & Gentis ambulat in vanitate sensus sui, tenebris o seuatum habentes intellectum.* His oppositè quadrant verba Itæ : *Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes.* Et Ieremias. *Quomodo dicitis Sapientes non sumus, & Lex Domini nobiscum est?* Hos aliosque similes Principes debent aspernari, & non ijs a Consilijs vti: quoniam sapientes illos debent cōsulere, qui multa legerint, & senes, qui multa viderint, & experti fuerint, qui plurima vsu & experientia cōprobarint, qui nulla tenentur affectione: ne amor aut odium eos perturbet, quorū nihil interest, ne cupiditate cæcentur, & qui virtute præstantes, ne vitium aut impietas eos corrumpat & deprauet: præter has qualitates, vt insigni præstant prudentia per necessarium sit, & negotia statere pondere trutinant, non autem quouis auræ flatu temerè ferantur. Improvidum enim consilium, seram sæpissime penitentiam generat.

Stimile.

Ephes. 4.
Isai. 5.
Ierem. 8.

De illorum errore, qui ad scientiam promouentur, vt vanitates adipiscantur, & de periculo acuminis, & subtilitatis ingenij.

CAPVT VII.



Risci Philosophi (inquit Lugdunensis) quos refert, superbam & insolentem scientiam perquisisse, magna sunt censura, & reprehensione digni, sed multò magis Christiani, quibus scientia nihil quam ad insolentiam, arrogantiam, & ambi-

ambitionem vertitur. Et quamuis plures eam ad obsequium Deo præstandum adepti fuerint, multi alij sunt qui eam non appetunt, nisi vt terrenas diuitias conglomerent, honoresque mundanos, Principum fauores, & in populum authoritatem sibi parent. Finis modo præstantior est, cum eum seligimus, vt finem obtineamus: cumque scientia ita sit ardua, & diuitiæ humiles, nonnulli sunt qui eam magis demittant, siquidem eam pro gradu vsurpant vt ad diuitias peruolent. Scholas ex scientia constituunt, vt ad vanitates conscendant: literas perperam insunt, studia dedecorant, siquidem nihil aliud eis sunt præter instrumenta vt mundi prosperitatem cudant, quæ scopus est, in quem collimant, & cogitationes deflectunt. O intolerandam cecitatem! o dementiam inauditam! Quid prodest tam auidissima siti ea perquirere, quæ nullo vnquam modo possunt aut explere, aut restinguere? Quid prodest felicitatem in diuitijs, honoribus, apparatusibus, & mundana gloria collocare, cum hæc omnia vento insentur, qui, minimo momento euanescent, & annihilatur? Homo curis & sollicitudinibus præoccupatur, sua desideria, vitæ crepundijs muniens, & cum ea sicco pede pertingere molitur, irruit mundus ex improviso, qui omnia penitus diripit, omnes cogitationes euertens, ac dissipans. Narrant diuinæ literæ de Propheta Iona, qui fecit sibi vmbraculum, & sedebat subter illud in umbra. Et præparauit Deus hederam, quæ ad eum in altum ascendit vt vmbraculum texerit, sed venit vermis qui hederam corrodit, & exaruit ita vt sol percussit super caput Prophetæ: tristis & summo dolore pressus, eum videret hanc hederam tam citò cõsumptam, cuius vmbraculo quiescebat & solabatur. Hedera, quæ tam paucò tempore crescebat, est mundi prosperitas. Cum homines in vita sunt desidijs, erumpit vermis mortis, & tribulationis mundi, qui omnes rodit voluptates, & omnia quibus vana eorum desideria oblectantur: & loco vmbraculi latitiæ & quietis venit æltus angustiarum, & laborum. Et quamuis aliquando, alacri facie velint exhilarari, corde tamen eorum tristitia induuntur, cum dolos, & deceptiones suauilium rerum gestarum & facinorum intuentur. Quanto magis quamuis ijs ad quæ aspirant, potiantur, quis est, quin videant, quàm facile cum ijs deficiant? Corpora in terrâ redeunt, & animæ loca meriti petunt. Quid Alexandro Magno cõgigit? quid Iulio Cæsari & alijs Principibus ac Monarchis, qui vitæ teipore mundum perterrefaciebant, quorum nonnullorum cognitionem oculis habemus, alios verò librorum memoria dignoscimus? Velut tonitrua transierunt, quæ magnum fragorem emittunt, breui tamen evanescent. Ad quid pompæ & apparatus? quò eorum gloria & fastus appulit? In quid elegans carnis pulchritudo commutata est? quò vana desideria deuenerunt? quo blanditiæ, & demulcentes spes fugere? Quid illud est nisi Ionæ hedera quæ mane nascitur, serò verò exarescit? Assoleamus sic dicere, Talis Princeps tali tempore natus est, tali tempore incepsit, & tali finijt. Tempus quod cum Tempore conficitur. Tempus quod fuit eum non erat, & ex quo fuit esse desijt. denique tempus, quod tempore exsiccat. Quid igitur suspicandum est, tempus multum esse, cum tam breui tempore deficiat? Hoc est hedera Ionæ, hoc est mundi gloria, quæ breui euauit, vna cū illo qui eam seuit. *Omnis caro fenum & omnis gloria, quasi flos campi, exsiccata est fenum & cecidit flos.* Quibus melioribus verbis poterat propheta istud exprimere & exaggerare, quàm debilis & caducus sit homo, & quàm transitoria, atque momentanea sit eius gloria, siquidem fenum mane viridè est, vespertino verò tempore

marcescit: flos etiam faciliore negotio, cum frigore conglaciatur, æstu exsiccat, à vento rapitur, & eodem die quo nascitur, cadit, consumitur. Deus in Genesi dixit, hominem alloquens *Puluis es, & in puluere reuertetis.* Nihilosecius autem, vani & peruicaces homines, non ad cognitionem ipsorummet commouentur, sermonibus varijs & ancipites, quouis momento cogitationibus mutabiles, non cogitant se aliquando occasuros, imò totus terræ ambitus eorum meritis nequaquam sufficit. Arepe cleydra affident cogitationes, quæ singulis horis mutatur, humi defixa, & pennata, quò ad arbitrium volat, mundum absque circinno dimetitur, qui etiã minimus eorū iudicio videtur. Si annulus cum sit aureus aut æneus, chariori aut viliori pretio venditur, cur homo, in ætãtia, & arrogantia insoleat, cum sit puluis & lutū, quod pedibus concalcatur? Quid est corpus nostrum, nisi domus lutea, absque gypso & cemento, & absque vlla firmitate luti habitatio? Diuitiæ & facultates mundi nihil aliud sunt quam cuiusdam Cometæ radij, qui simul ac apparent, euanescent. Quid opus est hæc omnia tam vehementi ambitione perferuari, vt deceptores homines querant, cum tam facile consumantur, at hunc supremum Deum querere, qui nunquam deficit. De illo loquitur Propheta, *Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operorium mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* D. Paulus hæc verba interpretatur ad Hebræos, de Christo Domino nostro, quem querere oportet non autem pompas & vanitates. In hoc supremo & potenti Domino nostra scientia dirigenda est, & collocanda, non autem in diuitijs, & mundi gloria. Ideò multum interest scire, quid ad animarum salutem sit proprium, non autem velle quod detrimenti & damni causa est ignorare: cuius ignorantia non est stoliditas & infania, sed solers ignorantia cum vera scientia coniuncta (quæ vt iam præfatus sum) cum humilitate & charitate alijsque virtutibus copulatur. Hæc scientia (inquit Lugdunensis) ad eum præstans est, vt quam primam quendam ea præditum videtis, tanto affectu & desiderio statim eum prosequimini, vt cor deprædetur, semperque cogitatione atque animo heretis, vt id negotij vobis detur quod expetunt, vt eorum benivolentia capteretur. Verum enimverò homines sunt summæ doctrinæ & eruditionis, qui sæpius scientiam tegunt ac ocludunt. Ea propter Gentes Venerem nudam, Mineruam verò amictam depingebant: quoniam impudicus amor subito detegitur, optima verò scientia sepenu- merò abditur & contegitur. Petrus Appianus in suis inscriptionibus de venerabili antiquitate, narrat Aristotelem anulum sigillatum gestare solitum, cui inerat hæc grauis sententia. Is doctior est, qui quod scit, tegit, quàm qui quod nescit, detegit. Sunt docti homines ad eum clausi & obserati, vt nisi eos stimulis agitetis, aut velut instrumentū musicū pulsetis, an aliquid sciant, non agnosces: sed si eos tentes statim excellentem vocem emittunt. Quod secus accidit ijs qui quadam prompti acuminis & arrogantis scientia versati sunt, eum præuæ mentis aculeis, quorum familiaritatem tantò magis cois, tanto magis dissonum concentum & harmoniam ostentant. Veruntamen (ait Florentinus) subtile ingenium magni estimatur: Ingenij subtilitas (ait Gallus) quouis momento retunditur, vt gratiæ lumine orbat. Et quamuis animus qui curat vt deprauatis appetitibus det operam, non eiusmodi sit nature, multò tamen & acutior & subtilior est malitia, eò etiã peior. Ne vocabulū quadã vi, aut violètia impellat (ait Florètinus) ne pro subtili ingenio astutū & cau-

Genes. 3.

Simila.

Simila.

Psa. 101.

Pet. App.
Inscript.
de vetera
antiquit.

Isai. 40.

& cautum intelligas, sed leue ac repentinum, quod rerum omnium cognitionibus immiscetur. Hoc illud est quod magni debet fieri, & sublimi vettice affigi. Figuli rota (ait Gallus) leuis quidem, est, semper autem sub pedibus voluitur: ita leuis animus rebus humilibus & terrenis occupatus, vanis argutijs, prauis acuminibus quantumuis perniciousis & leuibus, inter graues & sapientes viros labascit. Quod homines sani ingenij aspernantur, est malè insumpti ingenij velocitas, quantumuis leuior sit vicia, maiori tamen perniciousitate volat, quam equus Pegasus de quo Poëta fabulantur. Ne voces leuia (inquit Florentinus) cum tali nomine vis eos appellare, voca potius subtilia si tibi videtur, aut prout libuerit. Nulla vi verba compello, dummodo rei realitas planè possit intelligi. Non mihi probatur, vt argutias & cauillationes redarguas aut reprobas, & in tuis sermonibus vtaris. Nam in tuo ipso sermone vbi reprobas, multum ijs vteris: quod sanè maior cauillatio non esset. Tantum dico bonum ingenium esse magni pretij & valoris gemmam. Aliud est bonum ingenium (inquit Lusitanus) aliud esse subtile, bonum multum prodest, subtile verò parum. Cum sit subtile (ait Florentinus) acies maximi erit pretij. Esse multum subtile (inquit Gallus) arista est nullius proflus momenti. Sint subtilitates lineis Apellis delicatioribus & minutioribus, si tamen inutiles sunt, quidnam possunt? Multo peius est, cum sit nobis nocumento, ac prejudicio. Eò ingenium subtilius est eò periculosius, eòque propius ad confusionem atque ignorantiam accedit, nõ diuino amore comitatum, à virtute separatum, & cū praua mente coniunctum. Nam sub proprio detrimento, præclara scientia nequit colorari.

De argutiarum damno. artesque & scientias cum virtute debere coniungi.

CAPV VIII.



Nfieri non potes (ait Florentinus) quin ingenij subtilitates, cum sophisticis argutijs multum pro scientiarum cognitione conferant. Imò (ait Lugdunensis) pro rato & certissimo teneo inania & superuacanea inutilium cauillationum sophisticata, magis lædere & nocere, & optimo cuique Philosopho esse permolesta. Prisci Ethnici, hoc planum fecere, cum ferebant areneam Mineruæ esse odiosam. Vt enim arenea telam maxima subtilitate, astutia, & temeritate conficit, quæ facta ad nihil prodest, nisi vt muscas abigat, domumque coinquinet: ita loquax & vanus sophista, cum rebus nullius momenti occupatur, suarum argutiarum subdolis subtilitatibus telam orditur, & contexit, quæ nulli est vsui, præterquam fallacijs, memoriâque omninò maculat. Hæc similitudo est Aristochij, eamque refert Stobæus in suis sermonibus, & Pierius in suis Hieroglyphicis. Ait D. Basilius, qui gratia & solida, quæque multum ad salutem conducunt, scire aspernantur, & cognitioni rerum profundarum, acutarum & superuacanearum animum incumbunt, Vltis sunt similes, qui die nihil vident, sed nocte. Cæci sunt in lumine veritatis, & præclaræ scientiæ, aciemque oculorum habent in fallaciarum & technarum tenebris subtilem. Quapropter dicebat D. Basilius, & post eum Rodolphus Flauiensis in Leuitic. Vltulam in Lege esse vetitam. Idem est de Bubone qui ea de causâ inter aues immundas in Lege numerabatur. Fateor bono ingenio pauca astutia, subtilitate, vi, & promptitudine opus esse, illud autem pro rerum vtilium co-

Simile.

gnitione reseruandum est & impendendum, non pro inutilibus & damnosis. Ita denotarunt Antiqui Gentiles, cum Mineruam depingebant quæ inter eorum idololatriæ superstitionem ab ijs pro Dea sapientiæ colebatur, manu gerens firmam hastam subtili ferro, acutâ, qua velociter pugnabat. Ita interpretatur Marcianus & post eum Pierius. Verum vnâ cum his omnibus pernecessarium est vt ingenium sit bonum, sit etiam moderatum, firmum, solidum, promptum viuax, peracutum, partim arduum & sublime, rerum vtilium & difficilium susceptor, partim verò humile, timidum & deuotiosum. Et sibi ipsi non tantum debet fidem adhibere, vt sit arrogans, superbus & temerarius, nec etiam tantum desperare, seipsumque contemnere vt demissus, pusillanimis & effeminatus remaneat. Eiusmodi res magnas, absque periculo & cum emolumento penetrat. Subtilitates quo his qualitatibus non constant, sunt periculosa. Sæpissime subtilia & acuta ingenia magnos errores pariunt, potissimum cum gratiæ lumine priuantur. Quid prodest hominibus alacribus & subtilibus ingenijs dotari, si ea ad effingendas versutias, & fabricandos dolos & fallacias, opificio Dedali tenuiores, insumant? Et eò magis eos ad chalybem rerum mundanarum terendam detentos videbitis, eò rebus animi obtusiores inuenietis, & quo rebus corporeis subtiles apparent, eò maiorem soliditatem rebus animi patefaciunt. Non ex astutijs atque artibus vtilitatem expiscantur, nisi conscientiarum sumptibus & detrimento, & ex subditis nihil præter confusionem hauriunt. Illud est quod ait Esaias. *Confundentur qui operantur linum, plebente & texentes subtilia.* Sunt nonnulli qui enitentur, vt de corporum celestium subtilitatibus tractent, tanta delectatione securi, vt cælo ipso annecterentur, de quo loquuntur, & disputant. Nullus est eorum quin octauus ex Sapientibus existimetur, denuò septem Græciæ sapientibus annumeratus: sed multo peritiores artibus Sisyphi sese iactitant, cui cauillatoris nomen est attributum, quam Aristidis qui iustus vocatus est. Hos non laudo (inquit Florentinus) in suis cauillationibus: sed quantumuis veram & solidam Philosophiam non obtinuisent, ideo laudem merentur, cum ea perfungi cupiunt. Illi sunt (ait Lugdunensis) veluti qui cum nobili & casta Penelope matrimonio copulari flagrabant, qui cum eam nec tantillum flectere aut conuellere possent vt obtinerent, nubebant (vt ait Homerus) cum ex eius ancillis, eo pacto desiderijs satisfaciunt. Huius rei sumamus exemplum, ex quadam harum artium, vt alijs possit accommodari. Scientia Iuris Civilis ardua est, & mira Philosophia moralis, cuius præcepta sunt, honestè viuere, alterum non lædere, & ius suum cuique tribuere: præterea in se per multas antiquitates resque mirifici intellectus & periucundas continet. Omnes aut ferè omnes qui Iuri operam nauare aggrediuntur, ad cognitionis Iuris cumulum attingere sperant: quorum multi cum illuc non possunt peruenire, contenti sunt, dummodo libellum supplicatorium conficiant, litem euoluant, fallaciam ordiantur, subtilitatis aciem acuunt, rete risus, & ioci connectant, vt litigantes & clientes irretiant atque implicent, & hæc omnia proprii commodi causa, magno verò conscientiarum detrimento. Hæc est linea æquinoctialis quò perueniunt, sed vltius progredi nequaquam possunt. Quanto satius illis esset, nunquam hanc scientiam perdidisse, quam doctior esset harum rerum omnium ignorantia, quanto melius esset eas ignorare? Conscius quidem sum, plures Iureconsultos esse iustos & eximios, literatos, vt in ipsos Iuristas videantur comutati: non autem redarguo nisi eos, qui

Isai 19.

*Diad.
Sicul.
sua B.
Albr.
de Im.
Deor.
Cecor.
2. do.
et D.
alio.
part.
Pit.
Dial.
de m.*

Exo.

*Rab.
lib a.
sc. E.*

qui perperam animum impendunt, & pauca scientia quam didicere abutuntur. Zeno Philolophus nostrū intellectum modio comparat: quemadmodum enim modius triticum granatum potest metiri: potest etiā paleas metiri, & alia venenosa: ita noster intellectus occupari potest, nempe rebus solidis, substantialibus leuibus & inanibus, perniciosis & nociuis. Animus sapientis est tritici mensura. Curiosi animus, rebus futilibus detentus est palearum mensuræ: malitiosus technarum excogitator, nihil præter virū metitur: Horum hominum cauillationes animos excitant, & officinam atque armamentarium talium armorū ne vincantur, cōstruunt. Non idē assero, vt iis vtamur, vt malē infumamus (non enim malitiam laudo) sed malum non videtur eas addiscere, vt bene vtamur, & extēpore multa verba & euasione pro quauis disputatione afferamus: si enim ex vna parte deuincamur, ex alia propugnemur. Est ars maximi permolesta (inquit Lusitanus) cuiēque bonarum literarum studiis versato. Ferebant antiqui Herculem multos labores exantlasse, quos Diodorus Siculus in sua Bibliotheca copiosē narrat, Albricus, libro de imaginib. Deorum, Cicero, Catullus Propertius & D. Antho. in sua parte historiali. Maiorem vero laborem & molestiorem perpeffus est, cum Hydram expugnauit quē Serpentem multiplicem esse finxerunt. Cum enim vnū occatetur, alia supernalcerentur, ita vt inuictus videretur. Diuinus Plato ait: Per hanc Hydram cauillationem intelligi, qui non multum in literis versatus est, plures verō argutias callet: si enim eum, ex vna parte superes, suis subtilitatibus ex alia tuetur. Itaque licet victus, & oppressus remaneat, peruicaciter affirmare audet, sed adhuc rectis pedibus stare. Homines qui nimis proprii ingenij amore tenentur, arrogantes & insolentes, prauoque genio compositi, delicato esse ingenio rati, multa loquuntur, parum sapiunt, & quāuis sapientes esse profiteantur, quāuis nulla re nisi opinione constēt, imō potius verbis loquacibus eam & impediunt, & obtenebrant. Sunt veluti ranæ in paludibus & stagnis, quę clamore, & raucitate obtundūt aures, nec aliquid ferunt quod in emolumentum verti possit, imō in damnum & detrimentum. Videtur istud propriē posse adaptari ad plagam Ægypti, de qua sacra Scriptura in Exodo loquitur, vbi dicitur, Ranas tanto numero egressas esse, vt totam terram operirent. Ægyptus mundus est, indoctis literatis plenus, qui cum perturbant & inquietāt. Non loquor de doctis & virtute claris, quorum scio multiplicem esse numerum, sed de ignaris & vitiosis. Origines ait, per Ranas & per alteram plagam muscarum de qua loquitur Scriptura in Exodo, Poetas intelligi qui res vanas narrant, & Sophistas rebus inutilibus occupatos. Ait Lyra hos esse peruersos, Aduocatos, non iustos, sed vitiosos. Rabanus ait esse hos omnes qui res vanas inutiles & perniciosas efficiunt: de quibus loquitur Psaltes. *Vnusquisque vana loquetur contra proximum suum.* Et in libro de persecutionibus Ecclesię scripto plura ad hoc propositū adducit, quę in sacris Canonib. recensentur in distinct. 36. ca. legimus. Artes, scientiæ, verba elegantia, & tenues subtilitates vera scientia debent comitari, quę cum virtute, & diuino amore coniuncta est. Cum igitur, hoc pacto ad honorem & obsequiū Dei & utilitatem proximi progrediantur, Ecclesię Catholicę plurimūm prosunt. Inde præstantia & pretiosa documenta ad recte viuendum, expromuntur, potissimum ex sacra Scriptura. Nam Dei doctrina summum est antidotū pro peccatoribus excitatorum & sagittarum amoris diuini pharetra.

Diodor
Sicul in
sua Bibli.
Albric li.
de Imagi
Deor
Cicer lib.
n. de Fini.
D. An
tho in 1.
part. hist.
Plato in
Dist. En-
dem.

Exod. 8.

Rabanus.
lib de per
sec. Eccles.

De vitijs quorundam doctorum hominum, & quomodo
Gentilium libri legi possint.

CAPVT IX.



Erum illud est (inquit Florentinus) fa-
teor hanc sapientum esse sententiā, ab
examine eorum profundæ considera-
tionis liquatam. Non ignoro, quin sint
callida & versuta ingenia, magis quam
horologia excitatoria tinnientia, sed etiam hnguis vi-
perinis acutiora, quę subtilitatibus vtuntur, & fallaci-
as fabricant. Equidem video nonnunquā malitias
viuaciores esse ac fortiores, in iis qui viuaciori & forti-
ori sunt animo. Etiam intelligo ingenia quę artibus
inutilibus dant operam, aut rerum superuacanearum
cognitioni, malē infumi: & merito, Philo Platonius
eos vasa vocat, tritici & rebus inutilibus plena: &
expeditius esse scientias ad salutem conducētes per-
discere, nō autem superuacaneis rebus atque inutili-
bus tempus cōterere, multo minus cauillationes cō-
texere. Ceterum iudicio perpendo quosdam esse ho-
mines literatos, adeo ad obiurgationes proclives, vt
cum nihil nanciscuntur quo aliquem carpant, seipsos
carpūt. Quos philosophus Carneades, Polypis com-
parat: quemadmodum enim Polypi, cum nihil habēt
quo velantur seipsos rodunt & mordent, vnde fit vt
sæpissimē cauda corrosa & exesa inueniantur: ita cum
nihil offertur, quo alios fallant, seipsos fallūt & decipiunt.
Et quāuis Plinius hanc proprietatē Polypis
neget, experto tamen illud comprobatur, & testantur
Hesiodus, Alceus, Atheneus, Oppianus, Ælianus, & alij,
quos Carneades in comparatione reprehensionū
secutus est. Equidem illud video, nihilominus tamē
destiti, quin credam, quō magis ingenium actiuū est
& subtile, eō minoris erit emolumenti, malū fugiens,
bonum verō amplectens. Quemadmodū cribri munus
est, purum triticum ab immunditiis separare, ita
bonum ingenium vanum à solido debet, necessarium
à superfluo, vtile à pernicioso, & damno feligere.
Munus est optimi ingenij artes & scientias cribrare,
malum relinquere, bonum verō præoptare. Hoc est
quod ait Antisthenes, Absurdum est triticum à lolio
purgare. Scientia utilis, aqua est dulcis, quę per re-
gionem fertilem & amenam fluit, ob cuius cognitiō-
nē, magnis curis sollicitudinibus, & lucubrationibus
elaborandum atque inuigilandum est. Superuacanea
& nocens aqua est salsa, quę in mari procelloso ne-
quit bibi, quam inuestigare oportet. Præclare illud
antiqui pernotarunt ferentes, Herculem columnas
posuisse, quę sunt eius labores, in extremis firmi soli-
oris, nec voluit, futilibus exercitationibus, inquinato-
rum & frigidarum maris Oceani vndarum, amplius
vagari. Verūm idcirco nec refellere debes, nec potes,
quin sit perutile libros Ethnicorū nonnunquā cuol-
uere, vt bonū vitetur, malū verō pellatur, cum seli-
gendi sese offert occasio. Sunt proculdubio nonnulli
qui suis cōmodis nequaquā student, licet complures
sint alij à quibus optima doctrina expromitur. Cel-
sus, Iulianus, & Porphyrius in tres Gentiles, aduer-
sus nos scripserunt. Origenes primo respondit: Cy-
rillus, secundo, Methodius, Eusebius & Apollinarij
tertio. Qui præter sacram Scripturam, eos libris
ipsis Gentilium superabant. Iouianus suos errores
propugnare ausus, permultas autoritates ab Ethni-
cis mutuatus est. D. Hieronymus elegantem in eum
scripsit

scripsit tractatum, quo (postquam autoritatibus sacrae Scripturae refellit) innumera philosophorum summæ eruditionis testimonia in medium adduxit Iosephus Flavius, grauis scriptor, duos libros, aduersus Appianum Alexandrinum composuit, quibus tantas autoritates ex literis humanioribus depromptas, affert, vt videatur, nihil in Græcis historiis contineri, quin id & euoluerit, & peruoluarit. Quadratus Athenarum Episcopus, Imperatori Adriano librum multis Gentilium autoritatibus plenum, pro nostra fidei defensione dedicauit, quo rabiem qua Imperator in Christianos erat exasperatus, mitigauit. Aristides Philosophus Christianus, vir eloquentissimus alium librum eiusdem tenoris, eidem Imperatori Adriano obrulit, iisdem sententiarum Philosophorum Gentilium coloribus contextum. Iustinus Martyr, præstas Philosophus, ad Gentiles scribens, iisdem opinionibus utitur. Clemens Alexandrinus, Ireneus, Tatianus, Hyppolitus, Apollonius, Iulius Aphranus, Eustachius Anthiochenus, Athanasius Alexandrinus, Eusebius Emisenus, Basilius Magnus, Gregorius Theologus, Septimius, Tertullianus, Arnobius, Lactantius Firmianus, Hieronymus, Augustinus, & permulti alij viri Christiani & doctissimi, tantam doctrinam suis libris Philosophorum & humaniorum historiarum insumpserunt, vt nesciat, homo, quo magis debeat perterri. tum ob popularem eruditionem, quibus exornantur, tum ob scientiam sacrae Scripturae, quam præ se ferunt. Rationi est consentaneum, vt Catholici libros Gentilium legant, siquidem iidem Gentiles Sacram Scripturam legerint, vnde quidquid protulere, sunt expiscati. Ita probat Clemens Alexandrinus libro Stromatum, id est, multiplicium colorum, aut Miscellaneorum, Hermippus Pythagoricus ait, Pythagoram multos excellentes flores ex sacra Scripturae horto legisse, & in Philosophiam digessisse. Numenius Platonem vocat Moysem Atheniensem. Iustinus Martyr testatur, meliora Platonis ex lege, quam Deus Moyse dedit, esse exprompta, & idem asserit Eusebius Cæsariensis. D. Ambrosius ait, Iouem horas ex Canticis Salomonis excepsisse. Antequam Septuaginta interpretes Legem diuinam transferrent, maior pars in Græcum iam erat versa. Ita narrat Aristobolus Aristotelicus, cuius Clemens Alexandrinus libro quinto Miscellaneorum mentionem facit: & refert etiam Demetrius Phalereus in quadam Epist. ad Ptolomeum Philadelphum, & in quadam declamatione, quam habuit ab Eusebio Cæsariensi libro de præparatione Euangelica. Quapropter multi Græcorum, animum ad legendam Dei legem appulerunt, vt in eorum linguam transferretur, & vt melius perciperent, cum nonnullis Hebræis communicabant, vt iis interpretarentur, & explicarent: quorum vnus strictam amicitiam Aristoteles inuit, & multa ab illo didicit, vt ait Clearchus Peripateticus, & refert Ioannes Franciscus Picus, in suo primo libro, quo loci doctrinam patris Pici Mirandula sequitur, in primo prologo in Genesim. Vt inter Babylonios erant vasa sancta eorum, qui in Templum Hierosolymorum fuere translata, vt ait Propheta Daniel: sic inter Gentilium libros erant nonnullæ sententiæ, peroptime, & veritati consentaneæ, quas ex sacra Scriptura deprompserunt, & sicuti Dauid gladium è manibus Goliath eripuit, quo eum capite truncauit: sic homines sapientes è libris Gentilium compertas rationes vt eos confundant, extrahunt. Quare Beda eos qui tales libros legere prohibent, reprehendit. D. Ambrosius ait, quædam legimus ne contemnamus, quædam ne ignoremus, quædam, vt euitemus & fugiamus. Et quemadmodum sancti graues, & probati Doctores, libros Gentilium volunt,

D. Ambrosius
lib. e. 23.
Mort.

& ex iis vtilitatem, atque emolumentum expromunt, quis eos reprehendere audebit, qui in posterum, legent, vt quidquam vtilitatis exhauriant? Præsertim cum D. Paulus Apostolus, vas electionis, quædam loca librorum Gentilium citat, quos D. Hieronymus in Epistola ad Magnum Oratorem recēset. Quid amplius restat? In Synodo & Concilio Papæ Eugenij decretum fuit, operam omnem & sollicitudinem insumpturam, vt inter Christianos liberalium artium studia, foret, quæ libri sunt Gentilium. Verum præcipuum studium libris Catholicis est insumendum: nã diuina pro prophanis relinquere saxum est durum, quo multi concidunt, & labuntur. Sunt libri, qui legendi non sunt: & magnum est grauamen conscientie, in eorum lectione tempus terere, quod potius rebus ad obsequium Dei & reformationem morum, & animarum vtilitatem tendentibus, est impendendum. Sunt libri qui tanquam pestis sunt fugiendi: quippe qui in iis adeo impudica, & obicæna, adeo futilia & inania adeo falsa, & damnosa, adeo scandalo & turpitudine inquinata, adeo perniciofa, & pestifera narrantur, vt eos non legere, ne dicam scire, aut animo perpendere, expediat. Non solum eorum cognitio conscientie detrimentum & damnum affert, verum etiam ea meditari, cogitare, & reminisci. Ego verò fateor me plura legisse, quæ letheo flumine absorbenda iudicarem, antequam in memoriam intolarent. Qua in re similis sum Themistocli, qui cum Simonidem a quibusdam laudari percepisset, quoniam memoriam inuenerat, ait, Mallem obliuionis artem callere, quam eius meminisse. Sunt permulti qui à libris quos lectitant res, quas multo satius esset nunquam scire, depromunt, sicut enim eorum excidijac dānifomites. Quamobrè tuo iudiciovalde adnitor, quod initio aliquantulum & in huius orationis filo repressi. Pœnitet me hæc dixisse, & ad bonam frugem me rediturum spero, accepi enim quotidiano sermone, hominibus temperatis hoc esse proprium, vt prudentes erroribus in quos velut ignorantes inciderunt, mederi.

De forma qua in libris Gentilium legendis tenenda est, de memoria misericordie, vera scientia, discretæque ignorantia.

CAPVT X.



Is verbis à Florentino prolatis, hæc alia factus est Lugdunensis. In huius orationis initio sinistrum omen concepi quod ex te audiui, mihi que videbatur, tuum stomachum hanc veritatem non posse digerere. Suspicebam non apprimè esse perfectum, sed luna mihi videbaris, quæ penitus in sua plenitudine adimpleretur, & in veritatis gyrum efformaretur. Cum itaque tuam culpam & agnoscas & fatearis videtur mihi magno vitio vertendum, si hanc tibi ignoscerem. Summoperè efflagito (inquit Iustanus) vt huic propositioni sedulo inhaerescas. Quemadmodum qui in auri fodinis aurum inuestigant, magnam speluncam conficiunt, & accurate fodientes, terram eiiciunt, & perscrutantur, donec aurum inueniant: ita qui in lectione Gentilium vtilitatem inuestigant, profundam humilitatis speluncam debent excavare, in quam sese intrudant, & à terreno pondere rerum inutilium & perniciosarum sese extricent, eo pacto fodientes aurum obrysa doctrinæ adaperient. Sed cum eiusmodi sunt libri, vt nulla ex iis vtilitas possit manari, quid prodest eos legere? Qui libros Catholicos, discretos & perutiles futilibus & periculosissimis præligunt, mihi videntur filio prodigo similes, de quo Euangelium loquitur, qui à patre sese amandans, qui Deus est, opiparos cibos relinquens, qui sunt bona præcepta, & documenta sacrae Scripturae, aliorumque præstan

D. Hiero.
in epist.
ad Mag.
Orat.

Simile.

Simile.

præstantium librorum, quibus anima saginatur, radicibus, & filiquis, quæ pastus porcorum erant reliquæ, vefebatur, quæ sunt prophanæ literæ, quæ quidem inflant, sed non exfiant, cum de rebus inanibus vacuis, aut perniciosis tractant. D. Hieronymus de huiusmodi hominibus conqueritur & dolet in Epistola ad Damasum Papam, & in cõment. in 28. cap. Isaia, & non immeritò, siquidem vtile pro damnosis deserunt, quod sanè maior non esse potest. At ferè omnes nequaquam percipiunt, quoniam mundus eos ita sauciavit, vt malum non sentiant, nec remedium curant applicare, nedum de his rebus quidquam audire. Illis consulere, hoc est in arena seminare, & surdis canere. Veruntamen, cum nonnulli eorum rationi acquieuerint, quantum ab ipsa ratione alienentur, & huc & illuc cursitant, in se reuertentes. Sunt tamen alij qui ad eò constanti animo obdurent, ne respiciant: quod quidem non constantia est, sed pertinacia: & ita sunt deprauato iudicio, vt nefarios, solertes iudicent, iustos verò ignorantes, cum tamen hoc à veritate prorsus abhorreat. Subtiles sunt rebus mundanis, & in iis quæ ad Deum spectant, obtusi. Quemadmodum qui oculis sunt lusciosis melius locis obscuris & vmbrosis vident, quam radiis splendentis solis: sic terreni qui oculos mentis habent morbosos, cupiditate, atque ambitione intoxicati, incontinentia fascinati, vanitate languescètes, cum ambitionis nubibus, cum falsorum gaudiorum cataractis, cum malitiæ velis, terrena obscura potius sapiunt, quam cælestia, quæ sole ipso sunt lucidiora: admodum carnis rebus experti, rebus verò animi prorsus ignari. Non adhuc plenè intellexerunt, quod ait D. Paulus ad Romanos: *Carnis sapientia, inimica est Deo.* Cum igitur inimica Deo, non est sapientia, sed sapientia carnis, quæ manifesta est ignorantia: qua liquido constat, eam ignorare, scire esse, & scire ignorare. Eapropter dicit idè Apostolus in 1. ad Corinth. *Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens.* Ac si diceret: Si qui mundana pollent scientia, ab eo deficient, vanamq; curiositatem & cognitionem rerum damnosarum, ac perniciosarum auerrunt, eaque ignorare desiderant, vt sciant quod illis erit cordi. Cumque ita ignari, erunt docti, doctaque ignorantia cumulabuntur. Hæc est diuini Pauli sententia, veræ sapientiæ thesauri, qua docet nos, nonnulli esse, quæ scire est, ea nescire. Hæc est vera ignorantia cum virtute coniuncta. Vtinam (inquit Florentinus) mihi tantum fauoris impertias, vt hanc solertem ignorantiam, veramque sapientiam cum diuino amore coniunctam concedas, vt Deo semper obsecundarem. Is est, Domine, (inquit Lugdunensis) qui tantam elargietur gratiam, si efficacia & firmitate, ab eo illam exposcamus, quantum in nobis situm erit, ad eam suscipiendam disponamus. Vitæ nostræ elychinium, adeo paruum est, (ait Lusitanus) & cera lucernæ ætatis nostræ tanta velocitate liquescit, vt (antequam deficiat) hoc exiguo tempore quod superest, tanta cura, & sollicitudine, & diligentia sit elaborandum, vt hanc sapientiam adipiscamur, qua mediante summam felicitatem assequemur. Nemo tamen arbitretur, vt alias omnes superemineat, & iactantia insolescat. Primus enim parum sciendi gradus est multum scire arbitrari, secundus, eò admodum laudari. Qui veram sunt adepti scientiam, non tantum iis quæ obtinuerunt debent inhaerere, quam iis quæ sunt obtinenda. Innatū est enim sapientibus, non tantum iis quæ sciunt prospicere, quam iis quæ scire indigent. Et vt ad huc sco-

pum collinemus, lucubrari, laborare, orare, tribulationes & angustias perpeti, operæ pretium est. Verum ne labascamus, & onere deprimamur, magnitudinem diuinæ misericordiæ animo debemus voluere, & gratias, atque fauores, quos à Deo accipimus in memoriam reuocare, quorum grates sunt ei persoluendæ. Hæc recordatio & memoria, me meæ peregrinationis laboribus solatur, tunc cogitabundus & cunctabundus hæreo: pelagus infelicitum cogitationum ingenerat, magna beneficia in memoriam confert, quæ misericors Deus ab initio vsque mundi nobis præstitit, iis qui ad eum velut perfugium secesserunt, in eoque firmam eorum spei anchoram infixerunt, permultisque illorum, quo tempore iudicio humano videbatur, nullum inueniri posse signum, aut remediū. Plures spem tenui filo appendentes, aliisque stirpitibus abscessam cernentes, ad se reuersi sunt, & Dominum implorantes, à periculis atque laboribus quibus se cum morte intricatos senserant, eripuit. Ideo animo concepi, Deum in alia vita iis qui in præsentia ad patientiam se accinxerunt, & ob eius amorem corporales pœnas subiere, eos præmiis æternis remunerasse. Hac recordatione, & meditatione, consolatus sum, hincque Psaltis verbum protuli, *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Cogito antiquas historias tam veteris Testamenti, quam noui, in quo Deus in nouissimis diebus multitudinem suarum misericordiarum patefecit, seruos suos à magnis angustis & afflictionibus ob iustorum probationem liberans in annis æternitatis. Video Deum præcepisse, vt mira beneficia, quæ in eos qui corde puro, viua fide & ardentibus desideriis sunt, contulit, ad eum tanquam ad inexpugnabilem & munitissimam arcem confugere, vt in æterna memoria infinitæ eius bonitatis maneremus, & in secura immensæ misericordiæ præda. Nam vt ait D. Paulus. *Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* Sed nihilo secius, vt veram pœnitentiam peccatorum nostrorum agamus, pernecessariū est, & cum Iesu Christo Deo nostro amplectamur, in eo voluntatem metentes in eo totam mentem infundentes, à memoria non remouentes, operibus verorum Christianorum perfungentes Summo Pontifici, vicario Iesu Christi, velut legitimo sanctæ Ecclesiæ Romanæ Catholicæ matris nostræ filio, morem gerentes. Decretum nostrum firmæque mens ad falsas opiniones mundi procul à sensibus, eiusque vanitates atque impietates amandandas debent aspirare, & ad diuinam bonitatem contemplandam, vt cum ea diuino amore conciliemur & coniungamur, & in felicitate æterna conuersumur, vtque cum Apostolo dicere queamus: *Nostri conuersatio in calis est.* Quocirca nostra interest, vt firma solida, & vtilia addiscamus, futiliaque atque inutilia euitemus, pro posse nitentes, vt in Deum transferamur. Illa vera est sapientia, cum solerti ignorantia connexa, quam Deus hac in vita nobis dignetur cõcedere, vt eius diuinitate in alia perfruamur. Cum autem Sol radios in remotis atque opacis vallibus explicaret, tres socij assurrexerunt, & ad terrestrem ciuitatem, rectam perrexerunt, de cælesti fermocinantes, quæ scala est, quam Iacob animaduertit, cuius gradus sunt fides, spes, charitas, prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia, cum cæterarum virtutum reliquiis? Qui enim hos firmos & securos gradus scandet, ad supremum vsque apicem, in summam & gloriosam ciuitatem Hierusalem introducetur.

Finis Dialogi de Solerti ignorantia.



DIALOGVS TERTIVS

DE VERA AMICITIA.

Interlocutores, Theologus, Iureconsultus, Medicus, & Mercator.

De bono Tribulationis cum patientia perpeffa.

CAPVT I.



VISITANI duo, alter Theologus, alter Iurisperitus siue Aduocatus & duo Castellani, alter Medicus, alter verò Mercator in nobili Toleta Hispaniæ ciuitate, in hospicio quodam fortè fortuna aduetauere, qui etiam si è diuersis, regionibus essent oriundi, videbantur tamen voluntatibus esse coequales. Cùmque adhuc Mensæ accumberent, ait Mercatori Iurisconsultus, Domine, suspicor te non tuis votis potitum vitam degere, quippè cum tua præcordia intestinum dolorem, haud possint obrudere, satis in vultus supercilio, suos colores impingit. Perfacile esset (respondit) eum depictum in fronte gestare, nisi in medio mæsti & afflicti cordis scalpro aquis amaris persecutionis intincto inureretur, quod parui est momenti: nam in hanc ciuitatem me contuli, quo serium & admodum proficuum quiddam perquirerem, quod vehementer exoptabam, quodque ita mihi infeliciter contigit, vt illud ipsum vnquam impetrare posse, diffidam. Sapissimè (ait Iurisperitus) eiusmodi sunt negotia, vt potius finis ipsius vitæ hominai cõtingat, antequam minimam auram, aut noui aliquid expeditionis percipiat. Si res esset ex se illicita, & perdifficilis, (inquit Theologus) tempus & oleum perderem si desiderarem, & nullomodo possem obtinere. Non est homini magna infelicitas, quod cupit obtinere, quàm si consequi optet, quod velle minimè fas est. Nihil honestius est æquius atque satius (inquit Mercator) cum istud non sit, quàm virtutis eximium & per quàm honestum, cui multis deuinctus sum beneficijs, & cui omnem felicitatem exopto, ab ærumna & ægritudine, qua contorquetur & angitur, eripere. Aliquando (respondit Theologus) labor quiete vtilior est, & tribulatio prosperitate melior, potissimum hominib. præclaro ingenio præditis, qui ad virtutem & constantiam progredi, & præcellere flagrant. Et licet non apprimè hanc propositionem percipiamus, quoniam *quid autia.* aut proprius amor qui nos obæcat, & tenebris atque caliginibus, circumfundit, nunquam fuit equus Iudex. Quemadmodum lima cum ferro tractatur, ita tribulatio, cum anima. Scholæ quibus Sancti, in æternas & cælestes mansiones, & habitationes conscendere gradibus tribulationum & persecutionum constatur. Quod præclare significarunt Apostoli, cum dicerent (vt ait D. Lucas in Actis Apostolorum) *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Et non solum optimè conueniunt, Afflictiones patientia ob amorem Iesu Christi veri Dei nostri, perpeffa, sed etiam

propter bonam famam. Quemadmodum vox stricto Tubæ meatu resonans petulantem fragorem emittit, & longius resonat, quàm si ex ore effunderetur, subito aperto aère transit, sic vita magnis laboribus & angustijs exposita, magno animo & patientia roborata, maiorem emittit vociferationem, magisque famæ pennas dilatas, quàm ea quæ lætitia, prosperisque rebus huius mundi labitur. Tribulationes patientia toleratæ, & passæ, propriè non sunt tribulationes, caputque virtuti non amputant, imò potius fulciunt, & sustentant. Quemadmodum aurum eò magis cuditur, eò magis extenditur, dilatatur, nec confringitur: par ratione viri iusti, qui rationem tanquam duce[m] sectantur, eò magis malleo tribulationum percutiuntur, eò in virtute auferunt, & expanduntur: nec in charitate confringuntur, quantumuis acerbis aduersitatibus subagitur; Imò multi sunt, qui cum ijs lætantur, de quibus loquitur Scriptura in Deuteronomio. *Qui inundationem maris quasi lac fugent, & thesauros absconditos archarum.* Quasi diceret, Homines qui cælo sunt alligati, & à terra, inanibusque gaudijs soluti, ob calamitates in illos vicissim ingruentes collati, sunt sicut, fluxus, & fluctuosæ aquarum aridarum inundationes, easque absorpserunt, veluti qui lac fugit & cum incredibili desiderio: eosque thesauros in arcis vbi auri obryzi fodinæ sunt, arbitrentur: ita vt ab ijs non tantum effugient, imò potius concupiscēt. Nullus tamen huic velut firmo sulcietur adminiculo, nisi qui penitus à vanis mundi gaudijs & lætitijs alienantur, vt dicebat Propheta, *Renuit consolari anima mea.* Ac si diceret, Omne mundi gaudium animæ meæ fordescit, ac fastidio est; àpage hinc fallax gaudium, neque meis oculis obueneris, mecum perdit, ac consumit tempus. Diuinus Sanctus Paulus istud abnegabat, cum diceret in Epistola ad Romanos, *Gloriemur in tribulatione.* Hoc ipsum serui Dei faciunt, qui variorum florum ac virtutum sunt furculi, quo magis perturbantur ac comprimuntur, eò magis contenti viuunt. Ne optemus hos imitari. Equidem magis inuideo persecuto, qui firmus & patiens manet, quàm ijs omnibus mundi spiritalibus indulgent: quia Deus de homine persecuto loquens per Psalmem, ait *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.* Et de Prosperis, ait Salomon in Proverb. *Imprudentes odibunt scientiam.* Ait D. Chrysostomus, Prosperitas nouerca est virtutis, aduersitas verò mater verè Philosophiæ. D. Bernardus ait, Bonorum temporalium abundantia, secum bonum æternorum obliuionem adducit. Henricus Harperio libro suæ Theologiæ mysticæ sic ait. Tribulatio nutritrix est humilitatis, patientiæ dominatrix, quæ felicitatem æternam parit,

Act. 14.

Psal. 9.

Pro. 1.

parit, peccatorum originem ducit, gratiarum affluentiam affert, & incrementum dat virtutibus. Et quemadmodum rosa, & lilia, caeli rore refrigerantur, & irrigantur: sic anima deuota, tribulatione remittitur, & restauratur. Haecenus Harphius. Ait Seneca, Demetrium vocare vitam absque tribulatione, mare mortuum, in quo saepissime magis periclitamur, quam in mari furioso. Quemadmodum viator, attentiore cura sylvarum aditus rimatur, qui periculosi videntur, quam liberam & tutam planitiem: quoniam magis tunc terrore & pauore cocutitur, locaque minus periculosa & magis tuta, atque secura arbitratur: non enim multum de his sollicitus: Ita saepissime ex tribulatione, absque vilo malo aut periculo egredimur, ob curam quam nostrorummet habemus, & ob cautos & astutos exploratores, quos ad huius vitae aditus mittimus: & quamprimum sudum aerem, & malaciam videmus, statim perimus & periclitamur. Nam in rebus mundi, quae periculo carere videntur, tunc grauiora illa quidem & maxima sunt, quoniam a nobis parui ducuntur. Cum igitur in tribulatione magis oculati viuamus, & melius regimur, ac moderamur, non in eam succensere debemus: praecipue si consideremus Deum illam nobis ad nostram utilitatem & emolumentum elargiri. Quemadmodum Medicus ab aegrotto sanguinem corruptum & superfluum extrahit, ut morbo eum subleuet, & corpori sanitatem restituat: ita Deus caelestis medicus, superuacaneam voluptatem & gaudium a nobis auferit, ut solentur nos, animaque nostrae salutem impertiat. Ideo cum Deus e venis depellit sanguinem, & quaedam mundani gaudij vncias detrahit, non est ut velit nos interficere, sed ut nos conuertat: quoniam ait, *Nolo mortem peccatoris, sed magis conuertatur & viuat.* Vnum ex maioribus signis & testimoniis, quibus Deus ostendit filios tempore Regis Iosae dilexisse, fuit, idola confringere & dissipare. Idola sunt ea quibus optimè inuito Deo inhærescimus, & in quo finem nostrum fundamentum, atque felicitatem collocamus, utpote diuitias, honores, & mundi gaudia. Patefacit Deus amicitiam, qua nos prosequitur, velle in caelum extollere, cum nobis haec idola euertit, confringit, ac dissipat, quae sunt ea quibus intemperantius nostram felicitatem, atque beatitudinem collocamus. Cum terminos & limites deprauatis nostris desideriis circumscribi videmus, & vasa nostrorum solatiolorum effecta periculis obsessos, laboribus agitados, & gritudinibus oppressos conspiciamus, iniiciamus & imponamus ferio manus patientiae, & tolerantia muniamur, quid nobis deceat, aut expediat, consideremus, & tribulationes esse gratias, quas Deus nobis communicat, & e contra vana solatia & falsas voluptates eorum qui in mundo more gerunt perditionis indicia. Et eò magis negotia ad instar appetituum & desideriorum succedunt, hoc est ut eos grauius percutiat ac vulneret. Utinam horum in hanc considerationem laborerent. Si enim oculos in veritatem conicerent, non fallacia & peruersa perquirerent solatia, nec futilium desideriorum alas dilatarent ac expanderent, sed patientia exarscissent, mediū procellarum tribulationum penetraret, alacri atque hilari animo oculisque rectis & tensis in Iesum Christum crucifixum, ob eorum amore & dilectionem, & honestum ducerent pro illius honore mortem oppetere, siquidem pro ipsis mortem ignominiosam pati honestissimum duxit, ait enim apud D. Ioan. *venit hora, ut filius hominis glorificetur.* Cum vellet dicere, tempus quo mori decreuerat instare, ait horam in quo glorificandus esset, instare, & ita mortem gloriam vocauit. Quis erit igitur, quin honestissimum pro solo Deo qui mortem pro illo perpeffus est, mori censeat? In eum oculos deflectere oportet, & in gloriosos eius Martyres, qui magnanimo pectore, & admirabili patientia

proprio sanguine irrorabantur, supplicia ob amorem Dei cum canticis & laudibus subeuntes. Firma fide confidebant, & innitebantur verbis Iesu Christi, cum ait, *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Et hac spe ac securitate amoris altissimi Dei quo vehementissimè exestuabant magnam censebant gloriam, a mundo gloriam nequaquam recipere, & propter honorem iniurias tolerare, labores pati ad quietem obtinendam: denique vitam beatam iudicabant in permutationem mortis suae conferre, pro nutu & voluntate honoris Dei, quae continuo oculis insigebat. Firmi semper manebant & immobiles hac spe, ad extremam usque vitae periodum, ut immortalitate fruerentur. Nam ut ait Iesus Christus Redemptor noster: *Qui perseuerauerit usque in finem saluus erit.* Non sufficit recte aggredi, sed recte prosequi necesse est, quoniam perseverantia in virtute sita est, quae bonorum obtinet remunerationem.

Mercator sua negotia socijs narrat, & vicissim de fontibus remedia loquuntur, & de utilitate, ac priuato comodo

CAPVT II.



Ecce omnia mihi valde probantur & omnia est veritas, & utinam Deus hanc mihi concederet gratiam, utque roboraret, ut eam sicuti cetero, adimplerem: sed summopere sum exluciscus, videturque non posse tantum onus meis humeris imponere. Ut autem meam egritudinem percipiat, & quantum quod in hac regione veni quaesitum, licitum sit, est honestum, paucis verbis aperiam, ne vos diutius cogitatione detentos teneam, & vobiscum quiescam. Ut enim solatorum animorum proprium est, non habere solatia perfecta, nisi postquam ea comunicarint: ita est afflictis naturam innatum, egritudines & dolores enarrandos & aperriendos concupiscere. Certior factus sum, & intellexi quendam mihi amicum hic carcere detineri, ob vetustos errores quibus ferunt eum ab hinc pluribus annis hac in patria esse illapsus: tempore quo magis etas efflorescebat, & adulescentia ad proprium detrimentum procliuius eum fallebat ac penitus corrumpebat. Tenera aetas in conseruatione & penario virtutis occupationum obferari debet, ne aere malorum & deprauatorum morum inquinetur. Alias enim quoddam vermiculorum semen iis generatur, qui magnivermes, & suffulvitiis dehinc euadunt. Enimvero quauis eo ipso tempore multis animi dotibus adornaretur, satis sobrie & modestè vitam agebat, sicuti eum ut erat, expediebat. Verum semper aditus foecordiae & ignaui patet faciebat, quo in alium adeo oscitantem & laqueiscentem ingressus est, ut ei antequam cum illo societate pepigisset illatus est, & antequam in tale sui considerationem ingrederetur, ut in posterum effecit, ingrauescente videlicet aetate. Et ut infinito illi adstringor beneficio, quoniam me ex acerbissimo carcere, quo detinebar, extraxit, grauiissimos compedes atque potera cathenas e pedibus auferens, alias in meum collum perpetuae obligationis iniecit, quibuscum meam voluntatem subiecit: & praeter hoc insigne beneficium & piuum, in me permulta alia contulit, quae memoriae meae insculpta, nunquam delebuntur. Ideo simulac eum carceri mancipatum, percepi, deropete solus e patria discessi: sed multis laboribus & curis comitatus: & huc appuli, ut experirer, an quodam prompto remedio & subsidio erga suos vterer: cuius negotia tam male disposita comperi, ut ea resarcire nullo pacto queam. Et si pedetentim aliquod spei indicium aperiam, adeo tenue est & minimum, ut vltimo ferè filo appendatur. Quocirca multum consolatur: & faxit Deus ut eius desolatio & gruna sufficiat, ut in mea praecordia valeam recipere, quandiu hac comuni lucis usura potiar: non enim adeo chara est & pretiosa, nihilque est in hoc terrarum orbe, quod adeo perfecte diligam, sicuti ob suam amore rapior. Dolor itaque augetur & recrudescit: cum videam virum bonarum literarum

aluminum, virtuti deditum, consilio prudentem, in eius executione haud impigrum, conditione mitem, conuersatione suauem, honestorum laborum amicū, quietis otiosę inimicum: quique appetitus tam sagaci consideratione coercet, ac moderatur: vt non sit disceptandum, nisi eum corde veteri, & nouo corpore esse ornatum, & si non sit adhuc cano capite, moribus tamen est canus. Denique vir est, in quę Deus multiplices optimas virtutes cumulauit, quę inter alios plures solent impartiri, & proculdubio pannus est aureus, ditissimus, magnique pretij & valoris. Et potissimum meorum arcanorum clavis est, ego verò fidelis sum omnium eius cogitationū à secretis. Eius voluntas & mea, eadem est, eius mala & mea solū cor excruciant & afflictiuntur. In ætate meus est filius, conuersatione frater, amore alius ipsemet, demum & ille, atque egomet, vitas & iacturę & lucro exposuimus, atq; adiunximus: si vita priuetur, adeo mea alienatur, quominus cursum conficiat, vt meus dolor distat à consolatione. Perfertur ad me non magnū esse discrimē si in carcere moriatur, dūtaxat eius cor mœtore premitur. Et quanuis incarceratus nō moriatur, nihilominus morior eum incarceratum conspiciens. Optimus Ioseph (inquit Theologus) in Ægypto fuit carceri mancipatus. D. Ioannes Baptista in Iudęa. D. Petrus & Paulus Romę, pluresque alij sancti variis in locis: nec idcirco à minima virtute atq; splendore defecerunt: imò nomen illustrarunt, æternitati cōmendarunt, & summam fœlicitatem sunt adepti. Et si historiaram humanarum memoria nō me fallat Socrates Atheniensis in carcere mortuus est, Pausanias Lacedemon, Marcus Regulus Romanus, alijque perillustres ac celeberrimi viri, quorum memoriã nullus vnquã delebit obliuionis tumulus. Is (ait Mercator) infelices in suis carceribus fuere, huic verò nullum potest afferri remediū. Deus est fons & scaturigo remedij (inquit Theologus) quicunq; ad eum vero corde recurrat, perfugium & propugnaculum reperiet. Ad eum est misericors vt etiam si eum nō imploremus, sapiissime dextrā extendit vt nos ad se attrahat. Quod etiam ait per Prophetam Isaiam. *Omnes sitiētes venite ad aquas.* Hęc sunt aque vitę, misericordię, & gratię, de qua in Apocalypsi loquitur: *Qui sitit veniat, & qui vult accipiat aquam vitę gratis.* Et in Euangelio ait, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Ac si diceret: *Omnes qui calamitatū persecutiones patimini à tētationibus expugnati, venite ad me pro vestro subsidio: semper enim ianuas meę clementię patentes inuenietis.* Quò igitur pergitis? Quid agitis? Cur à me fugitis? Venite ad me qui sum fons remedij, quietem inuenietis, perfugium ac propugnaculum. Vocat nos mūdus & cum eo loquimur exsibilat, & nos respondemus: oculis annuit, & nos illi obtemperamus. Supremus Deus Iesus Christus Redemptor noster pro nobis clamat, nos autem eum nolumus audire, aut saltem ab illo vtilitatem capere: sed sicut aspides surdę, de quib. Propheta loquitur, qui non exaudiunt vocē incantantium aurem humo tenus obturantes (desiderio inquã rerum terrenarum) aliam verò in cauda ponentes, quę finis est, quo brutales appetitus exequi aspiramus: eo pacto voci Dei aurem habemus obturatā humi prostrati, nec curamus, remediū querere quo Deus nos inuitat, & in mundum fallaciis atq; technis plenū secedimus. Mūdus domus est foris picta, intus verò obscura, spinis & sentibus seminata foris magnam gaudiorū apparentiã ostētat, intus verò mille negotiis implicatur. Id eò confugite ad subsidium Dei, quem D. Paulus vocat: *Patrem misericordiarum & Deum totius consolationis qui solatur nos in omnibus tribulationibus.* Non fat est Apostolo eum vocare patrem misericordię, sed mis-

Isaie 55

Apoc. 12

Psal. 57.

ricordiarū: non Deum consolationis, sed omnis consolationis. Ex parte Dei (ait Mercator) consolatione nō indigebimus, dumodò eum nobis impertiat: nam omnipotens est vt omnia nobis concedat ego autem sum is qui in eum errorem committo, ideò nunc permittit, vt mundi remedio egeam. Hoc negotium periculorum pelago est immerium, vbi vti his procellis sunt ita cōtrarij & eorum cuius adeò diuersi, & varij omnibus partibus, vt nauim vltro citroque fluctuare permittant, neq; vnquam remedij portū appullent. Maximo dolore tua ægritudo me afficit (inquit Iureconsultus) & tantas ex tuis oculis conspiciens lacrymas, non sum attonitus. Quoniam ait Menæder, & refert etiam Plutarchus in libro quem Apollonio dedicauit: quemadmodū arbor ex se fructum emittit: sic dolor lacrymas parit: Ceterum autem, tantam in tua amicitia firmitatem videre desidero. Quemadmodū ignis aurum probat, sic aduersitas amicum experitur. Quod ait Arist. in 7. Mora. ad Eudemum, tempus eos qui verè amant detegere. Hęc ærumna tui illius amici, Lydius est vbi tui amoris cōstantia & firmitas, suū splendorem probat: omnēq; pretij & valoris partes, siquidē eius ægritudines viscerum tuorū scrinio in depositum custodiat: illōq; tempore, quo magis ope & subsidio indigebat, ei es opitulatus. Multum à Melitide discrepas, qui cum a Græcis Troiã euersam esse audiuisset, vt narrat Homerus, & refert etiam Textor in Officina, vt opem Priamo ferret, qui paulò antè è viuus excesserat, accelerabat: sed teipsum pro amico offerens, & eius ægritudines, pœnas & molestias, tuis tolerans humeris ostendis quantum distes quin eos qui verbis volunt soluere eos imiteris, qui beneficia contulerunt: cumq; mel labijs subindicēt, latet fel in corde, nil nisi propriis cōmodis & deprauato lucro in hiantes, quod scopus est, vbi negotia collimant & cogitationes dirigunt: nequaquam legis amicitia solicitū, beneficij quod contulit amicus, par pari referre, suisque necessitatibus subuenire, cum per opportuna sese offert occasio. Hęc lex ait Medicus, contraria, vt aiunt, cōsuetudine fuit abrogata. Mos est (inquit Iureconsultus) antequam legi derogetur, vt probatur in l. de quib. ff. de legib. & pluribus aliis hoc intelligi de lega positiua, quę alio tēpore potest prodesse, alio autem officere: sed in legem naturalem non admittitur, vt dicitur in capit. Cum tanto. de cōsuetudine. Et vt naturę lex nos adstringit, vt quod nobis fieri nolimus, alteri ne faciamus, neue amicos vrgēte afflictiōnis & ærumnarum tempore alienemus, clarum est & perspicuum, morem aduersum non admitti debere, & qui ea vti desiderat, non in numerū amicorū adscribi. Equidem video (inquit Medicus) quemadmodū cor, quod in medio corporis collocatur, & sinistra parte pendet, eaq; appullus vim patefacit: sic amicitia magis effectus aduersis rebus debet aperire, quã prosperitate, quę dextera est. Illud (ait Theologus) conforme est dicto Salomonis in Prouerbis. Amicus in afflictione amici cognoscitur, qui enim bene diligit, bene operatur. Hoc verum est (inquit Phisicus) nihil est enim quod perfectius amicitia testimonium reddat, quã opera. Sicuti frondes foris virides, testantur arborem non in corde esse mortuam: ita bona opera in publicū corda occulto amore flagrantia palā faciūt. Et quemadmodū planta quę siccare cepit, pristinū vigorem recuperat, si radices irrigētur: aqua enim humida nutrimentū & vitalē animū suppeditat, vt eā reuiuiscere faciat: sic amicitia quę deficit, vires recuperare incipit, si bonis operib. rigetur, quibus ad pristinū vigore redit: Homines valoris & existimationis, qui honori & virtuti oculos obiciūt, sedulò vt bona opera exerceāt, nituntur, vt bonā & perfectā amicitia conseruent. Ij verò, qui humili & abiecto animo retrò

1. Cor. 9.

Prou. 26.

Similia.

retro post honorem immoratur, ut priuato commo-
do præcurrant, & qui lucrum ex amicitia exhaurire
ardent, quamprimum nihil lucri percipere arbitran-
tur, statim abscedunt, præcipue amici premente ne-
cessitate, & loco fidelitatis, insidias & prodiones
sapissimè tendunt. Cum eiusmodi farina hominū (in-
quit Iureconsultus) non esset amicitia ineunda: ira-
ratum habemus in textu l. nullus & ibi Doct. C. de
Malef. & Mathem. quæ ait impiorum amicitiam esse
fugiendam & propulsandam. Amici, qui beneficia in
amicos conferendi facultatem habent, & denegant
beneficia imò vrgente necessitate latent & discedunt
nullum amicorum nomen merentur, quanuis iniuste
vsurpent, & tanquam furto possunt damnari. Quæ ad-
modum umbra nobis non assistit, nisi quando Sol
lucet, cum autem aër nubibus contegitur, illico eua-
nescit, & disparet: sic nonnulli sunt, qui nos non co-
mitantur, nisi secundarum rerum flante fortuna, cum
verò aduersitatis nubes animaduertunt, statim diffu-
giunt. Ego verò amicos qui diei lumine, tãquam um-
bra comitentur, non curo, sed qui in obscuritate &
noctis, præsto sint claris integræ beneuolentiæ testi-
monijs, meque tueantur, sicuti eos tueor, & omnia
pæcordia patefacio. Nunquam enim manum benefi-
cio vacuâ teneo, illi qui cordis habet amicitia plenū
scrinium. Fideles amicos mutuo fieri participes oportet,
gaudio, & incommodo, diuitijs, & indigentia. Cū
duo viri aliquândo semel conuenirent, alius locuples,
alius verò extrema pressus inopia, dictum fuit Theophrasto,
qui Aristotelis fuerat discipulus, hos duos viros esse
admodum amicos Theophrastus respondit. Quid igitur sit,
ut alius sit diues alius verò pauper? Is non videtur esse
amicus qui fortunæ amici, aut prosperæ aut aduersæ nõ sit
particeps. Hoc Theophrasti, proverbio simile est, quod ait,
Amicorum negotia esse cõmunia. Et ita Decretum continet in 2. quæst. 1. Cap.
dilectissimis. Euripides hanc sententiam proverbialem in
Orestis & Andromachæ Tragædia refert. Aristot. lib. 8. Ethic.
Plato lib. 4. de Repub. quinto de Legibus, & in Dialogo de
Amicitia, & Marc. Tull. in primo Officiorum, & in primo de
Legib. & Antiquus Tineus ut refert Diogenes Laërtius, &
Aulus Gellius lib. 1. Noct. Atticar. Hi omnes authores as-
firmant, amicorum bona esse communia, quod fieri potest,
si alij alijs subsidio sint, quod esse nequit, si amicitia
commodo & priuato lucro fulciatur, quæ scopus est in quem
cupidi cogitationum, ac desideriorum sagittas collimant &
iaculantur.

Quo pacto amici, amicis præsto esse debeant.

CAPVT III.



Enseo (inquit Medicus) & non dubium est, quin quantumuis dulces &
familiares sint amicitia priuatum cõ-
modum eas dissipet & euertat. Dicitur
lib. 2. de natur. facultat. quanuis mel
suapte natura dulce sit, si vehemens ca-
lor irruat, in amarum bilem exasperatur. Sic dulcis
amicitia, si occurrant immoderata commoda, facili
negotio in asperum & crudele dissidium commuta-
tur: & quantum ad id quod attinet ad amicos vicis-
sim subleuandos, in hoc haudquaquam dubitandum
est: sed hoc condimento & gustu dulcis prudentiæ
condiendum est: hac enim remota, quæ amicum pro-
desse arbitramur, sapissimè officit. Bonus amicus ve-
lut sanguis est, qui ut strictissimū amicitia vinculum
cū corpore conferuet opitulatur & præsto est omni-
bus partibus, siue firmis, siue debilibus, & subsidio in-
diget: & quoniam timor est in corde, sanguis eò se-

cedit. Vnde fit, ut cum homini quidam timor incuti-
tur subruffus pallor in ore sedens, statim timorem in
corde latentem indicat, quoniam sanguis statim à ce-
teris corporis partibus disiungitur & discedit, & ad
cordi amicitia officium præstandum properat, cum-
que facies sanguine inanis sit & vacua, crocea & pal-
lida fit, & e contra cum dedecore atque pudore suf-
funditur, statim fit rubicunda. Nam ut vultus est pars
quæ sentit erubescantiam, ab alijs partibus sangui-
nem extrahit, ut ei præsto sit eumque corroboret.
Sic amicus amico suis infortunijs & necessitatibus
tenetur opitulari, eiusque indigentia, ut subito præ-
sto sit & opem ferat, prospicienda est. Verum eo pacto
circumpectus esse debet, ut cum non sedat, quod-
dam optimum & salutare remedium suo malo appli-
care suspiciens. Prima pars quæ in corpore humano
formam capit, cor est, & ex alio cæteræ venæ, atque
arteria promanant. Et quemadmodum cor princi-
pium est vitæ, ita etiam exitus est: nam ut homo ago-
nia mortis premitur, & eò instanti quo animam in-
cipit exhalare, cum motus omnes ab eo deficiunt, ex-
tremum quod à motis definit, cor est. Et cum homo
quadam sagitta virus herbæ conpersa vulneratur, ut
potè cor timore percussus, corruptus ob virus san-
guis, statim ad cordis opem meat, & quamprimum
cor appulit, id subito interficit: ita ut sanguis intoxi-
catus cum cordi præsto esse deberet, idque robo-
rare, ut vitam suppeditaret, mortem infligit: pari
ratione animus indiscretus, qui nulla prudentiæ habita
ratione animo vult subuenire, eum sæpenumero
deperdit. Videtur mihi (ait Iureconsultus) mate-
riam amicitia iamiam inflammari, & meo iudicio
si tua non ab hac abhorreat, ne sinamus eam extin-
gui & consopiri, neque ut è manibus nostris euadat,
velim, sed vnusquisque tela rationum & autoritatū,
quoad poterit, iaculetur. Et ad Theologum conuer-
sus, ab eò obnixissime exposulauit, ut primus hunc
sermonem exordiretur: qui etiam à duobus Castella-
nis fuit suafusus, qui propter sanctæ & sacræ Scriptu-
ræ autoritatem, & Religiosi habitum, quo amice-
batur, ab eo poposcerunt, ut aggrediretur, &
quidquid in memoriam de Amicitia occurreret, ex-
promeret, eam laudibus exaggerans, quibus nõ mul-
tum oblectabatur: mallebat enim citius ea mereri,
quàm audire. Theologus, licet inuitus, ut tamen so-
cijs gratularetur, qui vrbantate atque efficacia, eum
orabant atque obtestabantur: sic exorsus est. Admo-
dum exoptarem, eloquentia necessaria absolui, ut ho-
norem, quem impertitis exaggerarem, vobisque ma-
iori deuinctus sum ære: quoniam me eò minus quo
laudari mereor, laudibus extollitis: qui enim re qua-
dam debita obligatur, est quod absque meritò elar-
gitur. Meritum soluitur, non autem datur. Quamob-
rem omnes quas tribuitis laudes vobis debeo: quo-
niam dignus sum, quominus egi mihi tribuantur, id eò
ut eas possideam progredior, ratus quod eas mihi nõ
ambitione moti accommodatis, sed amicitia vincu-
lo quo in his quæ ad me potissimum spectant, profe-
quimini, si aqua lympeida comprobentur, cum parue
sint, magnæ videbuntur. Et quoniam mihi ut aliquid
agam de amicitia iniungitis, vobis obsecundare pro-
pter meam in vos amicitiam expeto. Malo enim nota
temeritatis atque audaciæ mihi inuri, quàm si
manifesta notarer peruicacia: quippe nõ sum nescius
onus quod imponitis Herculis aut Athlantis hume-
ros requirere: pluresque fore, qui meam hanc audaciã
taxabunt, si de Amicitia tractare, aggrediar: res qui-
dem adeò ardua, ut naturalis intellectus limites inter
hos præclaros & eruditos homines hic congregatos
transilire videatur. Et fortassis dicent aliqui, me tan-

to periclitari discrimine, velut Ionathas cum inuias & inhospitas rupes conscendit, vt solus cum armigero in Philisthorum aciem inuolaret: velut Dauid cum Goliath: velut tres inuicti Israelitæ qui Bethlehem ingressi sunt, vbi hostium erant copiam, Dauidque aquam cisterne quam exoptabat, attulere: velut Hercules cum hydra capitibus septuplicibus in paludibus Lernæis: velut Theseus cum Minotauro in Cretæ labyrintho: & velut Perseus cum Andromedam à monstro marino eripuit, & formidandam Medusam interfecit. Enimvero tandem vestris iussis obtemperabo, & quod afferam ex Sacra Scriptura, ex sacris Doctorum libris, ex humanioribus aliorum Philosophorum & Historicorum, quod me legisse memini, exhaurietur. Quemadmodum textor fila diuersorum manuum coniungit & glomerat, & ex pluribus filis, telam texit & orditur: ita diuersorum authorum doctrinam connectam, & ex hac oratione, telam contexam. Quæ si non satis subtilis reperiatur, error filo nequaquam est inculcandus, quod ex se pertenuè est & subtile, sed mihi, qui illud contexendi & ordiendi methodum ignoro. Quauis autem, vt orationem elimatam promerem, diuturno vt eam præmeditarer, temporis spatium opus foret, memoriæque insculperem: Exiguitas tamen temporis, mihi expeditioni, ac excusationi erit locus: ideo non illud vsurpo, ne mihi sicut alijs contingat, qui chlamidem, vt melius salirent exuere, minus verò saliere. Nam sæpenumero defectus temporis excusatio multa iudicia obducit.

Declarat Theologus, quot sunt Amicitie species, & quam sit vera, & fructus quem secum adducit.

CAPVT IIII.



Vatuor sunt Amicitiarum genera, ad quas ceteræ omnes amicitie possunt reflecti: vnum est inter peruersos, qui incredibili desiderio oblectantur, vt eam proborum hominum dilacerent, famam subripiant, nomen extinguant, opera sepeliat, honorem obfuscent, & virtutem annihilent. Hæc concordia & amicitia inter impios multum est perniciofa. Talis fuit illa Absalonis & Achitofelis aduersus Dauidem, illa Herodis & Pilati in morte Iesu Christi. De hac concordia & conformitate ait D. Lucas in Actis Apostolorum, de ijs loquens qui saxis D. Stephanum obruerant: *Impetum fecerunt vnamiter in eum*: De illa dicit etiam Iob. *Corpus illa quasi scuta fusilla. compactum squamis se prementibus*. Eapropter ait D. Augustinus. Concordia mala est, & bona discordia. Secunda Amicitie species est Adulatorum, cum ijs ex quibus aliquid lucri sperant expiscari, quæ etiam fugienda est. Salomon ait in Prouerbis: *Fili mi, se te læt merint peccatores, ne acquiescas eis*. Et in Ecclesiastico, *Melius est à sapiente corripì, quàm stultorum adulatione decipi*. Iustos vocat sapientes, adlatores verò ignaros. Verum ij simulac amici prosperitas deficit, deficit etiam eorum amicitia. Boetius ait: is quem prosperitas amicum fecit, aduersitas inimicum reddet. Tertium Amicitie genus est corporalis beneuolentia, quæ ex bona promanat familiaritate & conuersatione, ac morum sympathia, quæ secum tale oblectamentum ad se allicit, vt efficiat amicos ad inuicem nunquam segregari. Et quauis tales amicitie, sicuti hæc, bona & honesta sit, magis tamen ex carnis habitudine procedit, quàm animi ratione: quomodo ferè omnia animantia, quæ communi vinculo copulantur, hanc habent habitudinem. Hæc fuit amicitia inter Ionadab & Amnon, & de hac loqui-

tur Ecclesiasticus, dicens, *Omne animal diligit sibi simile*: sic omnis homo eum, qui suus est proximus, diligit. Quartum Amicitie genus à ratione naturali & virtute promanat, & oritur, proque fundamento & principio eidem Deo innititur. Hæc illa est amicitia ceteris præstantior & eminentior: quippe qui cum ea amicos nostros propter eorum virtutes & merita diligimus: & quoniam nos etiam amore prosequuntur: iussit enim Deus vt eos diligereamus. Amicitia illa magis est spiritualis, quàm corporalis, & non est cupiditas, liuor, aut aliud quoduis priuatum commodum, quod ab ea abhorreat: non etiam proprii commodi & utilitatis, eius qui diligit, recordatio. Etenim si hoc nos in medio cursu faciat inhærescere, non hoc amplius est amicos diligere, sed eorum bona, & ea ex quibus aliquid commodum exhausturos speramus. Et si hoc commodum amicitias copularer, eo dempto & commutato, sequeretur amicitias dissolui oportere: quoniam verò in æternum permanet virtus, vera etiam amicitia perpetua vocatur. Hæc amicitia est eiusmodi, vt quoquo semel coglutinetur, bitumen est quod nunquam diffinditur, & vinculum quod non potest dissolui. Hæc illa est amicitia obryzi auri & iusti ponderis, quæ ad cælos vsque debet extolli, quicumque, verborum torrente & dicendi copia alias amicitias extollere nituntur, oleum & operam perdunt. Hæc amicitia (vt ait D. Augustinus) mutuus est in rebus diuinis & humanis voluntatum consensus cum beneuolentia & amore coniunctus: hincque consensus rebus bonis esse debet, non autem prauis, & beneuolentia & amor à ratione debent oriri. Talis fuit Dauidis cum Ionatha amicitia, & inter Discipulos Iesu Christi Saluatoris nostri, & ad hodiernum vsque diem inter homines iustos est, qui pro vita ducunt, eam pro Dei obsequio infumere. Hi eo pacto tam rebus secundis, quàm aduersis diligunt. Et Salomon in Prouerbis: *Omni tempore diligit, qui amicus est*, quoniam nec tribulatio eos separat, nec labor defatigat, nec diuitiæ eos superant, nec amor aut affectio rerum momentanearum eis officit, vt ab amicitia semoueat. D. Hieronymus in Epistola ad Paulinum sibi perquam familiarem, sic ait. Hæc vera est amicitia connexa & fixa cum Iesu Christi Cruce, ad quam nec bonorum lucrum, nec corporum sola presentia, nec fraudulenta adulatio eos coniungit, aut conciliat, sed timor Dei, & Sacrarum scripturarum studium. Amicitia, quæ inter impios est, vt malum patrent, quæ prior est, de qua superius verba fecimus nihil habet ab amicitia, præter solum nomen (vt melius dicam) non etiam adhuc nomen retinet: quoniam re verà vocari non potest amicitia, sed conuratio: vt pote amicitia sit vna ex melioribus actionibus, quæ homini occurrant, cum præcipue in virtute ratione naturali, & Deo nostro stabiliatur. Perspicuum igitur est nullam posse fieri amicitiam inter peruersos & deprauatos, virtutis, rationis Dei que inimicos: vnde sequitur amicitiam adulationi, & priuato commodi subnixam (quæ illa est quàm asserimus) non minus esse amicitiam, quàm aliã, sed quidquam fucati & hypocrisis. Tertiam quam diximus à moribus & conuersatione ortam esse, panis est omnibus cribris pollinarijs, expurgatus: sed quarta farina pura est & flos excellentissimus. Hæc est amicitia Christiana, qua nobis gloriandum est, magna que cura & solitudine inuestiganda, qua inuenta, firma securaque constantia conseruanda est: verum amicum arcem omnibus munitioibus refertum, & velut ditissimum thesaurum arbitantes. Hoc est quod ait diuina Scriptura in Ecclesiastico. *Amicus fidelis est protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli*

2. Reg. 15.
Luc. 23.
Act 7.
Iob 41.
Prou. 1.

Prou. 17.

D. Hier.
in Epist.
ad Paul.

fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vite & immortalitatis, & qui metuunt Dominum inveniunt illum. Hactenus verba Ecclesiastici. Et alio in loco ait, *Beatus qui inuenit amicum verum.*

D. Hier. in Epist. ad Rufin. D. Hieronymus in Epist. ad Rufinum ait. Obsecro te Rufine, vt amicus qui longo tempore serutatur, & vix potest inueniri, postquam inuentus fuerit magna difficultate seruetur, si eiusmodi amicos ab oculis remoues, saltem ne à corde remoueas.

D. Amb. lib. 3. Offi. D. Ambrosius ait, Magna est homini in hac vita consolatio fideli amico frui, cui cordis interiora aperimus, quocum secreta communicamus, cui stomachi interiora committimus, vt fideli viro vti qui rebus prosperis, quæ nobis cordi sunt, cum illo delectetur, & afflictionibus de repente ingruentibus, & suis desiderijs absonis, cum illo cõpatiatur.

D. Isidor. de sum. bono lib. 3. D. Isidorus ait, Amicitia res prosperas dulciores reddit, & aduersas cum communicatione temperatas, easque leuiore efficit quo possint tolerari. Cassiodorus in quadam Epist. Sine amicis (inquit) cogitationes nobis molestiam parerent, opera laborem, vita verò cruciatu. Petrus Blesensis in suo libro de Amicitia ait, Amicitia inopibus facultas est & diuitiæ, exulibus dulcis patria, debilibus vis, & ægrotis medicina. Aristot. lib. 2. Rethoric. ait homo ab amicis destitutus, oculorũ lumine priuatus est, cæcusque remanet: ita vt amicos oculos appellet. Diogenes Laërtius ait, cum rogaretur Aristoteles quidnam esset verus amicus, respondit, Anima est in duobus corporibus. Et idem Aristoteles lib. 8. Ethicorum ait, Amicus est alius ego met.

Salustius pro Iugurtha, Veræ inquit Regni vires nec in exercitijs, nec in Thesauris, sed in amicis consistunt. Dicebat Menander, Qui amicos inueniret, ditissimos possidere thesauros censeret. Horum non erat nescius Alexander Magnus cum Darii ioci causa, illum inopem suspicans, ab illo misit percontatũ, ubi essent Thesauri, quibus suas copias disponderet, respondit, Dicite Regi Dario suos thesauros esse arceas auro & argento plenas, mea verò corda esse amicorũ. Plautus in Comedia, Truculētus inscripta, vocat, amicos pulchras diuitias. Idem Quintilianus eũ citat lib. 5. institution. Rethoric. Lucianus ait in Scythia eum, ditissimum censeret, qui plures amicos fideles & veros possidebat. Pindarus, iacturam honoris facit homo cum amicos perdit. Et non solum antiqui semper honores & diuitias arbitrati sunt plures amicos habere, imò etiam integram felicitatem: capropter plures Philosophi Pythagoricæ Sectæ, dixerunt, amicitiam totius Philosophiæ finem esse: & vt vocabant felicitatem quod pro fine arbitrabantur, certissimum est atque perspicuum, eos amicitiam pro summo bono iudicasse. Maximus Monachus narrat cum Cresus rogaretur, quidnam maius, atq; felicius esset, quod in regia dignitate assecutus fuerat, respondit, præcipuè esse duo, quorum vnũ erat amicis benefacere, aliud verò ab inimicis vltionem capere. Quod cum Socrates percepisset ait, melius tuæ consuluisse vtilitati, inimicos amicos conciliare, eos ad te attrahens, beneficia in illos conferens. Hoc felicissimũ fuisset plures colligere amicos. Narrat Plutarchus in Apophthegmatibus Socratem dicere solitum, nullas esse pretiosiores diuitias, quã amicos, & vt eos lucri faciamus & possideamus, elaborandum esse. Illa erat opinio huius strenuissimi Ducis Epaminondæ Thebani, qui dicere solebat, vt refert Elianus lib. 1. de diuersitate historia. Homo (inquit) qui in forum venit, nunquam debet discedere, quin prius nouum aliquem amicum veteribus supperaddat. Herodotus narrat in 4. cap. suæ historiae, Cum aliquando Me-

gabylus malum punicum manu teneret, rogatus ex quo tantum numerum sicut grana continebat, vellent possidere, respondit Amicorum fidelium. Verũ Plutarchus hoc dictum Dario tribuit, aitque se adhuc tot Zopyros cupere, sicuti hoc malum punicum granis contabatur, erat enim illi Zopyrus magno fidelisq; amicitia vinculo coniunctus. Denique omnes sanæ mentis homines, & qui iudicium vera rationis limã perpoliunt, magni semper bonam & perfectam amicitiam fecere, eamq; pro magnis opibus, honoribus, huiusque vitæ commodis habere, proque iugo suauis & leui in laboribus, & pro vtilissimis totius orbis facultatibus. Vnde venit illud permulgatũ Prouerb. Amicus magis necessarius, quam ignis & aqua, quod Prouerbiũ ab Aristotele refertur in suis Moralibus, & a Plutarcho libro de differentia inter adulatorem & amicum. Sed quid opus est verbis, cũ Marcus Tullius libro de Amicitia, dicat veram amicitia, ad eũ esse vtilem & præstantem, vt qui ab hac vita eam auferant, Solem ipsum è mundo auferre videantur? Quocirca amicitiam plurimi pendamus, & enitiamur, non solum vt amicos quos nobis parauimus, conseruemus, sed vt etiam alios denuò acquiramus, & ex proprijs inimicis amicos reddamus, illis culpas in nos patratas condonantes, & beneficia in illos cõferamus, vt eorum voluntates & beneuolentiam captemus. Deponamus memoriæ serinio, bonorum operum memoriã, quibus quæ aliquando erga nos sunt perfuncti, ne vsquam obliuiscamur, & obliuionis tumulto mala quæ in nos infixere, cõsepeliamus. Et quo eorum conuicia & iniuriæ fuerunt spõtanæ, libentiori animo eis ignoscamus. Nam tunc gratia lucidior ac splendidior est, cum indulgendi minor esse videtur occasio.

De Legibus amicitia, de amicis fideis & adulatione.

CAPVT V.



AEc amicitia, de qua verba facio, duabus constat legibus. Prima est ne ab amicis quidpiam indecorum aut prauum petamus, nec etiam si illud à nobis requirant, exequamur: quoniam in hac amicitia omnia debent esse iusta, & rationi consentanea, & iuxta Dei Legem, ad quem opera nostra sunt dirigenda, sanctæ eius voluntati semper cupientes obsecundare. Secunda lex amicitia est, quidquid erit iustum, in amicos esse conferendum: totis viribus vt eorum necessitatibus subueniamus, conantes, & quantum nobis situm erit eos conseruemus, eos summe diligentes, & auri, argenti que cumulis præponentes. Hæc omnia colliguntur ex definitione amicitia, quæ (vt diximus) mutus est bonorum rebus diuinis & humanis consensus, cum beneuolentia à ratione orta. Quod apprimè perceptum non nisi in hominum iudicium cadit qui à corde cupiditatis puluerem excussere, & deprauatorum desideriorum petitionibus nequaquam obtemperant: rationique tanquam moderatrici & dominatrici morem gerunt, prompta obedientia ei obsecundantes, nec suos limites transilientes. Qui enim vitijs insidias parant, omniaq; vestigia qui in eorum cogitationibus sternuntur, multum aliud habent extremum quàm propria commoda, nunquam amicitia vera vfi sunt. Vnde fit vt sæpissime in seipsos graues perfidias & prodiones tendant, in eos ipsos, quorum amicitiam dicebant inijsse. Et quantumuis peruerse, rebus prosperis aliquem comitentur, fraudesque ac deceptiones velut in repositorium concludant, ingruente tamen rabie,

bie, & procellis ab eò deficiunt & alienantur, nec amicitia splendorem sectantur, sed quo malitia eos dirigit, circūferuntur. Quemadmodū plures facci terra pleni, ad si inuicem allidantur, puluerem emittunt: sic duorum amicorum amicitia magna quidem familiaritatis, sed pauca virtutis, quibus tempus plurimos defectus detegit, eorumque cupiditatem & perfidiā probat, multa pollicentur, pauca verò præstant: laxat quidem verbis habenas & promissis dilatantur, aduentante autem operum tempore secedunt, & compressus, quam lymax in cochleam coarctantur. Vt etiam imperiti Astrologi de futuro tempore loquuntur, & quod pollicentur, nunquam accidit, longēque distat quod non contingat: pari ratione ficti amici, multa verba effutunt, futuri que multa pollicentur, sed nulla eorum contingunt, promissa ne quidem umbram transfiliunt, dicunt, nihil verò faciunt, vt omnia nihil præter dolos & technas sapiant. Sæpissime contingit vt cum imbrem expetimus, cum terra arida, aut sicca, sit, infuscatae occurrunt nubes, vt videantur diluuium aquarum polliceri, cumque homines contenti sunt, venit ventus, qui scopa cæli est, nubes evertit, nec aqua guttulam infundit. Sic homo aliquid vehementissime concupiscens, aliquid ab eo qui profusissime verbis obtulit, exposcit, qui multos aureos mōtes pollicetur, multis coniunctis excusationibus, & tandem nihil porrigit. Eius verba sunt nubes, quæ aquis bonorum operum grauidæ apparent sed deniq; accidit ventus, qui ea omnia rapit, & omnia in aërem conuertuntur. Hoc ait Salomon in Prouerbijs, *Nubes & ventus & pluuia non sequentes, vir gloriosus, & promissi non complens.* Numis adulterinis sūt similes, qui exterius aurei videntur, interius verò plumbei sunt. Si illi fidem adhibeatis, necessitatis tempore illudemini, & in maximo discrimine periclitabimini, quoniam verbis fidē asseruistis. Impartitus est Deus linguam tanquam nostrarum conceptionum interpretem & præconem: vtque bono consulamus viuus vitæ nostræ typus sit: nam vt corpus nostrum corpore in medio tegitur, quò noster obtutus nequit penetrare, nostrum humanum iudicium, quod in hac caligine concipit, nequit perferuari, nec suos conceptus cogitationesque comprehendere. Dedit linguam, vt sua industria, quod latebat, in lucē ederetur, & quod tegebatur, in publicum prodiret, & homines hoc pacto ab inuicem intelligere secumque cōmunicare possent. Itaque lingua est clavis, quæ nostrum stomachum referat, & quanuis verum sit linguam esse in corde, cor tamen nequaquam in lingua esse debet.

Matt. 11. Ait D. Matthæus, *Videns Iesus turbas aperiens os suū, docebat eos.* Iesus Christus os aperiebat, vt cor detegeret, nostrumque tegeret. Dominus noster illud diuinum os aperuit, & ex hac ditissima sacri Sthomachi arca, mirifica traxit monilia, quæ vt vitam nostrā ornaret & inauraret, est elargitus. Aperuit Deus os suum, & cor, nos autem os quidem aperimus, cor autem obseramus. Lingua clavis est, ad nostrum pectus aperiendum, maligni verò clauim vt illud claudant conficiunt. Venduntur pro amicis, cum sint inimici. Dicunt nostras ærumnas dolere, & nullomodo eas sentiunt, nostrisque bonis & facultatibus delectari, nostrum verò non recordantur, vt nos inescant & decipiant. Putant fallendi officium, præclaram esse actionem, & si eos fallaces vocamus, molestē ferunt. Nihil aliud quam perfidias moliri queritant, in malā tamen partē accipiūt quòd illis dicitur. Magni faciūt mendaces esse, nolunt tamen vt quisquam tales esse arbitretur. Non arbitrantur mentiri esse iniuriam, & si dicatur eos esse mentitos, scandalo afficiuntur. Si dicas homini, mentitum esse, magna afficitur iniuria,

non quod aliud sit, nisi mentiri esse iniuriam, ij verò non arbitrantur esse iniuriam mendacium proferre, atrocem tamen censent iniuriam, cum eos esse mentitos dicitur. Quis talem dementiam vnquam vidit? Gloriantur quòd sint, impij, & magnum dedecus impios vocari, maiorem cēlentes esse ignominiam, re ipsa esse, quam tales esse opinione dici. Ad nomen alliduntur, non ad rem. Umbra teguntur veluti horologia solaria, & substātiā deferunt. Sed vt cæci sunt nō dubium est si in foueam cadunt. Vnde fit vt maximam percipiant voluptate mōs destruere, tempore quo maiori amore vos prosequi simulant Liberet me Deus ab eiusmodi hominibus, qui in publicum pacificē loquuntur, clanculum verò de discordia tractant. Munus habent in sinistra, gladium in dextra: Propolant pacem & vexillum bellicum erigunt. Talis fuit Ioab, qui ad hostem Amasum accedens, eumque verbis vrbāitate & amore plenis salutans, cum osculū pacis esset daturus, sicut mos erat illo tempore inter amicos gladio quem gestabat, vt cum trucidaret, interfecit. Samson blandientibus verbis Dalidæ confusus, quæ se dilectam & charam amicam esse fingebat, in potestatem inimicorum redactus est, qui oculorū lumine priuarunt, & magnis iniurijs atque conuitijs affecerunt. Hunc proditiōis modū, suauitate teclū, & amoris indicijs, antiqui gladium melle litum vocabant, quo Prouerbio D. Hieronymus in quadam Epist. vtitur: vt maligni & fucati amici sæpenuerò magna detrimenta in nos infligunt. Equidem quodāmodo posset tolerari, quodam malo in exteriori nos efficere, si non interius vulnerarent: sed deprauatis eorum sermonibus, prauisque consilijs, crebrò animas eorum qui secum conuersantur, labefactāt. Quoniam vt ait D. Paulus, *Corrumpunt bonos mores colloquia praua,* præcipuē cum malis operibus bona opera superadduntur, quibus læthalia exempla, grauissima mala perpetrant. Quamobrem iubebat Deus filijs Israël, vt ab impijs & malis tabernaculis alienarentur, neque aliud eorum suppellectilium manibus tractarent, ne cum eorum peccatis inquinarentur & contaminarentur. Deus hoc iussit in lib. cap. Numerorum & in 33. eiusdem libri, hæc eadem verba à Deo Moyse fuere prolata. *Disperdit cunctos habitatores Terra Chanaan, confringite titulos, & statuas comminate, omnia excelsa vastate, mundantes terram, & habitantes in ea. &c. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis clavi in oculis vestris, & lanceæ in lateribus.* Dicitur in 1. lib. Esdræ cum filij Israël templum Ierusalem post regressum Babylonis ædificarent, Gentiles, qui in constructione opem se oblaturus pollicebantur, in societatem noluerunt admittere, vt conuersationem conscientijs damnosam euitarent. Mala conuersatio, incipit bonos disperdere, & perficit, quòd desinat malos destruere. Quemadmodum manus, quantumuis candidæ, si carbones tractent, nigrescunt: sic quantumuis iusti sint homines, si cum sceleratis versentur, vitijs eorum sæpissime coinquinantur, sordēque aut maculam vitæ inurunt. Quemadmodum etiam lignū quantumuis sit viride, si in igne diu remanet, consumitur: sic quantumuis homo sit honestus, vsu crebrò comprobatur, mala conuersatione, ignem accendi comburi, & perire. Aiunt sacrae literæ in 2. lib. Paralipom. Cum Rex Iosaphat magnas amicitias cū impijssimo Ochozia inijisset, percussus est à Deo, cui propheta Eliezer ait, *Quia habuisti fœdus cum Ochozia percussit Dominus opera tua:* Nam rex cum eò amicitiam iniens, alij etiam inire debebant, ob perniciosum exemplum magna conferretur iniuria. Solū racemū granum putridum, totum racemum potest

corrum-

Prou. 25.

Matt. 11.

2 Re. 20.

Indic. 6.

1 Cor. 15.

Nam. 16.

Nam. 17.

Simile.

2 Par. 30.

Simile.

Corrumpere, solusque flagitiosus multos homines inficit. Et non solum impij nefarijs impedimento sunt: sed etiam adulatōres blanditijs demulcentes, qui non sunt amici deceptionibus vacui, sed deceptores inimici. Quemadmodum lignum vermim id corrodentem nutrit, ita diues assentatorem nutrit, qui eum fallit, & fictitijs laudibus decipit. Horum non erat nescius Rex Dauid cum in quodam Psalmo diceret: *Corripiet me iustus in misericordia: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Vocat blanditias, oleum peccatoris. Et eius filius Salomon in Prouerbijs, *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.* Ait Isaias, *Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* D. Hieronymus in explicatione cuiusdam Psalms, Nihil est (ait) quod magis animos corrumpat quam adulatio. Adulatoris lingua multo magis nocet, quam gladius inimici. Illud est quod ait D. Augustinus in Psalms, duo esse persecutorum genera: vnum sunt ij qui nos vituperant, alterum qui nobis blandiuntur: & præcipue adulatoris lingua grauius lædit, quam manus eius qui nos persequitur. In secundo libro ait. Prius ad arbitrium cuiuscunque patiar obiurgari, quam ab assentatoribus laudari. Qui veritatem diligit, ne tantum censorem diligit, sicuti adulatorem: is enim est qui errat, & ille qui errorem eius quem laudat, confirmat, & is qui eum molitur inuadere. D. Chrysostomus ait, Quemadmodum finis Oratoris est persuadere dictione, & medici, pharmacis curare, sic adulatoris, falsis laudibus, mellifluisque verbis decipere. Vocant prodigum liberalem, nefarios solertes, inhonestos, homines frugi, arrogantes, graues: victores, honoris alūnos, & pernicaces, constantes. Aliud exterius ostendunt, aliud verò interius obserant. Non aspectus voluntatis respondet, multum a corde sermo discrepat: sæpissimè operum aliorum sunt scrutatores, non quòd peruulgare intendant, sed vt commo consulant: denique eorum amicitia, commercium est & merx, non autem amicitia, & concordia. Verum enim verò videtur hoc quodammodo esse tolerandum, si inter quandam virtutem vitia non laudarent, ac prædicarent, diuersis, ijsque pulcherrimis coloribus actiones variantes, fūco operum eas decorantes, & cum verborum pulchritudine perpolientes. Beda in Lucam, vocat adulationem peccatum amarum, quod velut oleum flammatarum, quæ in peccato ignescunt, solet esse instrumentum. Qui adulatione vtuntur, formicis sunt similes quæ ad horreã vacuam non properant, sed ad tritico plenam: aut veluti Muscæ, quæ discos nitidos non quærunt, at melle, aut alio liquore illitos. Quare dicit Salomon in Prouerbijs, *Amici diuitem multi.* Et vterius ait, *Diuiti addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit, separantur.* Ecclesiasticus eos vocat amicos mensæ & temporis. Hoc est quod ait Menander, & refert Atheneus, plures esse quibus cum ministratur, vt abluant manus, amici sunt: alludens ad morem eorum qui ante esum lauant manus, qui non amici nisi secundis rebus demonstrantur, quibus flâtibz sectantur & laudant eos à quibus aliquid utilitatis & lucri expiscari arbitrantur. Dicebat Perianther, & refert etiam Laërtius. Nos omni tempore erga amicos firmos & constantes esse oportere, siue eos in magnitudine & dignitate constitutos, siue eos depressos & prostratos videamus, nunc verò plures de more habent laudare diuites eosque sectari, si verò eos afflictionibus pressos conspiciant, ab eorum latere discedunt. Euanescunt in aduersitate, secundis autem rebus apparent, mille adulationes & dolos

effatientes quibuscum oculos eorum quos laudant, obuelant. Quare dicebat Pythagoras, vt refert Stobæus. Nos lætari potius reprehensione quam blanditijs deberi. Et dicebat Anthisthenes, satius esse in coruorum potestatem cadere quam assentatorum: quippe qui corui nisi tantum oculis mortuorum vescuntur, assentatores verò & visum & animos viuentium corrumpunt. Ita narrat Laërtius & Brusonius, quanuis alij Diogeni hoc attribuât. Et ait idè Laërtius, cum Bias Philolophus rogaretur, quomam animal esset virulentius, respondit. Inter animantia bruta esse Tyrannum, inter priuata adulatorem. Narrat Æneas Syluius, imperatorem Sigismundum adulatōres tanto odio prosequi solitum, vt aliquando, blanditijs cuiusdam assentatoris nequaquam patiens inescari, qui cum immoderatè laudabat, alapã impinxit. Quod ægrè ferens adulator, Cur me percutis Imperator? Ille respondit, Et tu adulator, cur me mordes? Viri præstanti & ingenio sagacissima mente blanditijs atque suauibus adulatorum verbis minimè aurem arrigant: imò tanto ab ijs audiendis & intelligendis abhorreant, quanto assentores inimici sunt in recensendis: & quo magis alij hac in re assentiuntur, alij ex industria aberrant. Nam parui, ad eò alienandi sunt, quominus assentatores sint quam magni, adulationes audiendo.

Adulatores in quadam societate aut conuersatione, minime recipiendos & admittendos esse.

CAPVT VI.



Adulatores (inquit Iureconsultus) cum priuato interesse inhiant, tantum laudarent bonos, asserere auderem peccatum illis esse remittendum: verum bonum & impium nulla differentia habita collaudant. En quo toto eccllo aberrat, & nullo vnquam pacto essent admittendi. Imò (ait Medicus) videtur mihi eos posse tolerari. Memini enim me legisse in Plutarcho, Similitudinem Biantis Philolophi quæ tendit ad exonerandum adulatōres, & sic se habet. Quemadmodum (inquit) qui hæreditatem accipit quæ cultione indiget, si sciret, eam laudando, luxuriantes segetes posse producere, num magno illi errori verteretur, si eam non laudibus extolleret? nam hoc pacto, à labore cultionis, sese eximeret. Pari ratione, qui sciret diuitem summum bonum collaturum si illum adularetur, nonne maxima esset notandus ineptia, si a laudibus desisteret? siquidem corporis laborem excusaret? Hæc similitudo (inquit Iureconsultus) perniciofa est nullòque fulta iudicio: quippe qui laxat hominibus habenas vt fiant adulatōres, & fallaces, ne labori manum admoueant, cum labor sit vtilissimus, adulatio perniciosissima. Et quãuis Plutarchus istud referat, memini, hoc ipsum ab eo fuisse reprobatum. Nam fundus eum laudando, aut blandiendo, idè nec melior nec peior redderetur, si autem blanditijs diuitem demulceas, peior fit, & suapte impietate, infinitam impietatum colluuiem progignit. Amicis qui eum exhortantur, & admonent, nec credere nec eos audire vult: sed adulantes, qui eum exedunt, priuatum commodum anhelantes. Adulatores (inquit Theologus) nullo vnquam pacto sunt admittendi, omnisque adulatio in quantum adulatio, error est, etiam si virtutem laudet, quoniam adulatoris intentio, non est vt eam laudet, sed vt suæ utilitati consulat, aliumque fallat. D. Thomas ait, Adulationem immoderatam esse alijs cum operibus & lau-

D. Thom.
in 2.

& laudem sermonibus gaudium. Et quanuis adula-
tores non maleficium obiurgent, sed omnis eorum
intentio est laudare, vt metant, in hoc à recta via de-
flectūt, certissimum est, talem adulationem esse pec-
catorum occasionem. Sæpenumerò ij fingunt amare
quod odio prosequuntur, velle quod nolunt, quære-
re quod fugiunt, magnique faciunt, quodque illos
oblectatur, in molestiam conuertitur, tum demum
ore, quod in corde latet, pronuntiant. Quemadmo-
dum echo, quæ inter duos montes comprimitur, so-
nus ex vna parte auditur, verbum verò ex alia reper-
cutit: sic in adulatoris blâditijs sonus est in tuis lau-
dius, ictus verò priuatum cõmodum verberat. De-
nique adultores tubicines sunt mercenarij, vnde fit
vt non pauperum domos visere exoptant, sed eas di-
uitum odore diuitiarum corrodunt, non curantes
malum quod cernunt taxare, sed omnia laudibus ex-
tollere, incredibili labore enitentes vt sese in domos
principum & magnatum intromittant. Interpres Ni-
cephori ait, Imperatorem Constantinum Adultores
vocare solitum cariem & erucas stultorum, quoniam
diuitias Principum qui eos auscultare delectantur,
rodunt & consumunt. Et Diogenes Cynicus Philo-
sophum Aristippum Dionysij Tyranni assentatorem,
canem regiũ vocabat, vt narrat Diog. Laërtius: quo-
niã suis dolis fucatisq; laudibus partim demulcebat,
partim verò vt canibus mos est, dilaniebat, & rode-
bat. Equidẽ nonnunquã obstupesco, cum partim so-
lertes esse videantur, partim autem ita sunt ignari,
vt ab adulatoribus sinant inescari, qui eos extollũt,
filoque tenui technarum erigunt, vt ad profundissi-
mas vsque abyssos suorum errorum eos demergant:
ij verò gratissimi, arbitrantur neminem esse, qui sco-
pum præter illos feriat, alios verò à meta & termino
aberrare. Quæ stultitia maior, qua in risus potius cõ-
citari, & in lacrymas irrumpere, quàm hac, si cuti
ferunt Heraclitum & Democritum fecisse? Ait Salo-
mon in Prouerbijs, *Homo qui blandis, fideiisque sermo-
nibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.*
Et Seneca in quadam Epistola. Cum impius in te
verba dulcia & blandientia effutiet, cognosces tunc
esse rete, quo te inuoluat, ac vinciat: nam melle lita
verba, virus redolent. Non solum assentatores alios
deprauant, sed etiam semetipsos. Censent non rape-
re nisi eos quibus adulantur, sed ipsimet prius implic-
antur; & non solum capientur, verum eorum ani-
mæ, & quamplurimorum aliorum, in peccato mor-
tali commoriuntur. Quærentur de crudeli Nerone,
qui domos Romæ combussit, & non seipsos dolent,
cum animos peccati flammis comburant, multò sa-
nè perniciosior ignis qui animam comburit, quam
ille qui ducenta millia corpora consumit. Seipsos &
alios comburant falsis laudibus eos ludentes, & suis
vitijs perpetuò inhærescere facientes, speciosa vir-
tutis nomina imponentes: & si fortassis manus vacuas
quominus demulcere possint, reperiant, prædicant
ex antiqua & illuiri sobole procreatos, & originem
atque genealogiam ex putridis atque puluerulentis
sepulchris extrahunt, quæ à plurimis sæculis obliuio-
nis somno fuere consépulta. Illa est verissima propo-
sicio, eum paruam hæreditatem à maioribus capere,
qui in propria virtute non succedit, qua cum & no-
men, & famam splendide illustrarunt. Verum no-
bilis magni est faciendus & laudandus, qui præclara
facinora, & heroicas maiorum suorum res gestas imi-
tatur, operibusque quæ successores in perpetuum,
memoriæ thesauro recondat, perfungitur, priusquam
si posteritati insignia perpetuo gestanda commen-
daret. Ille suapte nobilitate satis egenus est & in-
digens, qui ex se alium non præ se fert, nisi quem à

maioribus perscrutatur: & assentatoribus titillatus,
verum arbitratur esse nobilitatem: homines autem
solertes, qui rationem sectantur, vt voluntatem eorũ
qui technis victitant, cernunt, aurem minimè præ-
bent: imò gratulantur quòd amici eos ab erroribus
dimoueant, in quos præcipites acturi erant, non au-
tem odio prosequuntur eos qui oculis obijciunt, vt
ad bonam frugem redeant. Vnum ex præcipuis, pro-
pterea quòd Xenophon Regem Agefilaum laudauit,
est quod cum de quodam bono fuerat benemeritus,
nò se laudari permittebat, imò ab ijs qui cum obiur-
gabant, cum male se gereret: Nam cum aliquãdo ab
adulatoribus merito de factis veritati consonis lau-
daretur, aures nihilominus obturabat, aut saltem
magna prudentia audiebat. Veritas enim ab ore im-
pij prolata non est admittenda, aut saltem solertia &
sagacitate est audienda: nam sæpissime inter verita-
tem mille mendacia effutiunt, quibusdam mille fa-
cinora & damna potissimum Principibus, ijsque qui
cæteris dominatione aut imperio præsunt, pariunt.
In memoria habeo, in quodam recenti Theolo-
go legisse. Cum Alexander quendam Philosophum,
quem secum admiserat, esset dimissurus, his est vsus
verbis. Ego cum sim homo fallor, tu verò Philoso-
phus, quidquid in me conspicias, non reprehendis,
aut obiurgas. Expedi igitur, vt aliquid ex his duo-
bus sit, aut errores meos, ignores aut percipias. Si
ignoras proculdubio non es sapiens, si autè cognos-
cas, non es mihi verus amicus, cum non me corri-
gas: ideò te dimitto, discede feliciter. Si princeps iste
hunc philosophum quoniam culpas eius celabat, è
domo propulsauit, quo maiori voluntate eum expul-
sisset, si laudasset. Hoc denotans generosus Princeps,
se cupere veritatem audire, quanuis in seipsum pro-
ferretur. Herodotus narrat, cum Amasis inops, qui
sæpius furto victitabat, indicio ac suspitione captus,
nullomodo probatione cõuelleretur, & conuinceretur,
ab idolis sciscitatum est, an hic homo fur esset,
alia respondere non esse, alia verò sic. Iudex idola
tergiuersari conspiciens, ad clementiam propendit,
& in pristinam libertatem accusatum restituit. Qui
Amasis cum paulatim in Regiam Ægypti dignita-
tem perueniret, & bellicosissimus esset omnium il-
la tempestate principum: cum ciuitatem illam ali-
quando ingrederetur, in qua carceri fuerat man-
cipatus, idola quæ eum damnarant, illumque plu-
ra commissis latrocinia asseruerunt, magno hono-
re prosequutus est, dicens, hæc vera esse idola. Alia
verò quæ eum falso absoluerant, nihili putauit, nul-
laque reueren- & veneratione habuit, quoniam ve-
minime protulerant. Homines veritatis & sani iudi-
cij nullo vnquam odio eos qui ipsam veritatem non
detegebant, prosequuti sunt: præsertim si potètia, aut
imperio alij dominantur: non enim par est, vt ij qui
præponuntur, mendacium puniant & propulsent,
à veridicis abhorreant, imò eos potius summis bene-
ficijs cumulent. Eos autem qui mendacia, & blandi-
cias dispergunt prout merita postulabant, seuerissi-
mis multare supplicijs. Ait Plutarchus in libro de
differenria inter amicum & adulatorem, adulate-
res olim Siciliam & Romam deleuisse. Quippe qui
Dionysio & Phalaridi, immanibus Tyrannis blan-
dientes, eius impietatem iustitiam vocabant, flagi-
tium verò impietatum odium & horrorem. Romæ
insuper Marc. Antonij delicias & impudicitias huma-
nitatem atque affabilitatem appellabant. Quamobrẽ
ingrauescebant vitia, & alios vt vitijs inquinarentur
excitabant: vsque adeo creuerat hæc malitia, vt qui-
dam qui Philosophiam profitebantur, Principum
adultores fierent: quoniam literarũ studia adeò de-
prime-

promebantur, vt dicerent Philosophi nō posse volare, quoniam fauoris humani pennę defecerant. Non sanē sentiebant, quanto foret satius, vt Philosophia vili pretio haberetur, quam pennis modis illicitis adeptis defursum volare: quoniam eorum blanditiis & adulationibus, à rationibus, vt in amicitias, ad quas asperabant, irrumperent, nō solū sibiipsis iniuriam infligebant, imō Principes perdebant & pessundabant. Præcipua sententia quam Platinus Pio 11. tribuit, qui antea Æneas Syluius nuncupabatur, hæc est. Lingua adulatorū Magnatib. periculosa lues. Et quāuis ij censentur, rationem ob quam blanditiis vtantur, non aliam esse, nisi vt hac via literas dirigant, & extollant, quæ alias solo æquarentur, funditus cōcunctæ & obrutæ: mihi tamen videtur, à veritate non dissonum, non vt literas erigant, sed seipfos: & vt priuatam Principum amicitiam, atque diuitias, sibi cōciliant. Narrat Valerius Maximus, cū aliquando Diogenes Cynicus lactucas lauaret, Aristippus Philosophus ait, Si blandiri Dionysio Tyranno velles, non solis herbis vesceris. Cui respondit Diogenes: Tu verò si solis herbis vesceris, non Dionysio Tyranno blandireris. Laërtius ait Diogenem hoc Platoni dixisse, sed probabilius est, eum Aristippo dixisse, & ita testatur Stobæus, quoniam Plato non de more habebat Tyrannis nec alij cuiquam adulari, sed operibus suis hoc vitium admodum, vilēque eorum conditionem, qui blanditiis oblectantur, alienabat. Nam profecto adeo nonnulli homines abutuntur, vt amicos non habeant, nisi eos qui blanditias susurrant: nullam voluptatem quam in iis capiunt, aut inueniunt, dicuntque nullam reperiri, nisi in his dulcedinem: nulla enim est Musice, quæ suauis auribus eorum, qui immoderatè Philautia ducuntur, arrideat, & suo iudicio nuptos, quam auribus adulatorum proditorum & fueatorum amicorum percipere, quorum amicitiam certam & veram statuunt: interim miseri differentiam quæ sit inter amicos & adultores, minimè perpendunt. Papauera colore sunt rubeo, oculisque periucunda, sed nulli alij rei sunt vsui, malè olent, & lummo perè cerebro nocent. Eodem colore sunt rosæ, quæ mirifica delectatione & passu oculos recreant, ad hæc suauem odorem redolent, & emolumentum atque vtilitatem vt aquam suauem ac dulcē distillent, pariunt, & pastillos, atque alia eiusmodi cōficiunt. Adulator, blandis suis verbis, est quidem periucundus, sed nihil prodest, imō illius odor multum afficit: papauer est absque vtilitate, suauē & iucundū exteriori colore, sed fructibus agrorum virtutis, admodum damnosum. Amicus verò adde quod sit suauis ac honestate conuersatione periucundus, magnam etiam vtilitatem & emolumentum affert: quoniam amicum admonet, eum consulit, obiurgat, taxat, & tēpore necessitatis ei opitulatur: ita vt hæc amici & adulatoris differentia, quāuis ambo grati & iucundi sint, amoris & beneuolentiæ indicium manifestent, alius tamen prodest, & non nocet: alius verò nocet & non prodest. Hæc ita sunt repugnantia & aduersantia, amicitia videlicet, & adulatio, vt nunquam coniungi potuerint, & coniunctæ simultates quasdam pariunt, magis dissonas, quam fides ex visceribus Ouis, & Lupi confectas, quæ cytharæ admotæ, nullomodo possunt consentire. Quare dicebat Philosophus Phocianus Regi Antipatri, non me vnā vt amico & adulatorē poteris vti. Ita narrat Maximus Monachus. Ac si diceret. Vnum ex duobus sit necesse est, aut amicus aut adulator, te laudabo ex bono, nō autem ex malo. Te sequar in virtute non in vitio tuorum laborum ero particeps, non autem iniquitatum. Non audeo

Simile.

te blanditiis demulcere, & liber fieri, vt te obiurgem, exopto. Memoria ab antiquis Scriptoribus proditum est, Patroclum arma Achillis induisse, sed ingentem & ponderosam hastam non poterat leuare. Idem est adulator. Amici armis induitur, sed vt eum vulneret, hasta indiget, quæ loquendi & obiurgandi libertas est. Equidem non sum nescius plures esse qui amicos corrigere desistunt, quoniam eorum imperfectiones non dignoscunt. Verum ex his non dubito, quin homo sit adeo solers, sapiens & virtute præditus, qui eos damnet, siquidem amplius non assequuntur. Virtute præstantes & sagaces eos censent reprehensione dignos, qui nefariè virtutes occultant, fallaciis verò & adulationibus vtuntur. Hitanquam adultores & proditores reprimendi, & vituperandi sunt. Nam eò magis homo iudicio est lymphido, eoque maiori amore & dilectione virtutem prosequitur, eò malitia illi est scandalo, minus verò ignorantia.

Simile.

“
“
“

De conuersationis adulatorum damno, & virtute proditorum vtilitate..

CAPVT VII.

Nonnullos homines nosco (ait Mercator) qui fallaciis & blanditiis victitant. Nescio qua freti ratione, sed fructus & actiones eorum taxat & reprehendunt, quorum amicitiam collegerunt. Hæc obiurgatio (inquit Theologus) lethalis est, & adulationis modus. Quidpiam acoris, rigidaque reprehensionis eorum blanditiis vt amici appareant, intermiscet: peritorum arte coquorum vtentes, qui tantulum acoris nonnunquam, intermiscet, vt nimiam dulcedinis nauseam temperent ac mitigent: In adulatoris officina, omnis merx suspecta est. Liberet nos Deus ab iis eorumque deceptionibus ac fallaciis. D. Hieronymus in Epistola ad Demetriadem, sic ait. Beata est anima quæ non allicit, quæ nec inescari, falli aut decipi patitur. Et alio in loco: blanditias tantum Syrenarū pestiferum vocat, tantum à quibus vt fugiamus auribus obturatis & obductis commeandum est. Syrenæ sunt mare mundi, quæ dulci fallaciarum musice, cupiunt nos vndis obruere. Quodque magis est pertimescendum, vt cū sæpissimè fideliores esse persuadent, tunc magis sunt decepturi, veluti venatores, qui magis venando fallunt, cū eos non venari videtur: sed aliis intendere, aut ambulare. Inculcant eos admonere, vt ille qui causam non querit: vestras inanes laudes iudicabunt, quas tunc potius mutant, cū verbis exprimere minimè videtur, sed aliquo quodam indicio, quod peropportune occurrit. Denique eorum conuersatio malorum est Iliade, & profundum fallaciarum pelagus. Alanus libro quem de quarimoniis composuit, & naturæ quæstibus eos vocat canes Palatorum, qui blandiuntur, postmodum verò mordent, fraudium satellites, falsitatis fabros. Hugo de S. Victore ait, adulatorem omnino videri amicum, quo famuletur, & officiosus sit, animo tamen intestinus est hostis, verbis perpolitus, operibus verò obscenior, letus & fortis rebus prosperis, aduersis verò tristis & exsuccus: amicus enim flate fortuna sequitur, procellarū tēpore diffugit, indigentia & paupertatē deserit. Quem

Simile.

P

Quæadmodû si scaturigo fontis exsicceatur, exarescit etiam riuulus. Eodem modo quamprimum commo-
di priuati scaturigo exarescit, statim etiã amicitia sic-
catur & arefcit. Ideo talis amicitia nunquam fuit a-
micitia, sed adulatio: non est aurum purum, sed squã-
ma: non substantia componitur, sed simplici & nudo
aspectu: omnia sine rei realitate pinguntur, cum co-
lores falsitati applicentur, omniãque sub peculiari e-
molumento stabiliantur. Si falsitas impietas est inter
qualescunque personas, quanto perniciosior est inter
eos, qui pro veris amicis venundantur? Si iustitia, fal-
sa mensura, & pondera frangantur, & dissipentur, &
qui rem aliam pro alia vendunt, grauissimis pœnis
subiiciantur, quãnam ratio, quã inquam proportio,
mendacium & adulationem non punire, & multare,
eumque qui vitium pro virtute venundatur, homines
technis & verfutis inuoluentes, album nigrum, & ni-
grum albũ vocantes. Iam verò cum adultores proiit
æquum est minimè puniantur & castigentur, saltem
æquum est vt ab iis fugiamus, neque tales credamus,
prius autem veritatem, quinam simus, perpendamus.
Ait Seneca in quadam Epistola. Cum Alexãder ma-
gnus quadam sagitta vulneraretur, à suis Deus esse
persuasus ait, hoc vulnus illum docuisse, & monuisse
hominem esse mortalem. Ita cum Adultores dul-
cedinis auditu aures detinebunt, falso cum laudum
nostrarum concentu, vnusquisque apud se proferat:
Vocatis me iustum, mea autem cogitationes, me in-
iustum esse dicunt: vocatis me sanctũ, & peccata mea
dicunt esse peccatorem. Itaque ne fidem adulatori-
bus, qui cõglutinant nos: sed veritati, quã nos docet,
fidem adhibeamus. Quemadmodum equus freno re-
gitur & ducitur, non autem cauda, sic homo ratione
& veritate frænãdus est. Si acriter in assentatores in-
ueheremus, statim atque denudant nos & excutiunt,
manũsque illico earum verbis admoneremus, ea ru-
dioribus atque discrepantioribus remouẽtes, attoni-
ti sanè atque perculsi reuerterentur, secederẽt, neque
ad pristinos adulationis vomitus redirent: non enim
nobis inculcant, nisi propterea quòd sciunt nos esse
spongias ad eas sugendas & admittendas. Multas
possem promere adulatorum authoritates: sed con-
tentus sermonibus doctoris cœlestis Iesu Christi Re-
demptoris nostri apud S. Matthæum, super sedebat,
qui ait: *Tunc abeuntes Pharisei, consiliũ inierũt, vt ca-
perent eum in sermones. Et mittunt ei discipulos suos cũ
Herodianis, vt peterent, an liceret censum dare Cœsa-
ri, annon? dicentes. Magister, scimus quia verax es, &
viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo
non enim respici, personam hominum.* Quinam sermo-
nes maiori vrbantate & veritate pleni possent pro-
ferri? Et Dominus respondit: *Quid me tentatis hypo-
critæ? Domine, cur hanc gentem iniuriis afficis, quã
te verbis tanta laude plenis veneratur? Nam ipsemet
es, qui cum dixerunt Iudæi te esse dæmoniacum, ma-
gna patientia & mansuetudine respondisti: Ego dæmo-
nium non habeo.* Si cum iniuriis premereris, dulcibus
blandisque sermonibus respondisti, nunc cum lauda-
ris cur verbis ita peracerbis & seueris respõsum fers?
Celsissimus & supremus Deus voluit nos edocere, vt
cum iniuriã nobis infligentur, paciẽter feramus cum
autẽ blãditis afficimur, ne patiamur. Petitio huius gẽ-
tis nõ est velle discere ac scire, sed tẽtare an ex verbo
Domini quoddam verbũ colligi posset, vt eum calũ-
niarentur. Erat malitia petitionibus tecta, & veneno
conficta. Iesum Christum magistrum vocabant, non
quod eius esse discipuli cuperent: verum appellabant
nullam tamen fidem adhibebant: dicebant, quod viã
Dei in veritate docebat, nec eius vestigiis optabant
insistere, cum demum aliud ferebant lingua, aliud ve-

Matt. 22.

rò in corde latebat. Psaltes de his loquens ait, *Qui lo-
quuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordib.
eorũ.* Sunt lima surdæ quæ malum patrant nec depre-
henduntur: sed grauius amoris apparentia quam fin-
gunt nocent, quam odio quo possunt prosequi. Cum
Alexander ab amico aliquando admoneretur, ne sic
audacter in hostiũ aciem irrumperet, fertur respõdis-
se, fac me tutum a fictis amicis, ab hostibus enim ca-
uebo. Laus omnis quã Iudæi Iesu Christo in his ver-
bis impertiebant, ad deprauatum & sceleratũ cor tẽ-
debat: ex incude fallaciarum oriebatur, veritatem ipsa
veritate conabantur fallere: sed omnes hi conceptus
erant malitię chimæ aère vanitatis armatæ, quæ de-
letæ sunt ac dissipatæ, quoniam ad diuinã voluntatis
amissim non gradiebãtur, neque firmo lapidi, qui Ie-
sus Christus est, innitebantur, eos obiurgabat, ne fal-
lerentur, ij verò vt malum infligeret, Iesus Christus
autem vt bonum conferret. Occurrebat eis Dominus
noster, vt eos pernoscere demonstraret, vt ad bonã re-
dissent frugem, vt etiam ostenderet, non suauia verba,
prauis intentionibus immixta, expetere. Ait D. Hie-
ronymus priorem virtutem eius qui respondet, esse
intentionem eius qui percunctatur, agnoscere. Et vt
Dominus noster quod in eorum corde latebat haud
ignorabat, voluit, etiam iugiter petitioni eorum satis
facere: eosque promptè expedit nec vlllo vnquam pa-
cto illorum familiaritatem est perscrutatus. In quo
docet nos ne diurnam inire cum deprauatis homi-
nibus cõuersationem exoptemus. Vir bonus à prauo
debet elongari, nullumq; amoris atq; amicitie fœdus
cũ eo pangere, imò cũ bonis & virtute decoratis, hoc
que tanquã inuolabile illi est obseruandum. Quem-
admodum qui electrum, muscum, pigmentum, myri-
sticas nuces, pastillos & alia odoramenta mercatur, aut
cum his habet commercium: vt aliquem odorem im-
bibat necesse est, quoniam sapissimè manibus tractat
& ad vsum confert. Eodem modò qui cum hominib.
æquis sapientibus, sagacibus & sani iudicij, atque di-
cendi doctrina præditis versantur, quidquam eorum
virtutis & doctrinæ animis imbuunt. Et econtrã qui
sapissimè sulfur, & alia id genus malè olentia, non bo-
num etiam odorem possunt emittere: sic qui familia-
ritatis vinculum cum hominibus lubricis fœdissimis,
profundissimo suæ conscientie somno cõsepultis in-
eunt, non nihil eorum vitiorum fœtorem olent, multũ
odoris cum Deo disperdunt, & honore atque digni-
tate inter homines spoliantur. Ideo nec odoriferorũ
florum malobatrũ male olet, nec olidũ sulfur opti-
mum odoramentum emittit. Ex bonis inquam, mori-
bus nõ vitiis imbuimur, nec etiam ex prauis optimas
virtutes imbibimus. Vt ex peritissimo & præstantissi-
mo artifice, boni & excellentes tyrones non oriũtur,
ex stolidis autem & imperitis, innumeri manant cer-
dones: Sic quales sunt ij quibuscum versamur, sæpius
tales etiam sumus, & quales sunt eorum mores, simi-
les quoq; sunt eã, quas ex illis haurimus. Vidi homi-
nes qui familiaritatem cum deprauatis nacti, cum mi-
nimo carerent scelere, ita vitiis sese inquinant, vt
viuẽdi modum ex technis & sceleribus suscepisse vi-
derentur, omniãq; per fas & nefas moliri: videtur e-
nim, cum alios fallunt, pro rato etiam tenet, alios eos
fallere: adeo sunt perforato iudicio, vt nihil frugi in
eo sedem habeat. Omnia torta sunt & obliqua, vt eo-
rum operibus, verbisque videre est. Ab eiusmodi ho-
minibus tanquam peste abhorreere debemus, vna cum
iis qui sese in eorum deprauatorum, & scelerato-
rum appetituum dedere clientelam. Verum enimue-
rò nonnulli sunt casus quibus boni malos possunt cõ-
ueniri, vt eos erudiant, & admoneant, cum eos suarũ
conscientiarũ vtilitati consulere videbitur: nam per-
spicuum

Psa. 27.

Simile.

picuum est, quosdam esse homines qui cum vitis laxarunt habenas, summis tamen virtutibus consilio & admonitione hominum virtutis & probitatis imbuti sunt: crebro etiam contigit, virtutem iusti sceleratum ad se adiunxisse, qui ad virtutem redactus, alium lucrificet, isque plures alios. Illud (ait Medicus) est veluti Magnes, de quo ait Galenus libro de Sanitatibus naturalibus, eum vidisse quod ferrum erigeret, aliud verò alterum leuaret, hocque alia: ita ut quinque essent instrumenta ferrea, quorum primum Magnetem tangebatur, qui illud ad se attrahebat, hocque vim & virtutem ceteris diuidebat. Non est inepta & inelegans similitudo (inquit Mercator) si veritati esset consentanea. Imò (inquit Theologus) nam hoc virtuti & proprietati Magnetis innatum est: & in memoria habeo D. Augustinum libro de ciuitate Dei, dicere se eiusmodi rei fecisse periculum, quoniam lapis qui in sublime ferebatur, securim ferream ad se attraxerat, illaque aliam, & hæc aliam etiam, ut ferè cathenam constarent, quod se suis oculis vidisse testatur. Vnde colligitur, sapè numero bonos cum impiis communicando, prodesse, ideòque iudicio ac ratione cum iis debent versari, ne peccatis eorum irretiantur. Et quauis iis utamur, ut ad virtutem exerceamur, propterea quod impij sunt, nullo etiam cum iis familiaritatis vinculo, aut conuersatione uti debent. Nulla enim amicitia cum eo, qui cum virtute nullum habet commercium, est ineunda.

De differentia inter amicitiam & amorem, deque libertatis præstantia.

CAPVT VIII.

Vreconsultus, qui aurem sermone Theologi arrigebat, ut eum verbis ulterius progredi inuitaret, huic respondit. Cùm Deus iubeat, ut proximum nostrum diligamus, sicut nos ipsos, & omnis homo sit proximus, omnes igitur homines sunt nobis diligendi, siue boni, siue mali: & quoniam adstringimur, ut cum omnibus amicitiam consemus, qui quadrare potest quod ait cum omnibus inire amicitiam non expedire? Aliud (inquit Theologus) est amor, aliud autem amicitia. D. Thomas ait: Amicitia est amor alternatiuæ beneuolentiæ, sub quadam communicatione, & societate innixæ. Ita ut amicitia (præter amorem) crescit communicationem atque conuersationem auget & animorum cum eodem velle, & cum eodem non velle coniunctionem. Possum hominem quem agnosco, amore completi, nec me amore prosequitur, nec agnoscit, quo cum nunquam fuerim versatus, & hæc in eum beneuolentia, propriè amor est, non autem amicitia. Amare omnes expedit, sed cum omnibus inire amicitiam non arctatur. Vir bonus omnes debet amore prosequi non autem vinculum amicitia cum omnibus inire: amicos perquirere, plurimorum notitiam inire, familiaritatem verò cum paucis, qui honesti sint, prudentes, solertes, homines fideles, à quibus consilium, bonam doctrinam, probòque mores depromamus. Denique conuersatio cum viris Dei cultoribus, & in literis ac virtute promotis est ineunda magnique inopis virtute clari amicitia æstimanda, si autem adolescentes honestos videmus, virtutisque amicos, eorum amicitia, veteribus, & in peccatis confectis, est præponenda. Verumtamen (ait Medicus) senex est maturus fructus, utilis & optimæ digestionis, iuuenis verò fructus est immaturus, & acerbus, qui dentium parit stuporem, stomachum corrumpit, & alui tormina, & colycos dolores, ad in-

tima vsque præcordia generat. Hoc passim verum comprobatur (inquit Theologus) inficiari tamen non potes, cum fructus viridis ad condimentum & liquorem componitur, meliorem esse, & salubriorem: præcipuè cum hæc maturitas in succum versa est. Pari etiam ratione adolescentes in virtutis conditum missi: maiori pretio habentur, quam veteres vitis putrefacti, & deprauatis moribus pernicaces. Hæc ratio (inquit Medicus) mihi peroptima videtur: sed quantum ad id quod ais de paupere & diuite, quoniam euidentissimum est, quanto plures fiant diuites, quam inopes. Toto cælo aberras (inquit Theologus) nam ut numus aureus maioris est valoris huius, quam lamina cuprea in supercilio posita: sic pauper, virtute præditus, abiectus & depressus maioris est pretij, quam locuples in sublime elatus. Vitiolus, quantum sit diues, tandem aurichalchum esse detegitur, chrysolitum coopertum, si cum eo familiaritatem inuas, ad multa illicita te impellet: virtutis verò sectator, quantum sit pauper sit, tandem in aurum purum vertitur, cumque tibi amicitia sit coniunctus, nihil præter quam quod es, à te expetet. Videtur æquum & rationi consentaneum (inquit Mercator) ut quisquam in amicum possit conferre, quod à virtutis limitibus transiliat, quod amicitia legitimum est. Minimè verò: Pace tua dixerim (inquit Theologus) imò maximè illicitum. Nam hoc etiam Gentiles apprimè agnouere, quod docet Marcus Tullius eo pacto, quo assero, in suo de amicitia libro, & ante illum docuerat Pericles, cum sibi perquam familiaris eum rogauit, ut quoddam mendacium iureiurando affirmaret, ait, Amici esse debemus vsque ad aras, non ulterius. Ita recenset Plutarchus, Aulus Gellius Brusonius & Turfinus. Amicitia inquam, optima est, dignaque quæ in cordis & memoriæ thesauro asseruetur, mutuis cum beneficiis datis & acceptis: dummodo ne voluntati Dei aduersentur, non enim fas est sanctæ nostræ religioni aduersari, aut repugnare, neque conscientia limites transilire. Amici vicem alij pro aliis reddere tenentur, ea lege atque ordine ut bona opera rationis normam, nec virtutis terminos excedant. Publ. Rutilius, iustum aliquid amico poscenti recusauit. Quare ait amicus. Quid igitur opus est, tuam sectari amicitiam si meis votis & orationibus non faueas? Ego verò (pergit Rutilius) quid tua indigeo, si quod minimè licitum est, expolis? Authores sunt, Valerius Maximus lib. 6. & Brusonius in primo. Veri amici iusti esse debent, & potius amicorum animos, quam corpora perscrutari, potiusque animo salutem quam bonorum, & conscientiarum, quam vitæ prospicere. Verum ne alij aliis ideò desistant rebus quæcunque poterunt, subueniri, dummodo conscientia non obstat aut sit impedimento, tales nequaquam sunt contemnendi. Ait Salomon in Prouerbijs: *Qui despicit amicum suum indigens corde est. Quemadmodum ludo pilæ, non solum pilam in aère vectare necesse est, sed etiam saltu arripere, & in illum qui proicit remittere. Eodem modo ut in amicitia non vnus amicorum semper beneficia conferat, est attendendum, sed is quantum in se est enitatur, ut pari referat: ut cum vicissitudine quadam beneficia vtriusque dandi & accipiendi, exerceantur amicitia, ne paulatim deficient, & extinguantur.*

D Thom. in 1. secunda, & in secunda.

Prove. 12. Simile.

Prosequitur suam orationem Theologus, & amicitia figuram explicat.

CAPVT IX.



Quidem fieri potest, ut quisquam amicorum non pot. ntiam bona opera conferendi habeat: sed hoc casu alius nequaquam debet parcere laboribus. Siquidem bonū in eum qui tale confert experimus, par est ut eum qui prospera nostra exoptat, beneficio afficiamus. Sunt homines, qui sunt arenę absq; calce verbis sine operibus cumulari, alij sunt sicuti moneta ænea, sine cruce, adeo stupidi &, amētes, ut in amicos bonum quoddam opus nequeā exercere: alij sunt ita parci, ut non erogabunt, nisi quibus duplum reddere videbitur: plures etiam alij a vera amicitia longē alieni. Dicebat Hesiodus maiori mensura quam accipimus esse reddendum: agrorum fertiliū exemplo, qui copiosius quam non capiunt, emittunt. Diogenes hoc denotauit, cum diceret, amicis pugno compresso non esse porrigendum, sed aperta palma, quasi denotās liberalitate, nō autem parsimonia in eos esse utendum. Antiqui hoc testati sunt in Imagine aut Hieroglyphicis de Amicitia, quam figurę trium Nympharum assidentium depingebāt, quę ridentes & nudę manu adinuicem tenebantur: sed alia erat aperta facie, alia operta, tertia partim velata, partim verō aperta. & hæ tres Nymphę, tres Charites vocabantur. Tres sunt numero, quoniam in amicitia, decet, ut alij nonnunquam dent, alij recipiant, alij autem simul dent & accipiant: alius donat, alius accipit, alius donat & recipit. Eapropter manib. adinuicē alligatis depingebant. Rident propterea quod qui dāt, vultu debēt esse alacri, & bona amicitia in pericūdo gaudio atque amore debet consistere. Puellę sunt, quoniā beneficij recordatio & memoria nō debet veterascere. Sunt virgines, quia bona amicitia casta intaminata & pura esse debet. Nudę sunt, quoniam inter veros & perfectos amicos nihil est ocludēdum. Quę plenē vultum detegit, sign. ficat, eum qui beneficium accipit, debere illud & peruulgare & manifestare. Quę faciem velat, is est qui quod dat tegit, quę autem tegit & detegit faciem, is est qui dat & recipit qui quod dat tegit, & quod accipit, manifestat. Hanc imaginem Celsus Augustinus depingit in suis Hieroglyphicis, & declarat Seneca, libro 1. de beneficijs. D. Paulus ait in Actis Apostolorum. *Oportet nos meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est dare quam accipere* Cum damus, alterius libertatem emimus, cum autem accipimus nostram propriam vendimus. Alexander Magnus, magnam auri & argēti copiam Xenocrati, Philosophię professori dedit, quam statim renuit. Et ait Valerius Maximus Alexandrum amicitiam philosophi putasse mercaturum, quā noluit vendere. Non igitur est amplius dirimendum, nisi libertatem quiddam excellens esse, dare autem ex magno animo promanare: sed aliquando hæc occasio vsuuenit, ut accipere maior sit liberalitas quam dare. Cum parum accipis, ut multum eroges, proque duplo persoluas: & quanta excellentia, atque laude constat munificentia, tanto decore & vituperio constet parsimonia. Homines bonorum auari, sapissimē honoris sunt profusi: contrā verō qui parum diuitias ducunt, maiori pretio honorem faciunt. Auari nunquam sa-

Senec lib. 1. de bene.

Act. 20.

tiantur, quoniam cupiditas eius quod possident voluptate, & solitudine quam habere exoptant, spoliat: sequuntur diuitias, quas fugiunt & a Iesu Christo, qui eos prestolatur, alienantur. Liberales, & munifici, atque charitate pleni contenti viuunt, quippe qui quauis quidquid possident, erogent, dati oblectamentum eis remanet. Sunt enim permulti eorū velut riui, qui nonnunquam adeo sunt profundi, ut rupes & vicinos montes operiant, alij verō omnino sunt vacui. Aliquando omnia impertiunt, aliquando verō nihil largiuntur. Alijs magis dant, quam mereantur, alijs verō nil nisi quod datum est erogant. D. Gregorius in quadam Epistola, Ratio ait in liberalitate, rebus & personis est habenda. Liberalitas res quidem miranda est, sed prudentia temperanda qui enim dant multo sunt numero, pauci verō qui sciant elargiri.

De remuneratione, deque multis rebus quas amici vicissim inter se contulere.

CAPVT X.



Rauissimum quidem malum est (inquit Medicus) dandi methodum ignorare: sed multo peius nunquam dare. Hoc multum ab amici distat munere (inquit Mercator) quicumque cupit affici beneficio & nunquam parari referre desiderat. Amicitia sine operibus (inquit Iureconsultus) est veluti accensa lucerna, quę operta est & abdita. Verum est (inquit Theologus) quoniam bona opera clara sunt veri amoris indicia. D. Ioannes in sua prima Epistola sic ait. *Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.* Si benefaciendum est ijs, quos nō agnoscimus, quātō magis notis amicis, præcipuē qui de nobis benemeriti sunt? Homo beneficiorum acceptorum immemor, videtur sanē hominem non esse nuncupandum. In exitu filiorum Israël de terra Ægypti Deus primogenitos Ægyptiorum interfecit, filiosque a Iudæis eripuit. In cuius insignis gratiæ memoriam & recordationem iussit ut Deo primogenita quadragesimo eorum natiuitatis die offerrentur, & pro singulis eorum certam oblationem redderent, ut obstricti tantum remunerare beneficium viderentur & illius recordatio lapsu temporis in puluerulento obliuionis tumulo conspeleretur. Vult Deus, ne simus ingrati, sed ut memorię beneficia quę in dies accipimus, insigamus. Ut è contra bona quę in alios conferimus, obliuisci oportet, ne ijs insolescamus, aut gloriemur. Ita memorię scrinio quod accepimus, est consignandum, ne vquam nos obliuiscamur. Tanto odio Deus ingratitude prosequutus est, ut impediret, ne Israëlita in hanc voragine ruerent præcipites: sed gratiam, quam ijs erat elargitus, semper oculis obijcerent, cum primogenitos liberando, iussit ut oblationibus, alijsque remunerationis signis, eam celebrarent. Narrat Euangelium ex decem leprosis quibus Iesus Christus sanitatē contulit, vnus tantum gratias egit, quē Iesus Christus laudauit, verbis iratis, culpam in quam alij inciderant, quod idem non præstitissent, demonstrans. Præcipuum, quod Diuus Paulus Colossensibus in 3. cap. Episto. quam ad illos scribit, iubet, ut gratias agant. D. Augustinus ait, Qui semel ingratus est beneficio in eum collato, indignus est, ut amplius ei nō tribuatur, & ingratitude

Iean 3.

Luc. 17.

nem

nem omnium malorum animi esse radicem. D. Ambrosius, Memoria (inquit) benefactorum non debere inueterascere. Non conuenit ut beneficij accepti memoria moriatur, sed in sempiternum uiuat. D. Bernardus ingratitude, ait, inimica est animæ, meritorum contemptus, beneficiorum iactura, virtutum dissipatio, ventusque qui fontes pietatis vrit, & exsiccet. Chryso. ait, nihil est quod magis Deum ad indignationem prouocet, velut ingratitude. Quid igitur amplius verbis opus est, cum quidam Sapiens dicat, de ingrato loquens. Per ingratum omnes mundi impietates comprehendas. Quemadmodum mare aquas dulces, & salvas recipit: ita ingratus accipiens bona, malis persoluit: mare amarum est, quod dulcedinem in amaritudinem conuertit. Quæ admodum nubes terræ vi & virtute Solis, extollitur & attrahitur, qua elata, aërem vult perturbare, eiusdemque solis splendorem obtenebrare. Sic ingratus, qui in honorum altitudinem & sublimitatem erectus est, cum ita promotus videtur, splendorem eius qui illum erexit, nititur infuscare, & denigrare. Vnde fit ut ingrati sint perosi: & e contra homines grati ab omnibus perquiruntur, nullusque est quin beneficia in eos conferre desideret. Ait D. Chryso. stomus. Maior custodia & asseruatio quæ haberi possit, ut conseruentur beneficia, memoria est, & recordatio, ac perpetua remunerationis confessio. Ferunt antiquæ historiæ, & recenset etiam Fulgosi, olim in Asia fuisse Regem, qui fratrem tanto amore prosequabatur, ut quauis ex vxore filium genuisset, moriens tamen fratri regnum testamento reliquit, quod tanta æquitate & solertia administravit, & in eos vnde acceperat tantam habuit gratiam, ut quauis plures legitimos liberos procreasset, viuens Regnum, reliquit, & in manus nepotis, filij eius qui illi tradiderat, asseruit. Eumenes nobilissimus erat Princeps, qui nunquam abiectis & vilibus cogitationibus cedens locū, generoso animo semper voluit nobilitari. Præterea quis remunerationem, qua Alexander in fidelem seruum Ephestionem vñus est, poterit inficiari? siquidem eo moriente in lugubris luctus signum, iussit Ciuitatis cortinas deleri, ut ipsa insensibilia vsque mœrore tali viri obitus affici viderentur. Huius historiæ authores sunt Arrianus historicus & Plutarchus Philosophus. Damon & Pythias Pythagoræ discipuli, eo quidem vsque ad amicitiam fidelitatem & gratiam progressi sunt, ut magno memorie vitio tacti viderentur si tam perfecta, fidelisq; amicitia non recordarentur. Mansionem in eadem patria faciebant: inter eos malè materiatus & fragilis paries: sed immoderato amore copulabantur. Parietes corpora diuidebant, amor corda coniungebat. Accidit itaque cum Dionysius Tyrannus, vnum eorum in Sicilia cepisset, iussit ut interficeretur. Qui cum mortis sententiam audisset, à Rege obnixissime expostulauit, ut permitteret eum in patriam remeare, quæ longissime ab hinc distabat: quoniam sua intererat, quorundam negotiorum ante obitum sagrere, traderet ergo sibi quendam amicum obsidem vsque ad suum reditum, eique certo die reuersurum pollicebatur: nisi autem rediret, obsidem morte pleteret. Quod cum à tyranno impetraret, captus est obses loco illius qui discedebat, etiam si hoc nullo pacto æquum foret. Nulli enim certiores & veriores sunt obsides quam verbum & promissum. Sed tandem profectus est, & in prædam amicum deseruit, cui pro illo manere admodum cordi fuit, ut amicum à pœna redimeret, in maximas curas sese iniecit, nullomodo tamen deceptus. Non enim addubitabat amicum reuersurum, sicut fuerat pollicitus, cum autem non ad-

uentaret, nō permolestè ferret: nō enim vitā pro morte in fauorem & contemplationē talis amici, perdere dubitabat. Hora igitur mortis infligendæ instante, amico longè remoto, non autem reuertente, omnes hunc obsidem illudebant, eum amentissimum & immoderatus bona quæ ab amico accepisse ferebat, remunerantem censebant. Ille verò, qui fidelitati, firmæque spei, illius sui ipsius innitebatur, irridebat eos qui de illo iocabantur. Interea ecce amicus qui negotiandum perrexerat, venit eadem hora quam præfixerat: qui cum suis rebus & negotiis disposuisset, festinabundus è patria dicebat: sic enim verba & promissa, quæ statuerat, postulabant. Non dubium est, quin quædam tentationes & expugnationes non redeundi occurrerent: sed firmior & constantior, his inuictis amoris prælius luctabatur, quam immanium & grauiorum suppliciorum quæ erat perpessurus, timore obtupebat. Hac itaque virili firmissimaque constantia morti sese obiecit, ut eum qui propter eius amorem sese huic libens obtulerat, redimeret. Equidem magna erat fidelitas & mirum spectaculum: sed istiusmodi homines hac sagacitate vfos esse censeo, non tantum ut amici essent, sed ob famæ etiam amorem quæ illos huius vitæ gloriæ stimulis & aculeis excitabat, ut his periculis exponerentur, mortemque corporis pro vitæ memoria contemnerent. Tyrannus hac inaudita duorum amicorum fidelitate & amore attonitus, vtrumque in libertatem asseruit, eos, ut cū illis pro tertio amico adiungeretur, rogauit: nam in tam perfectæ amicitie fraternitatem sese intromittere optabat. Hanc historiæ narrat Marc. Tullius in suis Officiis, Valerius Maximus in cap. de amicitia, Plutarchus, & D. Anthon. 4. parte Theolog. Darius filius Hidaspis ineunte adhuc ætate, cum pallium ditissimum Aulico cuidam Siloson nomine conspexisset, quod tam concinno & exquisito artificio elaboratum sibi visum est, ut illud ardenti animo efflagitaret: quod cum Aulicus animaduertisset, hoc perlibenter ei elargitus, Princeps Darius hoc beneficium tanti fecit, ut semper memoriæ insculperet, ut cum occasio tali remuneratione digna sese offerret, persolueret: cum itaque ad Regni hæreditatem peruenisset, ei pro gratia copiosam & opulētam ciuitatem est elargitus. Ita narrat Herodotus in Thalia, Valerius Maximus lib. 5. & Strabo in 14. suæ Geograph. Italus quidam Vrsinus vocatus, ut refert Rausius Textor in sua Officina, famulum habuit, beneficij ab eo accepti ad eum morem, & amore quo illum prosequabatur, ut cum quidam milites domum suam ad eum trucidandum ingrederentur, famulus heri sui vestimenta induit, & sub cubiculo sese immisit, ut inimici eum Vrsinum esse arbitarentur, & interficerent: interim herus mortis posset euadere periculum, cuius vitā potius quam suam propriam adamabat: quod sicut opinatus fuerat contigit. Nam dum inimici manus serui sanguine cruentabant, euasit herus incolumis: in eius insignis facinoris memoriam, Vrsinus statuam seruo erexit, cum in inscriptione, pro remunerationis, sinceræque fidelitatis testimonio. Voluit hoc obsequium herus persolvere, ut in perpetuum memoriæ commendaret. Licet enim terra defuncti cadauer consumeret, non tamen potuit obliuio tam constantis, firmæque fidelitatis, amoris plenæ consumere recordationē. Cū Imperator Aurelianus esset in Asia in bello contra Reginam Zenobiam iussit ut nullus sub mortis pœna suum tentorium intraret. Nihilominus tamen ingressus est quidam Græcus Miles, qui statim à Satellitibus captus & ad Imperatorem adductus, ait, Matrem suam, sententiam promulgasse, qua quosdam sibi amicos postredie loris cadendos dam-

Cicer. in
Offic. Val.
Max. cap.
de amici.
D. Anthon.
in 4. part.
Theolog.

narat. Ideò huc venerat, veniam culpæ à sua Majestate impetraturus, etiamsi vitam periculo exponere non ignoraret. Perpendens Imperator veniam quam exoptabat, non in eius fauorem sed amicorum tendere, à quibus miles multa beneficia acceperat, temerariam ignouit illi audaciam. Antiqui Scriptores & refert Cicero de amicitia, atque Ouidius 4. de Tristib. & 2. de Ponto, aiunt, Cum Pylades & Orestes in ciuitatem Tauricam aduentassent, iussu Regis in carcerem fuere coniecti, quoniam rumor erat eos huc venisse vt Palladis Statuam furarentur. Cum itaque Rex intellexisset Orestem reum esse & furti authorem, eum capite multandum adiudicauit, iussitque Pyladem in libertatem restitui. Et cum Rex eos non nosceret, neque sciret quisnam ex his esset Orestes, ab iis ergò seiscitatus, dicebat Pylades, Ego sum Orestes, ego morte plectendus sum: insuper clamabat Orestes. Mihi soli mortem infligatis: ego enim reus sum & verus Orestes: sicque omnes eo pacto cunctabantur, quisnam prius seipsum damnaret, vt alium semetipsum liberaret, & vterque eorum nitentur, non ferro, non armis, sed diuino amore, magnaque fidelitate vincere. Equidem rara amicitia magnaque admiratione digna. Quid admirabilius esse potest, quam oculos in duos amicos deflectere, desiderijs contrarijs & alternatijs voluntatibus, dissidentes ac disceptantes, quisnam eorum mortem esset appetiturus, vt alij vitam restitueret? Brutus & Lucilius ferè similes fuerunt, qui tali amoris ardore & amicitia copula sese complectabantur, vt amorum vitam in vnoquoque illorum esse, quisque arbitraretur. Itaque mallebat Brutus mori, quam videre Lucilium occidere, & Lucilius cum videret Brutum iam iam occisurum, ait se esse Brutum, qui captus, ad Mar. Anthonium fuit ductus, ratus Brutum cepisse. Et Marc. Anthonius tanta fidelitate percussus ait: Vtinam potius hos pro amicis haberem, quam pro inimicis? Narrat Plutarchus hanc historiam in vita Bruti, & Brutonius in suo primo libro. Nobilis homo nunquam beneficia accepta obliuioni debet tradere, & si forte fortuna quædam inferatur iniuria, obliuione illà deleat. Cor quod à se beneficia que accepit, remouet, & iniuriarum memoriam retinet, est velut silicium quo purus & clarus liquor diffunditur, immunditiæ verò & foetores retinentur. Cum aliquando Plato eumque discipulus atque amicus Socrates cum Dionysio Tyranno liberè loquerentur, Platoni dixit Dionysius: Caput tibi quispiam tollet: Xenocrates suum ostendens, nullus inquit id prius quam istud abscondet. Ita narrat Diogen. Laërtius in suo 4. libro Permulti fuerunt alij, qui amicorum causa præclara facinora capesserunt, qui gloriati sunt cum æquales essent amicitia, fidelitate, & remuneratione, vt dicitur fuisse Dimantum & Hopleum, vt narrat Statius Marcium & Caspium, iuxta Sylium: Lælium & Scipionem, vt refert Cicero: Darium & Megalazum, vt ait Herodotus: Theseum & Pyriochum, iuxta Plutarchum & Horatium: Achillem & Patroclum, vt recensent Homerus & Propertius: Nysum & Euryalum, vt describit Virgilius lib. 9. Æneid. Epaminondam & Pelopidam, secundum eundem Plutarchum: Socratem & Alcibiadem, vt refert Plato. Verum hi duo vltimi, quadam disparitate & antithesi morum fuerunt, quoniam Socrates pro viua virtutis tabula, Alcibiades verò magnis onustus sceleribus habitus est, quæ Socrates eius Magister, grauissimè ferebat. Nam vt Pictor magno dolore afficitur, cum imaginem, quam summo labore & industria depinxit, videt deleri: qua singulare artificium & affabre opus cupiebat explodere: Pari etiam ratione, Præceptor, cum luxu deprauatum discipulū

Plutar in
vii Brut.
Bruton in
suo 1. lib.

intuetur, quem tamen magna cura & sollicitudine ad virtutem erudiit, tandem laborem & industriam perditam esse percipit. Alcibiades ad Philosophiam Socratis animum adiecit, tantumque assecutus est emolumenti, vt incredibilem spem alium esse Socratem ingeneraret: sed postmodum terga versus est, melius eius initium, quam extremum: melior fuit hiannulus quàm equus: fundus eius multis olerib. fuit plenus: sed quamprimum spicæ maturefcere inceperunt, adulteratus est. Cum à Præceptoris sui doctrina est egressus, cepit, diltrahi & alienari, & cum eius requies rationis fræno non fuit coercita, omnes simul in scopolosas ignorantia speluncas cecidere, vbi penitus fuit obruta. Nihilominus nonnullis rebus memoria dignis fuit cumulatus, quas authores in eo permultū laudant, & ineunte adolescentia flore Philosophiæ multum operam nauauit, Socratiq; fuit amicissimus. Ambo se mutuo amore complexi sunt, & adinuicem opitulati: sed postquam ex tam frugi honestaque amicitia & philosophia nihil utilitatis potuit decerpere, quippe qui deprauatis appetitibus immerfus, quibus dignitatem & honorem decoxit, noménque penitus obscurauit. Qui enim in honore cupit speculari, & ex seipso præclaram memoriam posteritati commendare, vitia debet expugnare, neque vt ipsamet eum oppugnent, consentire.

De utilitate historie, de amore Patrie, & quantum ingratiudo hominibus sit inimica.

CAPVT XI.



Admodum cuperem (inquit Theologus) adeò pulchras & præclaras amicorum actiones amoris & fidelitatis plenas intelligere. Innumeras alias historias (inquit Theologus) insuper diuersa exempla quorum omnes pleni sunt libri, possem in medium proponere: intimorum videlicet amicorum, qui tantopere in amicitias progressi sunt, vt inuita tēpestas quæ eis imminerat, nomina in sempiternum æuum consecrarint, fauore scriptorum, qui eos ad aternitatē demiserunt. Equidē certè nō inficior, nos multo plura horum cognoscere, nisi tēporis iniuria, ea obliterassent, quæ obscure & sine lumine euanere. Negligentia & ignauia, his omnibus rebus Scriptorū penuria serpsit, donec penitus obliuionis tumulo fuerè consepulta. Quantumuis insignia & heroica sint opera, nisi quispiam ea describat, tempore obliuione obruuntur. Hoc antiqui signarunt, cum in ianua Plutonis vt ait Plutarchus, Restiarius funes contextens depingebatur, cum animali quodam bruto, cui funes porrigebat, illud verò deuorabat. Per Restiarium, tempus intelligimus, quod funes diuersorum filorum textit, quas obliuioni dat & tradit, quæ brutum est animal eas consumens. Itaque quantumvis multa in hoc orbe obliuioni tradantur, quæcunque tamen scripsimus, sat immensi amoris remunerationis & fidelitatis probati testes sūt, permultos extitisse homines, qui sanè illos qui eodem modo ac conditione non componentur, pudore suffundunt. Occurrit meo iudicio difficultas (ait Iureconsultus) in his quæ de amicis attigisti, qui mortem pro amicis oppetiere, quod equidē rationis limites transgreditur. Imò (ait Mercator) potius videtur legi amicitia consonū quæ docet vt amicos diligamus. Diligere (inquit Iurecōf.) vnū est, pro illis mori, aliud. Et hæc

hæc amicitia lex quam dicis nos instruere, vt mutuo alij pro alijs moriamur, nescio an iusta sit: cum legi naturæ videatur dissona & repugnans. D. Augustinus (respondet Theologus) ait in libro de mendacio. Si quidem amicus ad amicum sicut seipsum diligendū adstrictus est, & non amplius quàm seipsum, quis nõ pro vita temporali mori obligatur, quandoquidem hoc esset diligere, magis quàm seipsum. D. Thom. in 2. 2. & in 3. in Sentent. ait: Homo qui pro se suisque mortis periculo sese obijcit, vt publicam personam liberet, quo Ecclesia, siue Republica, fulcitur & sustentatur, hoc est laudandum. Hac in re videtur nullum esse dubium, siquidem eiusmodi homo priuatus est, & hoc casu, pro alio homine mori non visus est, sed pro republica, cum pro eo, qui illam regit, & moderatur mortem oppetat. Verumtamen vnusquisque ad mortem obligatus est, (cum opus fuerit) pro animæ salute proximi certa, cum enim non certa est, nulla est obligatio pro illo mori, nisi ex consilio. Ita D. Tho. in 2. 2. & in 3. Sentent. ait, cum quis ad mortem pro amico exponitur, hoc est perfectæ virtutis actum: quoniam homo virtutis, amicitiam quàm vitam corporalem mauult. Et si hoc homini laude dignum est pro amico sese morti obijcere quantò magis pro patria, vbi plures sunt amici? Tanta de Gentilibus narratur (inquit Medicus) quæ pro patria capessere, & tanta pericula quibus expositi sunt, vt ea enumerare perlongum quidem esset, potiusque dies quàm oratio deficeret. Attamen (ait Mercator) nonnullas harum historiarum peroptarem. Vnã aut duas tantum adducam (ait Theologus) duorum Gentilium, qui fortassis, magis honoris desiderio quàm patriæ perciti, sese morti obiecerunt. Anchurus Regis Midæ filius, videns non longè à Celeno esse speluncam, aut terræ fissuram, vbi permulti hominum absorpti & deglutiti fuerant, sciensque Apollinis oraculo, quem Gentiles pro Deo habebant, hanc perhorrendam voraginem nec oppleri, nec cumulari posse, nisi quisquam spontanea voluntate in hanc sese rueret præcipitem, oraculi responso morem gerere, & obtemperare decreuit, vitamque amittere, vt suæ patriæ redderet. Pulcher & strenuus adolescens non minus illustris Princeps quàm Rex eius Pater, charissimæ vxori, verbis tritibus & lamentabilibus valedicens, extrema quæ hac in vita erant prolaturi, quamuis ora & linguæ conticuissent, non tamen oculi poterant tacere, quoniam lacrymæ quæ ex meatibus defluebant, veræ erant tubæ, quæ dolorem & sensum promulgabant. Generosus itaque adolescens equum ascensus, velocissimo cursu in speluncam percurrit, qua statim, fuit absorptus & deglutitus, subitoque spelunca, siue lacus sese ocluit, & oppleuit. Ita narrat Plutarchus in Parallelis. Simile præstitit Curtius Romæ, vt refert Plutarchus in eodem loco, & Titus Liuius lib. 7. Quemadmodum plurimi sunt homines (inquit Medicus) patriæ amicisque grati, sunt etiam permulti alij ingratiissimi. Hac in re (ait Theologus) nullibi discipulū est. Velim scire (inquit Mercator) quina illi fuerint. Tã immensus est numerus (inquit Theol. vt sine numero sic.) Rex Saul adeo ingratus fuit in Dauidem, vt eum persecutus fuerit, & interficere decreuerit: cum non esset nescius, eum sese periculo mortis exposuisse, vt vitam illi restitueret. Pincerna Regis Pharaonis ingratitude fuit oburgatus, cum enim se prosperis rebus potiri conspexit, amicum Ioseph, quem in carcere reliquerat, obliuioni tradidit. Antiqui Authores vehementissime Cresum Lydiæ Regem taxant, quod cū diu Rex Cytus eum captiuum detinuisset, in libertatem asseruisset, & plurima beneficia contulisset, arma in eum ce-

pit, ingratitude numis beneficia persolvens, quæ aureis talentis essent remuneranda. In eundem errorem & crimen Imperator Iustinianus lapsus est, nam cum bellicosus Dux Bellisarius cum à morte redemisset, videns victoriam aduersus Parthos in Oriente, & aduersus Vandalos in Asia, & aduersus Gothos in Italia, manus inimicorum sanguine cruentans, eoque præhorum campos irrigans, tanta estimatione habitus, sicut animi magnitudo, & præclaræ virtutes postulabant, iussit eum oculis obæcari, eiusque bona publicari. Hoc crudele & inhumanum facinus maleuolorum quorundam, & flagitiosorum suggestu & calumnia patrauit. Qui capitali odio compulsi & agitati, eum calumniati sunt, dicentes, eum perfidiam in Imperatorem moliri. Eo pacto pro præmio & remuneratione fuerunt labores & periculi, quibus infracto animo, pro Iustiniani salute & conseruatione fuerat exploratus. Sauciat sanè hoc exemplum præcordia, mihi que calamitatum humanarum memoriam ob oculos ponit, & quot labores curas, sollicitudines & ætinas subeunt homines, qui ad virtutem progredi. flagrant, & quam fallaces bonorum huius mundi spes, quibus plurimi mortalium absque vilo fundamento occurrunt, & illiduntur, & quam vnã & futile sunt eorum desideria. Contemplor, quo pacto mundus, nonnunquam in cursus initio, nonnunquam verò in medio cursu, & quamprimum portum appulimus, nos cum omnibus nostris conceptibus, in profundum mergit, nostras cogitationes occat, & abscondit, in medio arenosi trãitri, huius immanis mundi pelagi, confringit ac dissipat. Cum inuictus hic Dux, tanta fama, honore, & estimatione fuisset habitus, vt nullum esset facinus, aut quæuis susceptio, quantumuis ardua & difficilis, quæ de seipso non posset sperare, radices insuper profundissimas, munerum, honorum & dignitatum agere aspirans, de quibus maximis fidelissimisque obsequijs fuerat benemeritus, iniurijs fuit oppressus, labefactatus, lumine priuatus & omnibus suis bonis spoliatus. Verum hanc iniuriã & afflictionem æquissimo & iniuncto animo perpeffus est. Æquum enim erat, vt is qui mundum gladio supererat, ac deuicerat, patientia rursus eum deuinceret: Ingratus princeps eum hoc pacto tractauit: hoc fuit præmium & remuneratio, qua in eum ob præclara, facta & adeo heroicæ res gestas vsus est, quæ sanè dignæ erant, vt literis aureis inscriberentur, non tantum papyro, aut membrana, sed ære ac marmore, imò etiam adamantibus si fieri posset, vt quantum hominum, illius permaneret memoria. Huius historiæ authores sunt Procopius Crinitus, & alij Historiographi. Verum alijs in rebus Imperator Iustinianus illustrissimus fuit Princeps, sed hoc splendorem cæterarum rerum denigravit, magnamque maculam inussit. Imperator Isacius (vt narrat Ignacius) fratrem habuit Alexium qui cum captiuus in Turcarum manus detineretur, eum magno pretio redemit, maximisque affecit beneficijs: sed oleum & operam perdidit, quoniam Alexius adeo immanis fuit, atque inhumanus & ingratus, vt Imperium abstulerit, & illius oculos euulserit. Hic nefarius & truculentus Tyrannus Imperiū eo pacto inuasit, omniaque sua negotia feliciter contigere, & mundi pelago, prosperis ventis vectus est: sed quamprimum plagam oculis instruit, iam iam quietis portum attingere sperans, permisit Deus vt ingratus & perfidus frater suorum scelerum poena promerita lueret, nam in manus inglorij & abiecti Murciphi nomine, quem in summum dignitatis fastigium, euexerat animam efflauit. Bona quæ Imperator Isacius in fratrem ingratum contulit, infeliciter

succesit: sed idè non desistendum est, quin fateamur, factum in se laudabile fuisse, talèque homines gnau & indutrij censent, qui de successibus ac rebus mudi, magis ratione, quàm emolumento, quod hinc promanat, solent iudicare. Aristoteles tanta ingratitude in præceptorem Platonem vsus est, vt in eum Academiam crexerit, decreueritque ei, quibuscunq; rebus posset, aduersari, certò sciens, omnia quæ sciret, ex Platone didicisse, cuius viginti annorum spatium fuerat, discipulus, vt narrat Besarcus in libro quem pro Platonis defensione edidit. Elianus narrat in quarto libro suarum Historiarum, cum videret Plato Aristotelis ingratitude & calumniam, vocabat eum Mulum. Quoniam hoc peruersa natura Mulo innatum est, vt matrem per calcatum pergat, postquam lac illius suxit. Stobæus testatur, Cum Diogenes rogaretur, quid in homine citius inueteralceret, respondit, bonorum operum memoria. Æneas Syluius in tractatu quem de dictis & factis notatu dignis Regis Alphonsi Neapolitanorum composuit, ait, Cum Mare Mediterraneum transfretaret, plures aues marinos quæ propè triremem volitabāt, conspexit quibus escam in mare proiecit, illæ verò pastum & escam sectantes eum etiam sequebantur, cum verò nihil cibi restaret, disperebant. Quod cum prudens & sagax Rex animaduertisset, ait, Nonnulli aulicorum qui me sectantur, ac stipantur, his auibus similes sunt, qui tanto ardore progrediuntur, vt quasi prope me circumuolare videantur, & inter se quis maius muneris maioremque dignitatem assequi poterit, contendunt: quamprimum autem eorum votis satisfacio, statim à me deficiunt, & prædam vnguibus & stomacho rapientes diffugiunt, nec amplius apparent. Optimus Rex, tali antidoto eorum ingratitude, qui beneficiorum sunt immemores alienabat. Romæ sententiam fuisse latam aduersus Lucium Scipionem Asiaticum vocatum, ob victorias quas in Asia consequutus est, decretumque fuit vt tam innumeram talentorum copiam persolueret, in quam damnatus fuerat, aut idoneos fideiussores redderet, sin autem, carceri manciparetur. Cum itaque strenuus hic Dux iniuste à Romanis iniurijs vexari, & damnari cerneret, ob quorum vitam, sæpissimè suæ haudquaquam pepercerat, quo se verteret, ignorabat nec quò confugeret, non enim supererant illi pecuniæ, quibus persoluedis fuerat damnatus, nec fideiussores qui pro illo soluerent. Itaque captus & apprehensus fuit, vt in carcerem conijceretur. Verum Sempronius Gracchus Tribunus plebis, hanc iniuriam æquo animo non valens tolerare, hæc fatus est. Cum Scipio Asiaticus, de populi Romani hostibus triumphasset, & inimicos duces in carcerem immisisset, videtur hoc à Reipub. maiestate fuisse alienum, vt Romanus Dux capiatur, & in locum quò duces inimicos nostros intrusit, ducatur. His verbis Romanorum oculos aperuit, & ingratitude patet fecit, quæ sanè tantum virium habuerint, vt eum à vinculis soluerint, & in pristinam libertatem asseruerint. Nihilolecius inficias ire non poterunt, quantum ingrati in Scipionem Africanum fuerint, aliòsq; quos inultè exilio damnarunt. Athenienses optimum Aristidem etiam relegarunt, & Siracusani Phocionem, Lacedæmonij Lycurgum persecuti sunt, multæque innumeræ nationes maxima beneficia quæ à viris illustribus acceperant, sunt obliti, eos calumniati sunt, & damnarunt, alij ad mortem, alij verò ad perpetuum exilium: quod sanè reprehensione dignum est, qua se ipsos dehonstant, nomen obnubilant, gloriam dedecorant, famam atque nomen perpetua macula coinquinant: quodque peius est non hoc solum erat

*Aut bell.
li. 2. Nect
Attic.*

malum bonos persequi, imò plurima, alij ignem accendebant, alij sufflabant, alij titiones iniiciebant, vt eò magis flammam excreverent. Columna in medio clausæ domus, vbi sola lucerna est accensa, solam umbram facit: si verò domi duo lychnia sint, duas umbras facient, & quo magis erunt lumina, eo plures etiam erunt umbræ. Ita homo iustus & bellicosus, qui Reipub. columna est, eò maiori solertia, virtute & meritis illustratur, eò maiores umbras habet, quibus maleuoli, eum prosequuntur, inuidias. Et quo propius corpus ad splendorem accedit, eò maiori umbra tegitur magisque obscuratur: ita quo magis vir lumen & gloriam literarum, armorum aut virtutum attingit, eò virulentior & læthalius est inuidia, quo prosequuntur ij, qui ad eius merita nequaquam accedunt. Vnde fit vt fallacijs ac calumnijs eos quos ingenio, animo & virtutibus impares vident, conuellerent ac deprimere moliantur. Verum, non est quod obstupescamus, si homines sint, quos persecutos videamus: quoniam mundus gladius est, qui semper vulnerat, spina quæ semper pungit, & ignis continuò ardens: at strenui & magnanimi homines, afflictiones & calamitates patientia tolerant, quamplurimas alias animi viribus imò ipsos ratione edonantes atque superantes, hac via omnes iniurias obliuiscuntur. Summum est & salubre præteritorum dolorum remedium, ei qui hoc posset habere aptum: siquidem nonnunquam iniuriæ adeò graues sunt, vt magna patientia opus sit, quoniam homines ab hoc quem honore affecerunt vexari videntur. Homines *Simile.* sunt immani conditione summoperè agrestes, ingrati & inhumani, licet eis quamplurima elargiatur beneficia. Species est quædam herbarum syluestrium, in montibus crescentium, quæ in hortis transplantata, & cultura domestica, & priuata redduntur. Sunt etiam nonnulli, qui licet suapte natura rudes sint & agrestes: pia tamen conuersatione, cõmunicatione & humanitate, quibus cum illis vtimur, mansueti & benigni fiunt. Sed quemadmodum Vrtica, & alia herba eiusmodi, quanuis locis humidis & amœnis hortis serantur, & irrigentur ac mudentur, pungunt tamen & offiunt. Sic nonnulli hominum sunt adeò flagitiosi, vt quantumuis bonum ijs impertiatur, & licet omnem cum ijs communicationem & familiaritatem ineatis, semper vos pungunt, ac sauciant, scelere septi, & ad prauum genium procliuus. Cum eos bonis operibus superasse ac deuicisse, eorumque amicitie in niti censetis, nullamque aliam in ijs esse voluntatem, quam eam puram & simplicem exterius apparentem, si eos experientia coticula comprobe, eos herinaceo acutiores, & omninò varios atque ancipites comperietis. Nam quaecunque malum in eos conferatis nunquam à prauæ inclinationis genio, & ingratitude, desistunt: cum à vobis eo quod indigent flagrat obtinere, sinceram voluntatem & amicitiam ostendant, votis autem potiti, terga vertunt & vos illudunt. Quemadmodum hydria, in fontem mersa aquam ore sorbet, simulac verò plena est, è fonte egreditur, & exteriores tantum partes illi ostendat. Sic ingratus, cum à vobis fauorem aut opem expetit, affectum quendam fictamque humilitatem manifestat: cum autem quod exoptabat, affectus est, magna ingratitude & superbia vertit humeros. Verum hoc quodammodo tolerandum esset, nisi ingrati aliud malum infligerent, quam accepta beneficia è memoria delere: sed sapissime bonos prosequuntur, donec an eos pessumdare possint, experiuntur: sed gaudium quod iusti à bonis suis operibus percipiunt, adeò magnum est, vt labores & cruciatus quos patiuntur, illis in tutissimam quietem vertantur.

De gratia à quibusdam brutis animantibus habita.

CAPVT XII.

N virtutis exercitatione promoti homines (inquit Iureconsultus) ijque qui propter hanc persequuntur, non arbitrantur, quod ferunt, malum esse, nullaque afflictio eos angere potest, siquidem pro oblectamento habent eas ut debito fungantur officio, illis contingere. Ingrati & inuidi, qui bonos persequuntur, ij sunt, qui labore, doloreque victitant, quoniam eorum peccata eos exedunt ac excruciant. Videtur mihi (ait Mercator) ingratos merito brutis animantibus æquiparari. Imò (inquit Theologus) nonnulli sunt, qui hac in re brutis sunt peiores, quoniam sunt animalia ratione carentia quæ gratia vtuntur, & homines rationis capaces, ingratisimi sunt. Si gratiæ habendæ lex tantum habet virium, vt ad bruta vsque animantia rationis incapacia subiugent, cur patitur homines esse adeò inhumanos ingratos, & ipsis brutis ferocios? Legistine forsan (inquit Mercator Theologo) quædam animantia, quæ quodam tempore hominibus habendæ gratiæ signa ostenderint? Quamplurima (respondit Theologus) Nam Romæ alias fuerunt Leones, & aliæ feræ, quibus homines morti damnati tradebantur, vt cum ijs dimicarent. In hunc cursum aliquando prodijt, inuidiosissimus ac ferocissimus Leo, qui alios crudelitate superabat, adhæc ingenti erat magnitudine, perniciosissima celeritate & velocitate, qui præter alios terrores & timores quos damnatis incutiebat, in se omnium spectantium oculos cõuertebat. Inter eos qui brutis exponebantur, erat seruus quidam Daciæ, Andronicus vocatus, qui in hunc immanem Leonem deuorandum fuit iniectus, quem cum in eum irumpere conspiceret, grauissimo timore fuit percussus, velut is qui carnificem eum dissecturum instantem videbat, cuius caro illius futura erat sepultura. Sed Leo eum à longè animaduertens, subito quasi quodam miraculo constitit, & lento gradu incedens, ad hominem accessit, ac si eum nouisset, plurimisque in eum amicitia & beneuolentiæ blanditijs vsus est. Andronicus hoc intuens, Leonem notauit, vires quodammodo refecit, quibus iam erat prorsus destitutus, & inuicem seiplos incredibili lætitiæ, & mutui ac reciproci amoris signis sunt contèplati. Spectatoribus re adeò inaudita & prodigioso spectaculo stupefactis. Imperator etiam penitus percussus misit quæsitum hominem, & ab illo casum ita nouum & alienum percontatus, respondit. Cum in Africa degeret, tanto labore, & anxietate victitabat, vt hoc ipsum recensere perdificile esset: hero enim seruiens qui Proconsul erat in hac prouincia, tantis afficiebatur malis, vt cum hæc non amplius perpeti posset, ab eo aufugit, & in solitarium locum atque perhorrendum desertum sese abdidit, malens vitam periculis exponere, quam eam tantis angustijs, & tribulationibus trāsfigere: & cum se in quãdam speluncam secedisset, hic Leo eam ingressus fuerat, pede sauciato ac sanguinolento, magnos atque formidandos gemitus doloris testes, emittens ei se vt sanaretur dederat. Quod & præstitit, ab illius pede assulam ligneam auferens vulnus curans ac detergens alligauit, & curauit: cum itaque Leo à vulnere sanitatem recuperasset, multis diebus secum in illa spelunca moratus est, vtique præda quam Leo aufererebat vescentes. Tamen huius viuendi formæ tanquam brutæ, & syluestris pertæsus, Leone die quadã ad venatum properante, ab hinc discesserat: & in iti-

nere, à permultis hominibus aggressus, cum nullis armis, aut alia defensione, quam sola ratione vtretur, denique captus fuit, & ad herum adductus, qui quadam rabie, & immoderata ira eum bestijs deuorandum damnarat: & hunc esse Leonem, quem sanauit, eiusque fuerat hospes, beneficij non immemor, & in hoc cursu eum nolcitās, par pari retulerat, prout quisque conspexerat. Imperator hac de re vehementer attonitus, in pristinam restituit libertatem, illique Leonem dedit, quem cathena vincitum, per Romanam urbem ducebat. Aulus Gellius hanc narrat historiam, lib. 5. Noct. Attic. & Polyhistor lib. 4. de rebus Ægypti, quo loci ait, cum Romæ esset, hæc omnia oculis suis conspexisse, quod sanè mirabilis totius orbis fuit spectaculū, vbi a pertè inaudita huius Leonis gratia visa est. Alius Leo, de quo Bernardus Guido in sua Historia loquitur, nõ minori vsus est remuneratione. Nam in Godofredi Bullionij copijs, qui Terram sanctam conquisijt, fuit quidam miles vocatus Golferius, natione Gallus, vir strenuus & bellicosus, qui Leonem à potestate ingentis & perhorrendi serpentis, qui eum ferè enecarat, eripuit: cuius rei gratia Leo, tanto deuinctus est beneficio, vt dehinc ab eius latere non discesserit, rebus omnibus obsecūdans: cum autem miles in patriam remearet, Leo illum ad litus vsq; maris comitatus est. Nolentes nauiculatores in Nauim, ob eius furoris timorem immittere vela ventis expandere, sese in ancipes Mediterranei Maris vndas exponentes. Sed conspiciens Leo Nauim in qua herus erat, à se alienari, sese in fluctus iniecit, & supernatans eam sequutus est nec potuit attingere: quæ vehementi celeritate nauigabat, velis omnibus extensis, & ventis prosperis expositis, qui tamen huic Leoni magnopere contrarij videbantur. Natans itaque Leo nec nauim appropinquans. quæ iam ab obtutu deficiebat, tanto angore & dolore fuit oppressus, vt prorsus nunquam heri posse videre desperans, à corde etiam, viribus & virtute defecit, quæ remi erant, quibus enarabat: ita vt in profundum sese immerferit, vndarum rabie victus ac eneruatus, aquis obrutus est. Quis obsecro talem vnquam amorem & gratiam vidit? Videtur sanè fidelium hunc scopum attingere, non autem ulterius progredi. Ad hanc rem aliud exemplum adducam, quod narrat Crates Pergamensis, soluta oratione, & Stesicorus Poëta, versibus & refert Pierius Valerius in suis Hieroglyphicis, cum aliquando sexdecim homines frumentum runcatum pergerent, quendam eorū in fontem immiserunt aquam quæsitum: qui in itinere serpētem offendit, qui cauda Aquilam inuoluebat & contorquebat, quam ferè suffocarat, & ad extremum vitæ efflatum redegerat. Serpētem falce quam manu gestabat, necauit, eo pacto Aquila manfit libera. Ad socios itaque rediens cum hydræ aqua plena, omnibus porrexit, & cum ipse sitim quæpremebatur restinguere optaret, antam hydræ bibiturus, cepit. Cum manus leuaret vt ad os afferet, venit repentino volatu Aquila, quæ hydræ ab eius manibus auellens, eam humi proiecit, & eo pacto fregit, vt aqua omninò fuerit diffusa. Quod ægre ferēs Rusticus, oculos in socios dessectens, eos extinctos & mortuos ob virus quod in illa aqua biberat, animaduertit. Tunc apprime occasione nouit, propter quam vas Aquila confregerat, ne videlicet venenum quod sciebat esse in aqua, biberet Remunerator, & gratiæ memoret auis eo modo beneficium quod in eam contulerat, cū à serpente illā eriperet, voluit perfoluere, & à morte, eum qui vitam illi reddiderat, eximere. D. Ambr. narrat, cū in Anthiochia, quidã vir aliū interfecisset, fugit homicida, & cū mortuo canis quidã remanfit,

Gell. lib.
5. noct.
Attic.
Polyhist.
lib. 4. de
reb. Æ-
gypt.

Plin. li. 8.
nat. hist.

mansit, qui eum hoc in loco custodiebat, incredibilibus huiusmodi, afflictus, dolorem & mœrorem, ob heri mortem testantibus. Cùm itaque permulti mortuum viserent, canis inter eos dissimulatum homicidâ animaduertit. In quē subito irrupit, spectatoribus hunc esse qui herū interfecerat, subindicans, eūq; nō dimisit donec reus crimen fassus est, & inde ad supplicium ductus. Verum D. Ambrosius hoc ex Plinio depromit li. 8. nat. hist. vbi hanc historiā recenset, easq; quæ dehinc sequuntur. Ait, Canem pro domino & hero, in quosdam raptos pugnasse, & cum herus grauius vulneratus prostratus iacisset, ab eo nunquā discessit, imò cum eo commoratus, ab auibus rapacibus, aut feris animantibus custodijt: Narrat etiā alium canem tanta fidelitate in dominum suum, vt cū homines eū in fornacem flammis ignescētem intrussissent, canis sese intus iniecit, vt cum hero moreretur. Voluit cū herus & dominus combureretur, vt illum etiam viderent: & vt herus alimentum & victum suppeditabat, æquū etiā erat, vt cū vitam ab illo acceperat illi redderet, & quod hominis rationis capacis fuerat, in animali etiam bruto reperiretur. Alianus narrat de alio cane, cū Mercator quidam eius herus ad nundinas proficisceretur, quæ in Ciuitate Theon in Ionia sita Græciæ prouincia fiebat, casu quodam seruus eius Mercatoris, qui secum gradiebatur, & pecunias secum ferebat, vt quibusdam rebus naturalibus & necessarijs satisfaceret, ab itinere sese alienauit, & in viam rediens, crumenam & pecunias oblitus est. Canis videns crumenam illic relictam, illic etiam commoratus est, vt eam custodiret. Cū itaq; Mercator & seruus ad nundinas peruenissent, nec vllas habere pecunias deprehendissent, reuersi sunt, vt crumenam inuestigarent, eamque reperere, quod seruus reliquerat, canis vero non lōgè ab ea stratus, qui mori, prius quàm eam deferere mallisset. Ciconiæ aues maximæ sunt remunerationis & præmij, parentes, senectute grauescentes & languescētes, alunt & sustentant, ita vt sæpenumero humeris deferant, vt subleuent, ac recreent, eorum miserescētes. Eapropter, antiqui Ciconiā in supremo Regij sceptri apice pinxerunt, ac cælarunt, & sub ea Hyppopotamum, immane ac ferox animal, vt significarent optimo Principi pietatem crudelitati esse anteponendam, ita narrat Suidas, de pietate Ciconiarum erga parentes, & Plinius libro 10. ac D. Basilius ob oculos ponit, ne ingrati maneamus. Crudelia & ferocia animalia, mugitibus & rugitibus cæterorum animantium præstolantur, ac subueniunt, sunt tamen homines, qui amicis opem ferre, premente necessitate denegant. Si ergo remuneratio & præmium, in feroci & indomito crudelium animalium corde locum habet, quis est, qui beneficia in eum collata non penset, ac remuneret, eaque memoriæ insculpat vt persoluat: cū alijs operibus non poterit, saltem verbis desiderium ea remunerandi attestantibus. Vnum ex præcipuis, in quo amici eniti debent, est videlicet, vt sibi ad inimicem opitulentur, nec vicissim minime ingratitude iudicio vtantur. Non tantum dico in amicis, sed in quibuscumque hominum generibus & qualitatibus quædam gratiæ & remunerationis in Deum & homines species esse debet: quoniam ingratitude iudicium peruertit, rationem perturbat, iudicium obcæcat, voluntatem corrumpit, & à salutis via deterret. D. Augustinus ait, Ingratitudinem malorum spiritualium esse radicem, vnde fit vt in Deum delinquamus, vsque adeò, vt suorum beneficiorum ingrati simus. Hinc promanat, vt præcepta confringamus, amorēque Dei & proximi flocci faciamus, & ex nostris flagitijs, ædificia construamus.

Ingratitudo fundamentum est, cui omnia nostra infortunia innituntur, & fulciuntur. Hoc igitur malum fundamentum deseramus, cui nostra incommoda adhærent, murique Ierico sunt ruituri, qui mala sunt, quæ in dies patramus.

De fraterna correctione, de utilitate habendorum inimicorum, de cura in electione amicorum seruanda, de Philantia, siue amoris proprii incommodo, deque immoderato lucro.

CAPVT XIII.

Ræcipuum (inquit Iureconsultus) in quo videtur amicos multum posse inuicem opitulari, est cū mutuo, exhortantur & admonent, cū in errorem aliquem dilabuntur, & consilio erigi ac leuari, fraterna etiam correctione cum opus est, vtentes. Verum est (inquit Theologus) nā dicit Scriptura in Ecclesiastico. *Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, Non feci aut si fecerit, ne iterum addat facere.* D. Augustinus ait in quodam Sermone, Quemadmodum medicus non diligit ægrotum, nisi morbum in primis odio habeat, & vt à vinculis mali dissoluat, eum læthaliter persequitur. Eodem modo amicus, non charitate, amore & dilectione in amicū ardet, nisi ante omnia vitia & imperfectiones quas in ea deprehendit, odio prosequatur, eoque obiurgandæ ac reprimendæ sunt, pro viribus ab his eum semouere moliens. Et in libro Confess. Omnes (inquit) qui suauitate vtuntur, non sunt amici, nec omnes sunt inimici, qui acriter obiurgant, seuerèque corripunt. Amor cum quadam seueritatis acrimonia melior est, & iucundior, eo qui melle dulcis fallaciæ delinitus, ac fucatus est. Amici reprehensio dulcis esse debet, & ab amore ingenerata: & cum non opus est, verbis asperis ac sanguinolentis vtendum non est, imò suauibus & gratis, præcipuè cum amicus amicū videt molestia detentum. Quemadmodum anxium & melancholicum cor, bonis suffumigationum odoribus & vernantium florum aspectu oblectatur, & ad se redit: sic animus quadam angustia pressus, dulcibus & consolatorijs fidelis amici sermonibus latatur, & exhilaratur, & in eius amicitia confirmatur. Et non solum bona opera amicos conseruant, verum etiam eos multiplicant. Quod ait Ecclesiastes, *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Sed amico admonitione & reprehensione vt pernecessarium est, & vt ait D. Ambr. Amicus amicū obiurget, nō iactantiæ desiderio, sed charitatis affectu, & caueat ne reprehensio multū sit acerba, neq; correctio iniuriosa. Qui poculū vitreum lauat, ne tantum manus cōprimat, vt illud conterat, qui etiā amicum reprehendit, ne tantū manu comprimat, & oneret, vt eum sauciet, & fugillet. Si fraterna correctio inter nos in Sancto Evangelio commendata est, quanto magis inter amicos? Veluti mel vulnere appositum, illud quibusdam doloribus agitatur, quauis dulce sit, & vile: sic amici correctio culpæ applicata, quauis pūgat & vulneret, dulcis tamen est, & ad emolumentū confert. Et vt ait Salomon in Eccl. Melius est à Sapiente corripit, quàm stultorum adulatione decipi. D. insuper Ambrosius. Si quoddam vitium in amico deprehendis, intra domesticos parietes eum admone, si autē non vult attendere, in publicum cohortare, si eum incorrigibilem vides, eius amicitiam relinque. Et quauis homo perpetuam amicitiam cum alio inire decreuerit, eam tamen nonnunquam deferere necesse est. Quemadmodum perito Nautæ magnæ & prudentiæ nonnunquam carba-

Senec. in
Præerb.

Eccle. 19.

Simile.

Plutar. li.
de virtut.
ab inimicis cap.

Simile.

Ecclesi. 1.

Gal. 1.

Simile.

carbasa permutare, aliumque portum appulsare, ita nonnunquam mutare amicitias æquum est. Sapientis enim est mutare cōsiliū, cum errasse cognoscit. Ait Seneca in suis Prouerbijs. Si amicorum vitia feras, nec obiurges tibi ipsi adiungis & vsurpas. Sic etiam certum est, eum qui non patitur, maximum parere incommodum. Contra verò inimicus qui nos obiurgat, & taxat, maius bonum & commodum confert, quam amicus, qui vbique blāditijs nos demulcet. Qui fieri potest (inquit Medicus) vt amicus nobis sit utilitati, cum nihil præterquam nobis nocere molietur? Nobis multum prodest (inquit Theologus) cum nos carpit. Reprehensio adeo utilis & necessaria est, vt dicat M. Tullius, Maiori nos adstringi inimicis seueris, beneficio, quam benignioribus & mitioribus: quoniam seueri nos puniunt, acriter culpas reprehendunt, veritatem denuntiant, & immodetatas appetituum habenas remittunt, cum videmus eos nos posse accusare; qui autem mitiores sunt, nostris erroribus vltro citroque laxat habenas, eosque silentio prætermittunt. Sunt amici, qui tectum sunt, vt mala quæ patramus, operiant; inimici autem sunt qui rudia sunt vitiorum in quos illabimur, fræna, nisi nobis inuigilarent. Inimici ductores sunt, qui nos cautè rectèque ambulare faciunt, nec aliquam ex suis laboribus, capiunt mercedem. Si vir quidam scopulis indigeret, vt pallium mundaret, cur non aliquo affectu inimicum prosequetur, qui conscientiam purgat? Inimici sunt veluti nostrarum animarum scopæ. Ideo Xenophon, Est inquit, hominis prudentis, ab inimicis utilitatem capere, eos qui seueri sunt & inexorabiles intelligens, qui apertis oculis vitæ nostræ aspirant. Plutarchus librum edidit, de utilitate ab inimicis capienda. Quemadmodum ignis ardet, & si nos in eum iniiciamus, subito nos cōsumet, nihilominus tamen multis alijs rebus & modis est utilis. Eo modo inimici nos comburūt, & si nos in eorum odiorum flammam intrudimus, proculdubio nos destruent, & pro posse labefactabunt. Nihilominus tamen nobis profunt, vt ad patientiam excitent, & ad virtutem expergefaciāt: ita vt inimici sint nobis amici. Vnde fit, vt cū Deum pro amicis & benefactoribus exoramus, etiam inimicos intelligimus: oramus enim pro illis qui bona in nos conferunt, siquidem ad benefaciendum impellunt. Sibi ipsis nocent, nobis autem profunt. Sunt veluti lucernæ, quæ ex seipsis comburuntur, alios verò illuminant, à quibus errata capiunt: quoniam ij non non bono inimicorum sed malo prospiciunt: veluti vultures qui corporum viuorum odorem non sentiūt sed cadauerum fœtorem: & imperfectiones non percipiunt, cum velis & remis, de proximis blaterantes, pereunt. Ita homines persequuntur, & de illis detrahunt, ac si scirent Deum eos pro meta & scopo creasse in quem omnium telorum volatus & maledica verba iaculantur. Magis tamen ab ijs cauendum est, qui omnibus vndique placere studēt, quam istis: quoniam qui neminē vnquā cōmonefaciunt, quanuis correctionē necessariam esse intueantur, omneque illorum desiderium ad nihil aliud tendere, quā siue bonis siue malis satisfacere, & eorum facta prædicare, maximè sunt perniciosi. Enitendum est hominibus, vt ijs quibus virtus oblectamentum parit, satisfaciant, non autem ijs qui tantummodo vitijs pascuntur, & qui vitam ducunt ipsam vitam impendere, vt vitium destruat. Huius rei non erat nescius D. Paulus cum diceret in Epist. ad Galat. *Si hominibus satisfacerem, Christi seruus non essem.* Cum vir quispiam alium propter virtutem laudaret, Lacedæmon quidam, illic assistens respondit, Quomodo fieri, potest, vt huc homo sit probus, siquidem nec os, nec calcar, aduersus malos

etiam admouet? Censebat hominem homines amare oportere, non autem vitia: cum autem mitis & perhumanus esset erga bonos, in malos etiam reprehendere amicos, cum videret eos delinquere. Amici, qui amicorum errores & vitia dissimulant, aliquando tantum nocēt, quam profint inimici qui obiurgant. Sunt nonnulli amicorum qui ad peccatum, præsto sunt, & ad peccata nostra tegenda, sunt autem inimici, qui à peccato nos deterrent. Ita sunt amici, qui sapenumbero perditionis & iacturæ nostræ sunt instrumenta, & inimici, qui ad virtutem velut calcaria exagitant. Vnde inferendum & concludendum est, tales vocari amicos, qui hoc nomen suffurati sunt, hocque vocabulum immeritò deprauant, siquidem amicitij velo, res amicitij prorsus indignas patrant. Amicitij colorem blanditijs volunt aptare, eamque inuoluere, ne deprehendatur. Sunt veluti Polypi, qui varijs mutantur coloribus, vt pisces, qui ad eos accedunt, capiunt & deglutiant. Quemadmodum aqua, quæ per diuersos fundos præterfluit, colorem vniuscuiusque capit, gustumque radicum herbarum & plantarum, quò meat, sapit: sic ij qui omnibus placere student, singulis momentis commutantur, præcipuè voluntatibus & complexionibus eorum quibuscum versantur. Ex eodem ore calidum & frigidum exhalant, album & nigrum: exterius probitatis candorem commonstrant, interiori vero malitia & iniquitate sunt circumsepti, & hoc commercium adeo tritum est, præcipuè cum fit cum hominibus locupletibus, vt sæpissimè accidat, alios pecunias depromere, alios fundos reditus, honores & dignitates assequi. Itaque (inquit Iureconsultus) plures amici vnum non faciunt, vnusque aderit qui multorum valore constabit. Ergo cum hæc ita sint (ait Medicus) maxime cauti & prudentes esse debemus vt amicos præligamus. Non dubium est (inquit Theologus) quin maxima sagacitate opus sit, in eis diligendis, quoniam quidam sunt amici, quos cum prodesse arbitramur, nocent: ideo antequam eorum amicitiam ratam esse iudicemus, & antequam illis fidem adhibeamus, eos experiri operæpretium est. Hoc est quod ait Ecclesiasticus. *Si possides amicum in tentatione posside eum, & ne facile credas ei.* Et Pythagoras illud ipsum voluit denotare, cum diceret. Ne manum dexteram porrigas cuiunque voluerit. Ac si diceret, Ne in tuam amicitiam quoduis genus hominum admittas: prius sunt probandi, ne postea conqueraris, & decipiaris tempore quo deceptio tibi detrimento verteretur. Hæc fatus eorum verborum causa, erat enim tunc temporis maximum amicitij signum dexteram mutuo coniungere, sicut etiam hodie fit. Ionadab & Iehu, amicitia inter se pangentes ait Sacra scriptura, in quarto Reg. lib. Ionadab Iehu dixisse, vt manum porrigeret, quam tradidit. Hoc Pythagore Symbolum refert Laertius in eius vita, & Plutarchus in libro quem composuit, De amicitia inter plures diuisa, & huic sententiæ Solonis Salamini consentit, quam refert de Apollodoro Diogen. Laërt hoc pacto, Ne raptim amicos eligas, quos autem elegeris ne dimittas. Quemadmodum bonitatem & præstantiam electri non agnoscimus nisi prius illud fricemus: non etiam amici valorem iudicamus, nisi eam experiamur. Quemadmodum peritus sutor antequam pannum & vestes scindat, & antequam forfices apponat, vnus dimetitur, veritus etiam ne mensura sit certa, cum pedibus comprobatur, cretæque prius delineat. Ita quem primum amicum admittimus, eum debemus tentare, experiri, metiri, & notare, antequam nostræ amicitij, & amoris forfices immittamus. Multi sunt qui amicitijs tantopere sunt liberales, vt libentissimè nostri amici declarentur: ingruente

Senec. p. 77
Prouerb.Plutar. lib.
de utilitate
ab inimicis
cap.

Simile.

Gal. 1.

Simile.

Ecclesi. 6.

4. Re. 10.

ente tamen priore aduersitate aut casu aliquo, statim à nobis discedunt & deficiunt: serò incipiunt, citò vero perficiunt. Quemadmodum Mense Octobri olera amena & pulcra sunt primis imbribus quæ illa rigant, sed statim, gelido frigore Nouembris exsiccantur: sic amicitia inconstantes, prioribus verbis primo aspectu prolatis inchoantur, prima autem comprobatione & experientia qua utimur, finiunt & cum cortice in plagam supernatant, nec in veri amoris profundum audent irrumpere, minima verò vnda perflati, terga statim vertunt, & ab incepta amicitia desistunt. Mille voluntatibus atque opinionibus circumferuntur. Maior inest ijs voluntatum inconstantia, quam in carduele varij colores non conspiciuntur. Magis amicitijs & affectibus variegati sunt, quam cauda Pavonis eregione Solis radiorum opposita, diuersis & varijs obiectis non constat. Nullum est tornatile instrumentum, quod magis quam ij circumuoluatur, concitati currus rotis mobiliiores, verticulo mutabiliiores, nauibus absque gubernaculis in medio maris varijs ventis circumuectis inconstantiores. Hodie sunt tui amici, crastina die nauseam amicitia pariet, & postridie, ægreferent, quod eius rei fuerint pertæsi. Amici veteres, fideles probati, quorum firmam & tutissimam spem habemus, conseruandi sunt, & ab eorum latere nunquam oportet discedere. Hoc ait Ecclesiasticus. *Ne derelinquas amicum antiquum.* Qui veterem amicum & probatum prouo & inexperto relinquit, est ei similis, qui si pedem amputaret, in eius locum alium vitreum apponeret. Quidam sunt qui maiori prosequuntur amore amicos qui ijs blandiuntur, quam veteres qui veritatem expromunt. Querunt qui eos fallat, & cum ijs qui eos obseruant, & ne decipiantur, ac inescantur impediunt, nullum volunt habere commercium: querunt amicos qui amici sint, non ex personis, sed ex vitijs tum demum, qui non sint amici, sed adulatores. Seipfos ad inuicem diligunt, eorum autem philautia sic immoderata est & deprauata, vt omnia illis perapposite quadrare videatur, noluntque audire vt quisquam quod re quapiam aberrent, eos admoneat. In seipsis adeò abusi viuunt, vt officij & muneris nequaquam velint fieri certiores. De hoc conquerebatur Socrates, vt narrat Anthonius Melissa, homines in seipsis culpas minimè deprehendere. Diogenes etiam dicebat, nihil esse difficilius quam seipsum noscere. Et Demosthenes, nihil homini facilius esse, quam seipsum fallere. Scribit Stobæus, Permultos esse, tanta philautia & amore ipsorummet captos, suapteque ducti voluntate tam firmiter adstrictos & copulatos, vt vitia quæ in ipsis tutabantur, in alterius personam, damnabant & abiurabant. Vnde Prisci Æsopi peræ ortæ sunt, alia antè, alia verò retrò. In hac quæ retrò pendebat, philautia capti, vitia & imperfectiones gestant nec cernunt: ante verò alienas ferunt, à quibus nunquam oculos desleatunt. Ita interpretantur Stobæus & Fauorinus: eapropter antiqui dixere proprium amorem secum tenebras & caliginem quibus ad propriam negotiorum cognitionem impediabantur. Lactantius Firmianus ait, Causa peccati est suiipsius ignorantia, & vt hæc ignorantia à deprauato suiipsius amore promanat, sequitur etiam eiusmodi amorem nostrorum infortuniorum & incommodorum fomitem esse ac originè. Quocirca non par est, vt tantopere vitam nostram diligamus, vt cum Deo anteponamus, qui author est vitæ, quam iuste amitteremus, & vitam lucrari sperantes eam proculdubio perderemus. Etenim amorem vitæ nostræ amoris Dei præponentes, viam temporalem lucrantes, æternam amittimus, quæ vera

est vita, eamque amittendo, ipsimet etiam perimus. Verùm si quodam pio horrore & odio vitam nostram habeamus, ita vt ad eam perdendam prompti & parati simus, cum opus fuerit propter Dei cultum, cum inquam eam perdere, hanc lucrificiemus. Admirandus sanè ludus est lucri perdens: quod verbis à Iesu Christo in Euangelio prolatis, est conforme, *Qui, ait, diligit animam suam perdat eam, qui odit eam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Excutiamus igitur philautiam, quæ in seipso inchoat, & ad odium vitæ Dei dilatatur, cum infinitorum errorum & peccatorum sit seminarium. Nã in vitæ nostræ Sphæra, amor suiipsius centrum est, vnde nostrorum peccatorum ducuntur lineæ, ad perdicionis nostræ & excidij circumferentiam.

Qua debeat esse amicorum seueritas, de illius sermocinatione, & silentio in secretis.

CAPVT XIII.



LX hac Philautia manat hominum affectus ad amicos inuestigandos qui humorum constant Sympathia, & conformitate, cum malis, tum bonis, & ab opinione sua & iudicio deficient, prout illi suum permutabunt: & miseri, num vident tales amicos, haud verè amicos esse? Veri amici semper eodem modo se gerunt, in amore firmi & in virtute constantes: seueri sunt, cum opus est: non curant ijs satisfacere, qui virtute non satisfaciunt, sed vitijs: Non multum sunt solliciti, cum de industria rebus quæ illis forent vituperanda, inuoluuntur: sed hac seueritate, nullum habent acorem aut aculeum, qui eorum amicitiam perturbet, ac deprauet, imò potius suauem affabilitatem & conuersationem. Nam hæc facilitas, etiam si ad suauitatem profusa sit, voluntatem plurium captat, aspera verò seueritas verbis & operibus parca, veri amoris testis, omnia solet pessumdare ac peruertere. Inter amicos sermones debet esse veri, nec in ijs quoduis iudicium aut suspicio falsitatis appareat: adeò honesti, vt nullam turpitudinem aut dedecus redoleant: adeò viles, vt nulli noceant: adeò fideles & sinceri, vt nullum adulationis gustum præ se ferat: adeò simplices, vt nullo velo, aut tegumèto duplicentur, sed sapientis & sagacis cordis, & sincerorum &lympidorum præcordiorum testes sint probatissimi. Denique tales esse debent, vt cum his verba Apostoli consentiant, in Epist. ad Ephes. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.* Qui loquitur, suis sermonibus studeat, vt magis doctrina, & utilitate quam iocis & eloquentia constet: hoc enim est quod auditores proficiendi desiderio flagrant, prudentes, sapientes & tenaces, perscrutantur. Sunt nonnulli apibus similes, qui nihil præter flores perquirunt, verbis potius limatis & perpolitatis Aulicis proprijs, quam grauibus & vtilibus sententijs aurem præbent attentam. Mallem (inquit Iureconsultus) homines humi prostratos mancos & mutilos audire, qui iam senescentes & decrepiti, nihil profunt, cum in veteribus, pinguique Minerua elaboratis verbis, quædam optima doctrina & consilium relucet, quam iuuenes disertos, qui omnem felicitatem in sermonibus à bonis auditoribus acceptis, locant, quas fortis affectant nec externas aliqua eruditione aut doctrina imbuuntur. Verba sunt fila vnius telæ & intentiones lycia sunt. Corda hominum olim erant simplicia, & econtra thoraces erant, dupli multumque complicata: hæc vero tempestate vestimenta non duplantur, nec

Matt. 10.
16.
Ioan. 2.

cc
cc
cc
cc

Ephes. 4.

Pro. 11.

Pro. 2.

nec plicantur, corda verò dupla & scelere tecta. Omnia sunt simplicia præter cor, quod duplum est, & pelliculatum. Homines duplicationem & tegmē exterius in interius commutarunt, vestēsque ad cor vsque accumularunt: & videtur mihi hoc inde promanare, quod tam pauca & rare sint in hoc terrarū orbe amicitia, quoniam plurimæ fictæ sunt, vnde fit vt nequaquam sint perpetua. Nulla enim fictio, quandā æternitatem pati potest. Hodie duos amicos pacificos & admodum familiares conspicietis, virtutes vniuscuiusque publicare ac diuulgare, postridie verò videbitis totos facie exasperatos, diuiduntur, & dissociantur, eo quidem vsque vt confringantur & dissoluantur. Statim atque priuatum commodum offertur, quò quisque pro se aspirabat, omnes vicissim maculas detegunt, & omnia quæ in secreto sciunt, manifestant. Arcana (inquit Theologus) non detegenda, & quicumque illa detegit, non amicus est, sed fallax: Ait Salomon in Prouerbis: *Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum.* Ecclesiasticus etiam ait: *Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum.* Si arcanum qualiscunque personæ celandum est, quanto magis amici? Videtur hoc fieri non posse, vt quispiam, rem quæ clanculum ei dicta est, taceat, nam si tu, cuius multum interest tua celare arcana, non desistis quin ea denudes, quo pacto cogi poterò, ne illa detegam, quoniam non tantum mea sicuti tua res agitur, cum ea patefecisti. Ego (inquit Iureconsultus) passione vexatus meipsum temperare vix possum quin dolorem aperiam, vt tecum tãquam amicitia coniunctissimo consolor, in quorum numero te adscribo: tu verò mea afflictione vacuus es & expeditus, arcanum potius quam egomet potes occultare. Morior cum malum aperio sciens agi de capite, si ea occludo, & arcanum meum in tui cordis scrinium consignas, in te confido. Non enim meum capax est, vt illud admittat, adeo plenum est perturbatione quæ me angit & excruciat, & in tuis præcordiis satis facile & commodè potest disponi, saltem in minimo illius angulo, vnde nunquam exeat, siquidem passionis expertus est, quæ me eo pacto perturbat & commouet, vt malum detegere quod celari non potest, coactus sim. & ferè in malorum numerum minimè redigitur. Non per graues duco afflictiones quas in meipso tristi silentio obductas, possum perpeti, sicuti maximum est discrimen hominis, qui passione afflictus atque percussus est, cum alij qui liber ea est & vacuus absque vilo sensu, qui eum extimulet vt planum faciat. Non tantum de arcano amici dico, vnde silentium maximi est emolumenti, sed alio quodam modo & arcani specie, quod cuidam fidem adhibet, & in fidelem custodiam est deponendum, nisi opus fuisset, illud propter Dei cultum denudare. Verum non de hoc verba facio, sed de illo quod opus est tegere, quodque in lapidum numerum in profundum æquor projectorum est annumerandum, vnde nequeunt vnquam exire. Ea igitur ratione (ait Mercator) amici qui secreti sint, & silentij amici, vt cum iis res nostras communicemus, sunt inuestigandi. Opus est (inquit Theologus) quoniam Salomon ait in Prouerbis: *Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles.* Intellego per amicum, verum & fidelem, & per extraneum, qui eiusmodi qualitatibus non adornatur, quanuis pro amico sese iactet. Arcana rerum, quæ ad honorem, ad vitam, & facultates spectant non quibuslibet hominibus sunt detegenda: sunt iis communicanda, quorum fidem & fidelitatē satis probatam tenemus, nec leuibus & morosis hominibus sunt reponenda, quorum famam per compita faciunt percrebrescere. Nonnulli sunt, quibus si tua secreta

detegas postridie in cathedram diuulgata cõperies: homines à silentio abhorrentes, qui arcana nesciunt occludere, veluti cribri fracti, qui non digni sunt vt in his optimæ farinæ flos cribretur, aut quod quidpiam magni momēti eis communicetur. D. Ambrosius ait Multò difficilius est tacendi modum scire quam loquendi, & præcipuum virtutis fundamentum esse in arcano vtj patientia. D. Gregorius ait in Moral. Ille meritò scit loqui, qui tempore & loco scit tacere. Nò inquam, vt vllus vnquam loquatur, aut rubigine linguam conterat: quoniam tale silentium est, quod sit vitiosum, sed vt solertia, atque prudentia cum tempus est loqui, loquatur, & cum tacendum est, silentio utatur. Ait Salomon in Ecclesiast. *Omnia tempus habent, tempus loquendi, & tempus tacendi.* Et Ecclesiasticus ait: *Est tacens qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui prociat est ad loquendum. Est autem tacens, non habens sensum loquere, & est tacens, sciens tempus apti temporis.* Vnde fit, vt Episcopus Valerius in quodam sermone dixerit. Tacere & loqui, vtrumque perfectio est suo tempore: nam sine tempore, accidit, vt nimium silentium ignorantia, multum autem loqui furori, & dementiæ tribuetur. Verum sapius tacere, tutius est, quàm loqui. Valerius Maximus ait, Cum Xenophon rogaretur, cur ex industria mutus fieret, respondit. Quoniam sepius mihi displicet locutum esse, nunquam verò tacuisse. Quod dicebat etiam Simonides, vt narrat Maximus in 20. Sermone. Nunquam ei nocuisse silentium, & pluries loqui detrimentum & incommodum attulisse. Et hoc in loco ait Maximus. Cum aliquando Anacharsis manum vnã in sinu, aliam vero in ore reponeret, ab eo quidam percõtatus, cur eo pacto segeret, respõdit, lingua freno indiget, ne arcana denudet. Brusinus Contursinus narrat, Epaninondam Thebanum dicere solitum, Homini magis expetendum esse audire, quàm loqui: quoniam ex auditu nascebat doctrina, & ex locutione pœnitentia. Socrates dicebat, tria à suis discipulis concupiscere, prudentiã in animo, pudorem in facie, & silentiũ in lingua. Isocrates pro pecuniis docebat Rhetoricam: & cum ad eum quidam adolescens, multum loquax, vt eius fieret discipulus: venisset, narrat Brusonius, Isocratem illi dixisse: Te libentissimè erudiam: sed ea lege atque ordine, vt duplum præmiũ persoluas, vnum vt te doceam loqui, aliud, vt tacere addiscas. Adeo prompti sunt homines ad loquendum: vt dicat Stobæus Cum Aristoteles rogaretur, quid esset in mundo difficilius respondit, tacendi scientia. Seneca in quadam Epistola. Otium & quies multũ homini prodest vt multum cum cæteris hominibus, parum verò in seipso loquatur. Et in libris de Moribus ait, Magis tuis auribus quàm lingua vttere, & quod erit tibi dicendum, prius age cum teipso quàm cum aliis. Perbelle quidem: nam silentium sagacis rationis sigillum est, & certæ prudentiæ signum, quidquam magni pretij & valoris, deniq; ditissima Parsimonia, quæ thesauros glomerat vt suo tempore sciat infumere. Verba loquacium, sunt veluti fructus acerbi & immaturi, quæ nec utilitatem, nec iucunditatem animo pariunt. Illa verò prudentum silentio deditorum, sunt veluti fructus maturrimus tempestiuè productus, & suo tempore sapidissimo & optimo gustu ad valetudinem vtiles, comesus. Tam vtile silentium est, vt quidam Gentilis dixerit nos ab hominibus loqui discere, & à Deo tacere. Crocodilus animal est quod lingua caret, ideo hoc Egyptij silentium intelligebant, vt tanquam rem diuinam colerent, adeo magna erat veneratio qua eum prosequantur. Græci pro prouerbio hanc habebant sententiam, Silentij tutum præmium: quo Aristides in defensione Periclis utitur, & Horatius in tertio Odar. Si silen-

D. Ambr
lib. 1. Of.
D. Grego.
in Moral.

Ecclesi. 3.
Eccle. 20.

Maximus
in 20. ser
mone.

Matth. 10.
16.
Ioan. 21.

Prov. 11.

Epist. 4.

Prov. 27.

tium inter omnes adeò præstans est, quanto magis inter amicos? ut arcana, quæ inter eos aguntur, non detegantur? Verùm homines priuato commodo inhiantes, nulla constant vera amicitia, nec silentio in secretis, cum tantillum propriæ utilitatis interuenit, ad quam omnes sensus dirigunt. Quapropter caueant homines quibuscum communicant. Nullus enim cor debet aperire, nisi ei quem pro certo scit, totis præcordiis adamare.

Quomodo homines amicis fidem adhibere debeant, de quo modo in conuersatione seruando.

CAPVT XV.

Nonnumquam hoc inter homines iniuriis affectos vidi (ait Mercator) qui priuatum commodum locantes, nec arcanorum, nec amoris ullomodo sunt solliciti, & qui antea amici dicebantur, adeò sunt conscissi & effracti, ut nec seipso alloquantur, nec intueantur. Inter eos odij & inimicitie gurges, est qui nauigari nequit, & horrendus inimicitiarum immedicabilium mons. Quare mihi probatur, quod dicebat Philosophus Bias. Dilige, sicut is qui est osurus, & abhorre, sicut qui est amaturus. Huic respondit Mercator, dicens. Hic philosophus cum ait, nos debere eo pacto odio prosequi, tanquàm nobis aliquando amandum esse non ignorantes, hoc mihi probatur: non enim denotat, ut odium habeamus, sed si forsan habeamus, illud tam apposite moderemur, ut quandam conciliationem speremus, in his vero quæ dicit, eo pacto amicos esse oportere, ut eos nonnumquam inimicos cogitemus, hoc nequaquam possum degustare: tantum enim à ratione discrepat, & hoc est amoris præstantiam & magnitudinem denigrare. Quomodo fieri potest, ut verum & perfectum amorem habeam, cum eo quem confringendum spero, & odio prosequendum? Si fidem ei adhibeo quem mihi amicum duco, cur suus haberi cupio. Meo iudicio hoc affirmare, est veram amicitiam destruere, & ab hominibus amicorum confidentiam auferre, & in magnos errores intrudere. Imò (ait Medicus) hoc est eostutari, ne in errorem labantur, quoniam nimia confidentia sæpissime magnis erroribus viam sternit. Non ignoramus plures homines perire, quippe qui fidem his quos amicos censent, non adhibent. Cur? (ait Mercator) nam fidem in eum quæ pro amico habeo, aliòque secundo meipso, debeo asserere. Vnum ex duobus necessario esse debet, aut Biantem nunquam tale protulisse, aut falsum fuisse testimonium in eum prolatum, aut si dixerit, hoc nulla fretus ratione fecit quid enim esset amicitia, ignorauit. Huic rei occurrere Medicus aggrediebatur, nisi Theologus his sese opposuisset, dicens. Bias non tantum hanc recitat sententiam, sed etiam Minus Publicanus, & recenset Aristoteles in libro Rhetor. verum non laudat, at obiurgat. Marc. Tullius in libro de Amicitia, ait non eam Scipioni satisfacere. Laërtius & Aulus Gellius ambo adducunt, quæ sano iudicio percepta, prout intelligi debet, prolata est & veritati consentanea, & quadrat cum ea, quæ dicit Propheta Michas: *Nolite credere amico & nolite confidere in D. ce.* Sed hoc de amico prolato & experto intelligitur, in tali enim amico debemus confidere, donec nostrum non posse fieri inimicum appareat: quoniam de illo nec firmitatem, nec spem habemus: sed amicus fidelis & integer, cuius perfectam habemus experientiam, amandus nobis est, nec nobis videatur eum posse odio habere, & Biantis sententia de hoc non loquitur. Sic tuis rationibus expensis & æquilibrio tutinatis, omnes quidem pero-

Mich. 7.

ptimas adducit quisque ad suam viam: quoniam vnus vestrum de amicis loquitur, à quibus experientiam habemus, alius verò de his quos nondum satis probauimus alius de certis loquitur, alius de incertis ad incertos & inexpertos. Non eos amicos appello (ait Mercator.) Imò (ait Medicus) sunt peruulgatissimi. Quoniam ut cera facile imaginis sculpturam admittit, & libenter etiam delet: sic permulti hominum facili negotio quoscunque amicos recipiunt, & cum eadem felicitate eos deserunt. Ij (ait Mercator) homines leues sunt absque pondere, absque constantia, nomine hominum indigni. Qui penitus volunt esse spirituales & in virtute constantes, & homines arbitrantur, hoc amicitie commercio molli ceræ non comparantur, sed lapidi duro, semperque firmo, in quo difficili via quedam imago cælat, sed maxima difficultate deletur. Nam ut graues sunt, magnæque considerationis, amicos difficile admittunt, & maxima difficultate ab eorum amicitia distrahuntur, ac segregantur. Hoc (inquit Iureconsultus) duobus vasis simile est, quorum vnum os habet latum, quod cito repletur, & cito vacuatur, aliud autem os habet strictum, quod aqua satis difficile ingreditur, & vix aut nequaquam exilit. Tales sunt firmi & constantes, qui amicitias in ratione & virtute fulciunt, & in hoc ipso Deo, nec priuati interesse recordantur. Hoc in loco interesse appello, commodum quod ab honestate distrahitur, ut vulgus nuncupat. Equidem scio more Philosophorum loquens, quod non honestum est, utilitas non vocatur, quoniam vera utilitas coniuncta est, & indiuiduè cum honestate annexa: & honestum non est adeò alienatum, quin sit utile, ut potius damnosum sit, quoniam conscientie noceat. Quare Socrates dicebat eos naturæ fundamentum peruertere, qui utilitatem à virtute separare conabantur. Verum nunc pro intellectu sit, quo pacto philosophus ut popularis loquitur, commodum vocans, utilitatem corporalem à virtute seiunctam. Iusti homines non tali comodo prospiciunt non enim tantum amici bonorum sunt, ut ea sine honore queant possidere: imò rationem oculis, intentiones virtuti & corda Deo obuersionentur. Eo pacto homines diligunt, cum iis versantur & familiaritatem ineunt, adeò prompti ad voluntatem amicorum exequendam, quam eam prælagire posse cupiant, ut præueniant, & adimpleant: & amicorum voluntate percepta, propriam obliuioni tradant. Magni faciendæ sunt (ait Mercator) talium hominum honestorum prudentium Deique amicorum amicitia. Verba eorum auida siti sunt sorbenda, exhortationes & admonitiones famelico appetitu deuorandæ: tempus expetendum, ut cum iis versemur, & tempus longinquum, quod cum iis impendimus, breuissimum existimandum. Quinimò (ait Mercator) ab iis semouendi sumus, ut melius liceat nobis per otium ad literarum studia & ad alias optimas exercitationes animum appellere. Nam fertur Platonem censuisse, amicos temporis esse raptores. Suspicio quidem bonum esse eos habere, & charere asseruare, neque iis, nisi perraro uti. Etenim ut homo quotidianas exercitationes diuidit, amici nobis sunt molesti & importuni, si sapius nos inuiserint. Hoc intelligitur (inquit Iureconsultus) de amicis, qui suapte natura homines sunt turbulenti, inquieti, & rixosi, quorum sermo non multum conducit: cum autem homines mites sunt, pacifici, prudentes & solertes, qui orbem peragrarunt, resque eruditione plenas ardentissimo zelo prolatas, & ad Dei obsequium directas, propalant, tantum aut magis probis eorum piisque sermonibus docent, quam si studio & librorum lectioni nauarent operam, præterea suauibus iisque periuicundis oblectamentis, dulci, & benigno conspectu afficiunt amicorum animos

animos erigunt, eos ad virtutem, exercentes & exultantes. Verum enim vero homines quidam sunt adeo importuni, ut nostris passim vestigiis insistant, adeoque lasciuientes, ut omnia profiteri desiderent, de omnibus loquantur, ut omnia manibus suis aptentur, ac exacuatur. Croco similes, ut quauis parum ollæ imponatur, nihilominus tamē omnia suo croceo colore tingit, omnia cupiunt colorare, & depingere, & sub fuco pulchræ cuiusdam amicitia, mille solitudines, atque molestias pariunt. Qui verò discreti sunt, solertes & temperati, ut nostra studia & exercitationes non ignorant, nolunt etiam irrumperere, quoniam sciunt, quanti solitudinem faciamus, cuius rei gratia nos inuisunt. At tamen nonnunquam, & certo quodā tempore nobis sunt impedimento, & hoc pacto tantum abest ut nos perturbent, quin potius nostros labores subleuant. Si oculi nostri pulchritudine peramœnæ vallis oblectantur, vernantibus atque fragrantissimis herbis decoratæ, claris & lymphidis riuulorū murmurantium, & per planitiē profluētium aquis irrigatæ, frigidiusculas aquas absorbentium, quæ placido, lentoque agmine præterfluunt, in innumeram fontium & scaturiginum varietatem, quas ex cauatibus & profundis vallibus nascere, & in bullas excrecere videmus: quanto magis animus & intellectus hominis recreari & oblectari debet, probos amici mores intuens, quibuscum versatur, eius familiaritatis suauitatem, peramœnam & periucundam vitæ vallem florū omnium varietatē fragrantem & decoratum, fertis & corollis, cum infinitis surculis quibus pulcherrima amœnorum fructuum virtutis ferta pendent, lymphidis honestatis eorum aquis rigatis, quādoquidem ex his duobus oblectamentis aliud est corporale, aliud verò spirituale? Si auditus sensus dulci & suauis musice, ac garrularum auium cantibus oblectatur, qui inter opacissimas sylvas, & virides arborum frondes internectuntur, ut videatur suarum quarimoniarum plantarum, rauco aquarum sonitu, & pacato Zephiri rumore personare, qui per strictas compressasque antrorū & scopulorum rupium rimulas & fissuras, intonat & concluditur: quanto magis amicus, eius sibi fidelis amici salubribus consiliis & remediis debet oblectari? honesta cum discreta, & sagaci oratione, prudentibus exhortationibus, præstantibus atque utilibus opinionibus, cum historiis ita perapposite cum antiquis, tum neotericis, adductis & aptatis: vna cum copiosa plurimorum Epitaphiorum, & nūmorum antiquorum atque exoticorum, quæcunque viderit, aut legerit interpretatione: ad hæc sanctarum & sacrarum literarū expositione, de rebus cælestibus, de nostræ redemptionis mysteriis & sanctorum vitis agente, & denique cum dulci suorum sermonum Musice? Quis concentus, ita concors & cõsonus, quam hic esse potest? Quæ suauior harmonia? Quæ delectabilior Musices? Quinam porro cibus & pastus gustu delectabilior? Quis inficiari potest, quam malum quietis & refrigerij honestæ bonorum amicorum recreationes secum ducunt, præsertim si tempore vrsurpentur, tanquā modo optimo ad transigendos huiusce vitæ labores seruando? Hoc de veris amicis iustis & timoratis intelligo. Namque (ut iam præfatum est) cum iis strictissimum amicitia vinculum est inuendum, siquidem dignissimi sunt. Quod ait Laërtius in 6. libro mihi valde probatum fuit, videlicet Antisthenem cõtinuò dicere solitum. Omne quod iustum est, dignum est quod ametur, quippe qui verus amor illud est quod à virtute promanat. Hoc est quod verum oblectamentum parit, de quo sermonē habeo. Nullus est (inquit Medicus) hoc in terrarum orbe oblectamentum olim gaudium & latitia vigeant: nunc verò euauit, nec minima eius passuum vestigia apparent. Senex sum,

& annosus ut videtis, nondum tamen septuaginta annos attingi, ætas sanè ad quam Propheta ait homines passim peruenire. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si autē in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.* Sol meq; vitæ diurnum cursum ferè confecit, crispantēque capillos iam iam obscurat & infuscet, umbras mearum egritudinum & ærumnarum explicans. Diuturna enim ætate, multos labores & curas sum perpessus, & oblectamentū, quo quondam afficiebar, partim molestiam & tædium quo tunc temporis afficior, ingenerat: quoniam iuxta naturalem cursum anni mei haud amplius valent alas dilatare. Quemadmodū cera facis ac tædæ cõsumpta non diutius lumen potest perdurare, solēque ad occasum lapsa, nox nō multum potest morari. Sic nostris diebus perfectis, ætas diu non potest subsistere, & cū vita iam iam extremum attingat, mors nō diutius immorabitur. Cū cogitationis meæ via retrogredior, mente perpendo & voluto, memoriam & recordationem, præteriti temporis honesta oblectamenta & amicorum fidelitatem, quibus tunc temporis fruebar: ad hæc quæcunq; meæ adolescentiæ flore oculis meis intuentibus præterire memoria repeto: indeque cogitationi meæ sisto, eamque cribro huiusce tempestatibus expurgo, video mundi fallacias, vanitates & ambitiones quibus homines delitescunt & omnes industriae neruos ac conatus adhibent. Incredibilem præteriti temporis percipio delectationem, præsensque vitæ scatenens desleo, quod me sanè variis laboribus ac egritudinibus contorquet. Video plures adolescentis ignauia & conscientia socordia torpentes: hæc omnia, ut priuatis commodis inhiant, & in altum elati gradientur, ut maiores & honoribus præstantes appareant, aliisque incrementum quo illis præstant, præripiant, quod non curant mereri: sed tantum possidere. Toruis intuentes oculis, vnde honores quos perscrutantur manabant, nec veris modis atque rationibus quibus eos assequimur, circumscribuntur: vnde fit ut spirituales, corporalibus postponant. Nihil iucundum, aut quod eis arrideat, oculis obicitur, quin illud concupiscant. Vanitatibus quas opponit mundus saginantur: adhæc semper tristes sunt & melancholici. Quæ omnia fructus sunt, quos ex vitis colligunt. Verum enim vero alio tempore impij fuerunt, sed ij nostræ tempestatibus maiori sunt numero. Fateor etiam antiquorum illius temporis oblectamentorum aculeos sæpissimè animum titillare: sed eos ratione coërcentes, vidensque meū corpus grate ingrauescens & exsuccum, agnosco, siquidem dies mei penitus dilabuntur, & voluptates ac gaudia tēpore consumuntur, expeditius est, cū iam iam ab obtutu defecerint, eorum etiam memoriam perdere, & artē atque industriam Simonidis ad memoriam conseruandam haudquaquam admittere, verum Themisto clemimitari, qui artem ut quorum meminerat obliuisceret, perquireret. Ita narrat Cicero in 2. de Oratore, & Plutarchus in Græcorum Apophthegmatibus. Tam tempus est, ut quod superuacaneū est, expungā, ac refecē: & à meipso separem, gregemq; inanium cogitationū, quæ in corde adoleseunt, distraham, ad res diuinas extollar, & vitæ fumum relinquam: cū nulla sit voluptas sicuti solebat, bonaq; perficiuntur ac consumuntur, tanta difficultate amici nanciscuntur, ut nisi periculo possunt inueniri: & hic minimus eorum numerus, quem mihi adiungo, fallaciarū laqueos tetendit, ut ab eorū impietatis nodis memet nō valeā extricare. Denique præteriti temporis amicitia simplicitas euanescit, vna cum pluribus virtutibus, & bonorum amicorum loco, villici succedere. Nam amicitia cupiditate fulta, forum est, & emporium, in quo negotiamur & mercamur.

Quantum hoc tempus à præterito discrepet, deque historia, quæ Mercatori in Lusitania contigit.

CAPVT XVI.



Verbis Medici suspiriorum & imorum singultorum interuallis prolatorum, quæ satis apertè præteriti temporis lætitiā, quam perſentiebat, indicabant, mœſtum verò præſentis dolorē, hoc pacto reſpondit Iureconſultus. Quod ais hac tempeſtate maiora quàm olim mala & ſcelera ſerpere, non à ratione abduceris: verum pro rato certòque teneo quo maiora inefſe bona. Quemadmodum hæ tantopere præſtantes ſunt animi, quam tunc, maiores ſunt etiam virtutes, maioræque vitia. Quemadmodum excellentiſſimum acetum niſi ex optimo vino conficitur: ita maior iniquitas ſæpius ex præſtanti animo, ſubtiliſque iudicio manat: & vt hæc de tempeſtate animi ad extremum vſque terminum ſunt optimi: non mirum eſt ſi ad extremum ſint etiam flagitiſſimi. Verum virtute præſtantes, eo admirabiliſſimos ſunt, quoniam radices vnde oriuntur ſunt eiufmodi, qui ſunt idem animi gratia Dei afflati, qui omnis boni fons eſt. Quod ais, te Deo tribuendum eſſe, nobis omnibus qui hic aſſiſtimus, idem præſtandum eſt, ſicut etiam cæteri homines: potiſſimum qui longinquitate temporis, vanitates huius mundi concupiſcere, quibus totis neruis corporeis, ſummæque diligentia futilibus deſideriis filum ſecare, opere præſtium eſt: & fallaces ſpes perdere antequam ipſe met perdant, & tenaciſſime in Deum voluntatem affigere. Ideo quantum ad id quod fatuſ es hac in vita, non eiufmodi quæ ſolebant, eſſe ſolatia, mihi videris à rationis itinere multum aberrare. Hoc autem non magni facio, quoniam corporeorum ſenſuum fallaciæ, tantum virium & neruorum habent, vt æſtimatiuam & animæ iudiciū poſſint decipere. Veluti qui in portu nauim conſcendunt, vndæque ſulcare aggrediuntur, ſi fixos in terram quam reliquerunt conſpiciant oculos, videtur illis eam fugerè & diſcedere, illi verò morari, cum autem hoc ſecus fiat. Sic ſenes, qui diſcedunt, ob mortem in triſtis vitæ nauim ingreſſi, tempus cum eius oblectamentis diſſugere arbitratur, illi autem diſcedunt, tempus tamen remanet nec mouetur. Cur igitur deſideratis veritati eſſe cõſentaneum, vt tempus ſemper idem ſit, ſemper ſuis conſtet gaudiis & doloribus: ſempërque eodem modo permanens eſt: nos autem ſumus qui nauim vitæ noſtræ percurrimus ventis velificantes, nonnunquam aduerſis, nunc malacia, nunc procellis, vſque ad eò, vt alij in profunditates & æternas abyſſos irrumpant, quo in æternam pereunt, alij autem in æternæ ſalutis portum, vbi Deo in ſempiternum fruuntur. Illud ipſum quod de præterito tempore proferſ, alij veniēt qui in poſterum de hæc noſtra tempeſtate hoc dicent. Et non deerunt qui quod hodierno die ſumus, æmulabuntur, ſicuti tunc temporis eos qui olim fuerunt, æmularis. Fuerunt ſemper tribulationes, vt hoc tempore, nec vnquam moleſtiæ & ærumnæ defuerūt. Solon Salaminus Athenienſium Legiſlator, admodum antiquus eſt, & de ſuo tempore loquēs, dicebat, vt refert Beroaldus in ſuo libro de Teræmotu. Ciuitates nihil aliud eſſe, quàm incommodorum & infortuniorum humanorum receptacula, quibus planctus, mœrores, ſolicitudines, & tædia concluderentur. Democritus rogatus, quid ſibi de hominum actiõnibus videbatur, reſpondit, triſtes eſſe & calamitoſas, ſiquidem cum oblectamentum quæreretur, in-

ueniri non poterat, & cum ærumnæ atque moleſtiæ non expeterentur, oculis apertis in eas illaberemur. Ita narrat Stobæus in ſuis ſermonibus. Semper fuerunt (vt iam dixi) tribulationes, & hæc in re nulla in eſt difficultas. Semper fuerunt oblectamenta, & nunc etiam extant, quanuis contrarium antiquis videatur. Equidem video (pergit Medicus) veluti Autumnus herbas denudat, ſic ſenectus gaudium & voluptates aufert ac diripit. Verum inſiciari nõ potes, quin tempus inueteraſcens dilabatur, & priſtinorum ſolatiõrum frondes marceſcentes decidant, & nunquã in his terris tantam ſerpiſſe malitiã, ſicuti hæc tempeſtate nec tantam eſſe virtutis, verèque amicitiæ penuriã, potiſſimum locis, vbi manſionem facio Italiam luſtraui aliãſque regiones penetraui, & ſemper Deo annuente, reperi, qui me honore cumularunt, etiãſi technas & mendacia nonnullis hominibus deprehenderim: tãdem autem quibus in locis diutius diuerſatus ſum, ſolatiũ & vrbaniſſimam, præter in mea patria comperi. Sed hoc omnia me non multũ perterrent, quandoquidẽ Hannibal Alpes penetrauit, quem Polybius murũ & propugnaculũ Italiæ nuncupat, victorias inſignes maximõſque honores eſt aſſecutus, ſed tandẽ in patria deuictus & expugnatus eſt. Illud idem contigit, regionibus enim alienatis, laudatus fui, exiſtimatione & honore affectus, in propria verò patria depreſſus & contemptus, & quos chariores atque intimos amicos exiſtimabam, quos firmas ſpei meæ anchoras deſixeram, me immanius & atrocius ſunt perſecuti, huius fragiles ſpei omnes radices diſſecantes & amputantes, donec eam penitus exſiccarent. Hi ſunt huiusce tempeſtatis amici longè ab ijs præteriti temporis diſcrepantes. Non me tamen latet plures eſſe tũc temporis virtutis amatores, amicõſque amicitiã coniunctiſſimos: ſed antiquorum reſpectu, nihil aliud mihi videntur quam trix & atomi. Neſcio (ait Mercator) vſquequò hæc Priſcorum amicitiã progrediatur, quos tam inſignibus & immoderatis laudibus ad ſupremum vſque fidelitatis apicem efferſ, altius quàm amoris nubes prouehis: ſed aſſerere audeo, tunc temporis eſſe amicitiã, quæ tantò altius quàm cetera alie vnquam penetrarint, pertingent: & veros amicos eſſe, vt verus amor, vt labores rebus amicis cum vtilibus, tũm honeſtis inſumant, rapiat & maiori commendationi, ac curæ illorum oblectamenta habere, quàm ea quæ propria ſunt & peculiaria. Merito, poſſunt de ingrato ſilentio Scriptorum huius temporis conqueri, qui cum plura ſcriptis poſſint redigere, niſi de antiquis, vt ſcripta comprobent, mentionem faciunt. Ego verò in votis habeo, prius flumina à naturali curſu defectura, & igneam elementum, è cælis in has terras dilapſurum, prius cælum eſſe futurum ſolidum abſque vllõ motu, terramque vltro citroque ad mundi circumferentiam collapſuram & corruturam, quàm amicis deſiſtam opitulari. Deus nunquam me ſoſpitet, niſi rebus quibuſcunque potero, iis præſto ſim, cõſque par pari ſpero relatuſ, ſicuti ſepiſſime præſtiterũt, cum eorum opẽ mutuatus ſum: meis quidem certe amicis amorem & fidelitatem naçtus. Ab Indis Orientalibus cum aliis nauis diſcedens, poſtquam periculoſiſſima maris effugimus naufragia, in Luſitaniam appulſauimus, & ex mari, maxime arduũ montẽ animaduertimus, qui loco inſignis & gnomonis erat nauicatoribus, mons Syntre nuncupatus. Et in illius ſummitate, aliquid aſpectu ipſo intuentes quod facile non poterat diiudicari, an eſſet domus, aut naturalis rupis, à quodam Luſitano ſciſcitati fuimus, qui nobiſcum erat, quidnam ei hoc eſſet. Qui reſpondit deuotũ & pium D. Hieronymi eſſe monaſteriũ, noſtra Domina de Peçtine vocatũ, quod fanè à lon-

à longè potius Aquilæ nidus apparebat, quam hominum domicilium. Certiores itaque facti hoc esse Templum B. Mariæ virginis, ex naui eam salutauimus & genibus humi curuatis: *Salue Regina*, cœcinnimus, lacrymis, imique singultibus eam exorantes, vt pro nobis ad beatissimum filium intercederet: & cum primum quod in Lusitania detexeramus pecten erat, à promeritis ob nostram culpam pœnis, nos eximeret. Qu'imprimùm portum appulimus, in hoc monasterium meam direxi peregrinationem: quò loci inter alia quæ oculis magis notatu digna conspexi, fuit Alabastri tabula miro artificio elaborata, quæ in magno Altari reponebatur. Cum itaque preces effudissem, ædificiumque fuisset contemplatus, quod structura mirum sanè mihi videbatur in celsissimo atque formidando situm pinnaculo: perhumane benignè à piis Patribus acceptus, in alium huius montis rupis apicem conscendi: oculos vndique cōtorquens, quod sensu visus & obtutus potest comprehendendi, horizontem vsque attingens, perlustrauit. Hinc terra detegebatur, partim montiuga, in cellos sese disfundens scopulos, partim opacis, virefcentibus syluis cooperta, illinc verò amœnissimæ valles, iucundis & lymphidissimis riuulorum aquis macerata. Præterea, conspiciebantur agni fertiles, frigidiuscula flumina, & varia pecora, quæ vernantia gramina depascebant. Postquam terram oculis lustrauit, hanc partem versus, quò meus obtutus penetrabat, ac circumscribatur, deflexi: hoc mare Oceanum contemplatus sum, adeò profundum, adeoque nostris oculis immensum, quo tot tantaque pericula & discrimina exantlaueram, tantaque perpessus fueram incommoda. Inde cogitationibus in labores, qui coram abiiciebantur, percurri, & in tribulationes quæ subeunda restabāt, quantumque à meo desiderio remedium discrepabat. Memet consolari ratus, memoria quietem, qua plurimi fruebantur, defererebam, quam etiam facili negotio possem assequi.

„ Sed quoniam dolor in alterius quiete non conquiescit, nihil illorum me consolabatur, grauiorem autem dolorem excitabant. Quiescens ergo in hac celsissima rupe, mœitis meis curis & anxii solitudinibus adeo apparatus, vt nulla esset in toto cœli cōcauo miseria, quæ in me non haberet locum: mentem erexi, & vitæ æternæ quietem meditatus sum, nouique hæc omnia quæcunque lustraueram, nihil esse ad instar cœli, & memoria repetens quod aiunt Mathematici omnem terræ gyrum ac rotunditatem vna cum mari, ad instar cœli minimum esse punctum, & quod ait Jeremias: *Aspexi terram, eamque vidi vacuum & inanem*: apud meipsum perpensi, siquidem hæc omnis machina, quæ mortalibus ita magna videbatur, cum puncto & nihilo comparatur: quomodo posset fieri, vt eius diuitiæ magnæ essent, cum quantitas in paruo loco magna esse nō possit, percepique quantum aberrēt & pereant ij, qui mundo seruientes aurumq; solidum, & finem pulchritudinis animæ relinquentes, effrænatis appetitibus efferuntur, adeo eos obrepere finentes, ac si nulla ratione ad resistendum essent vallati, absque virtutis memoria, quod sanè ab eo quod naturale vocant, omnino discrepat. Et quemadmodum sagitta in aëre non apparet, sed in terra, quæ finis est quo dirigitur. Ita reor nostras cogitationes in res mundanas nō esse collimandas, sed in Deū, qui finis est, ad quem nostra negotia sunt dirigenda: nam dicitur. *Pone me vt si naculum super cor tuum*. Hac igitur cogitatione detentus, didici, quam intoleranda sit varietas bona caelestia quæ sunt æterna, pro terrenis, quæ sunt caduca, deserere, vidique me hætenus nihil vidisse: & iudicij supercilia capiens, omnia

terrena consumi animaduerti, & quod ait D. Paulus: *Præterit figura huius mundi*: veramque esse Deum diligere, in eum voluntatem atque spei anchoram defigere, eique libenti animo morem gerere. Cum itaque meos dolores lacrymis liquefacerem, quoniam visum impediabant, in hæc verba prorupi! O meæ lacrymæ, quæ me in mei doloris memoria, & recollectione comitamini, quælo à vobis sistite paulisper. Nam in alium locum & in meliorem occasionem vos referuo. Oculos ergo permultum rubicundos, ac defatigatos detergens, eos in ædificium & structuram huius sanctæ domus direxi, quæ mihi ferè cælum in terra videbatur, beatosque hos Religiosos duxi, qui fallacias mundi contentiones, persecutiones, & vanitates à se abdicantes, seiplos in sacrificium & oblationem Deo tradidere, meliusque vtilitati consulentes sese in hunc arduum montem abdiderant, vnde videntur terram conculcare, mundumque iam in cælum adscripti, pedibus contere. Et vtinam tanta felicitate fruere, vt hos vitæ dies in hoc sancta religionis statu possem peragere. Sed quoniam matrimonij iugo & vinculo erā copulatus, quod sola mors potest dissoluere: non illi vitæ potui æmulari, & à Deo remedium efflagitare, vt meam in suo cultu possem prosequi. Hac igitur profunda cogitatione defixus, peregrinum, satis habitu & moribus decorum oculis intercepti, qui peregrinationis gratia in hanc sanctam B. Virginis domum proficiscebatur, & ad me accedens, quamprimum adinuicem salutem reddidimus, agnoui hunc esse virum, quo cum aliis strictam & familiarem amicitiam, conuersationemque inieram. Simulac me complexus est, & detrita vestimenta, quibus induebar, contemplatus, longè ab iis quæ aliis viderat discrepantibus, postquam à me mea infortunia & calamitates intellexisset, & quo pacto in mari omnes meas facultates naufragio amiseram, innumeras multas lacrymas mecum effudit, meis ego etiam non peperci. Itaque vterque vicissim vitæ curriculum patefacientes, progressi sumus, donec ad Templum peruenimus, quod omni cū deuotione intrauimus: voto autem peracto, discessimus ad copiosam & celeberrimam Lysbonæ ciuitatem pergentes, vbi quæcunque mihi erant necessaria suppeditauit, officioque veri amici perfundus est, tempore, quo tanta premebar necessitate: quam si fortassis illic non nactus essem, proculdubio periissem. Et quanuis diuersis in locis separati viuamus, faxit Deus vt nostræ corda, nunquam separentur aut dissocientur: sed vero semper amore fidelique concordia coniungantur. A teneris adhuc vnguiculis, in eo pluribusque aliis magnam familiaritatem inueni, sed nostræ conuersationis nauis fracta, in hoc procelloso vitæ mari, alij armis, alij literis, alij mercimonijs dedere operam: alij autem Religionem professi sunt: ita vt in plures partes diuisi fuerimus, nos amplexantes transtris quæ nobis apposita sunt, & prout nobis etiam visum est. Sed ita in diuersas terras separati, voluntate sumus coniuncti eos tamen viuos memoria imprimo. Nam in veris amicitias quanuis familiaritas & conuersatio pereat, nec amor, nec memoria potest deleri.

De utilitate Epistolarum, quibus amici, sibi adinvicem scribunt, deque traductione Epistolæ, quam Religiosus quidam, ad amicum mittit.

CAPVT XVII.

Um amicitia ratione sunt innixæ (inquit Iureconsultus) ac virtute, effectus quos ais operantur: boni verò amici sunt velut is de quo narras, qui tibi hac in necessitate subuenit. Mirifico ardeo desiderio hanc audiendi historiam, ut fidelitatem huius hominis agnosca, & quoniam hoc in mea patria contigit, pergratum sanè vrbaniatémque mihi fecit. Multa eiusmodi contingere (ait Mercator) quæ enumerare nimis oblongum esset, quorundam mihi perquam familiarium & intimorum amicorum, à quibus nunc magna locorum non autem cordis distantia segregor. Etenim vincula non sunt corporis, sed animi, & literis crebro nos interuifimus: amor enim & humanus animus hoc remedium pro absentibus inuenere, quod sanè admirandum est: nam familiarium literis, verorum amicorum animi oblectantur, corda recreantur, mentes defatigantur, singulis horis quidquam noui ab amicis scitur & intelligitur: qui cum sit absens, literæ præsentem demonstrant: denique literæ sunt amicitia custodes & conseruatrices. Quod præcipuè mihi videre arridet, est amici epistola. Quemadmodum homo cum defessus est ac defatigatus, peamœnum hortum petit, ut animum recreet: eodem modo laborum pertæsus, ut læter, ac recreet, manu honestam ac periucundam amici epistolam capio: & in eam ingressus, tanquam in pulcherrimum fructiferarum arborum frutetum, pulchros & insignes eloquentiæ flores lego & pernoto, sententiarum fructum, sermonésque ex maximo amore propagatos, fidissimamque fidelitatem denotantes, quæ cor mirifico alimento exsatiat: & quo magis literæ ample sunt & copiosæ, eò maiori eas videndi desiderio flagro, potissimum cum quidam amicus, ut aliquid propter eum efficiam, obsecrat, & in hoc verbis dilatatur. Qui magna verborum abundantia (inquit Iureconsultus) ab amico quod postulat expetit, magnam amicitia confert iniuriam, ac si maiorem eloquentia vim non haberet. Eapropter amici ad inuicem petitiones, & supplicationes comunicant, pro ut postulat amor, qui diuturno tempore voluntates connectit. Multum efflagito, eiusmodi virorum literas, quanuis ad me non scribantur, sed sint amici ad amicum alternatim scribentis: præsertim si homines sint religiosi & eruditi. His enim amatorijs verbis quidpiam virtutis & eruditionis intermiscetur. Quocirca Lusitanum mihi amicum hodie rogabam, què in hoc loco Madriti nactus sum, ut pro duobus tantum diebus, quaternionem què ostendit, mutuo daret, qui plurima authographa Epistolarum familiarium stro idiomate Lusitano continebat, quem dixit viliiori pretio venditum, à quodam adolescente Madriti, vbi se reperisse dicebat: & forsan quidam Lusitanus, eum secum gestans amiserat, aut furatus est, nihilque aliud potui scire. Sed quibusdam grauibis Epistolis compositum agnoui, inter Nobiles, & aliis magis familiaribus inter amicos. Legamus quæso (inquit Mercator) quandam harum epistolarum ad amicum missarum: alias, quæ de grauibis materiis tractant, summæ autoritatis hominibus scriptas, omitteremus. Nam cum materia qua de agimus, de amicitia sit, non interrumpetur filum quanuis amicorum literæ audiantur. Et cum ab omnibus obnixè rogaretur, ut aliquam lectitaret: quod ex se ipsa admodum optabat, vnam legere hoc pacto exorsus est,

Adsit tibi semper Sancti Spiritus gratia. Nisi extaret hoc terrarum orbe memoria, iactura quidquam esset intolerabile. Ex quo in hunc locum perueni, magis recordationis & memoriæ, quod vestram piam conuersationem amiserim, quam ipsiusmet iacturæ, excrucior. Initio huius recordationis dolorem, aliquando defecturum existimabam, & tempus suo curriculo penitus dissecurum: aut saltem corrosurum: non tamen ita est, verum vmbra est excelso monte promanans, quæ quo magis aduesperascit, eò in magnitudinem crescit. Verumtamen hæc duæ literæ quas successiuè scripsisti, summopere eam mitigarunt: quoniam bonorum amicorum literæ eiusmodi sunt, ut non solum oculos saginent, verumetiam cor refocillent, & qualemcunque tristitiam subleuent, ut facilius possit tolerari. Quidam hominum in cubiculis imagines & tabulas virorum quos magis diligunt, solent habere, ob remedium & conseruationem memoriæ, ab amore, affectuque procreata: ego verò loco veræ & viuæ tabulæ tuas literas in mei cordis conclauis custodio: reorque inter imaginem & literas hanc esse differentiam, ut imago corpus amici repræsentet, literæ verò animum. Ideò præstantiorem imaginem teneo, scripturam in papyro, quam picturam in tabula. Imago exteriorem ostendit, literæ interiorem: alia formam delineat, alia imaginationes & cogitationes. Inter nos has imagines alternatim mittimus, tu mihi aureas, ego verò tibi mea ferrea. His elapsis diebus primæ tuæ Epistolæ satisfeci, nunc secundæ respondebo, quanuis re verà ita perbreues sint, ut videatur nihil esse, quod responso indigeat. Nescio cur mecum verba exaggerare desideres, quandoquidem non es nescius, quantopere deceat & conueniat, cum amor quo nos amamus, adeo sit alienatus, & epistola, quam nobis scriptitamus, tam paucis verbis complexa. Noui quod expetis, illud est quod semper fuit, nempe sacre Scripturæ operam nauare, quæ sanè mirificum animi est edulium. Quod præcipuè D. Paulus Timotheo commendat, ut videlicet, lectioni incumbat, propter magnam utilitatem, quæ hinc inde deriuatur. D. August. ait: Cū diuinas literas legimus, nobiscū Deus loquitur, cū autem oramus, cū ipso loquimur. Noster gloriosus D. Hiero. ad Demetriadē scribit, ut diuina lectione vtatur, tanquā speculo, in quod animæ pulchritudinē ad eam sequendam & expetendam, & eiusdem animæ deformitatem ad eam fugiendam & euitandam obiciat. Hæc autoritas aliæque eiusmodi, ut verborum diuinorum lectioni inuigilem, impellant, quibus quod scribitur verum est, quod docetur virtus est, & quod pollicetur vita aterna. Nonnunquam Platonem manibus capio, aut alium librum ex humanioribus, ut aliquem Philosophiæ locum videam, ut quandam antiquitatē aut historiam alienam sciam. Et quanuis scriptores sint nostri temporis, non eos renuo, nec asperno, neque idcirco minoris facio, dummodo res fide dignas scriptis redigant. Scio quosdam esse neotericos, qui priscais nihilo sunt inferiores, nisi fide & religione. Quemadmodum qui gemmam in manu Principis intuentur, eam magnopere pretiosam & ditissimam iudicant, etiamsi valorem nesciat: deinceps vero ipsam gemmam, aut meliorem in manu hominis infimæ conditionis videntes, eam vilem minimoque pretio ducunt, cum tamen eadem sit gemma, aut alia maioris pretij, quoniam opinione reguntur ac moderantur, & oculos in rei veritatem ac realitatem nequaquam coniiciunt. Sic sententiam in quodam prisco authore intuentes, quæ sit extra iudicium, eam præstantem censent, nec ulterius perscrutantur: sed in quodam neoterico eam

*D. Hiero.
in epis. ad
Demetri.*

Simile.

eam ipsam, aut meliorem aduertentes, qui apud eos nullam habet auctoritatem, nullo pretio, aut æstimatione eam ducunt, quoniam opinio eos extra iudicium impedit, & affectio spissam nubem iudicio opponit, vt eos discernere veritatem impediatur. Ideo res, nec bonæ, aut malæ videntur, siquidem re ipsa sunt: sed quoniam antiquitas aut nouitas temporis, iuxta existimationem pretium auget vel deprimat: itaque non opinione, quæ sapissime à veritate abhorret, sed ratione, quæ in ratione semper sita est, dirigat, elaboro. Quamobrem alios atque alios auctores, videre, tam antiquos quam neotericos exardeo. Hanc semper probatam sententiam Philosophi comperio, qui dicebat, si mortui legerent, pro viuis teneret: si autem viui non legerent, pro mortuis eos duceret. Nescio quo melius tempus postquam oratione, officioque diuino perfunctus sumus, quam in librorum lectione infumatur: quos Aulus Gellius Magistros vocat, qui semper viuunt, & Titus Liuius fideles factorum, & rerum antiquarum custodes. Hoc sanè non ignorabat diuinus Plato, cum eo moriente libri Philolai Philosophi, qui discipulus obscuri Pythagoræ extitit, reperti sunt. Et ait Seneca, librorum studium esse singulare pro tribulatione refrigerium. Huius rei periculum feci: quamprimum enim periculis exagitor, difficultatibusque inuoluor, statim ad libros recurro tanquam ad alas Dedali, vt è carcere mæstitarum atque ægritudinum possim exire, & in altum volare. Et quantum multis studium permolestum sit obsurdescens lima, quæ pederentim & clanculum complexionem corrodit, credo tamen labores, spontanea voluntate susceptos, non esse molestos, qui verò indolem cum studio degustant, nullomodo studium delibant. Ego verò illud in voluptatem verto, illud est quod delectat & roborat, vt etiã alios oblectat, quibus literarum studium arridet. Ex optimis libris curiosus animus sententias & perutilia consilia depromit, odoriferos & fragrantis flores colligit, quibus ad instar apis, in animæ suæ cellam, dulcissimos mellis fauos sapissime distendit. Nos hoc in collegio, Deo fauente, bene valemus, in pace quiete, ac literarum exercitatione: hortus est Ordinis amœnissimus. De his rebus quas in extremo tuarum literarum scribis tua negotia spectantibus, noli hac auidiori sollicitudine affici, quam in medio cordis reponam. Tuos labores meos esse solos, meum solatium & quietem tuam esse, vnusquisque videt me concupiscere, ac flagitare. Non in eo duntaxat opus est, vt in me te exoneret, cum hac in re te carere culpa non ignores. Ille ipse sum, qui in hunc errorem illapsus, adeo prolixius in eum qui erga me tali breuitate utitur, diffusus. Cum manum calamo admouit vt ad te scriberem conscisior esse putabam, quoniam breuitas tibi summopere cordi est: hæc autem feruens amicitia, meos sermones ita longè vt cernis, dilatauit. Adsit tibi Deus, & in suo sancto cultu tuam religiosam personam conferuet, & in hunc me dignetur introducere.

Declaratur cuius erat Epistolarum quaternio: & quo pacto Iureconsultus nonnullas selegit, vt coram socijs perlegeret.

CAPVT XVIII.



Quamprimum hæc Epistola lecta est, Iureconsultus quaternionem complicauit, ratus nullam amplius legere: Sed Mercator & Medicus eum vt aliam legeret, obsecrarunt. Interim conti-

cescebat Theologas, quid quid enim in ijs contineretur, huiusmodi ignorabat, vt potè earum auctor, nec tamen, vllus eorum qui illic interfuerant, potuit quidquam internoscere. E Lusitania, in hunc quaternionem digestis eas retulerat, in quo præter literas, quod terrarum orbem lustras diligentissimè pernotarat, scripserat: veniensque ex Hispania, secum gestarat, vt quod iudicio dignius comperiret, in hunc redigeret. Ab hinc quibusdam diebus quispiam Madrici subripuerat, quoloci quibusdam negotijs daturus operam, morabatur, & ad se pertinere reticebat, donec trium sociorum sententiam agnosceret. Illis itaque aliam Epistolam videndi desiderio flagrantibus, Iureconsultus eam legere incepit, quæ erat eiusmodi.

Tuis semper animis insit Dei gratia. In maximis meis molestijs ac curis, quæ me magis onerant, cætera reddunt leuiora: quod admodum tua suauis & pia conuersatione priuatus perfero, quæ sanè efficit, vt reliqua quibus exercear minimi censeam. Si tuis mœroribus ipsa ratione velim opitulari, ea maius habent virium, ratioque à sensu deuicta prostermitur. Simulac ex hoc loco diceffi estis, meum gaudium à meipso diffugit: tecum meum corculum misit, quod quidem certè mihi minori iacturæ fuisset, illud perdere, quam te perdere. Has omnes molestias & sollicitudines patior, nec studio Christianæ Philosophiæ adiutus, defatigor. Me meam in cellulam secedo, diuinis literis incumbo, quæ qualis sim tanquam pellucidum speculum commonstrant: videoque quantum distet, quin sim, qualis esse debeam. Tempore, quod mihi superest, concionor, aut studeo, cum ægritudinibus inducias compono: sed ab studio egressus in aciem cum meipso irrumpto, statimque deuincor, quippe nullis viribus quo possim resistere, muniore. Quare diuino officio peracto, maiorem temporis partem studio aut concioni adhibeo, donec mearum obligationum integrum mercimonium impendam. His elapsis diebus à concione ruri habita veniens, celsam & inaccessibilem rupem appuli, circiter horam, cum caliginosæ nubes celsis ex montibus dilatantur. Ex hac rupe ad limpidarum aquarum riuulum descendi, vbi steti, varietatem harum rerum contemplans. Inde cogitatione in tuos labores, & in summam tuæ patientiæ constantiam inuolauit, tuasque aduersitates his aquis comparabam, quæ continuo cursu meant, tuamque constantiam, cum hac firma rupe, quæ nunquam commouetur. Sub his rebus, infinita sum philosophatus, quæ sanè meos oculos in viuas lacrymas redegere. His cogitationibus defixus, eis flumen vulgo Mondego vocatum incedebam, donec Sol radios abdedit, luna verò suos explicauit, nocte humida iam terrena obtegente. Et profunda his diuini S. Pauli cogitatione inhærens, *Conuersatio nostra in cælis est*, eam cum his Psalms Regij coequans. *Statentes erant pedes nostri in atrijs iuis Hierusalæ.* Per pedes affectus intelligēs (qui sunt pedes quibus anima graditur) & per Ierusalem Ciuitatē cælorū æternā, hoc in loco flumen sum cōtemplatus, quæ aquarum profunditate, & argenteo splendoris candore, cum noctis sudo, incredibilis sanè erat malacia, apprimè cælum representans, pretiosissimo coruscantium syderum peripetamine decoratus ac illustratus. Steti paulisper, in meipsum cogitans, hominesque iustos syderibus coequaui. Quemadmodum videbatur, aquis esse conglutinata, etiam si cælo starent: eodem etiam modo cum aspectu ipso exteriori cum his corporibus in his terris diuersentur, cordibus tamen in cælis sunt connexi. Ad hanc cogitationem tem-

Philipp. 3
Psalm. 121.

pus applicabam, donec hospitium petij, quo loci tuam
 accepi epistolam, qua duo à me petis: primo quo
 verba Ecclesiastes deprompta intelligantur, *Cor sa-*
pientis in dextera eius, & cor stulti, in sinistra illius.
 Alterum verò quæ sibi velint hæc tria poma, quæ Gē-
 tiles dicunt Herculem semper secum gestare solitū.
 Et ut paucis verbis rem perstringamus, neque in his
 tempus insumamus, hæc sunt pro prima quæstione.
 In sacra Scriptura, per manus, opera intelligi, ut te-
 statur D. Augustin. lib. de sermone Domini in mō-
 te cap. 24. & in Epistola ad Fortunatianum. Et ita
 intelligitur quod ait Salomon in Prouerb. *Da ei de*
fructu manuum suarum. Et D. Iacob. in sua canonica,
Expurgate corda duplices. Per dexteram bona opera
 in gratia facta intelliguntur, quæ fidei vitam tribuunt,
 & per sinistram mala in peccato patrata, mortua ut
 mereantur, viæ verò ut condemnentur. Cor est sa-
 pientia: arca. Cōforme illis quæ Salomon ait in Pro-
 uerbis, *In corde prudētis latet sapientia.* Ergo verus
 sensus verborumque Ecclesiasticis interpretatio est ut
 bonus bene utatur scientia quam possidet, malus ve-
 rò perperam. Iustus cui honori est eam mereri, mag-
 nis quam possidere, quidquid scit in bonis operibus
 impendit. Iniquus verò qui meritum nihili putat, sed
 valori attendit, eam alijs impietatibus usurpat. Qui
 conscientiam priuato cōmodo anteponit, cor (quod
 scientia vas est) in dextera locat, qua virtutes intelli-
 guntur, qui autem priuatum commodum conscientia
 præponit, in sinistra ponit, qua vitia intelliguntur.
 Sacra Scriptura hoc in loco hominem iustum sapiē-
 tem vocat, impium verò ignarum. Nulla enim ma-
 ior est scientia, quam se saluum facere nec maior in-
 scitia quam perditioni ansam præbere. Vnusquisque
 scit quantum operatur. Scriptura in libro Sapientia
 denotans in extremo iudicio, terra mare, aliasque
 creaturas iussu Dei aduersus peccatores dimicaturas,
 ait. *Peccati enim illi origo terrarum contra insensatos.*
 quare manifeste impios insensatos & ignaros vocat.
 D. Paulus de illis ait in Epist. ad Romanos. *Obscura-*
tum est insipientis cor eorum: putant enim se esse sapien-
tes stulti facti sunt. Quod ait Salomon in Ecclesiasti-
 co iustos facere, iubet Iesus Christus ut id præste-
 mus, cum ait apud D. Lucam. Sint lucernæ ardentes
 in manibus vestris: ac si diceret. Adite bonis operi-
 bus scientiam, æquanimiter attendite quod opera-
 mini & eodem modo quo intelligitis operamini. In-
 tellectus vas est luminis, & lucernæ ardentes optima
 sunt ingenia, quæ præmanibus sunt habenda, quæq;
 sunt opera. Tunc enim perutilia sunt, cum virtute
 concomitantur. Quod ait Propheta David, *Inelle-*
ctus bonus restit operantibus: denotat ijs, qui tenent
 dextera, qualia sunt bona opera. Scientia absque o-
 peribus, stomachus calore naturali vacuus, ut diges-
 tionem conficiat, quæ inflat, & nihil prodest, ob-
 durat & corrumpit, neque alimentum suppeditat.
 Vnde fit, ut dicat D. Paulus, *Scientia inflat, charitas*
verò disciat. Scientia & opus eiusdem debent esse
 conditionis, eiusdem coloris, eademque amissi meti-
 ri. Hoc est cor habere in dextera, quod mihi videtur
 quantum ad primam quæstionem.

Nunc ad secundam respondebo, de tribus Her-
 culis pomis, quod exquiris. Cum essem aliquando
 Romæ, vidi statuam Herculis in Capitolio, quæ illic
 videtur, pro Tropheo, & temporum Antiquorum
 exuuijs remansisse. Pelle Leonis induta, cum claua in
 dextera, & tribus pomis aureis in sinistra Prisci mul-
 tis in locis eum sic depingebant: dicebant enim eum
 hortum Hesperidum intrasse, serpentemque illius
 euitodem interemisse, & hæc tria admirabilia poma
 legisse, quæ nunc etiam pro nota & insignio manu

gestat. Antiqui per Herculem omnem hominem
 strenuum & heroicum intelligebant, qui res arduas
 & difficiles perscrutabatur, ut ad aliquid promouere-
 tur. Per Leonis pellem, v. n. & animū notabant, per
 clauam doctrinā, & sciētā, quibus fauore diuino tria
 poma adepta fuere, quæ sunt virtus, huius vitæ fame,
 & gloriæ in alia immortalitas. Hæc sunt præstantis-
 sima poma aurea, inestimabilis valoris & admirandæ
 pulchritudinis: sed latet Anguis, qui continuo niti-
 tur, ut nulli ea decerpere patiat. Et hæc tentatio
 est fraudulentæ & pestiferæ vanitatis, qua diabolus
 conatur nos intricare, & impedire, ne hæc tria his
 tribus pomis aureis designata pertingamus. Et ut
 ea consequamur, hunc serpentem vincere necesse
 est, eumque pedibus conculcare, magnaque firmi-
 tate & constantia de illo triumphum reportare. Hoc
 adeo peruetus est in mundo ut diabolus per serpen-
 tem signetur, cum nos blanditijs & adulationibus
 fraudat, ut initio quo Euam seduxit, in figuram ser-
 pentis est ortus. Hæc est vera interpretatio, & ana-
 logia trium pomorum aureorum, quam expetis. Nihil
 reitit quam serpentem atterere, qui nobis obeest, ne
 hoc pacto ea carpamus. Dialogos quos petis ad te
 misi. Et quantum ad id quod epistola dicis me non
 perculsum quod tua opera volando prodeant, tan-
 quam apes flores quæritantes, quos ex exteris & re-
 motissimis locis detuli, ut hoc præstantissimum mel
 in huius nostræ nationis horto, tabulam imaginis
 Christianæ efformando, quam ingenij mei penicil-
 lo exaravi. Laudes, inquam quas meis operibus tri-
 buis, manant, non à merito, nullum enim est, sed
 quod amoris in eos oculis contempleris, quæ ma-
 iores quam sunt, tibi ostentant: quanuis non sim
 nescius, alios eas liuoris oculis perspicere, quorum
 sanè misereor. Multa hic forent dicenda, Sed iam
 nox humida præcipitat. Opem tibi præstet Domi-
 nus nolter, meque ad meam reducat, & ab inani-
 bus appetitibus dinoueat. Amen.

Hæc perlecta Epistola, aliam rursus relegere, quæ
 sic se habebat. Adsit tibi sancti Spiritus gratia. Nu-
 diusertius tuam accepi epistolam, quæ me magna
 oblectatione affecit, & non minus nouitate. Nam ut
 rerum mundanarum priuatio, quendam stuporem
 parit. Iamdudum huc me contuli, nec amici mei
 meminerint, ita ut rebus nullum eorum fuisse qui tã-
 tulum haberet memoriæ. Si ergo tibi extempore non
 respondi, fuit non ob charæ voluntatis defectum,
 sed temporis, quod si posset venundari, mihi que per
 fortunas liceret, auri sanè pondere illud mercarer.
 Et si hæc occasio coram te minimè sufficiat, saltem
 sat erit ut à te veniam petam, meque pœnam deme-
 reri agnoscam: nam inter nobilia corda, multa ma-
 la, paucis istique bonis sermonibus retunduntur. Et
 licet oculis ipsis non te queam dignoscere, tamen ob
 tuorum virtutum famam te noscito, quibus salè iam
 infudisti, mundi negotia relinquēs, te in hunc locum
 solitudinis abdens, ut pacifice & tutissima quiete vi-
 ueres. Quod tam perbelle concinnum & moderatum
 est, non admodum dici, aut exprimi potest, nisi quod
 in ratione diuini amoris igne fuerit fabricatū. Mun-
 dus nolter est inimicus, & necessariū est ut ab illo fu-
 giamus, nam pater nolter D. Hieronymus, alio in lo-
 co ait. Fugere vincere est, & cōtra sequi vinci est. Ita-
 que velle hoc in mundo quietem sperare, puræ pro-
 culdubio sunt dementiæ. Cū homines ad mundi nor-
 mam adscripti, rentur visu iam penetrare quietem
 quam expetunt, & fallaces ac blandientes spes, quas
 pollicetur mundus, ad eos ita propius accedit, ut di-
 gito ferire videatur, omnia vela tendit, omnes ramos
 admouet, donec penitus euanescit, quoniam mun-
 dus

dus suis veram laborum spem tribuit, quietis verò tantum visum. Ad eò ingratus est & iniustus, ut passim ubi maius est viuum meritum, præmium magis est mortuum. Supputat sine calculis, ponderat sint vlnis: sed qui eum confectantur, nondum planè illum agnoscunt, quoniam seipsos etiam minimè noscunt. Memoriam proditum est, antiquitas in Insula Cretæ, (quæ nunc Candia vocatur) Labyrinthum extitisse, quo plures intromittebantur, nullus autem exibat: adeò enim erat intricatus atque difficilis, cum inexplicabilibus viarum ambigibus & fallacijs, ita ut cū quis viam egredientem, & ad exitum perducentem se reperisse putaret, tum in nouū ingressum, & prioribus multò difficiliorem experiretur, & inter labyrinthi fallacias moriturus intercluderetur. Verum strenuus Theseus aditui filium annexum deferens, & intromissus, labyrinthum penetrauit, & Minetaurum interficiens, egressus est filium manu tenens, magnam gloriam sibi peperit. Et licet hoc fabulosum videatur, celsam philosophiam habitu historiam fictitiæ amictam, reor. Hic labyrinthus mundus est, fraudibus, & infelicitatibus plenus, quò homines grediuntur, nec versutiarum & technarum exitum attingit, illicitis rebus intricati, vanis desiderijs abusi, inanius solatijs annexi, ipsorummet obliuiosi, crapulam vitiorum exhalantes, & denique deprauatis appetitibus delitescentes. Ij solum ex hoc periculoso labyrintho exeunt, qui ipsorummet cognitionis filo insistant, corpus esse mortale & momentaneum addiscunt, animam verò immortalem & æternam, infiniti boni capacem, pro cælo creatam, quæ patria cælestis propria est illius mansio & domicilium, isthic verò verum exilium. Et hac suiipsius cognitione, crudelis Minotaurus victus est, qui proprius est & deprauatus appetitus, mirifica cum victoria è mundo egrediuntur, solitudines quæritant, modò per otium eis liceat, ubi Deo seruiunt, à mundi solitudinibus, aquaque illius falsa vacui, alijs suauitatis & aquæ dulcis cogitationibus animæ proficuis inhærescentes. Hoc filo ductus, ab his labyrinthi mundani ambagibus egressus est, tæque Deus ad hanc tranquillam, pacatamque domum reduxit, ut illic ei obsecundares, & ab eo tertium tuæ vitæ extremum reciperes. Commoror in hoc Bethlehem, quibusdam in rebus tibi morem gerere exardescens, & quæcunque tibi grata & iucunda esse cognoro, alacri animo exequar. Quod obnixissimè à te exoptulo, est ut in deuotis orationibus & precibus, cordi tibi sit me magna cum efficacia Deo commendare, ut peccata mea quæ patraui condonet, nèue manu mea desideria relinquat, sed meimetipsius pium horrorem & odium concedat, meque velut errantem ouem suis humeris deferat, & in hunc arduum visionis diuinæ montem reducat, quò te dignetur introducere, ac in suam gratiam conseruare, ut te in suam gloriam adscribat. Nondum hanc Epistolam legerat Iurisperitus, cum alij ab flagitarunt ut hanc alteram sequentem legeret. Quod præstare pollicitus est, dummodo alijs perlegendis finem imponeret. Erat autem huiusmodi.

Adsit tibi, tuæque animæ S. Spiritus consolatio. Accepi tuam adeò perbreuem epistolam, quam in hoc quod denotas prolixam, & amore quo eam scripsisti. Quauis autem quibuscunque rebus alijs tuis obsecundare votis cupiam, non tam impræsentiarum efficaciam, sed aliquanto longius filium extendam. Et si meæ orationis conuersationisque desideria, ita firmas in tuo corde radices egere, ut solatia à me defecerunt, cum tua sim orbatu & alienatus: non dubito, quin meorum verborum prolixitas & exuberantia, tanto

gaudio & voluptate afficiat, quam tuorum breuitas, mihi molestiam & solitudinem peperit. Ais quosdam aduersarios atque inimicos in te irrupisse, iamque tuam famam denigrare, modis versipellis cepisse, qui tui honoris splendorem ac lumen consopire atque extinguere moliuntur, tæque in dies infinitis curis & angustijs excruciarunt & excruciant: nõ idcirco vllomodo obstupesco. Etenim virtus semper æmulatoribus atque inuidis agitatur, famaque illustris absq; infinito labore nequit obtineri. Quemadmodum ferrum non ad operam idoneum esse potest, nisi malleorum ictibus percutiatur & feriat, ut in massam redigatur, ferumque percutiendo, illud perpolitum & nitidum reddimus. Ita nullus nitoris vas, inclytarumque virtutum receptaculum esse potest, ad hæc perpetuam famam pulchritudine decorari, quin infinitis, arduisque periculis & discrimibus concutiatur. Ærumnæ æquanimiter toleratæ, modi sunt quibus gloriam cælestem adipiscimur. D. Paulus ait, nos esse hæredes Dei, & hæreditatè feclicitatem esse æternam: & quoniam terræ hæreditas hac conditione atque onere paratur (ut aiunt Legum Interpretes) cum sic caduca & momentanea, quanto magis cælestis, quæ immortalis est, & æterna? Onus quod nobis imponitur ut eam acquiramus, infinitis tribulationibus atque afflictionibus ob amorè Dei passis plenum est, cum magnanimo & constanti animo. Illud dicebant Apostoli ut narrat D. Lucas in Actis Apostolorum. *Per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum Dei*, non quod hoc intolerandum sit onus. Et licet impij totis viribus, ut aliquam nostram vitæ maculam aut turpitudinem impingant, enitantur: nihilominus Deo annuente spero vires eorum effracturas, quominus deprauatis atque flagitiosis desiderijs satisfaciant: eosque iniurias passuros, te autem honore cumulaturum, eos victores autem futurum: quæ victoria non armis humanis sed diuinis paranda est: in qua omnem spem & desiderium confirmes, non autem in salutis clipeum, sed in quinque David lapides, quinque inquam vulneribus Iesu Christi Dei nostri: qui strenuum pastorem animans & cohortans superbium Goliath interemit, temerariamque blasphemiarum audaciam prostrauit, baculo adhærens quæ Crux est, quam amplecti, eique inniti oportet. Hic est gloriosus baculus quo Patriarcha Iacob, è domo paterna in longinquas regiones discedens, infinitis afflictionibus diuexatus, & ab Esau persecutus, rapidissimas Iordanis aquas transuaduit, quæ sunt huius vitæ molestiæ ac egritudines, de quibus ait Psalter Regius. *Torrentem pertransiit anima mea*. Hæ sunt maris aque salubres ac amare, sacratissima Redemptoris nostri Crucis dulces effecte in quo omnis nostra spes firmanda est, cum Propheta dicendo, *Domine protector vite mee, à quo trepidabo?* Et cum D. Paulo. *Si Deus pro nobis, qui contra nos*. Huius rei conclusio est quod ait Redemptor noster, per D. Mattheum eius Chronographum, & Euangelium quartum, *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere*. Ita fecere D. Hieronymus, D. Athanasius, D. Ioan. Chrysostom. & complures alij sancti, qui populi Christiani flores, & fulgentissima sidera, iniuste fuere calumniati, ac persecuti. Sed mundo spem non affigentes, nec cælorum viam sternentes, propter flagitiosorum amorem, in altissimum Deum tanquam ad firmissimum atque munitissimum propugnaculum confugebant, in eum spei anchoras defigentes, qui opem & subsidium receperunt. Eorum emulatores atque inuidi technis & fraudibus, quos literis ingenio, virtutibusque videbant inæquales, conabantur, destru-

Rom. 8.

Act. 14.

Psal. 68.

Exod. 25.

Psal. 62.

Rom. 8.

Matt. 10.

detrudere, atque deprimere: Præclaram famam eripere moliebantur, vili abiectaque ingratitude opera tanto præmio, & remuneratione digna persoluentes. Verum cum nec virtutem, nec scientiam, nec animi constantiam, nec verum atque immorturum decus, quod in falsi atque caduci contemptu consistit, poterant auferre, nihil auferabant, neque obstare villo pacto valebant, imò honore afficiebant, sibi ipsis dedecus retorquentes. Et cum decus viris probis obliterare suspicabantur, & profundis obliuionis tenebris obruere: hoc ipso eam propalabant, decorabant, famaque & splendore illustrabant, quæ posteris, imò æternitati commendabitur. Quauis autem homines inuidia compulsi, virtutisque inimici, eos qui veri sunt thesauri, atque diuitiæ supremi Dei, dissipare, atque labefactare niterentur, eorumque famam, in perpetuam voraginem intruderent, quorum nunquam extet memoria: virtus tamen eam detegit, eamque extollet, sempiternæque hominum memoria consecrabit. Inde colligo etiam falsi testes tibi totis conatibus aduersentur, & in te irruant, pomumque discordiæ ac diuisionis iniiciant, de qua Paris iudex fuit, in Troianorum excidium, si tamen bono parientique sis animo, atque strenuo, teque in optimum Iesum Christum verum subsidium despectas, eius voluntati adhærescens, tibi nequaquam possunt esse impedimento. Etenim licet vitam deleant, & articulatim tuam famam diserpant: hæc omnia sunt exteriora. Sed cum vos nec animi bonis orbare, aut spoliare possunt nullo proculdubio modo possunt officere: vt ait D. Ioannes Chrysostronus, Nemo leditur nisi à seipso. Muniris patientia, labores diuturno tempore speratos ac expectatos suscipis: eodem tribulationes in dies amplius confirmant: Salamandra es, quæ in afflictionum flammis enutris. Flecte oculos in Iesum Christum crucifixum, iniurijs affectum & persecutum, omnesque tuæ molestiæ ad instar immensi Oceani aquæ guttula apparebunt. Quantumuis magna incommoda & tædia obiectet mundus, feruore ac deuotione orationis, sacræque Theologiæ studij suauitate quæ Medicina est animæ, conualecant. Galeni medicina est vt corpora curentur: hæc verò vt animæ purgentur. Hæc est philosophia Christiana, vitæ dux, magistra vitæ, quæ vt ambas manus rerum humanarum patientiæ & tolerantie annectamus, demonstrat, vtque otium turpium & obscenarum cogitationum dissipatorem fugiamus, expergeficit, manusque honestis ac sanctis exercitationibus admoceamus, falsos mundi honores temnamus, versipelles voluptates, mundum etiam adeò inconstantem ac variatum teneamus, velut nullo firmo tutoque fundamento adminiculatum: denique vt in Deum corda & cogitationes deuocemus, nostrarumque voluntatum firmam & perpetuam oblationem addicemus. Et licet omnes ad hæc omnia adimplenda sint obnoxij, maiori adstringimur obligatione, ob habitum Monachorum, Sacerdotum & Prædicatorum quem gerimus: nos enim sumus sal terræ & lumen mundi & respectu aliorum, tanquam nix ad instar picis, tanquam pastilli, & electrum ad instar sulfuris, & tanquam cælum ad instar terræ futuri sumus. Fortes sumus vt vincamur, humiles vt aspernemur: vt non solum concionibus, verum etiam vita & exemplis proximum ædificemus, & ad amorem, timorē cultumque Dei cohortemur. Meminerimus nos esse sancti Sacerdotis & Euangelij Concionatores, Legati & Antesignani, phialæ excellentes aquæ præstantissime eius doctrinæ, populi horologia, itinerum ductores, bonorum dispensatores thesaurorum gratiosos, facē quæ splendorem & lumen ceteris impartitur, & fontē quo

cuncti bibunt, & aquas exhauriunt. Hæc omnia in memoriam reuocantur, non vt à me perdiscas (hoc enim esset velle aquilam docere volare vt fert prouerbium) sed sicut Dux Milites verbis ad prælium inflammet & stimulet, quauis eos esse sine tuba promptissimos & paratissimos non ignoret, pugnandi flagrantem atque exardescens: sic quauis non sim nescius te animo non patientia, constantiaque in virtute indigere: in tuam tamen memoriam illud reuocabo, vt tibi officio amici præsto sim: & quoniam tecum agere mihi summopere arridet, quauis te præsentem non possim, saltem absente mihi liceat. Domino nostro te in meis indignis orationibus commendo, teque per charitatem obsecro atque obtestor, idem pro me in tuis efficias, quæ multo erunt Deo gratiores. Eum ne roges vt terrenum solatium mihi tribuat, non enim illud expeto, sed vt meos oculos in lacrymarum diluuium commutet, æternamque ipsius memoriam tribuat, vt res mundi viles atque abiectas obliuioni tradens, rationis norma verum cæli tramitem insequar. Satis hæc dicta sint, nisi vt Dominum nostrum deprecemur, vt in aduersitatibus ac ærumnis patientia roboret, & in suum sanctum cultum an numeret. Amen.

De disputatione, scilicet, quid sit excellentius, an Medicina, an Ius Ciuile.

CAPVT XIX.

Lurimæ alię in hoc quaternione literę continebantur, cum Latine, tum vulgari idiomate, multaque Sanctorum & Philosophorum sententię, antiqua Epitaphia, innumeræque antiquitates, quæ omnia in alium diem dilata sunt. Quisque igitur opinionem sub literis denuo perlectis referens, ait Mercator. Hic Pater Lusitanus, qualiscunque sit, literarum (vt arbitror) & studij amator est. Sed ad quid proderat in hac vltima de Galeno loqui, qui fuit Theologus? Quæ proportio, quæ sympathia est Medicinæ cū Theologia? Maxima (inquit Theologus) quoniam vtraque medicina est, vna corporis, alia verò animę. Adde quod Medicina philosophia est naturalis, quæ admodum ad Theologiam confert. Et ait D. Thom. in prima parte, scientias Theologię esse captiuas & pedissequas. Nihil disceptandum est, nisi Philosophos Gẽtiles (quorum vnus fuit Galenus) multa admodum vtilia edidisse, non solū quantum ad rerum naturalium cognitionem, sed etiam quantum ad eas quæ ad mores spectant. Ait D. Augustinus in 2. lib. de doct. Christiana, tales velut iniustos possessores esse usurpandos, vsuque nostro applicandos, vtilitatemque ex præstantissimis rebus quæ protulere, & ex magnis erroribus in quos decidere, quos turpissimos sanè iudico. Non loquor de his Philosophis (ait Mercator) sed de Medicis & huiusce temporis Medicina, quam tolerabilem non autē necessariam censeo. Vbi maior est Medicorum numerus, ibi etiam plures sunt ægroti: quodque mirū est, inter se dissentiant & contendant, imò ad inuentionem vsque proprię artis tergiuersentur. Mihi videtur (quoad ingenij acies intueri potest) Medicinam, inuentionem esse nouam, & antiquitus cum homines magis ratione quā opinione moderabantur, nulli erant Medici. Homines optimo regimine conualescebant, & remedijs, quæ aliorum, qui sanati fuerant, didicerant, quæ ad Medicinam salubria esse sciebant. Sic arbitror (inquit Iurisperitus) nam quauis

uis Medicina vterentur, Medicis tamen non vtebantur: & medicinæ erant simplices absque vlla mixtione, remedia verò trita, & perutilia. Memini me in quodam ex recentioribus authoribus legisse, nullum Medicum, insignem aut præstantem vnquam fuisse notatum, etiã si multos curarit, nisi ignari & hebetis vulgi opinione. Videtur mihi Medicos esse ingentes aneas statuas, qui exterius quandam grauitatem ostentant, & faciem, quæ magnam rerum scientiam singularemque cognitionem pollicentur, interius autem sensu carent & sunt futiles. Penitus perhorresco (ait Medicus) errorem à vestris vtriusque auribus adeò turpè percipiens. Non ex tã præstantibus vasis, liquores adeò fetidos manare existimabam. Statim atque in Medicos debacchatus es, rebar sanè te iocari, nunc autem vidè te seridè loqui. Mihi sanè vitio vertendum foret, nisi tuus erroribus responderem. Cùm ais Medicos in inuitore Medicinæ tergiuersari: non hoc tolerandum est: siquidem compertissimè est omnes comprobare Apollinem aut Esculapium eius filium extitisse, qui apud Gentiles dii habiti sunt. Etenim Medicinæ res est adeò eximia, & ardua, vt inuentione ijs, quos pro dijs adorabant, tribuerint. Quod ais esse nouam: imò vos ipsi estis noui: est enim tam antiqua, quàm sunt antiqui, qui eo modo quo tunc vtimur inuenerunt. Acron Medicus Agrigentinus, antiqui Empedoclis discipulus, qui ante Hippocratem fuit, de Medicina librū edidit, vt narrat Suydas. Hippocrates Medicinæ lumen antiquior Aristotele fuit, vt ait Galenus libr. 1. de natural. facultat. Epicharmus Pythagoræ discipulus commentarios in Medicinā scripsit, quos Raphaël Volaterranus in Bibliotheca Vaticana vidisse testatur, quæ quidē antiquitatu est thesaurus. Horus antiquus Ægyptiorū Rex, magnus fuit Medicus, & peruetus ille Podalyrius & Macaon. Videte quantū distet à virtute opinio, quam affers de Medicina, cùm eam nouam appelles, cùm nihilominus omnium rerum antiquissimam esse constet. Præterea quod ais te legisse in quodam recenti authore, Medicos non esse probatos, licet multarū curarum & sanationum experientiam habuerint: non cum illo magnum agam commercium: est forsā vnus ex ijs quorū opera potius quàm ij moriuntur. Tanto lucidius ostendam, luceque meridiana clarius, quod ais esse omnino falsum. Narrat antiquorum historiarū, & refert Cælius Rhodig. libr. 13. Lætion. antiquarū, cū Athenis grauissima pestilentia grassaretur, & innumera hominum multitudo passim interiret, Medicus Acro, ignibus quos in Ciuitate faciendos curauit, eam propulsauit. Critobolus eximius Medicinæ Magister, ab oculo Philippi Macedonum Regis telum extraxit, nullaque macula, aut deformitas faciei visa est: hacque curatione famam nominis immortalē sibi peperit. Ita narrat Q. Curtius libr. 8. de Alexandri historia, & Plinius libr. 7. natur. histor. Magnus & excellens Medicus Erasistratus, arte Medicinæ, occultum & obtrusum Antiochi filij Regis Ptolomei morbum agnoscebat, quem nolebat aperire: quippè qui ab impudico amore quo in Stratonicam nouercam æstuabat, manaret, vt narrat Aulus Gellius libro decimosexto Noct. Atticar. & Pontanus refert in sua Philosophia. Et ait Plinius patrem ei fuisse centum Talentum elargitum, quæ iuxta Budæi supputationem sexaginta millia scutorum faciunt. Antonius Musa, Augusti Cæsaris Medicus, de quo Horatius in li. 1. Epist. facit mentionem, tanto artificio eundem Imperatorem à graui morbo sanauit, vt Romana ciuitas ei Statuam prope illam Esculapij erexerit: testis est huius rei Suetonius Tranquillus in vita Augusti. Fateor quosdam esse medi-

cos nullius valaris, orationeque ieiunos & alios, peruersos & flagitiosos, qui malè Medicina vtuntur: non autem decet, vt impij alijs merita præripiant. Aliud est Medicinam, aliud abusum obiurgare. Scientia eò præstantior est, quo præstantiori constar subiecto, & vt Medicina pro obiecto hominem habet quem sanat, qui omnium animantium est excellentissimus, perspicuum est, eam permultis alijs artibus antecellere. Quod autem ais, in Medicina nihil opus esse experientia, hoc absurdissimum errorem iudico. Quocirca, licet experientia sit utilis, quis est quin videat, fatius fore si literis arte ac scientia polleret, vt res per principia & causas sciat, nò autem per se? Porro vt ait Aristoteles, Scire est per causas cognoscere. Verum teruntur verba, opiniones quæ nullo constant fundamento, retundens. Sed quid opus est verbis cum D. Lucas Euangelista fuerit Medicus, & D. Paulus tanquam Medicus Thimothæo consulit, vt ob stomachi debilitationem, continuosque & quotidianos morbos modico vino vteretur. Ad hæc Iesus Christus Redemptor Noster Medici officio functus est cæcum sanans, vt testatur D. Ioan. & mulierem, quæ a pluribus annis morbo laborabat, vt narrat D. Marcus, pluresque sanationes fecit, quarum in Sacro Euangelio mentio fit. Et cum Medicina, adeò antiqua, certa, & præstans sit, non aberrat Pater cum Galenum Medicorum Principem adducit. Sed si quisquam error obrepserit, hoc fit cùm Ius Ciuile tantopere prædicas, quod tanto ardore & studio profiteris: quippe qui quotidiano vsu comprobetur Iureconsultos studio gloriari, magis vt petitionibus detineantur, & per fas & nefas diuitias glomerent, quam ob Reip. utilitatem. Non igitur abs re Anacharsis leges aranearum telis comparat, quæ muscas & minuta animalia implicant, maiora verò eas dirumpunt & penetrant. Ita narrat Valer. Maxim. libr. 7. Brusonius in 3. quanuis Lærtius hanc sententiam Soloni Salaminio Atheniensium legiflatore tribuat, & Plutarchus Zaleuco, Locrensi legiflatore, & forsā hi omnes eadem fuere sententia. Et quanuis hoc satis superque sit, videmus tamen quotidie, quemque Iureconsultorum legem ad utilitatem & lucrum interpretari, præsertim si obscura sit, talem formam aut figuram, quæ illis videtur tribuunt, illorumque nutu & voluntate illam loqui faciunt. Hæc sunt prauæ conscientie lucra, quæ cupiditatis puluere, avaritiæque artibus, optimos Reip. mores permutant, murorque iustitiæ funditus delent. Et cùm docti homines inducias cum vitijs firmare, difficile est, vt ignari cum virtute pace potantur, qui à Procuratoribus illusi, bona imò sapè conscientias perdunt. Aneas Syluius (qui deinceps fuit Pius II. vocatus) ait clientes esse aues, subsellia nidos, Iudices retia, Procuratores verò & Aduocatos venatores. Quasi diceret, vt venatores aues in nido retibus capiunt, eodem modo Procuratores in subsellijs cum iudicibus clientes venantur. Quid amplius restat, nisi D. D. Petrum de Lusitania, quæ Lusitani Iustum vocant, sciens Aduocatos lites procrastinari, iussit vt suo Regno omnes expellerentur. Ita in eius Chronica legi, qui pro re certissima, verissimaque recenset. Quamobrem cùm Medici homines sanitati restituant, & Iurisperiti eorum bona consumant ac decoquant, perspicuum est alios alijs esse vtiliores ac præstantiores. Nulla culpa (inquit Iureconsultus) in quo homines studio quodam moti, quendam excusationis modum non querant, nullusque error est, quin pro peccatis quendam habeat tutorem. Non ideo mirer, quod vltro citroque Medicinam collaudes, siquidem eam profiteris. Fuerunt etiam qui culicem, crocodillum, febrem quartanam,

& alia

Coloss. 4
Ioan. 9.
Marc. 5.

& alia id genus laudauere, quæ cum laudibus sint indigna, ea nihilominus extulerunt, libros sæpissime his nugis ab omni proposito alienis onerantes. In hoc voluerunt eos imitari, qui Romano more pingunt, qui cartam eo quod delineatum fuit replentes homines cum rosis intermiscunt, & flores cum figuris, aliud incipiunt aliud perficiunt, & exaggerando verba, victores fieri putant: sed statim veritas denudatur, triumphansque remanet, vt spero ex tempore futurum, tuis rationibus præfactis, quàm demissa & infima sit Medicina, & quàm ardua sit scientia Iuris, patebit. In primis, cum ais eam ita esse certam, vt omnes consentiant, eorum inuentorem vnum quæ Gentiles inter falsas Deorum superstitiones adscripserunt, extitisse. Loquamur inquam præcipue de opinionum varietate, qua Medici, quoduis morborum genus iudicant, qui cum vt visant ægrotum arcessantur, mirum sanè est si eadem opinione coherant. Imo ad inuentorem vsque illorum Medicinæ, quo probare niteris eam esse certam, eius incertitudo, probatur & asseritur: siquidem vt tu ipse fateris, alij dicunt fuisse Apollinem, alij Esculapium. Ita vt ipsi Medici de Medicinæ inuentore tergierentur. Præterea, quod de antiquitate profers, hoc de Medicina simplici intelligitur, quæ experientia, bonoque regimine constant, non eam antiquissimam esse, inficiamur. Quam dicimus esse nouam, illa est, qua hoc tempore vtimur, mixtionibus compositionibus, & differentiarum varietate, rebusque alienis & omninò periculosis, & ij qui ea relictis simplicibus pharmacis & cognitis vtuntur, comparo ijs qui aduenas in ciuitates admittunt, quorum nullam habent notitiam, minusve experientiam, bonos vero & legitimos, qui eos vtantur, propulsant. Quod ais insignes medicos extitisse, non inficio: sed rebus leuibis & probatis curabant, & optimo regimine multum ab huiusce tempestatis Medicis discrepante. Quoniam quod affers, Medicinæ subiectum est, ostendit quantum sit demissum & infimum, eius enim subiectum non est homo, in quantum homo, sed in quantum ægrotus. Nihil ad rem facit cum ait, Diuus Lucam fuisse medicum: imò potius te condemnat, quandoquidem simulac Evangelista factus est, Medicinæ corporalem artem, vt spiritualem profiteretur, deseruit: & hæc Medicina, qua Diuus Paulus Timotheo vtendum consulebat, vides quam facilis fuerit, cum nisi in modicum vini bene diluti bibendo consisteret. Præterea curationes à Deo factæ, miræ sanè erant. Talis fuit illa quam adduxisti, de muliere, quæ cum simbriam Iesu Christi tetigit, subito conualuit: quantum iuxta Euangelium, duodecim annorum spatio grauissimo morbo detineretur, nec vnquam, ad pristinam valetudinem potuerat peruenire. Quandiu nummata fuit, spes magna de illa concipiebatur: simulac verò nihil quod daret superfuit, ab omnibus derelicta: Pecunijs falsas spes mercabatur, inopia verò eas reiecit & in alias non mediocris valoris commutauit: quippe qui eas in Iesu Christo ce-

lesti Medico constituens sanata est. Felix igitur est necessitas, quæ vt pro perfugio & remedio verum ac viuum fontem perscrutemur, subinuitat.

* * *

De Medicina inuentore, de Iuris Ciuilis laudibus, & quidnam sit excellentius, amare, an amari.

CAPVT XX.



Is omnibus (respondit Medicus) facile erit respondere. Dico in primis Medicinæ inuentorem fuisse Esculapium, quo pleni sunt omnes libri, & hac in re cum antiqui tum recentes consentiunt. Primum antequam vterius progrediaris (inquit Iureconsultus) locum huic rei accommodatum afferre patiaris, postea effers quidquid volueris. Antiqui Philosophi Gentiles, per Apollinem, solum Deum totius Vniuersi Creatorem intelligebant: per eius filium Esculapium, Tempus, & quidquid consumit, ac atterit, quod cum à Deo creatum fuisset, eius filius vocabatur. Quare Apollo pingebatur iuuenis & imberbis, vt notaretur, Deum nunquam senescere, eumque esse immortalem & semper vnum. Pingebatur etiam eius filius Esculapius senex & barbatus, vt denotarent tempus & caducas atque momentaneas creaturas consumi ac marcescere: idcirco antiqui per Esculapium, Tempus cum suis mensibus quotidianisque cursibus intelligebant. Dicendo igitur Esculapium Medicinam inuenisse, tempus cum suo cursu atque experientia, non autem medicorum artificium, eam inuenisse designarunt. Hoc sic se habet, hæc est historiarum analogia, hæc est ipsa veritas multum à tuis sermonibus distona. Quod ais de Iure Ciuili, adeo à ratione est alienum, vt qui tecum idem sentiret, ipsa ratione orbaretur. Sed vt passione motus loquutus est, non te Iuris doctrinam obiurgasse, cum nihilominus, magistra sit vitæ, atque animæ pectus, sum attonitus, siquidem vt ait Iureconsultus, Præcepta iuris sunt honestè viuere, alterum non lædere, & ius suum cuique tribuere. Ait D. Isidor. in 2 libr. Ethymologiarum, leges latas esse, vt temeraria hominum audacia propulsaretur, & potentia pœnæ timore coerceretur. Ait Cassiodorus, iura publica certissimas esse oblectationes & gaudia vitæ humanæ, subsidium pro imbellibus, frenumque pro multum potentibus. Lex naturalis est legis æternæ participatio, & diuini luminis in creatura rationis capace impressio. Hoc ius naturale potissimum in rationis humanæ naturali iudicio consistit: & hæc humana ratio, vna cum iudicio, Ius Ciuile disponit, quod à Iure naturali deriuatur, eiusque est determinatio. Ius naturale iubet scelera punire, Ius autem Ciuile quo pacto ea puniri oporteat, decernit. Hoc Ius est iustitiæ obiectum, quæ certus est habitus, efficiens vt constans & perpetua sit voluntas ius suum cuique tribuendi. Et Iuris præcepta Legibus declarantur, quæ sunt eiuſdem Iuris interpretationes & declarationes. Adeo præstas est Iuris Ciuilis scitèia, vt eâ Iurecôs. in l. j. ff. de iustitia & Iure, verâ Philosophiam appellet. Cicer. in primo de Legibus ait Philosophiæ medulla, ex Iuris disciplina depromenda est: quo loci multum Legum laudibus dilatatur. Aristoteles ait scientiam Ciuilem Medicinæ esse meliorem, & Benedictus Aretinus multis rationibus illud comprobat, in tractatu de Poggio Florentino, de Iure & Medicina. Salomon ait. Lex Sapientis fons est vitæ. Ex legibus multæ utilitates manant, & sunt fructifere plantæ in hoc iucundissimo & amœnissimo Iuris fruteto. Docent nos ad viuendum, vitia à nobis propulsant, & denique recte sunt regulæ, & præstantes imò certissimæ sunt & admirandæ rerum cauendarum ac fugiendarum, vt homines

Cicer. 11
de legib.
Arist. 20
n. dist.
in Tract.
de Pog.
Florent.
Proue. 13.

mines in pace viuant, Deusque seruiatur & glorificetur. Quocirca prisci legiflatores dicebant leges à Deo datas: utpote optimas & iustas leges à lege diuina promanare inter se consentirent: dicebant Deum illas ei tradere, ut populo tribuerent. Osyris Ægyptiorum legiflator suas leges Mercurio pro Deo ab iis habito dicauit. Charondas Carthaginensis suas Saturno tribuit. Zoroaster Persarum Iurifconsultus & Bactrianus suas Oromuslo, Solon Atheniensis, Minerva, Zamolgis Scytha deę Vestę Minos Cretensis Ioui, Lycurgus Lacedemonius Apollini: Numa Pompilius Romanus Egerię, & Mahometus Arabs S. Gabrieli Archęgelo iussu Dei, & hac falsitate, maiorem orbis partem inescavit. Qui copiosius istud videre cupiet, legat Ficinum in Platonem, & Georgium Venetum in secundum de Harmonia mundi. Itaque adeo præstantes & eximie sunt leges, ut antiqui eas illis quos Deos censebant, consecrarent. Porro earum antiquitas aperte his legiflatoribus ostenditur, quorum plures antiquissimi sunt. Phoroneus qui leges Græcis dedit, ut ait Isidorus in Etymologiis, & à Sacris Canonibus citatur in distinctione septima, & refert etiam Raphaël Volaterranus. Poggius Florentinus ait in tertia coniuiali disputatione eum sexcentis annis ante Troianum bellum extitisse, & ante illum Eusebius Cæsariensis in sua Chronica retulerat, ubi ait Phoroneum primum extitisse qui leges Argiuis scriptitaret, tempore quo Isaac in Palestina vitam degeret, sexcentis annis ante Troiæ excidium. Vides igitur Legum antiquitatem. Hæc ratione suam confirmarunt, qui eas antiquissimas fuisse dixerunt, & à cælo in has terras demissas. Verum Plato in suis libris de Legibus, ex his omnibus Legiflatoribus tres solum eligit, qui leges Minerę, Soli & Ioui referebant. Quare dicebat in his tribus naturam & perfectionem Legum contineri: qui enim eas fert, sapiens & doctus esse debet, potens & benignus. Hoc mirifice (ait Theologus) in Arca fœderis Domini, quam iussit Deus construendam, in qua erant Legis Dei Tabulæ, quibus sapientia intelligitur: & Aaronis Virga, quæ potentiam & seueritatem notat, & Manna quo dulcedinem & clementiam intelligimus. Hæc tria in Arca Testamenti fuisse testatur D. Paulus in Epist. ad Hebræos. Theologus verbis finem imponens, Iureconsultus in eum deflexit oculos eius fauorem & opem implorans, ut argumenta propugnaret. Et respondit Theologus: Nescio cur, tam debile adminiculum & fundamentum, pro tam celso edificio iaciatis. Medicus, qui diu conticuerat, à tanto silentio diutius non valens temperare, ait Iureconsulto. Tantopere tuas laudes effers & prædicas, earumque laudum carbasa explicas, ut vereor, te in naufragio & excidio periclitari: Ne quæso ultra quam par est laudibus efferas. Et sermonem orsus, Mercator eum prouocauit, dicens Theologo. Eo (ut arbitrator) Domini, rem adductam esse, ut quis victor futurus sit, addubitetur: ideo ad eum debetis confugere. Hactenus (inquit Theologus) vos auscultare optaui, ut quo pacto quisque artem suam tueretur, viderem & ambo mirifico perfuncti estis officio, vili doctissimi, veræque Antiquitatis Archiui, vterque miro desiderio studiorum literarum exardescens. In quo profecto nequaquam aberratis. Etenim hæc duæ scientiæ admodum eximie, & peruetustæ sunt, ut à vobis perbelle notatū & probatum est: & quanuis ut fidem antiquitatis Medicinæ feceritis, nulla humana auctoritate vsi sitis, sufficiunt diuinę quas pereruditè adduxistis. Ait sacra Scriptura in Genesi, Ioseph suis Medicis iussisse ut sui patris Iacob corpus vngerent, qui in Ægypto decessit, anno à mundi creatio necir-

citer termillesimum quadringentesimum nonagesimum, iuxta Eusebij Cæsariensis numerum & computationem: qui trecētis antè annis fuit, antequam Priscus Protheus floreret, & multò antè quam in Dardania Tros regnaret, à quo Troiani nomen accepere. Iubet Deus in Exodo, Qui percusserit proximum, impensas eius & operas Medico restituat: vnde apparet quam antiqui summa sit Medicina. Narrat Clemens Alexandrinus, & refert Georgius Venetus in Harmonia, Ægyptios Medicinam à Misray Noë nepote didicisse. Hoc in loco voluit Iurisperitus quidquam opponere: sed Theologus, eum retudit, dicens. Iam necessarium est, ut silentio tuas rationes prætereas, si meas audire desideres. De his quæ de præstantibus & peritissimis cum scientia tum experientia agitur, nõ inficior plures extitisse, & hodierna etiã die sunt excellentes & admirandi, nullum hac in re dubium est. Tantum in Medicinæ subiecto, quædam potest inesse difficultas: vnus enim vestrum dixit esse hominem, alium verò esse morbum: mihi autem videtur esse sanitatem: nam in quantum velut Medicus consideratur, est etiam respectu sanitatis. Primum (meo iudicio) cui debet prospicere optimus medicus, est valetudini consulere, & à dolore conseruare: secundum si homo morbo detentus, ad sanitatem restituere: idcirco apparet medicinam cum bonam, tum vtilem esse. Quid amplius restat, nisi sacram Scripturam in Ecclesiastico dicere: *Honora medicum propter necessitatē etenim illum creauit Altissimus, à Deo est enim omnis medela, & à rege accipies donationem. Disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur.* Hoc est quod ait hoc in loco sacra Scriptura. Porro quis est, quin videat, quam utilis sit & necessaria? D. Thom. ait in 4. Sentent. Finem legum ciuiliū pacem esse ciuium, & canonicarum legum pacem esse Ecclesiæ. Agè dum quidnam est pace pulchrius, ditius & pretiosius? Cum tu laudasti studia, credo à te veritate non dissensisse: sed vtrumque increpans, terminos reor transfuisse. Si hac in re error sit (ait Medicus) his duobus imputandus est, qui de Medicina detrahere incoeperit, interim magis quam Pythagorę discipulus obmutui. Inde perspicuum est, eos esse pœna dignos, ego verò immunis sum: aut saltem parum demereor. Imò potius (inquit Theologus) videtur mihi duplici modo vtrumque collapsum esse, quoniam errarunt, & exemplum errandi vobis monstrarunt, vos autem quia errastis, & in vestris erroribus estis imitati. Hi, inquam, sunt errores non autem quos Religioso tribuis, siquidem cum Galeno præstanti philosopho adducis, & cum Iure Ciuili excellenti philosophia. Quemadmodum Musica diuersis vocibus componitur: ita doctrina & eruditio pluribus artibus construitur: & ut mundus variis componitur elementis, ita doctus homo diuersis disciplinis. Verum sacre Scripturæ verba plus habent auctoritatis, magisque quam literæ humaniores excitant: sed ideo nihil obstat, quominus illa philosophorum bona sint, cum animum & eruditionem docent, qualia sunt, quæ Pater adfert. Inde ex Epistolis familiaribus gloriatus es, quibus dixi amicitiam conseruatā, & vsque adeo iam ab hac materia distabat, ut ab obtutu nostro euanesceret. Optimum erit (ait Mercator) ut filum quod fere dissectum videtur, connectas, quanuis nullo pacto, à materiei tramitibus & vestigijs hi duo domini transilierint. Nam quisque suam laudat scientiam propter affectum & amorem, quo quisque eam prosequitur, tum demum id omne amoris est materia. Quod scire desidero, (inquit Iureconsultus) ut ad amicitie materiam redeamus, nempe quid sit præstantius, amari, an amare.

lib. 2.

Eccle. 38.

D. Thom. in 4. Sent.

Cicer. 11 de legib. Arist. 20 in Tract. de Pog. Florent. Proue. 13.

De amore honesto amicitiae debito, non autem de alio sermonem habeo. Meo iudicio (inquit Mercator) nobilius est amari, cum qui amatus est virtute perfruatur, propterquam illa dignus euadit. Si eam propter virtutem assequaris (inquit Medicus) videtur eum qui amat, tantum habere, quoniam virum virtute dotatum diligere actus est virtutis, & hominem diligere, quem scimus virtutis plenum, nisi ab eo quod est promanat. Homines scio, qui maioris faciunt amorem, quo amicos prosequuntur, quam eum quo sciunt amari, etiam si multum ab eis diligi arbitrentur. Amabos (inquit Theologus) meo iudicio recte opinamini. Memini me apud D. Anthon. in quarta parte Theolog. legisse, ex parte obiecti nobilius esse amari, quam amare: ex parte vero amoris pulchrius est amare, quam amari: nam hic amor est propriae virtutis, amari vero ab aliena virtute procedit. Ita existimant Raynerius & Albertus in Ethicis, & alij complures. Verum ut alios frequenter diligamus, ne immoderatus nos ipsos amore complectamur. Amor enim effrenatus omnium confusionum est fundamentum.

D. Anth.
in 4. part.
Theolog.

*Amicitiam eruditorum & virtute praeceptorum virorum
suscipiendam esse.*

CAPVT XXI.



Rbitror fieri posse (inquit Iureconsultus) ut quispiam ex proprio amore vincat, & cum suapte voluntate coniunctus, cum aliquo amicitiam inerat, ut enim in se omnem amorem expendit, nullus pro amicis superest, & absque alternatiuo amore nulla est amicitia. Quam exoptarem amicitiam (inquit Medicus) est cum hominibus qui seipsum haud immoderatus diligere, sed virtute splendens, philosophis, ad orationem, & ad res diuinas propensis. Philosophiam ignoro (ait Mercator) parum linguae Latinae didici, scioque quatuor sacrae Scripturae auctoritates, magis auditus sensus, quam studio: historias tamen aliorumque libros optimae doctrinae cupio legere, sed proculdubio nullis literis sum praeditus, unde fit ut cum hominibus insciis & ignaris versari desiderem. Quodam temporis spatio viris qui philosophos esse autumabant, usus sum, quos adeo tristes & melancholicos indagabam, ut ab eorum conuersatione deficere, fuerint coactus: & eo magis philosophos morosos & tristes comperi, eo etiam lantos hilares comites suauisque eloquentiae Rhetores indagavi. Dissentis a Bia (inquit Medicus) quoniam Philosophus & Rhetor existens Rhodum profectus est, quod loci Philosophiae scholas erexit, cumque rogaretur cur non potius Rhetoricam institueret, respondit, Si triticum vendendum superest, quid auenam vendidari curem? Critolaus Peripateticus, & ante illum Socrates, pluresque alij Rhetoricam vituperarunt. Chormidas & Chormachus Academici eam artem non esse affirmarunt. Maiori pretio semper philosophia est habita, & contra Rhetorica paucis, & quodam tempore tanto odio habita, ut Cretenses suis legibus vetarint, & Lycurgus in iis quas Lacedaemoniis rogauit, iussit eas a Republica expelli, & iuris decreto a plurimis celeberrimis vrbibus fuit suppressa. Hoc erat (inquit Medicus) Epicureorum Sectam exulare delectationis magistrum, aliasque Pseudophilosophorum Sectas: non autem autem Philosophiam propulsare, aut reicere. Maximè (inquit Iureconsultus) quoniam Imperator Domitianus Roma omnes Philosophos

relegauit, ut ait Suetonius Tranquillus, in quos celebris extitit Epictetus, eximius Stoicus, a quo etiam Enchiridionem à Graeco in Latinum ab Angelo Politiano translatum accepimus. Et Imperator Licinius literas venenum, & publicam pestilentiam appellabat, ut testatur Sext. Aurelius, & refert Textor in eius Officina. Verumtamen Licinius erat inscius & ignarus, ut asserit Baptista Egnatius in eius vita, ideo hanc propositionem minimè tutabatur. Imperator Caius Caligula, quem ferunt, bonum seruum fuisse, pessimum vero dominum (cum enim esset subditus magnam futurae virtutis spem demonstrabat, quam postquam electus fuit Imperator reuocauit) opera Homeri, Virgilij, & Titi Liuij voluit perdere, atque abolere: & Senecam, arenam sine calce vocitabat. Velle poetarum libros, delere non multum est, plurimi enim eorum confusis mendacijs scatet: cum dicerent, Iouem Aiacem in florem commutasse, & virginem Daphnem in Laurum, aliaque eiusmodi commetitia, quibus poetae miscentur: at philosophiam velle destrueri, hoc sanè crudelitas erat inaudita, & perhorrenda barbaries. Non ad id adducor (inquit Theologus) quondam vnquam hominem extitisse qui philosophiam propulsaret: quos enim recensentes non homines vocandi sunt, imò animantia bruta. Vnum ex argumentis ut Philosophiam optimam esse probetur, est talia mostra eam nefariam opinatos esse ac iudicasse. Rhetorica etiam admodum praestans est, cum in cultu Dei & virtutis impenditur. Veteres illi quos enumerasti, non eam reprobant, at eam, quae in prauum usum conuertitur. Etiam illud adiungo poetas, ut quaedam ex iis utilitas depromeretur, plura eaque summe doctrinae sunt explicati, unde homines honore virtutisque cumulati sibi possunt prospicere. Quantum ad ea quae dicis, si altius rem repetere velis, multum philosophiae comperies. Ajax, quoniam Achillis armis indutus est in furorē versus furiosus occidit. Quauis plures gladio deuicisset, seipsum ratione non potuit vincere. Et quoniam appetitus non domuit, ac frenauit, fingunt poetae eum in florē fragilem & caducū fuisse commutatum, qui mane oritur, sero autem marcescit, & e contra puella Daphne, quae suuipius victoriam obtinuit, sensusque in acie dimicauit, & ex proprio appetitu triumphum reportauit, & dona atque munera fallacis Phœbi est aspernata, & castitatem dilexit, in Laurum conuersa est, arborem quidem odoriferam, semperque viridem, quae ignis radijs & flammis resistit, & qua antiquitus victores coronabantur. Hac fabula voluerunt antiqui designare, egregiam esse, atque illustrem victoriam seipsum vincere, ac superare, quam alios quantumuis bellicosos & magnanimos, & non immerito: nam ut ait Salomon in prouerbis: *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Infelix Ajax inhonesta morte, extremum vitae diem clausit: pulchra vero Daphne vitam honore consummauit, potius vitam quam honestatem mallens perdere. Sic etiam in poetis permulta sunt, quae sunt sequenda, & proculdubio plurima mala quae cauenda: sed denique Poësis non mala est, propter eum qui illa rectè vtitur. Omnes artes & disciplinae magnam praebent homini ornamentum, cum ad Deum diriguntur, secumque utilitatem, honorem, & referentiam adoptant. Quicumque lucido politoque est iudicio, magni scientiam facit, licet eam non possideat. Salomon ait in 1. ca. Prouer. *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt.* Et in 19. cap. *Vbi ait non est scientia anima, non est bonum.* Et in 7. cap. Sapient. *Preposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius: nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tan*

Prou. 16.

Prou. 1.

Sap 7.

& tan

Ofu. 1.

D. Augu.
in P. 1. 1. 1.

Iacob.
1. 1. 1.

Ose. 1. & tanquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Et ait Deus per Prophetam Oseam: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te.* Ait D. Augustinus in Psalmos, scientia hominis est scire pro se nihil esse, & omne bonum quod possidet à Deo provenire. Hæc fatus, nam cum scientiam laudo, ne quæso intelligas me illam quæ malitiæ innititur, intelligere: non laudo pravam, sed bonam quæ omnibus est expetenda. Papa Pius II. antea Aeneas Silvius vocatus ait. Homines plebeios, pecunias literas ducant, nobiles, ut aurum, & Principes lapides preciosos. Ita recenset Platinus in eius vita. Rex Alphonsus Neapolitanus cum aliquando rogaretur quidnam in hoc terrarum orbe esset, quod eum indigentem posset reddere, ait esse scientiam, si posset venundari: erogaret enim lubens, quæcunque possideret, ut eam assequeretur. Ita narrat Antonius Panormitanus in sua Chronica. Quocirca expedit, ut homines in literis versatos pro amicis expetamus, siquidem adeo sunt præstantes & peritiles, imò eorum amicitia est quaerenda. Docti, quorum scientia virtutis fidelis est comes ad diuinum amorem nos exacuunt, viam cali explanantes, & optimis suis sermonibus ad Creatoris meditationem per creaturarum considerationem extollunt. Et quoniam nos docent ac profunt, nos ad virtutem inflammant, & ad supremi Dei amorem. Merito igitur eorum amicitia debemus oblectari. eamque honestam putare: sed ut hic amor sit amor Dei: is enim est quem super omnia debemus diligere, cuius gloria est permanens, & bona æterna: non autem mundi cuius honor inconstans est & incertus, eiusque oblectationes caducæ ac momentaneæ. Linquamus mundum priusquam nos linquat, voluntatemque bonorum & monilium dissoluamus, & in Deo colligamus. Etenim amor diuinus prodit in medium aduersus vitia libertatem, amor verò mundanus cor excruciat.

De amore Dei, de vero honore, & constantia in virtute.

CAPVT XXII.



Pro. 16. Pinor (inquit Iureconsultus) arduum & præstantiorem amorem quo ardeamus, diuinum esse amorem, quoniam omnium obiectorum sublimius atque excellentius habet, quod est Deus. Ergo à contrario sensu (ait Mercator) amor mundi omnium infimus est & abiectissimus, cum nihil præter dolos technas & incommoda pro obiecto contineat. Hæc duo amorum genera (inquit Theologus) adeo sunt contraria, ut dicat Iacobus in sua Canonica: *Amicus huius seculi inimicus Dei constituitur.* Et D. Ioannes: *Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt.* Si omnes qui mundo seruiunt, eius fraudes & deceptiones perciperent, nõ dubium est, quin ab eo longissimè remouerentur. Sed quemadmodum pisces maris non olidum saporem aut inspidum gustum aquarum amararum sapiunt, quanuis in eis procreentur & nutriantur: ita qui in ingenti huius mundi pelago immerguntur, poenas & mærores non penitus persentiunt, quanuis tamen ea sentire soleant: unde sequitur ut eos diligamus, eisque morem geramus, licet tamen illos odisse simus adstricti, & obnoxij. Fallaces & deceptores homines astus, versutias & dolos fraudulentos mundi haudquaquam percipiunt, eiusque prosperitatem & periculosam esse, & fallacem. Nulli cum diuitiis blâditur, quin cum paupertate exploret: nullum cuiquam gratum pollicetur, quod non tristitia cumulet, gaudium dat, & tristitiam

minatur: honores pollicetur, ut infamiam tribuat, manum porrigit, ut nos erigat, sed tenax firmusque remanet, ut nos detrudat. Denique fallax est & proditor: cuius est proprium officium in technarum suarum fornacem deceptorum desideriorum nos iniicere, ut nos sub incude suarum tribulationum contundat. Ut ab illo fugiamus nostrumque amorem supremo Deo dedicemus, pernecessarium est, ei que nostrum cor, qui nobis illud est elargitus, reddamus. Equidem video qui mundum diligunt, non his rebus prauideri, sed in deliciarum abyssum obreuntur, eiusque commoda, incommoda æstimant. D. Augustinus in libro de vera Religione hæc verba profert, Amatores huius seculi, tantopere ab eius amicitia diuelli reformidant, ut nihil eis magis laboriosum sit, quam cum eos non defatigat: adeo sunt irretiti & innexi, ut ad imaginem & similitudinem Dei creatos esse non meminerint: neque Christianos esse nisi nomine eoque adhuc parum, sentiunt. Numum aureum quanuis vna facie sit crux, ex alia imago Regis, non cupimus quin prius ponderemus. Et quanuis ex ærario denuo nouus exiens, iusti esset ponderis Successu tamen temporis, permanens graditur, adeo lotus est, & diminutus, ut nullus character aut forma crucis appareat, neque suo legitimo pondere & valore constat. Sic anima nostra est velut numus, in quo est imago Dei insculpta, siquidem nos ad eius imaginem & similitudinem creauit, & in eo signum crucis impressum remanet, qua redempti sumus. Et quanuis sacro baptismatis fonte denuo tincti, anima nostra sit iusti ponderis, ut in gratia esset, postquam tamen in negotiorum mundi pelago immerfa est, adeo de manu in manus percurrit, inquieta, mutabilis, & flexibilis, ut nulla forma, aut imago Dei, nec etiam Iesu Christi crux inter noscatur: hocque pacto absque pondere, & valore incedit. Quis est tam iustus, qui cum Iob posset dicere: *Appende me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatē meam.* Videat Deus numum meæ vitæ esse iusti ponderis. Numus vitæ nostræ absque diuino amore iusti ponderis esse nequit, nullusque est diuinus amor, nisi in virtute, nec honor sine virtute, & is possidet, qui Deum diligit. Verus honor est is qui in virtute consistit: est ille, quem iusti possident, qui amorē in Deo reponunt, quanuis à mundo ludibrio habeantur, quo amatores mundi sunt spoliati, propter malum quod in sui honoris apicem euehit. Verum cæci mortales, non hoc possunt agnoscere, sed omnes ij qui à mundo separati viuunt, homines absque pretio & valore iudicant, cum tamen hoc secus sit. Quemadmodum stagnum opacis fraxinis, & altissimis oleis, si in aqua oculos deflectatis quæ placida sit, videbitis omnes has arbores, quæ videntur esse in profundo stagni, culminibus deorsum: cum desursum erigantur, videntur esse deorsum, & cum firmis conuectantur radicibus videntur cadere: sic homines literis insignes, doctrina, vita, & religione, mundi contemptores, Deique amatores, quanuis concutiantur, perturbentur & confluentur, nihilominus tamen in vero honore & dignitate permanent, ac conseruantur, quæ splendor est à virtute inseparabilis, videntur deorsum iacere, cum tamen recti sint: videntur deprimi, & extolluntur, videntur concidere, cum firmi ac recti maneant. Nos eo pacto fallit, non enim substantiam rei, sed imaginem respicimus, oculos in vmbra conuicimus, non autem in realitatem. Res videmus per aquæ medium fraudium & fallaciarum, non autem luminis veritatis medium penetramus. Irridemus iustos, cum maiorem nos irridendi occasionem habeant. Nostras discordias veras putamus concordias, eorum verò concentus & dulces

D. Augu. lib. de ver. Relig.

Iob 32.

Simile.

Iacob. 1. 1. 2.

1. 2. 2.

Pro. 1.

Sap. 7.

sonos, falsos tonos diiudicamus nostram ignominiam decus, eorum decus ignominiam. In Sapien-
Sup. 5. *Psal. 18.* *Gen. 6.* *Philipp. 3.* *1. Cor. 6.* *Mercur.* *Trismeg.* *in 4. dial.* *Pimand.* *Psallus in 4. prim. Ari.* *Chmeth.* *Arist. 1.* *lib. Phis.*
 libro damnati in inferno introducuntur, in hæc ver-
 ba prorumpentes: *Nos insensati vitam illorum aestima-*
bamus insaniam, & finem illorum sine honore. Et paul-
 lò inferius aiunt: *Ergo errauimus à via veritatis, &*
iustitia lumen non luxit nobis, & Sol intelligentia non
est ortus nobis. Vtpotè amor amantem in amatum
 transformat, certissimum est, eum qui terram diligit,
 terram remanere, & qui cælum diligit, cælum rema-
 nere. Quare sacra Scriptura impios terram vocat,
 cum ait: *Corrupta est terra coram Deo.* Vocat autem
 bonos cælum cum ait, *Cæli enarrant gloriam Dei.*
 Vnde colligitur, quanto iusti peccatoribus sunt al-
 tiores, cum alij cælo, alij terræ comparentur. Amor
 Dei adeò in altum homines rapit, vt cum in terra
 sint, nihilominus in cælis conuersantur. Ideò dice-
 bat D. Paulus ad Philippen. *Nostra conuersatio in cæ-*
lis est. Absque hoc diuino amore hominum corda
 dura sunt frigida, & congelata. Sed vt ardor & æstus
 Solis niuem in montibus liquefit: sic diuinus amor
 frigus duri & gelidi cordis eliquat. Et vt malum pu-
 nicum, radiis Solis percussu aperitur, & pulcherrima ru-
 bicundaque grana ostendit: sic Christianus feruore
 amoris altissimi Dei præcordia aperit, & cum vita
 exemplum, doctrinam, innumeras virtutes, omnes
 coniunctas, & in amore inflammatas, incredibilis
 pulchritudinis manifestat. Et quemadmodum inter
 omnes fructus, nullus præter malum punicum cor-
 nam gestat, quod cum sit vnum plures partes conti-
 net, eo pacto coniunctos & adhærentes, vt solum fru-
 ctum radiis solis apertum producat: sic inter homi-
 nes ij soli gloria coronabuntur, qui in amore & gra-
 tia Dei perseuerabunt, & apertis radiis Solis præcor-
 diis, opera bona charitate coniuncta præ se ferent.
 Deus (vt arbitror) hoc voluit denotare cum iussit, vt
 in summi sacerdotis vestimenti fimbria, in Sancta
 Sanctorum ingressu, mala punicæ, & tintinnabula au-
 rea permixta inculperentur: hoc denotans, eos in æ-
 ternam beatitudinem, per Sancta Sanctorum signa-
 tam esse intromissuros: qui in extremo vitæ, exem-
 plum quod tradiderint, explanabunt, dulcem sonum
 à bonis operibus ortum per tintinnabula designa-
 tum, ardentis virtutes amore plenas, concordia con-
 iunctas, meritis sanguinis Iesu Christi rubicundas &
 purpureas, per rubea & immixta pulcherrimi grana
 punicæ, notatis, quod amoris Symbolum est & figura,
 qui plures coniungit, ex omnibus solum efficit. Ait
 D. Dionysius, amorem esse vim eum qui amat, cum
 re amata vineietem ac connectentem. Vnde fit, vt om-
 nes Iusti homines Dei amatores cum illo coniun-
 guntur, & vt ait D. Paulus: *Qui adhæret Domino, vnus*
spiritus est. Et quoniam Deus est amor increatus, &
 amor vim vniendi & coniungendi habet: ideò Deus
 vnus dicitur, propterea quod in se nos connectit.
 Præterea, Deus cum sit vnus solus, vnus etiam appel-
 latur, propter virtutem vniendi, & quoniam hoc v-
 num & bonum conuertuntur (vt fatentur non solum
 Theologi, sed etiam Philosophi) solum hoc vnum,
 quod Deus est, bonum est per essentiam, non autem
 cætera bona, per participationem illius summi boni
 sunt, vnde omne bonum promanat. Est fons vitæ, &
 hic admirabilis splendor, vnde alius splendor deri-
 uatur, & hoc æternum ens, vnde aliud ens promanat.
 Quocirca solus cum veritate potest dicere: *Ego sum*
qui sum. vt dixit Moyse. Videtur, antiquum Trismeg-
 istam hoc legisse, quoniam in 4. Dialogo Pimandri
 ait, Deum esse vnitatem, quæ alios numeros creat &
 progignit, nec ab ipsis creatur. Quod post eum dixit
 Psellus in suæ Arithmeticæ initio. Hoc opinor Pri-

sci Philosophi Parmenides & Melissus intellexere,
 dicentes, solum ens esse propter essentiam suam, quod
 solum erat principium absque principio. Quos Ari-
 stoteles calumniatus est, & immerito redarguit in
 primo libro Physices, dicens, eos de rebus naturali-
 bus verba fecisse, quanuis re verà nisi de Deo loque-
 rentur. Solum appellabant, quippe cum simplicissi-
 ma vnitatis simus, & purissimus actus, solus Deus ad se
 nos annectit. Illud est vnum quod Plotinus Platonis
 reperit, cum diceret. Hæc est vita hominum di-
 uinorum & beatorum in hac vita, delectationes in-
 feriores contemnere, quæ in pluribus consistunt, eum-
 que qui vnus est perscrutari, hominemque solum pro
 illo qui solus est propulsare. Proclus Platonis in
 libro quem de anima composuit, ait: Socratem &
 Platonem dicere solitos nos rerum multitudinem fu-
 gere oportere, vt simplicissimam veritatem & attin-
 gamus, & assequamur, non autem populi exterioris
 multitudinem, rerum etiam interiorum, qua illa est,
 quæ magis deprauat, & pessundat. Dicebat, insuper,
 vt ob nostrum intellectum propius diuinum intelle-
 ctum accedimus: sic per diuinum amorem coniu-
 cti, hoc vnum accedimus vnde vnitatis & concordia
 prouenit. Et paulò inferius sic ait: Per vnitatem di-
 uini euadimus, cum ab omni rerum deprauantium
 multitudine sciungimur, per nostrammet vnitatem
 fugimus, & vnum facti remanemus, per amorem illi
 qui vnus est adhærentes. Hactenus Proclus, qui pro
 hoc vno summum & æternum bonum, hoc est bo-
 num intelligit. Vnus est quem debemus perquirere,
 eum amare, illi seruire. Centrum est, quo anima no-
 stra stat & conquiescit. Ille est qui omnibus nostris
 desiderijs satisfacit, & qui vacuas cordium nostro-
 rum medullas implet. Vnus est quo indigemus, & il-
 lud vnum, quod S. Marthæ dixit. *Porro vnum est ne-*
cessarium. Et quidem ille qui vnus est, per necessarium
 est. Amor in hac vnitatis quæ Deus est, insumptus,
 vnus est, & excellens. Amor mundi nostræ infelici-
 tatis & infortunij causa est. Sit igitur Deus nostri a-
 moris obiectum, nostrorum desideriorum finis, no-
 strarum cogitationum meta & terminus, viteque no-
 stræ scopus. Ne diligamus mundum, neque falsas e-
 ius oblectationes: cum enim tutiorem esse arbitramur,
 tunc à nobis penitus deficiet. Quemadmodum
 Mercurius auro connexus & ligatus, ab eo disungi-
 tur & diffociatur, simulac in ignem iniicitur: sic mun-
 dus nobiscum societatem & familiaritatem iniens,
 in tribulationis igne à nobis deficit.

Philosophus materiam amoris concludit, deque vita æ-
terna tractat.

CAPVT XXIII.



Plotinus vnus ex Dialogi Platonis de
 amore inscripti interlocutoribus, ait,
 amorem non habere proprium do-
 micilium, quoniam eius habitatio &
 mansio est eadem anima, & animæ
 domus corpus est, quod deserit, ferèq;
 disiungit, cum
 actualiter amat: siquidem anima magis est vbi amat
 quam vbi animat, vt refert D. Augustinus. Et adeò
 antiquus est honestus amor, vt Orpheus in Argonau-
 tico, eum in initio mundi collocet, eiusque opinionem
 Plato sequitur in Timæo, & refert Phedrus in Dialo-
 go de Symposio. Trismegistus, de huius sancti amo-
 ris antiquitate in Dialogis ait. Hesiodus in sua
 Theo-

Theologia, & Parmenides in libro de Natura & Mar-
 cilius Ficinus in Commentario Dialogi de Platonis
 conuiuio: quo loci amorem illicitum & inhonestum
 non esse amorem ostendit: quoniam amor pulchritu-
 dinem diligit, quæ virtus est & decor, amat turpitu-
 dinem, quæ dedecus est & vitium. Verus & honestus
 amor sanctus est, & ille est, quem habere oportet. Res
 quæ possunt amari amorem in eum cuius quandam
 similitudinem & imaginem referunt, debent infume-
 re. Et vt ad imaginem & similitudinem Dei sumus
 procreati, eum diligere debemus & ob illius amorē
 proximum nostrum, sicut nos ipsos. Amor quidquam
 est adeo dignum & pretiosum, vt nihil hoc in terra-
 rum orbe inueniri putem, cum quo possim coæqua-
 re. Quamobrē nisi ei qui eum potest alio amore per-
 soluere, debemus impartire. Et vt diuitiæ, atque in-
 sensibilia, nequaquā possunt nos diligere, quid pro-
 deest nostrū dare amorem? Eum in hoc supremo Deo
 collocemus qui tantopere nos diligit, vt per Isaiam
 dicat. *Nunq̄ id obliuisci potest mulier infantem suum,
 vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit,
 ego tamen non obliuiscar tui.* Bone Deus, clementissi-
 me Pater Iesu Christe, quo atramento scripsisti nos,
 nisi tuo sanguine? quoniam sunt hæ literæ? nisi tua vul-
 nera? qui calami sunt hi, quibus nos scripsisti, nisi du-
 rissimi clauis? quæ charta est, qua nos scripsisti, nisi
 tuæ propriæ manus? Scripsisti nos in iis, immensę tuę
 misericordiæ testimonio, & nostrę felicitatis arrhis.
 Quem igitur Domine diligemus, nisi te? qui tanto-
 pere nos dilexisti, vt pro nobis mortem oppetere vo-
 lueris? In sua prima Epistola ait D. Ioannes: *In hoc est
 charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam
 ipse prior dilexit nos.* Et in Apocalypsi, *Dilexit nos &
 lauit nos à peccatis nostris in pretioso suo sanguine:* ve-
 nit in mundum vt nos redimeret, penitusque se tra-
 didit vt nos diligeret: Sermonibus doctrinam dedit,
 operibus exemplum, & per miracula confirmationē.
 Pedibus non pepercit, vt per nostri remedij viam
 incederet, manus ad sanādos ægros, oculos, ad no-
 stra desenda peccata, cor ad nos diligēdum, vsque a-
 dedo adhibuit vt pro nobis vulneratus & crucifixus mo-
 rivoluerit. Suis vulnerib. nostravoluit sanare, & morte
 sua, vitam reddere. Esse non possumus, quin amemus:
 & quoniam nobis amandum est, quis est qui non vi-
 dent, quātō fatius & vtilius atque decentius sit, immē-
 sum & supremum Deum diligere, quam humilem &
 abiectam terram. In quem conferre oportet nostrū
 amorem, nisi in eum, qui esse nobis dedit, tam natu-
 rale, quā spirituale, illique qui ipsummet amorem
 est elargitus? Hoc denotare voluit D. Dionysius cū
 verum & præstantem amorem definiens dixit esse cir-
 culum, qui continuo de bono ad bonum voluebatur,
 quoniam à Deo promanat, & in eundem Deum diri-
 gitur. Hic est altissimus, trinus in personis, vnus in
 essentia, vni uersi creator & moderator, vt scribitur
 in Sapientię libro: *Diligis omnia quæ sunt, & nihil
 odisti eorum quæ fecisti.* Et quāuis non diligit impios
 nihiloscilicet, eos in quantum creaturas, & opera ma-
 nuum suarum diligit. Hæc verba in Euangelio D.
 Ioannis scripta sunt: *Sic Deus dilexit mundum, vt filiū
 suum vnigenitum daret:* vbi narrat D. Ioannes Chri-
 stotomus non dixisse, eum seruum aut Angelum de-
 disse, sed filium, non autem alicuius filium, sed suum
 proprium & vnigenitum. Hoc est quod ait D. Pau-
 lus ad Romanos: *Proprio filio non pepercit, sed pro no-
 bis eum tradidit.* Quis est qui non quantum adstricti
 sumus ad eum amandum, qui tantopere dilexit nos,
 aduertat? Hic amor, quo nos prosequitur, in nobis ip-
 sis debet inflammare quod illi reddendum est. Vt
 enim ignis igne accenditur, sic amor amore. Ne

finamus hūc ignem in nobis extinguī, sed diuinorum
 beneficiorum memoriæ follibus, eum debemus igni-
 re, & perficere. Anima nostra est sicut arbor humi no-
 stri corporis manu altissimi & præpotentis Dei, qui
 illud creauit, constitit. Et hic amor est, velut huius ar-
 boris fructus. Quæ igitur ratione potest quadrare,
 cū Deus arborem conseruit, vt fructum mundo
 largiamur, ei verò denegemus? Ad hæc quod magis
 dolendum ac ingemiscendum est, non solum fru-
 ctum sed eandem etiam arborem impij mundo tra-
 dunt, cum vanitatibus corda subiiciunt. Ait Salo-
 mon in Ecclesiast. *Omnia flumina intrant in mare, &
 mare non redundat: ad locum vnde exeunt, flumina re-
 uertuntur, vt iterum fluant.* Si flumina & riuli impetu
 in mare profluant, quoniam ab eo deriuantur, cur
 non impetu in Dei amorem irrumpemus, siquidem
 ab eo procreamur, & is sit hoc immensum bonitatis
 pelagus, nos autem riuli, qui hoc mare debemus
 perquirere, in eo quiescere, & omnem nostrum in-
 tellectum voluntatemque remittere? Intellectus no-
 ster pro obiecto veritatem habet, nostra vero volun-
 tas, bonum. Quænam veritas verior est Deo, qui
 ex se ait: *Ego sum veritas?* Et quodnam maius bo-
 num, quam illud, de quo dicitur, Deum solum bo-
 num esse? In quo magis noster intellectus est infu-
 mendus, quā in Deo? In quem nostra voluntas
 quam in illum conferenda? Si homines ad veritatem
 dignoscendam omnes mentis vires adhibere auent,
 cur in Deum non adhibent, qui ipsa est veritas? Et
 si res, quod bonæ sint diligere concupiscunt, quanto
 magis Deum debent diligere, qui eadem est boni-
 tas? O homines deceptos! o mundi amatores! o cæcos
 vanitatis filios! cur non quantum pereatis, creatorem
 pro creaturis deferentes perpenditis, amorem rebus
 terrenis impendentes, nec cæli recordamini? Aperite
 oculos, excutite vos? visite vestrum intellectum, in
 vos ipsos redite, à vanis desideriis abhorrete: Ani-
 mas vestras Deo obtulite, eique immolatum vestrum
 amorem dedite. Amor diuinus æternæ Ciuitatis iter
 est, & vt in eam aqua spiritus ingrediamur, operæ-
 pretium est: & si tentationibus concutiamur, præ-
 cursorum Orationis subito ad Deum debemus mit-
 tere, rebus necessariis providere, rationem exsusci-
 tantes, ea turrim animæ nostræ vallantes, permole-
 stos tentationum ietus retundentes, turpibus & ob-
 cænis appetitibus, pedes alligantes: ianuas falsis desi-
 deriis occultantes, vt nullus eis vnquam pateat adi-
 tus. Eo igitur pacto anima in hunc mirificum diui-
 ni amoris ignem æstuante, & hac dulcissima suauita-
 te inebriata, ad suam præstantiorem potentiam, quæ
 intellectus est, extollatur. Quo ab ignorantie caligi-
 ne extricato nubibusq; terrenarum cogitationū dissi-
 patis, diuinam Sapientiam, æternam bonitatem, & æ-
 ternam pulchritudinem contempletur, voluntatiquæ
 summum bonum patefaciat, vt cum eo sit sociata &
 perpetuo celsi amoris nodo copulata. Hac igitur ra-
 tione anima in Deum transformabitur, hac felicitate
 inebriata, hoc amore inflammata, aded contenta, &
 oblectata, vt in terris sita, in cælo conuersabitur. Hic
 diuinus amor ignis est ardentis rubi Moyſi, qui
 flammam emittit, non autem comburitur, accen-
 dit, non impedit, calefacit, & non lædit, lucet, &
 non oculos offundit, purificat, & non consumit.
 Hic ignis est quem Deus iubebat, vt continuo in
 Templi altari arderet. Hic est currus igneus Eliæ, qui
 ex hac demissa terra nos erigit, & volans in cælum
 rapit. Hic ignis est, quo in nostri Redemptoris So-
 cietate discipulorum corda in Emmaus proficiscen-
 tium, ardebant. Hic ille est qui linguis igneis sub A-
 postolos illapsus est, & denique is est, de quo ait Sal-
 uator

Isai. 49.

1. Joan. 4.
 Apoc. 1. 2.

Luc. 10.

Sap. 11.
 D. Chry.
 in Ioan.

Rom. 8.

Eccl. 1. 1.

1. Cor. 14.
 Mar. 10.
 Luc. 18.


ator noster. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo: nisi ut accendatur?* Hic est cæli via, est semita ad æternam felicitatem, qua ad vitam æternam scandendum est, ubi sancti Deo in æternum perfruuntur. Hæc in præsentiarum de amicitia & amore dicenda sese obtulerunt. Quod si initio hoc pelagus esse adeo vastum & profundum ut nunc comperio, essem perscrutatus, non sanè hac fragili, exilique ingenioli mei cymba illud ausus fuisset tentare. Sed multò minus dicendum duco, imò etiam nihil omnino dicere decreveram, nisi iussissetis: verum vestræ intentionis voluntatisque habita ratione, meam permutavi & coëgi. Ad hoc tetendimus (ait Iureconsultus) ut de hac materia agere auscultarem, siquidem te præclare hoc officio functurum nobis visum est: quam quidè nostro palato tam belle eam digessisti, ut credam nullum nostrum esse, quin eam auribus percipere fuerit oblectatus. Egomet saltem (ait Mercator) non possum inficiari solatium atque oblectationem, quam ex hac oratione, conversationeque percepi. Cum huc perueni, adeò à meipso distrahebar, velut profundius mei doloris centro inuolutus, adeò tristis, & mœstus, ut meam felicitatem prorsus afflictione vacuum esse arbitrarem, quò meum cruciatum exaggerarem. Eam itaque omnes aditus atque vias solatij ac gaudij occlusisse adnadvertens, paululum tamen nunc reficior ac recreor, mihi que caliginosam nubem, cor obvelantem abstulisse ac dissipasse, videtur. Mihi contingit quod aiunt Poëtæ contigisse iis qui in pœnis in-

ferni iacent, cum fingebant Orpheum illic descendisse ut amicam Eurydicem perquireret. Quemadmodum nullum cruciatum aut quantum pœnas sentire, donec Orphei Musica dulcissimæ, atque suavissimæ cytharæ sono eorū auribus personaret: sic in mea calamitate sum releuatus, & in meo dolore recreatus quoad hanc docta subtilisque disputatio tractata est. Tametsi perfecta sit, mihi tamen usque videbitur, me afflictum fore quoad usque amicus afflictione premetur: ita ut eius memoria nunquam ex meis mentibus delebitur, eiusque mei semper erunt labores. Verum splendidissimo lumine, cum hac sermocinatione sum illustratus, ut patientiam amplectar, meque in meis tribulationibus moderer. Orationes (inquit Medicus) hominum, qui docti habentur, probi magnaque existimatione, non solum docent, sed etiā delectant & commouent: si auditores ad eas percipiendas idoneos reperiant, qui sanè oleum & operam perdunt, nisi sint parati. Ut aiunt Philosophi formam non in materiam introduci, nisi eam aptatam & dispositam reperiat. Quod nunc superest (ait Theologus) ut Deum præ omnibus rebus diligere, & proximum nostrum, sicut nos ipsos enitamur. Et ut veræ amicitia leges obseruentur, non mundi moribus & actionibus coheret: nam in Iustorum Calendario, pro ea nullas regulas comperietis: at in Dei voluntate conformem esse, qui suam gratiam, & postea gloriam dignetur elargiri. Amen.

Finis Dialogi de vera Amicitia.

DIALOG.





DIALOGVS QVARTVS

DE CAVSIS.

INTERLOCVTORES,

Ciuis, Tres Scolaſtici, alius Canoniſta, alius Humaniſta, alius Theologus, & quidam etiam Doctor Theologus.

De trium Numiſmatum antiquorum interpretatione, eorumq; cauſa.

CAPVT I.

Nobilis cuiuſdã Ciuis pro bi virtutẽque præſtantis domicilio, in celebri Hiſpaniã Academia manſionem faciẽtis, vice quadam tres literarum ſtudioſi, eius amici, & affines qui eũ inuiſerant, conuenere, quorum alius Iuri Canonico nauabat operam, alius Theologiã, ambo ſubtilis ingenij, ex nobili ſtirpe & ſobole ſati, mirificẽque ad virtutem propenſi. Verum Senex ceteris promotior, cui merito alij cedebant, & obtemperabant. Nam vt ætatis ſuã Solem curſum ad occaſum verſus propere cernebat, filium etiam falſis deſiderijs ſecabat, vanãque cogitationes à ſe auerruncabat, honeſtiſq; exercitationibus inuigilabat, ne mors in vitẽ fallacijs eum inuaderet. Non erat neſcius, ſicuti veſperi de more habemus ianuã obſerare, vt à furibus & prædonibus caueamus, ſic in ſenectute ſenſus fores ſunt ocludendi, quoniam res mundanã ſolent diuitias animi deprãdari, conſcientiamque iugulare. Et quãuis ſingulis temporibus, noſtris ſenſibus optimi, tutique vigiles ſint locandi, ſiquidem miniſtrationis animã ianuã ſunt, multo magis in diei extremo & periodo, cum vitã filium abſcinditur, & ætatis cleftydra, ferẽ extremis minutis perficitur. Cum itaq; hi quatuor congregarentur, vt quibuſdam literis & honeſtis ſermonibus oblectarentur, à quibus optima ſanctãque doctrina ſine cuiuſpiam detrimento, poterat depromi, orationem ſub antiquiſſimi numiſmatis argentei ſignificatione ſunt aggreſſi, quod præmanibus habebant: in qua ex vna facie galerus inter duos pugiones inſculpebatur, cum quibuſdam literis ferẽ deſeris: ex alia verò caput hominis, cum litera ex vitraque parte. Omnes itaque in ſignificatione huius numiſmatis diſſidentes, accidit fortẽ fortuna, vt quidam Doctor Theologus illac tranſijt quorum vtẽrque maximam ob eius doctrinã opinionem conceperat, arctoque amicitia vinculo eum proſequebantur. Qui illac veniens ab ijs obnixiſſimẽ fuit rogatus, vt ingrederetur, vt à dubitatione quo detinebantur, remouerentur. Doctor qui ſuam voluntatem, illorum voluntati deuouerat, propter magna beneficia, quibus in eos fuerat adſtrictus, & propter ſanam exiſtimationem, quam ob illius literas & virtutem ferebant, ſtatim ingreditur: quo cum ho-

noribus, tum vrbaniſtatibus perfuncto, ait Ciuis. Nudiuſtertius tria numiſmata mihi dono fuere data quã pluris ob eorum antiquitatem facio, natura enim ad antiqua conſpicienda ſum propenſus, & admodũ eas ſciendi ſolicitus. His dominis oſtendi, ab ijs germanam eorum ſculpturã ſignificationem poſſem indagare: ſed tantam diſceptationem in ijs primi interpretatione comperi, vt pro duobus reliquis haud amplius quidquam ſciſciter. Tam opinione diſcrepantes video, quam deſiderio aſſentiendi conformes. Quãſo à te hanc veniam, vt veram enotationem huius numiſmatis, horumque reliquorum aperias: nam pro certa & omnino vera quam dederis interpretationem approbabo. Efflagito ſcire quãnam ſint, quid ſignificent, quo tempore cuſa, & ad quid operi admota: propterea quia ſæpenumero in hiſ antiquis numiſmatibus occulta maximãque quãdam philoſophia, plurimãque notanda documenta ocluduntur: ex quibus homo multis in rebus vtilitatem poteſt expiſcari. Vbi ſunt (ait Doctor) adeo viuã, & ſubtilia ingenia, totque limata & perpolita iudicia, vt ſunt horum dominorum, proſus iudicio carerem, ſi quidpiam, quo non poſſem exire ſuſciperem, quin à quopiam illorum, aut forſan omnibus diſſentirem. Quẽcunque liberit præſtare poteſt (inquit Canoniſta) nec hac in re noſtras voluntates, requirere, quoniam ab eo quod tibi decernere arridebit, nequaquam diſcrepabunt. Prius à te libẽrius expoſcimus (ait Theologus) vt interpretationem huius numiſmatis enuclees, ſinemque noſtrã diſputationi imponas. Hac in re (inquit Humaniſta) maximam percipiam voluptatem, amicio enim antiquitatum hedera, quã ſuaſpte naturã, vetuſtioribus ædificijs anneſcitur. Tamẽſi (ait Doctor) conſcius ſum inter veſtras ſapientes & prudentes opiniones meam excuſatum iri, at tamen explanabo, vt & morem geram, & obſecundem. Marcus Brutus hunc numum cudendum iuſſit, tanquam vnum ex primoribus qui aduerſus Iulium Cãſarem coniuſarunt, vnde mirum in modum gloriabatur: quippe qui diceret nihil ad hoc eum, quã Romã chariſſimã patriã amorem compuliſſe. Multum enim ægrẽ ferebat, quod eam à Cãſare tyrannide oppreſſam intueretur, eãque in ſuam antiquam & priſtinã libertatẽ reſtitutam efflagitabat. Quem admodum Lunã deſectus nunquam fit, niſi cum plena eſt, per Solis & terrã interpoſitionem. Ita Iulius

Cæsar, se potentia plenum, diuitijs & gloria mundi cumulatam conspexit, obscuratus est, & obnubilatus. Hac plenitudine à seipso defecit, iudicij splendorem amisit, Senatū contēnens, immoderatē viuēs, expositēq; vt non solum tanquā Monarcha honore afficeretur, sed tanquam cæli Deus adoraretur. Initio ex se optimam spem præbuit, sed tandem ab hac expectatione aberrauit, longissimè in vita distractus, ab optima opinione, quam de illo conceperat. Denique fuit Silla, qui ob ambitionis ingluuiem potētiam ceterorum deglutijt. Romani autem tantam insolentiam haud amplius sufferre rati, plusquam sexaginta in eum conspirarunt, vt narrat Suetonius Tranquillus, & Eutropius: & coniurationis fautores fuere Brutus & Cassius. Pugiones in hoc numismate insculpti, & galerus inter illos, est signum libertatis, ad quam qui eum trucidarunt, ob eius mortem recuperandā aspirabant: quoniam antiqui per galerū, libertatē denotabant. Quo factū est vt ficarij post Cæsaris mortem, in plateam cum galero, & mucrone lanceæ progressi, exclamantes, POPVLI ROMANI LIBERTAS. Ita narrat Appianus Alexandrinus, & Hubertus Herbiopolita, in historia Cæsaris. Imperator Claudius iussit cudendum numisma in quo imago cælaretur, galerum dextera gerens, & sinistra extensa, cum hac inscriptione. LIBERTAS, AVGVSTE. Ita depingit Comes Antonius Zantenus in suo libro de Monetis Cæsarem. Et in alio Imperatoris Antonij erat etiam imago cum galero altera manu, alia verò hasta, ac si diceret se pro Reip. libertate pugnare. Pierius Valerianus de his duobus numismatibus mentionem facit in Hieroglyphicis, vbi narrat Lacedæmonios galeros prælij die gestare solitos, vt pro libertate dimicare ostenderent. Ad eodē erat peruulgatum inter Antiquos per galerum, libertatem intelligere, vt cum captiuo vellent restituere, dicebant eum ad galerum vocare. Titus Liuius hoc loquendi modo vtitur in quarto libro, Suetonius Tranquillus in Vita Tiberij Cæsaris, & Lazius Viennensis in commentarijs Reipub. Romanæ, libro 8. Hæc literæ quæ sunt sub galero & pugionibus longo temporis vsu oblitteratæ, dicunt, I D I B V S M A R T I I, quod significat decimo quinto die Martij, quo Iulius Cæsar fuit occisus, vt ait Suetonius Tranquillus. Hæc est significatio sculpturæ ex hac parte: ex altera est facies Marc. Bruti, vt inscriptio declarat. Huius numismatis mentionem faciunt Dion Cassius, Pierius Valerianus, & Lazius Viennensis. En vobis quantum ad primum numisma. Hoc secundum est eiudē Marc. Bruti, vt testantur eius literæ. Ex alia parte est eius imago, ex altera sphaera & Temon, virga cum duobus serpentibus aduincem osculantibus, quam Latini Caduceum appellant. Per sphaeram mundus, per temonem eius gubernatio, per caduceum pax intelliguntur. Hoc voluit denotare Marc. Brutus, velle orbem moderari, non esse propter discordiam, sed propter pacem: non propter priuatum commodum, sed bonum publicum. Voluit amicus Reipub. manifestari, vt populo assentiretur, eiusque voluntates captaret. Quemadmodum volucrum venatores vt eos ad retia alliciant, vocem cantū aut garrulos sonos illorum imitantur. Ita qui imperare desiderāt, vt subditos venentur, eorum conditionibus, affectibus, & voluntatibus aptantur. Marcus Brutus hoc modo hoc numismate vsus est, quod ante hūc Lucius Muffius fecerat in alio quod cudendum iusserat, in quo eandem sphaeram iussit insculpi, Temonem & Caduceum, ad hæc Cornucopiam, quæ fertilitatem, rerū omnium necessariam designabat. Ita narrat Æneas Vicus in suis Commentarijs de antiquorum mone-

tis. Hoc tertium numisma est Caij Cassij Bruti Socij, vniūque ex prioribus Coniurationis in Cæsare fautoribus. Alia facie habet imaginem, cum quibusdam literis suum nomen declarantibus, ex altera verò cytharam inter cultrum & ramum oliuæ positum. Per cultrum intelligitur iustitia, & per oliuam misericordia, per cytharam, optimi & præstantis regiminis suauissima harmonia. Hac in re voluit denotare se nō tanquam crudelem tyrannum Reip. administrationē ambire, verum dulci pace & suauis concentu qui quidem ex præmio quo boni & iusti homines donantur, solet promanare, & ex supplicio quo mali & nefarij afficiuntur mirabili quadam temperantia quæ illi qui Reip. clauum tenet cum in seueritate tum in clemētia est obseruanda. Omnia hæc tua numismata in Huberto Herbiopolita, vna cum alijs quæ ille magna cura, labore, maxima etiam diligentia addidit, depicta sunt: quanuis tamen (vt verius dicam) spontanei labores minime sint laboriosi.

De optimi regiminis harmonia de quæ optimi principis siue gubernatoris qualitatibus.

CAPVT II.



Es admodum præclara (inquit Canonista) erat quod tanti viri non solum suas causas prudētibus suis & doctis sermonibus purgare, verum illas etiam suis numismatibus imprimendas curare velle: vt nimirum ostenderent suas intentiones super virtutis zelo, patriæ amore, communi libertate, pace denique omniumque conditionum concordia esse fundatas. Quanuis enim bona intentione secreta apertum peccatum non excusetur: verbi gratia cum aliquis furti se scelere astringit, intentione tamen elemosinam faciendi. Quid constituisset ij qui Cæsari necem attulerant (inquit Doctor) nescio, verum illud decreuerant quod ostendere voluerant. Porro in principio res bene illis cesserat, quod Senatus illos non solum damnauerat, verum etiam ijs gratulatus fuerat, verum mutata fortuna, populūq; M. Antonij persuasit contra se indignato, in dubiam spem adducti, & in varias auxiliisque cogitationes redacti fuerunt: & triennio non naturali sed immatura morte omnes sunt perēpti. In rebus enim huius mudi alio modo sunt verba, alio verò euenit. Cassius enim sibi eodem gladio quo Cæsarem occiderat, violentas manus attulit. Vt Plutarchus quidem narrat, etiam si Iouinianus in libro quem de vi bellica inscripsit narrat eum à Pyndaro seruo (quem prius vt id faceret exorauerat) esse occisum. Ambo equidē (inquit Theologus) à verò minimè dissentiant, cū enim pugionem seruo tradidit, vt eum interimeret, dici etiam potest, eo mortem sibi consciuisse voluntariam. Verū quidquid sit, eorū vitæ exitus fuit infelix. Sed cytharæ significatio, multum notanda est. Quemadmodum enim cythara varijs vocibus apprimè temperata, dulcem harmoniam effundit: sic Reipub. rectè à varijs hominibus officio consonis moderata, mirificum concentum resultat, cum diuersæ voluntates, vno consensu cohærent. Ait etiam D. Hieronymus, cythara cum funibus opera iustorum intelligi. Complures antiquorum (ait Humanista) per cytharam amorem intelligunt. Hæc est Amphyonis lyra, cuius musicæ saxa ipsa obtemperare ferebatur. Hoc est, homines syluestres & agrestes amore concitari. De qua cythara Apollonius in Argonautis mentionem facit, Antimenides in suo primo libro, & Pherecydes in 10. Et fortassis in hoc Cassij Numismate per cytharam,

Appian. Alexand. lib. 2. de bellis ciuili. Hubertus Herbiopol. in hist. Cæsaris. Anton. Zantenus lib. de Monet. Cas. Pier. Val. in Hieroglyph. Tit. Liu. in 4. lib. Suet. Trā. quill. in vit. Tib. Cas. Lazius Vienn. in comment. de Reip. Roman. li. 9.

Simile.

Jul. 32. Jul. 75.

Jul. 49.

Sap. 1. Prou. 29. Prou. 20. Iacob. 2. I. Re. 15. 16. 3. Reg. 1.

D. Chry. in 1. Reg.

Alex. al. Alex. lib. 2. Genial. diu. Sen. lib. de ciem.

ram, amorem Reip. vult denotare, qui ad Cæsari mortem infligendam eum impulit. Hoc dissonum non est (ait Cuius) sed videtur mihi ex vna parte cultum, & alio oliuæ ramum, & cytharam in medio contineri. Melius ob optimi regiminis, & administrationis Reip. consonantiam usurpari arbitror. Mihique mirum in modum hoc tertium Numisma fatistificat, Iustitiam enim & misericordiam repræsentat, quæ duæ sunt optimo Gubernatori partes essentielles, quartum eæ Bruti nullam mentionem faciunt. Imò (ait Doctor) quoniam quæ libertatem indicat, Principem & eum qui moderatur clementem esse debere, non autem tyrannum: potius clemētia & misericordia, quàm seueritate & immanitate vti. Deinde quæ pacem repræsentat, denotat Principem debere esse iustum: nā sine iustitia pax esse nequit. Hoc est, quod ait Isaias, *Et erit opus iustitia pax, & cultus iustitia silentium.* Et Psaltes optimum Principem alloquens, ait, *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Vnde colligitur, iustitiam pacis esse radicem & fundamentum. Hæ duæ virtutes tanto inter se amicitia vinculo arētatur, vt ferè seipsas, & amplexatæ, & coniunctæ sint: quod conforme dicto Prophetæ, *Iustitia & pax osculata sunt.* Quæ cum ita sint hæc tria numisinata, Principem debere iustum esse, & misericordem, denotant. De iustitia, sic loquitur Sapientia liber, *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Et Salomon ait in Prouerbijs, *Rex Iustus erigit terrā.* Eadem Prouerbia de misericordia dicunt, *Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.* Et D. Iacobus in sua Canonica, *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Quid vult Deus plenius scripturæ locis significare, vbi iubet Reges oleo inungendos, nisi vt sint mites, & misericordes, & misericordia per oleum notata vtantur? Ideò iustitia & misericordia principi debēt esse annexa. Hoc opinor (inquit Theologus) D. Ioannem Chrysostom. cum ait iustitiam sine misericordia, non esse iustitiam sed crudelitatem, & misericordiam sine iustitia, non esse misericordiam, sed ignorantiam. In his duabus virtutibus moralibus plures aliæ comprehenduntur, quæ magis in principe quam subditis debent elucere, cum Sol sit, qui eos illustrare teneatur. Quemadmodum Sol sydera illuminat, maiorque quodam illorum est, & quantitate, & qualitate, nunquam tamen è Zodiaco transiit: sic princeps subditos exemplo suæ vitæ debet illustrare, cæterisque & virtute ac præstantia eminerere, neque à sui Zodiaci terminis qui iustitia est, cum misericordia coniuncta, deflectere. Exoptarem scire (inquit Cuius) quod magis optimo Regi innatum sit, an seueritas, an verò clementia. Verūque est exoptandus (inquit Humanista) mihi autem videtur, illi expeditius esse seuerum, quàm clementem. Ego verò (ait Theologus) contrā suspicor. Verū est (inquit Doctor) clementiam naturæ seueritate esse cōformiorem. Qui moderatur, magis expetat amore cōplecti, quàm timore. Horum non erat nescius Perriander cū consuleret, si tuta æternitate regnare optarent, vt potius amore quàm armis stiparentur. Ita refert Alexander ab Alexandro 2. Genial. dierum. Et Seneca, libro de clementia. Nihil (inquit est) quod melius clementia principi conueniat. Quemadmodum apes ostendit cæteris dominari, etiamsi aculeo muniatur, non tamen vtitur, vt ait Plinius, aut saltem perrarò. Sic optimus princeps, quanuis potestate, seueritate plectendi, puniendive polleat, ne tamen ea facili negotio vtatur, nisi cum opus est: nam misericors, non autem crudelis censendus est. Veritati hoc consonum (inquit Canonista) est nobis ex-

pressus ad hanc rem textus in Cap. Exigunt causa 1. quæst. 7. dicens misericordiam rigori esse præferendam quod etiam plures alij attestantur, credoque plures Gentilium in his assentiri. Memini (ait Cuius) me legisse cum Euilmerodach princeps immanis, turbulentus, & admodum insolens in Babylone regnaret, fuit grauis quidā gnauus & sapiens eximijq; ingenij philolophus, qui vt Regi patefaceret, quātopere à recto administrationis tramite deflecteret, ludum latrunculorum adinuenit, vt mansuetudinem Regis in tabula intueretur, & quam parum ille à pedestribus differret: ludo perfecto, postquam in loculos omnes latrunculi sunt immissi, exasperatam irā mitigaret, dulcēque benignitatem, atque suauem clementiam sequeretur, inanium cogitationum rotam dissiparet, seque esse mortalem fateretur. Verum proculdubio video executionem iustitiæ esse necessariam, cum in maiores, tum in inferiores, & Regem aut Principem, qui exequi mandat, iustum esse oportere, vt cæteri eius insistant vestigijs. Etenim lucerna quæ in eminentiori loco posita est, lumine non debet orbari, vt cæteros illuminet. Perspicuum est (ait Doctor) populum illos qui ijs dominantur, aut præpollent, solare imitari: & ita inquit Ecclesiasticus: *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius.* Virtus eius qui moderatur aut imperat, pluribus virtutis occasionem præbet, & cum vitijs vitia deturpat. Qui ex familia Noë fuerunt, cum illo in diluuiō vixere, filij autem Iob domi primogeniti mortui sunt. Si maiorum opera, polleant, vt cum bono, tum malo sint exemplum, quanto magis ea Regum, qui cæteris supereminet? Regis sunt specula generalia quibus subditi seipsos intuentur & cōtemplantur: sunt horologia, quibus omnes reguntur, sunt normæ & gnomones quibus omnes ducuntur. Denique Rex caput Regni est. Ait Deus Regi Saul, per os Samuelis hominis infimi & abiecti. Constitui te caput filiorum & generationis Israël: Declarans autem quid pro capite intelligeret, ait postea eum constituisse Regem. Esaias in 1. cap. & in 7. Regem caput appellat, & hoc nomine pluribus sacra Scripturæ locis intelligitur. Quænam causa est (inquit Cuius) cur Rex capiti comparetur? Plures (respondit Doctor) sed nonnullas tantum adducam. Princeps capiti comparatur, quoniam cæteris humanis partibus celsus est, quod ijs supereminet, quod omnes hoc conformantur & componuntur. Quemadmodum caput oculis constat, sic Rex populo suo prospiciat, & sciat quod in se est, obtutu res cæteris occultos rimetur: Aquilæ Regiæ similis qui cum in aërem efferatur, pisces in profundo maris introspicit & Leo animalium terrestrium Rex, vt non solum vigilans, sed etiam cum dormit oculos habet apertos. Vt etiam caput, ore naso atque auribus componitur: sic princeps dulce & acidum degustet, optimūque sensum habeat, vt fragrantem virtutum suorum odorem oleat, vt eis faueat, & vitiorum factorem, vt ea puniat: auribus etiam componatur, vt hinc inde cum attentione, ac benignitate auscultet. D. Hieronymus hæc verba Psalmi 119. declarans. *Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te,* ait posse transferri ex Hebræo, Domine saluum fac Regem, vt quotiescunque cum illo loquemur, nos audiat. Exposcebat populus à Deo, vt Regem qui eos audiret illis concederet, vt iustitiam & misericordiam administraret, illōsque in pace conseruaret. Hanc pacem (inquit Cuius) dixisti ab antiquis per Caduceum designatam. Aperi quæso, quodnam sit hoc Caduceum, & an sit aliquis author, qui de eo loquatur. Caduceum (respondit Doctor) virga erat, quæ

Isai. 32.
Psal. 75.

Psal. 48.

Sap. 1.

Prou. 19.

Prou. 20.

Iacob 2.

1. Re. 15.

16.

3. Reg. 1.

D. Chryf.

in sua

Reg.

Alex. ab

Alex. lib.

2. Genial.

dier.

Senec. lib.

de clem.

Eccle. 10.

Gen. 7.

Iob. 1.

1. Reg. 12.

Psal. 119.

Pli. li. 29.
 hist. nat.
 Macrobi.
 in Cenis.
 Cel. Rhod.
 lib.
 1. 1. lect.
 antiq.
 Pcl. lib. 4.
 Pier. in
 Hierogl.
 Hub. Her
 biopol. in
 suo Cas.
 Aeneas
 Vicus in
 suis Com-
 ment. de
 Antiq.
 Manet.

qua Gentiles aiunt, Mercurium vsum esse solitum, vt omnes lites & controuersias dirimeret, fracturas cōsolidaret, & pacem atque amicitiam pangeret. Et quoniam eo odia, dissipabantur, humique conculcabantur, vocatum est Caduceum. Huius rei mentionem facit Plinius lib. 29. hist. natur. & Macrobius in Cenis. Præter hos (ait Humanista) loquitur Polybius de Caduceo lib. 4. Celius Rhodiginus libr. 11. Lætion. Antiq. Pierius in Hieroglyph. Celius Augustinus in suis Additionibus, Hubertus Herbipolita in suo Casare, & Aeneas Vicus in suis Comment. de antiquorum monetis. Ij plurisque alij (ait Doctor) asserunt per Caduceum pacem & concordiam intelligi, & Marc. Brutum hoc in sua Moneta voluisse significare. Ideo reor sculpturam trium Numismatū, & numerum satis superque fuisse expositum, dummodo in his quæ sum præfatus, quedam insit addubitatio aut contrarium. Quauis ira sit (ait Canonista) vt vnusquisque nostrum, aliam interpretationē longè discrepantem adduxerit, tuæ tamen tanquam veræ, & probatæ inuitimur. Saltem (ait Theologus Doctor) meam opinionem tuæ conformo. Equidem magna esset inscitia, nisi in cogitationem qua steteramus, illapsi fuisset. Nam sanè magnus error est homini cum suum errorem nequit dignoscere.

De cuiusdam Imaginis Præscorum Aegyptiorum explanatione.

CAPVT III.



Simile.

VM Deus hic nos cōgregarit (inquit Theologus) à Domino Doctore percontemur, vt dubia nodosque difficultatū, quas vnusquisque nostrum proponet, enucleet: causalque causarū quas ab illo exposcimus, explanet: quæ sint succulentæ atque vtilis vnde benè viuendi doctrina promanet. Nam in ea sui opinione, vt sermo noster rebus constet quæ animum reficiant, & ad mores conducant, ne tempus in nugis verbisque superuacaneis conteratur, & multò minùs quæ cuiquam officiant. Quemadmodum ex holoserico, aut subtili panno, sartor thoracem aut pallium, aut caligas potest scindere, postquam verò vnum horum vestimentorum scidit, non facili negotio aliud potest resarcire, nisi maximā iactura, pannique expensis. Pari ratione diuersis modis tempore vtī possumus: sed caueamus quo pacto illud secemus, aut in quo insumamus: postquam enim consumpsimus, atque contriuimus solo vestimenti genere, non aliud possumus reparare, nisi resarciamus, pluribusque fragmentis, repleamus. Quod omnibus fuit probatum, Doctoremque humili cum instantia & vrbantate rogarunt, vt corde se non excusari posse, quin id præstaret, præfensent. Discrimen itaque, quo periclitabatur, pertimescens, esseque necessarium omnia carbasa fragili suæ cymbæ esse expandenda non ad eò infractō fuit animo quin mutatione timorem quæstionum difficultium dissoluendi varietatem indicaret, quas in eum iaculandas præstolabatur: quippè qui profundi equoris anfractibus erat innexus, vt ei alio Delio natatore opus foret. Verum forti animo quoad potuit sic est fatus. Tametsi mei ingenij rudis scabritiei consideratio, me debilem ac exanguem reddat, vestrū tamen imperium tantum in me habet virium, vt parum quod superest, non in me sit, quo vobis satisfaciam, ac morè gerā. Quo circa, iubete quidquid lubebit: Etenim firmissimè teneo, quantum in me situm erit, ve-

strorum sermonum dilationem, illarum excutione fore longiorem. Omnes igitur Ciuī consentientes, vt prior quæstiones tanquam senior proponeret, cuius domi intererant: hanc curam verbis & gratia & honestate plenis suscepit, quantum hoc illi erat cordi, subindicans. Quo facto eorum voluntates aucupauit. Bona enim vrbantitas vili mercatur, multum autem valet. Imposito itaque honestis leporibus atque vrbantatibus sine, ait Ciuīs, Primum quod à vobis expetendum sese offert, est, hæc antiqua Lorica, quæ parieti est affixa, nec quenquam indagare potui, qui germanam explanationem enodarit. In mentem venit, eam aliquid magnum, scitu petquam dignum representare. In hoc panno (vt videtis) imago est humana, grauis, & quæ alicuius summæ rei videtur typum gerere, & ex ore ouum exit, vesteque Glaucō colore subrufo amicitur, pennamque gerit in capite. Manu sceptrum, & alia cingulum fibula appellum & annexum. Quod nunc scire cupio est, quænam figura hæc sit, & ad quid ouum in ore gerat, hocque modo depingatur. Antiquissimi Aegyptij (ait Doctor) antequam extarent in Græcia philosophi, res solebant imaginibus, figuris & characteribus designare, vt ait Cornelius Tacitus lib. 14. & Strabo. 17. Diodor. Sicul. in 4. Authores Scriptores has figuras vocant Symbola, & Hieroglyphica, quorum nonnulli à D. Cyrillo interpretantur in tract. aduersus Iulianum Apostatam, & Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. aut Miscellan. & Plinius in Histor. Natural. Crinitus de honesta disciplina, Pierius in Comment. de Aegyptiorum literis, Petrus Messias in suis diuersis lectionibus. Aegyptij ergo Deum præfigurantes hæc imaginem sicut videtis, depingebant. Ouum mundus est, qui habet oualem figuram, exitque ex ore, quoniam verbo suo illum creauit. Hoc est quod ait Scriptura sacra de Deo loquens, Fiat lux, & facta est lux. Fiat cælum, & factum est cælum, & sic de cæteris. Non multum operis in mundo faciendo insumpsit, nisi dicere, Fiat. Quocirca fert diuinus Psaltes de Deo loquens, Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Per glauci coloris chilamydem cælum denotatur, quod videtur eodem colore, sedesque & thronus Dei est. Sic ait per Isaiam. Cælum mihi sedes est. Et apud S. Matthæum: Nolite iurare per cælum, quoniam Dei thronus est. Per pennam in summo capitis elatam, sublimitatem Dei, non solum sub sensibus, sed etiam sub nostris mentibus denotant. Per Sceptrum eius potestatem & potentiā signant, quoniam vt ait D. Ioannes in Apocal. Rex Regum est, & Dominus dominantium. Per zonam, eius prouidentia, qua omnia connectit, & continet, vt terrena. Quod libro Sapientie quadrat. Tua pater, prouidentia gubernat. Hac imagine notabant, Deum, quauis cælum & terram impleat, nihilominus tamen dicitur præcipue cælos habitare, esseque summum & altissimum Regem omnipotentē, cuius nutu & manu omnia subiiciuntur, qui omnia sua prouidentia moderatur, creatorem esse mundi verboque suo procreasse. Videte figuræ significationem & quo pacto ouū ex ore manet. Hæc imago, aut, vt melius dicam, eius significatione, animæ nostræ oculis continuo esset obuersanda, vt intelligamus, quantoperè mundus diligendus est, qui pro nobis omnia creauit. Poterat quidem Deus hominem creare in tenebris: deinde mundum facere: sed cælum terram lumen, elementa, & corpora mixta procreauit, cælum ornauit, Soleque inaurauit, & Lunæ argenteo colore tinxit, syderibus perpetuo ordine, eximia pulchritudine, & miro splendore decorauit. Terram perpolijt eam amœnissima vernantium herbarum amœnitate amiciens, odoriferis

Cornel.
 Tac. lib.
 Strabo.
 17.
 Diodor.
 Sicul. 4.
 D. Cyril.
 in tract.
 in Iulian.
 Apoc.
 Clemens
 Alex.
 li. 5. Stro-
 mat.
 Crinitus
 de honest.
 discipl.
 Pier. in
 Comment.
 de liter.
 Agypt.
 Petrus
 Messias
 in diuers.
 lection.
 Genes. 1.
 Psal. 32.
 Isai. 66.

Matth. 5

Sapi. 14.

Inf. Cas.
 lib. 3. de
 preparat.
 Euang.
 Aris. 8.
 Rusic.

Georg. Ve-
 met in bar-
 mon. mū-
 di.

D. Basil.
 in Hex.
 D. An.
 in Psal.
 Genes.
 Psal. 32.
 Psal. 33.
 Hebr. 1.
 Rom. 5.
 Hebr. 1.

Simile.

feris & medicabilibus herbis, iucundissimis floribus, spatiosis syluis, magna fructiferarum, & opacarum arborum varietate, ditissimis auri fodinis locupletas, gratis & vtilibus riuis, pecorum copia, & omni ad victum necessaria multitudine cumulans. Postquam hæc omnia creauit, creauit etiam hominem, vt quantum Deus sui causa tot pulchra & ditissima crearet, intuens, huius Dei amore ignesceret. Veluti cum princeps ciuitatem est ingressurus, eius palatium, & quæcunq; necessaria parantur: sic Deus antequam homo mundum intraret pulchram & illustrem vniuersi machinam præparauit, & creauit, vt omnium rerum necessarijs abundaret. Et quemadmodum Rex cum copiosam & celebrem ciuitatem construit, eius imaginem curat celandam. Sic cum Deus creauit Mundum, in eo posuit hominem ad imaginem & similitudinem suam creatum. Hæc omnia pulchra (inquit Ciuis) cæteram hanc imaginem Ægyptiorum esse inuentionem, me magnum in dubium adducit, quoniam plures Deos adorabant: & qui hac imagine Deum intelligit, videtur tantum solum creatorem, totiusque vniuersi moderatorem venerari. Enimvero (inquit Doctor) Ægyptij pro Deo plura animalia adorabant, ad hæc multa insensibilia & inanimata vt narrat Eusebius Cæsariensis & Plinius varijs in locis suæ naturalis historiæ. Verum qui maiori pretio, subtiliorique ingenio inter Ethnicos habebantur, dicebant, supra omnes Deos esse summum, & supremum mundi creatorem, quem hac imagine designabant. Non meo iudicio hoc veritati est consentaneum (ait Humanista) quandoquidem Aristoteles ait, inter omnes sapientes Platonem dixisse, mundum fuisse creatum. Multum (inquit Doctor) aberrat Aristoteles, & tanquam ingratus discipulus Præceptorem falso pluribus in rebus calumniatus est: quarum præcipua est illum solum mundum esse creatum, tempusque pro principio, & initio habere, asseruisse. Non solum Plato, sed etiam Trismegistus, Heliodus, Empedocles, Heraclius, Pythagoras, Tales Milesius, Alcinoüs, & alij complures, quæ a Georgio Veneto in harmonia mundi recensentur, dixerunt mundum habuisse principium, Deumque illum creasse: quorum opinionis omnes ferè philosophi, cum antè tum post Platonem, quare ab Aristotele erat laudandus, non autem vituperandus. Narrandi sciētiam illum docuit Plato, is verò voluit eum in profundū maris immergere. Sed quanuis Philosophi illud non promerent, nullomodo inter fideles esset addubitandum, siquidem dicimus esse, & testatur Sacra Scriptura, pluribus in locis tam veteris, quam noui testamēti. Deus visibilia creauit, vt per hæc inuisibilia nosceremus, vt ait D. Paulus in Epist. ad Roman. & ad Hæbræos. Ita vt D. Basilius diceret, Vniuersi machinam esse tanquam librum qui verbum Dei declarat & annuntiat. Et D. Augustinus ait, duo esse, quæ nos ad Dei cognitionem extollunt, nempe Scripturam & Creaturam. Narrat Nicephorus Calixtus cum D. Antonius rogaretur, quo pacto in deserto absque libris vitam degeret, respondit, machinam mundi esse libros vbi, cum opus esset ac pernecessarium, Dei oracula perlegebat. Sed quemadmodū qui conspiciis vtuntur, non ea ob oculos ponunt solum, vt videant, & contemplantur, obtutum sistant & impediunt sed vt citra penetrent, ijsque alia conspiciant. Pari ratione, creaturarum consideratione non est vtendum, vt nos in ijs speculemur: sed vt propter eas Dei sapientiam, magnitudinem & bonitatem percipiamus, qui omnia creauit. Itaque creaturis velut conspiciis vtendum est, vt ex earum creationis contemplatione ad creatoris contemplationem penetremus, cum di-

ligamus, ei seruiamus, nostraque præcordia dedamus. Altissimus hic Deus, cæli terræque creator & moderator, ille est quem Gentiles suo more hac imagine denotabant, vnde à me percotamini: qua Cælius Augustinus in suis Hieroglyph. mentionem facit, quo loci eam depingit, & sicut alias exponit: in qua summopere gnauus & doctus visus est, cum studiorum labor pater sit eruditionis.

Cælius Aug. in Hierogl.

De cuiusdam loci Ieremia expositione, deque mundi fuga.

CAPVT IIII.



Maginis Ægyptiorū significatio ab omnibus probata, quoniam suam Theologiam, cum gentiles essent, redolebant, annuerunt Theologo, vt de fidelium Theologia quidpiam scitaretur, & quendam Sacre Scripturæ locum: Cogitatione itaque defixus in his quæ erat expetiturus, ait. Nuperrimè Prophetam Ieremiam manibus habens, caput 51. legere incepi, quo loci Babylonis destructionem prædicat. Dicens Babylonios esse perdendos, & dimoliandos ob peccata quæ in Deum patrauerant in bello quod illis à Persis & Medis inferebatur, non sine crudeli multorum excidio sanguinisque effusione. Et cum iuberet Propheta nutu Dei, vt omnes interficerentur, ait postea. *Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animam suam.* Si Deus minatur eos esse deleturum, quæ igitur ratione præcipit vt fugiant, quò euadant? Ratio est (respondit Doctor) quoniam Deus vult manifestare se esse iustum & misericordem. Cum autem dicit eos esse destructurum, iustitiam ostendit, cum dicit vt fugiant, quò saluentur, ostendit misericordiam. Exacerbatur in ira sua, vitam verò in voluntate pollicetur. Etiam si Deus in nos succenseat, ob peccata nostra, nos puniat, iustamque exacerbationem manifestet, eius tamen voluntas est vt viuamus & salui fiamus. Consentit his quæ ait Ezechiel, *Deus non vult moriem peccatoris, sed magis conuertatur & viuat.* Et D. Paulus ad Timoth. *Vult Deus vt omnes homines salui fiant.* Licet etiam dicere, hæc verba: *Fugite de medio Babylonis, ad filios Israël esse directa, cum captiui erant in Babylone, cumque à Persis & Medis fuit solo æquata. Et vt Deus Babylonios erat euerurus, voluit etiam hac in prophetia Israëlitis iubere, vt officio perfungerentur, ne cum ipsis perirent. Quemadmodum pater filium virga verberat, postea frangit, & in ignem projicit: sic Deus populū Israël castigauit per populū Babyl. quæ pro virgine excepit, eos postea confregit ac dissipauit, & in idololatria moriens in profundas inferni flamas fuit detrusus: populus autem Israël à Cyro, in pristinam libertatē restitutus. Vt ergo in Ierusalem remearet, neue inter Gentiles commoraretur, exclamabat Propheta, vt de Babylone fugerent. Quod dicebat Propheta Isaias, *Egredimini de Babylone.* Et per Zachariam, *O, fugite à terra Aquilonis, Vocant Propheta Babylone, quoniam versus Notum est respectu Ierusalem.* Et ait paulò inferius. *O Sion fuge, qui habitas apud filiam Babylonis.* Hæ Sacre Scripturæ authoritates, ait Theologus, videntur non intelligi de Israëlitis, qui in Ierusalem versabantur: cum enim eas dixit Propheta, iamdiu Babylone erat destructa, & Israëlita erant in Ierusalem, vt colligitur ex primo libro Esdræ, & affirmat D. Hieronymus in Prologo super Zachariam, & in commentarijs super eundem, & Nicolaus de Lyra 2. cap. eiusdem Prophetæ. Cum Cyrus & Darius armorum viribus in magnam Babylonis ciuitatem*

Ierem. 51

Ezec. 18. & 33. 1. Tim. 2.

Simile.

Isai. 48. Zach. 2.

D. Hier. in Prolog. in Zach. & in eiusdē com. Nicolaus de Lyra in 1. Cap. eiusdem Proph.

Cornel Tac. lib. 15 Strabo 17. Diodor. Sicul. lib. 4 D. Cypri in tr. 2. in lulian. Apost. Clemens Alex. li 5. Stromat. Crinitus de hon. discip. Pier. in Comm. de liter. A. Egypt. Petrus Mesias in diuers. Leclion. Genes. 1. Psal. 32. Isai. 66. Matth. 5 Sapi. 14. D. Basl. in Hexa. D. Aug. in Psalm. Genes. 1. Psal. 32. Psal. 35. Hebr. 11. Rom. 5. Hebr. 11. Simile.

tem irruere, tam inmanibus crudelitibus vsi sunt, vt nec infantibus ingemiscientium & dolentium matrū vberibus appendentibus parcerent. Nihil Babylo-
 restabat: nisi vt furore gladij solo æquaretur, aut quodam acerbissimo mortis genere aut seuera captiuitate multaretur. Compita sanguine inundabant, quā nondum defessa crudelium Persarum Brachia, barbara rabie, odioque intestino percitorum effundebāt. Et celebris atque famosi fluminis Euphratis aqua quod per ciuitatem fluebat, colorem crysallinum permutabant, vt in rabicundum verterentur. Hæc Babylo-
 nis destructio fusius ab Historiographis Grecis describitur, & colligitur ex 13. cap. Prophetæ Isaia, & ex primis D. Hieronymi in hunc locum cōmentarijs, quos bis est commentatus. Ciuitate itaq; deleta Cyrus Iudæos in libertatem asseruit, vt in Ierusalem redirent, cum à longinquo tempore illic cōmorarentur, prophetatus est Zacharias, & alta voce clamauit, vt à Babylone egredere-
 tur. Quare vt puto, hæc verba non ad Israëlitas desle-
 ctuntur, siquidem iam dudum illinc essent egressi. Hæc verà sunt (inquit Doctōr) sed quanuis Babylo-
 nis ciuitas, omniū Chaldæorū Metropolis, iam dudum fuisset deleta, & filij Israël in patriā reuersi, potest tamē fieri vt adhuc nonnulli in hac prouincia superessent, quæ omnis Babylon vocabatur, ideo forsan Propheta cum his loquitur. Sed proculdubio credo eius præcipuam intentionem propriūque sensum literalem cum Zacharia, tum Isaia, Ieremia, aliorūque Prophetarum esse, peccatores exsuscitandi causa, vt à mundo per Babylonem intellecto, egredere-
 rentur. Hic est verus & germanus huius loci sensus. Babylon, id est, confusio, quæ mundus est cum suis versutijs, superbia plenus ambitione, cupiditate, vanitate, lubricis sensibus, alijsque sceleribus & confusionibus suffusus. Hæc est Babylon, de qua loquuntur Prophetæ, & D. Ioannes, in Apocalyp. se vocem e cælo audiuisse, dicentem, *Exite de Babylone populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Perspicuum est, D. Ioannem non loqui de Babylone, quæ multis antè centenarijs diruta fuerat, sed de mundo, qui per eam notatur. Babylon mundus est, vbi captiui sunt peccatores qui vitij alligantur, homines penitus ad suum excidium propensi, qui oculos patiuntur obuelare, neque ad extremam infelicitatum & calamitatum periodū se redactos esse præuident. Alij Euripo sunt mutabiliores, alij phialis vacuis futiliores, alij Massagetis ferociores ac immaniōres, alij Cretensibus fallaciores, alij Oreste dementiores alij aspide virulentiores: alij gerunt corda viperea, alij Scorpionum linguas, alij Basiliscorum oculos. Hi omnes vna cum concursu & multitudine flagitiosorum & peruersorum peccatorum Babylo-
 nis sunt incolæ, diaboli captiui, & à cœlesti Ierusalem exules. Iubente Deo, vt Babylonem linquamus & à Chaldæis fugiamus, denotat vt mundum, confusionem labyrinthum relinquamus: qui vt ait Diuus Ioannes, *Omnis in maligno positus est.* Et fugiamus ab hostibus animæ, à pestiferis appetitibus, à fallacibus desiderijs, & solatijs: nam hoc casu euadere vincere est, & fugere triumphare. In libro Iosue, memoriæ proditū est, Deum filijs Israëlis iussisse vt ciuitatem Hay delerent, eiusque Regem debellarent: ij autem vt vincerent, effugere, & hac fuga mirandam sanè victoriam sunt consecuti. Ciuitatem fugiebant, & ait Sacra Scriptura, Iosue cū fugietibus properare. Hay lingua Hebraica, id est, additio, aut vt alij dicunt, confusio. Quænam est hæc ciuitas, nisi mundus? Omniū malorum est additio, & ipsamet confusio. Ille est qui debellandus est, is est, qui à nobis est deuincendus, vt

in vera promissionis terra, quæ sempiterna est gloria, conquescamus. Vultis vincere mundum? ab illo fugite. Vultis denique vos ipsos vincere? à vobis fugite. Et hoc pacto bonus Iesus vobis aderit, bonus, inquam Iesus cuius ille verus est typus. Mundum fugere est turpes appetitus coercere, à peccatis distrahi, exoleta Babylo-
 nis supellestilia exuere, pretiosis virtutis monilibus ornari, vires ad imitationem Iesu Christi Redemptoris nostri, adhibere. Hoc est fuga mundi, hoc est Babylo-
 nis exitus. O gloriosam fugam! o egregiam victoriam! o triumphum! Verum adeo sumus exsuccati & exanguis, vt minimus flatus mundo inhæ-
 rere compellat, nec rationi aures attentas præbere curemus, quæ docet, vt ab his caueamus neque nos inuadere sinamus. Nihilominus tamen non desistimus quin in nostrarum illecebrarum & technarum cogitationem illabamur. Ij enim longè falluntur, quibus magis inest persuadendi vis respectu mundi, quam respectu rationis.

Vtilitatis fuga mundi finis.

CAPVT V.



Go verò (inquit Ciuis) vt mea vitæ lychnucum deficere perentio, res quæ cogitationes à mundo retrahant, audire cupio, eiusque fallacias demonstrat, & quænam sint hæc quas de fuga mundi asseris. Admodum enim mihi gratum erit, si vltius oratione progrediaris. Si apprimè perpendere-
 mus (ait Doctōr) quàm charo mundi obsequium vendatur pretio, ab incepto sanè desisteremus, nec eius blandientibus desiderijs attenderemus, neque fraudum ac deceptionum retibus intricaremur, sed ab ipso dimoueremur, & nostræ conscientie utilitati consuleremus. Quemadmodum Corallium donec sub aquis residet, mollescit, nulliusque est emolumentum, expiscatum vero & extractum, durum ac firmum remanet: sic homo quandiu in hoc mudi pelago moratur, eius technarum fluctibus voluitur, inconstans est & fragilis, sed postquam ab eo distractus est, solidus, firmus ac roboratus remanet. Narrant diuinæ literæ in Genesi, cum pius Ioseph in Ægypto domi Putifar, esset qui eū ab Ismaëlitis emerat, à domina & magistra domus aggressus est, vt cum ea concumberet: cui rei repullam ille reddidit. Quadam ergo die, illa apprehensa lascinia vestimenti eius, ille relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras, hocque pacto vicit. Si cōsensisset, neq; fugisset, nō viciisset: sed resistens ac fugiens victor remansit. Quemadmodū pastor à Tauro pressus, pallium cornibus iniicit, ac relinquit, & fugit: sic castus Ioseph, pallium manibus impudicæ Ægyptiæ reliquit, & discessit. Hæc Ægyptia est deprauata concupiscentia, ab ea fugiamus, palliumque repullæ relinquamus, ad eius confusionem, nostramque victoriam. Loquens D. Paulus in 1. Epist. ad Timoth. de cupiditate, & prauis desiderijs, ait, *Tu autem homo Dei hoc fuge.* Non contentus est dicere vt eas relinquat, sed vt fugiat. Vnde probatur relinquere peccata, & peccatis resistere, esse fugere. In li. Num. Deut. & Ios. memoriæ proditū est Deum iussisse, vt quædam ciuitates essent pro perfugio, quò homicidæ confugerent, ne perderentur. Peccatum mortale, mors est animæ, qui autem mortaliter peccat, mortem voluntariam sibi consciscit. Hoc est quod ait Sapientia, *Homo occidit quidem per malitiam animam suam.* Et D. Iacobus in sua Canonica, *Peccatum cū consummatum fuerit, generat mortem.* Vocat peccatum consummatum, cū ex indu-

Apoc. 12.

Ioan. 31

Gene. 39.

1. Tim. Num. Deut. Ios. Sap. 16.

Iacob. 1.

Apoc. 3.

Matth. 8. Gene. 28. Exod. 4. 3. Re. 19. 1. Par. 7. 54.

Simile.

D. An. in Tra. de sup. sur. sec.

industria voluntas consentit. Et D. Ioannes in Apocalypsi: *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Et Iesus Christus Redemptor noster: *Sinite mortuos sepe lire mortuos suos.* Itaque qui sunt in peccato mortali, mortui sunt, & ipsorummet homicidæ. Tales igitur homicidæ, ne perdantur, à mundo in perfugij ciuitates, quæ virtutes sunt, confugiant. Nullus arbitratur fugere esse fragilitatem; hoc enim tantum est strenuitas, Patriarcha Iacob ab Esau ad Haram confugit. Moyses fugit à Pharaone, Helias à Iezabel, Dauid à Saul, & eius filio Absalone, ex seipso, & ex mundo, & dicebat in quodam Psalmo. *Ecce elongaui fugiens & remansi in solitudine.* His omnibus fugis, ea mundi intelligitur, quem oportet propulsare, & tanquam iacentes cerui, ad remedij, salutisque fontem properare, qui Iesus Christus est, verus Deus noster, ubi quietudinem quæ in mundo non est, nascemur. Qui fieri potest, vt pacati rebus inquietis viuamus, & æternam oblectationem capiamus, ubi non est æternitas, secundisque rebus mundanis firmi adhareamus, ubi nulla est firmitas? Gloria inconstans, eius fauores sunt mutabiles, diuitiæ momentaneæ, bona caduca, si bona sint nupcupanda. Eius promissa non sunt secura, eius fallaciæ sunt immoderate. Deest cum opem esset laturus, & omnes eius spes dissipantur & in nihilum rediguntur, Hydrargyrum seu argentum viuum album est, & auro applicatur, cum aliquod vos deauratur: sed quamprimum in ignem conicitur, Mercurius in fumum conuertitur, aurum verum solum purgatur. Sic mundus exterius egregios aspectus ostentat, & nobiscum coniungitur vt obliuionis vas inaret quod bibendum porrigit, vt vitæ reminiscens, mortis obliuiscamur. Verum simulacrationibus ac tribulationibus exponimur, à nobis deficit, cum in ærumnarum flammis iniectos videt, & in fumum conuertitur, nos deserit, nec petit, neque persequi desistit. Quocirca ab eo fugiamus antequam à nobis fugiat. Sed quemadmodum parum prodest dentem dolentem euellere, si quædam radix maxillæ cohæreat. Eodem etiam modo non multum prodest, vt cum corpore à mundo exeamus, si quædam desiderij cordisque radix infideat. Discedamus penitus ex hoc mundo, & cum Solem perscrutemur, linquamus ymbra: perquiramus lumen clarum, fumumque obscurum linquamus, siquidem cælum querimus, terram linquamus: & denique siquidem Deum querimus à mundo amandemur. Hæc est fuga, quam D. Ambrosius in tractatu de fuga huius seculi, gloriosam vocat, & de hac ait D. Hieronymus in quadam Epistola, fugere, vincere est. Hæc est Babylonis fuga, quæ mundus est, ubi ait Propheta Daniel Nabuchodonosor, qui diabolus est, statuam auream erigere, quæ vanitas est, quam iussit omnibus adorandam, & ad hanc confugiendum. Denique hæc est fuga, de qua Hieremias & cæteri omnes Prophetæ loquuntur, cum aiunt, vt Babylonem fugiamus. Etenim hoc in loco, quod fallacibus infamis fuga videtur, est veritatis realitate gloriosus triumphus.

Cur maritus nouæ nuptæ det anulum, quem in Italia dare & quibusdam Hispania locis, mos est.

CAPVT VI.



OC peracto sermone (ait Canonista) Quoniam nobis tua dicendi veritas doctrinæque in dubio non est, non opus est, vt eam verbis comprobem, sed vt tuis, meis responsum feras, te oblectem. Cum itaque de his qui mundum fugiunt præfatus es, paulisper loquamur de his qui in eo ambulant. Ille nequaquam potest matrimonium contrahere, qui non potest consentire: & diuersi sunt mores pluribus in locis, quibus hic est exploratus consensus. Sed irritum non erit matrimonium, quanuis patriæ quædam consuetudo non seruetur, quæ non est ex substantia Matrimonij, iuxta determinationem Concilij Treuirensis, relatam in cap. 1. De Sponsalibus & Matrimoniis, dummodo, quod à nostra orthodoxa catholicæque Ecclesia iubetur, obseruetur. Hæc fatus, propterea quod in Italia, & quibusdam Hispaniæ locis, mos est cum vir nupturus est, vt anulum à digito tollat, & nouæ nuptæ tradat, quo vterque præter verba mutuis voluntatibus consentiunt. Quod nunc mihi explanandum optarem est, quenam sit huius moris ratio, & ad quid anulus consensus denotet, & cur potius in manu sinistra ponatur, quam in dextera, quod sanè (vt reor) non caret fundamento, cuius notitia quandam vtilitatem potest conferre. Antiquitus (inquit Doctor) mos erat anulum gestare, vt ad literas obfignandas & alia id genus. Ita refert Atteius Capito, & Macrobius in Saturnal. & refert etiam Plinius, & Blondus, ideò annuli pala, loco sigilli erat. Hoc perspicue cernitur pluribus in sacra Scripturæ locis. In tertio Regum libro scribitur, crudelem Reginam Iezabel ad primores Israël scripsisse nomine Regis Achab, eiusque sigillo literas obfignasse quibus nulla iusta occasione mota Naboth interficiendum mandabat. In tertio capite Hester narratur, peruersus & flagitiosus Aman, Regis Assueri domesticus & perquam familiaris, iussit literas annulo Regis consignatas, Gubernatoribus & Præpositis prouinciarum scribendas, vt filij Israël delerentur. Ait Propheta Daniel, allatum fuisse lapidem vnum, & positum super os laci Leonum, quod iniectus fuerat, quem obfignauit Rex annulo suo & annulo Optimatum suorum. Quamobrem (ait Canonista) præter has irrefragabiles autoritates, est etiam textus in l. Argumento. §. ornamenta. ff. de auro, & argento legato, quo loci inter cætera muliebria ornamenta veluti in aures, armillas, viriolas, annulos etiam numerat, præter signatarios, id est ad obfignandum idoneos. Vnde sequitur annulos esse alios signatarios, alios verò loco ornamentorum: & relinquente testatore cuidam omnia monilia & ornamenta muliebria, voluit omnes annulos relinquere, præter signatarios. In l. ad Testium. ff. Qui testamenta facere possunt, idem Iurecōsultus ait testem posse testamentum annulo testatoris obfignare: eo enim tempore, loco signorum sigillis utebatur, quos pro palis annulorum solebant gestare. Vnde clare colligitur antiquos solere annulos ad obfignandum ferre. Vt igitur sigillum (ait Doctor) literis aliisque rebus apponitur, fidei, & cōfirmatiōis gratia, neque quod obfignatum est adulteraretur, & annulus pro sigillo esset, vnde fit, vt per annulum fides, & fidelitas intelligatur. Ea itaq; ratio

Macro. li. 7. Satur. Plin. lib. 33. hist. natur. Blond. li. 9. de Roma Triu. 3. Reg. 2. Hester. 3.

D. Amb. in Tract. de fug. l. 1. sur. seculi.

Gene. 39.

1. Tim. Num. Deut. 10. Sap. 16.

Jacob. 1.

est cur antiquus Sponsæ dabatur, & ad hodiernum vsque diem, nonnullis in locis, vt quantum fida, fidelisque marito esse debeat, significet. Ex hoc annulo, quem maritus tradebat, aut vxori mittebat, mentionem facit Plinius, Blondus, & Septimius: Tertullianus eum vocat pronubum, id est, eum qui nuptam in domum mariti ducit. Ita refert Celius Rhodiginus, & in diuinis literis videre est. Per annulum fides intelligitur, vt apud D. Lucam vbi ait Dominus Noster, rediente ad patrem filio prodigo, culparum memore, & misericordiam implorante, eum patrem perbenignè recepisse, iussisque vt annulo donaretur. Filius contemptor, peccator est, qui omnes, qui ad eum conuertuntur, accipit: annulus quem tradit, fides est, quam D. Iacobus viuam appellat. Et ait D. Paulus de illa loquens: *Per charitatem operatur.* Hic annulus manibus gestandus est, id est, opera: vt enim ait D. Iacobus: *Fides sine operibus mortua est.* De hoc annulo dicebat sancta Yues, vt refert D. Ambrosius in eius vita, annulo fidei, quem Deus pro arrais concesserat, nuptias confirmarat. Vnde videtur annulum quem sponsa recipit, magis fidem, & fiduciam, qua in Deum est vsura denotare, quam cum ipsa nubendi consensum. Annulus (ait Humanista) ait Plinius secundum quosdam, qua homo lapidi annectebatur, ideò annulus, quæ erat craticula, lapidem cælatam gestat: ideò per annulum, subiectio intelligitur. Et ait Valerianus, per annulum, seruitus notabatur: videturque sponsum sponsæ tribuere, vt sciat, illi esse obnoxiam. Imò (ait Canonista) opinor, annulum libertatem significare: quippe qui antiquitus ius & priuilegium gerendi annulos, cum captiuis concedebatur, & impetrando, nobilitatem etiam, certumque libertatis modum consequebantur. Sic dicunt Iureconfulti Papius & Marcianus in Digestis titulo de Iure aureor. annul. Hoc tempore cuidam libertatem concutere, erat veluti nobilem aut equestrem creare: Quare ait Alconius Pedianus annulum esse Nobilitatis signum. Non dissentaneum est (ait Doctor) per annulum, subiectionem & nobilitatem intelligi: quoniam eadem res iuxta diuersos respectus, diuersis constat significationibus, & sæpissimè contrariis. Aquila in quantum rapina vescitur, cæterisque aues contemnit, tyrannum superbum designat & arrogantem: quatenus autem in altum & sublime volat, oculisque directe in Solem reflexos habet, iustum significat contemplatiuum & humilem qui in Deum intellectum deuouet. Vnde fit vt Ezechiel in 17. cap. vocet superbum Nabuchodonosor Aquilam & in 1. cap. D. Ioannes Euangelista, Aquila vocatur, & humilis contemplatiuus. Pari etiam ratione annulus, in quantum comprimit digitum, & cratis quandam habet similitudinem, subiectionem notat, & in quantum aureus est, manumque decorat, magnique valoris est, & ponderis, formæ, & gemmis illustratus, nobilitatem & libertatem significat: & forsitan cum mos sponso, dandi nuptæ annulum de quo loquimur, fuit inuētus, harum trium ratio habita est, fidelitatis, quæ ei est seruanda, subiectionis cui adstricta, & honoris ac libertatis, quæ toto vitæ curriculo sunt obseruanda. Matrimonium igitur nodus est, qui nunquam nisi morte, potest dissolui: ideoque absque magna consideratione non debet contrahi. Nam quæ dirumpi nequeunt postquam facta sunt, maturum sanè atque solers consilium expostulant.

Plin. hist. natur. lib. 33.
Blon. 9. li. de Roma triumph. Celsus Rhodigi. in lib. 7. Lect. ant. Luc. 15. Iacob 2. Galat 5.

Ezech. 17.

Prosequitur Doctor suos sermones, quæstionique annuli finem imponit.

CAPVT VII.



Ameti quæ dicenda supererant, præter autoritates adductas, non perfecterim, opinor præcipuum, cur maritus det nuptæ annulum, & ex proprio digito, vt in suum imponat, extrahit, illumque maxima cum lætitia & gaudio accipit, est vt declaretur, hoc munus coniunctionis cordium & voluntatum amborum esse signum, & honestique verique amoris, quo se mutuo vinculo complectuntur. Et quoniam amor ex corde manat, hac ratione maritus annulum sui digiti cordis aufert, vt sponsæ eodem digito ponat. Digitus cordis is est qui inter longiorem & minorem est, sinistræ manus, & ita vocatur: propterea quod in eo vena est quæ ex corde procedit, idcirco hoc digito annulus geritur, vnde fit, vt digitus annularius nuncupetur. S. Isidorus (inquit Canonista) hanc causam explanat quæ quidem multum notanda est, & refertur in Decreto in can. fœminæ 3. quæ. 5. Inde deprompsi (ait Doctor.) Quemadmodum oculi diuerso modo collocati, vnum solū in actione visus efficiunt: quoniam ambo in eo quod aspiciunt, conueniunt, & simul eandem videndi rationem constituunt. Sic vir & vxor, quauis actionibus diuersi sint imagine, & facultatibus, voluntate idem esse debent, corda coniungere, seipsos benigna pace, mutuo amore, & perpetua beneuolentia in Domini nostri cultu, complecti, absque vllò scandalo, ita vt vnus solus duo corda regat & moderetur. Verum enimvero licet vxor, quantum ad matrimonium equalis sit marito: quantum tamen ad familiæ domusque administrationem & ordinem spectat, maritus vxoris caput est. vt ait D. Paul. in 1. ad Corinth. Vxorem marito debere obnoxiam, attestantur D. Hieronymus, D. Augustus, D. Ambrosius & Rupertus, & Hugo de S. Victore. Sed antequam hi sancti Doctores de his loquerentur, D. Petrus Apostolorum Princeps hæc verba profert: *Mulieres subiectæ sint proprijs viris.* Et Apostolus D. Paulus in epist. ad Ephe. hæc eadem verba profert. In initio mundi ait Deus Euæ: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Non debet mulier dominari viro, ideò non ex capite Adam fuit formata, neque ab eo contemni velut serua, & captiua, ideò non à pedibus fuit formata, sed viro debet associari. Quocirca fuit ex costa Adam efformata, quæ in medio corporis est. D. Augustinus hæc affert rationem, & post eum Lombardus in sententiis & D. Thomas in 1. parte, & pluribus aliis in locis. Qui omnes asserunt, vxori maximam erga maritum fidelitatem esse seruandam, amboque se mutuo amoris, & societatis vinculo complectantur: quod apprimè significatur, in annulo, quem ex digito annulario extrahit & in eodem digito vxoris ponit. Quod ait Isidorus (inquit Cuius) esse venam in digito annulari, quæ ex corde oritur, efflagitarem scire, an sit aliquis author qui de hoc loquatur. Multi (ait Doctor.) Appianus hoc ait, & refert Aulus Gellius, qui Ægyptiorum libros sub anatomia citat, à quibus expressè testatur, hoc esse certissimum & comprobatum. Quapropter ait cum Græcos, tum Latinos solitos esse annulū in hoc digito gestare, vt eode honore decoraret, & exornaret, vt digitū in præcipua & nobiliori corporis humani parte, quæ cor est, collocatū. Alij dicunt causam esse cur annulus hoc digito gestetur, quoniam auri & lapidis pretiosi virtus per venā meat quæ cor oblectat. Præter hos autores refert Dissarius & recēset per Anatom. & refert Macr.

Simile.

1. Corin.

D. Hiero. in epist. ad Tit.

D. Augu.

lib. quæst.

in Genes.

D. Amb.

in Exam.

Rup. in 3.

cap. Gene.

Hugo de.

S. Victore.

in 3. Gen.

1. 1. 3.

Ephes. 5.

Genes. 3.

D. Augu.

lib. 9. Ge.

Ad liter.

Lomb. in

2. Senten.

D. Thom.

in 1. part.

Appian.

Aul. Gell.

lib. 10. noi.

Attic.

Macro 7.

Saturual.

Blon-

Blondus, Alexander ab Alexandro, & Valerianus in Symbolo annuli: Cuperem scire (ait Cuius) an annulus res sit antiqua, aut noua inuentio. Verutissima est (inquit Doctor) quoniam Plinius de annulo Nonij Senatoris Romani mentionem facit, ob quem Marc. Antonius eum proscrispsit, & exilio pepulit, iussit ut quocunque loco caperetur, & eius bona proscrisberetur, quoniam suis manibus hunc annulum gestaret. Erat inclusus lapis pretiosus dictus Oppalus, qui ut ait Plinius eo tempore tanto erat pretio, ut aliis antecelleret, nisi Smaragdo, qui tunc ceteris gemmis valore prastabat. Hic Opalus, lapis est viridis, ferè coloris Smaragdi similis, tantumque splendorem emittit, quam carbunculus, Amethystoq; lucidior est. Cupiditas Marci Antonij, (vnus ex tribus qui dominabantur, aut ut melius dicam, tyrannide extorquebant Imperium post Iulij Caesaris necem) adeo uehemens fuit, ut hunc Nonij annulum raperet, eum depreddari, atque destruere decreuerit. Verum effugit, nihilque ex suis bonis preter hunc annulum abstulit, ratus inestimabiles diuitias secum auferre. Cuius valor (ut ait Plinius) fuit viginti millia sestertiorum, quæ, iuxta quorundam supputationem ad nummos nostri temporis radacta, quingentis millibus scutorum constabat. Vnde facile potest colligi, quantum immensè erant Principum Romanorum illius temporis opes & facultates, quantum eorum vanitas & ambitio ampullescebat: cum ob lapidis in orbe rari opinionem, tantam numerorum copiam persoluebant: & quæ cupiditas erat M. Antonij, qui illum annulum habendi æstuantibus desiderij aculeis impulsus, iussit iniuste nobilem Senatorem Romanum proscrisbi, & relegari, à quo desiderio deuictus & gemma splendore, oculos obuclauit. Certior itaq; factus Nonius hunc annulum futuræ suæ necis esse causam, potius perire elegit, quam eum tradere & perdere: similis illi qui mauult ut Nauis procellarum tempore cum vita pereat, quam onus & mercimonium in mare proiicere. Quemadmodum ille amens & mente captus iudicaretur, qui nauis effracta, quassata & submersa, cum posset natando euadere secum argenti saccum ingens & ponderosum annectit, qui cum saluus fieri arbitratur tunc pessundatur: eo pacto se gessit Nonius Romanus, qui cum perfacile à naufragio posset euadere incolumis, à tempestate Marci Antonij orto, si annulum dedisset, maluit secum deferre, periculo illum perdendi vna cum vita sese exponens. Equidem video, cum quispiam persecutionibus & tribulationibus concutitur, atque in potestatem suorum hostium immisus, ab iis fugiendo, potest alienari: sed eo pacto sibi consulat, ut ex graui euasus discri mine, ne in aliud grauius collabatur. Quemadmodum apes adurente hiemis glacie, virium tenuitatem ac debilitatem sentientes, se in cillis, ac in arborum aut rupium fissuris abdunt ac contegunt, ne humido cælo expositæ, inuitæ ventorum rabie, aut imbrum abyssis transferantur. Pari ratione debilib. ac tenuib. imbecillitatis ac impotentia conscijs non sufficit ut persecutores fugiant, sed ut ad certum vsque tempus lateant, ne procellarum tempore pereant, donec eis aspires tranquillitas. At Nonius suo maiori periculo fugit, secum annulum infortunij sui causam deferens. Ante hunc annulum fuit alius Polycratis Samnitum Regis, quem in mare proiecit, ut ad quid proderat aduersitas tentaret. Tantum fortunæ ventus ei aspirabat, ut aliquam tristitiam aut ærumnam experiri uoluerit: sed deinceps eundem annulum in pisce comperit, qui ad edulium illi ferebatur. Mutato autem vento, interfectaque procellis prora, rarum ille ipse fuit exemplum eorum qui in mundo vanam spem lo-

cant: captus enim deinceps fuit laqueo suspensus. De hoc annulo mentionem faciunt, Herodotus, Cicero, Plinius, Strabo & D. Anthon. in 1. part. historiali. Hic Polycrates, Cambyse Artaxerxe Babyloniorum imperium tenente regnauit, quo tempore florebat eximia illa Iudith, quæ caput Holofernis abscidit, ut refert Cornelior, & Vincentius. Et ante hunc regnauit Romæ Numa Pompilius, quo tempore Manasse in Ierusalem regnabat, iuxta Eusebi computationem in sua Chronica, qui quidem Pompeius tantoperè à populo fuit dilectus, ut in Capitolio statua illi fuerit erecta, quæ tempore Plinij adhuc visa est. Et de illa idem Plinius ait annulum sinistra manu gestare: vnde apparet, iam hoc tempore annulis vsutum esse, qui maximo decore habebantur. Multò igitur sunt antiquiores. quid ita? Cum optimus Ioseph in Ægypto Pharaonis somnium exposuit, ait sacra Scriptura in Genesi, eum sui Regni præfectum constituisse, tullisseque annulū de manu sua, & dedisse in manu eius. Et quanuis ante hæc sacra Scrip. de annulo, loquatur quem Iudas, eiusdem Ioseph frater pulchræ Thamar pro arhis testimonij quod pollicitus fuerat, reliquerit: hoc accidit multis annis ante Polycratem. Et iuxta calculum ac supputationem Benedicti Parisiensis, in numeratione qua nunc sumus, 1570. ab hinc tribus millibus tercentis octodecim annorum, cum Ioseph fuit venditus, & frater Iudas nupsit, qui annulum de quo loquuti sumus digito gestabat. Vnde apparet annulorum antiquitas, quibus hodierno etiā Dei vitur in Italia, & in quibusdam Hispaniæ locis, quos mariti vxoribus dant cum eas despondent. Verum annuli & monilia quibus debent gloriari, & quibus corpus exornant, nec auro, nec argento, sed pulcherrimis atque inelitis virtutibus elaborentur. Sunt enim pretiosa, & ditissima armilla animæ collo appendendæ.

De ignis & aqua interpretatione, quæ antiquitus noua nupta manu tangebatur.

CAPVT VIII.



Vm de nouis nuptis verba faciatis (inquit Canonista) alium difficultatis nodum vobis proponendum existimauit. Solebant antiqui cum mulier nubebatur, illi iubere, ut manu ignem & aquam tangeret. Ita narrat Plutarchus pro re verissima & compertissima. Quod impræsentiarū scire optarem est huius prisca cæremoniæ causa. Aurum (inquit Doctor) si turpe est in aquam, & ut expurgetur in ignem iniicitur. Vnde ortum est, quod nuptæ iuberetur, ut manum in aquam & in ignem mitteret, eam docendi gratia, nitorem in vita & puritatem in castitate esse habendam. Si hoc inter Gentiles erat necessarium, qua cura & sollicitudine inter Christianos, quorum lex candore puritate & castitate decorata est, debet obseruari? Hac cæremonia nobis est opus, sed quod ea figuratur, illud pernecessarium est. Lapis est candidus vocatus Chernita, marmore similis, qui iuxta Plinium corpora inhumata à corruptione conseruat. Ex quo Darij Regis Persarum sepulchrum constructum est, ut narrat idem Plinius. Pari etiam ratione præstans & candidus lapis castitatis corpora à putredine libidinis conseruat. Darius id est, fertilitas & auctio, qui autem in bonis operibus fertilis esse meritisque augeri concupiscit, seipsum in honesta sepultura gloriose castitatis

D. Anthon.
1. par. his.
Cornelior
in histor.
scholast.
Vincent. in
Spec. hist.

Gen. 41.

Gen. 38.

ca

ca

ca

Plin. 38
hist. na 11

Blon. lib.
9. de Ro.
uimphi.
A. ex. am.
ab Aluc.
lib. 4. Ge.
dier.
Valerian.
sym. de an.
nuis.

Simile.

1. Cor. 11.

D. Hiero.
in episto.
ad Tit.

D. Augu.
lib. 9. quæst.
in Genes.

D. Amb.
in Exam.

Rup. in 3.
cap. Gene.

Hugo de.
S. Victore.
in 3. Gen.

1. Pet. 3.
Ephes. 5.

Gene. 3.
D. Augu.
lib. 9. Ge.

Ad litera.
Lomb. in

2. Senten.
D. Thom.
in 1. part.

Appian.
Aut. Gel.
lib. 10. mo.

Astie.
Macro 7.
Saturnal.

consepeliat. Verum necesse est vt castitas diuino amore sitpetur. Vt enim ait D. Bernardus in quadam epist. Castitas absque charitate lampas est absque oleo. Remouete oleum è lampade, nullum lumen emittet. Tollite castitati charitatem, perpetua caligine obuoluetur. Et quoniam charitas & puritas, per aquam & ignem intelligebantur, noua nupta manum his duobus elementis imponebat. Erat etiam percutus mos, per aquam & ignem vitæ labores & agritudines intelligere. Quare dicebat Propheta: *Transiimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Ac si diceret: Posteaquam infinitas agritudines sumus perpeffi, & ab immanibus tribulationibus fuimus persecuti, tu, ô Domine, nos es consolatus. D. Hilarius hunc locum exponens, ait: Per hæc duo contrariarum qualitatum elementa, quoduis genus tormentorū intelligi, quæ iusti hac in vita subeunt. Quo circa veteres, in ipso limine domus, quò noua nupta erat ingressura ignem & aquam imponebant, eique expresse iubebatur, vt illa manu tangeret: hoc denotans, non nubere, vt deliciis, gaudio, & quiete fruere, sed ad subeundas angustias & labores sese pararet. Etenim tunc nobilis matronæ famam assequeretur, cum otio, futilibusque voluptatibus propullatis, honestis ac pudicis exercitationibus incumberet, & patientia, vt labores & anxias iugi matrimonij curas toleraret, amore, marito morem gerēs, familiam magna sollicitudine moderans, consilio liberos promouens, esset victu, vestibusque temperata, sermone modesta, operibus solers, pacis domus admodum sollicita & studiosa, in vita honesta, conscientia candida, tum demum Dei amatrix, omniumque eius gratiarū, præceptorūque obseruatix. Ecce vobis ignis & aquæ significationem, quæ tribulationibus, ærumnis cruciatibus & laboribus constat: quæ omnia Christiana patientia, magnoque & constanti animo tolerata, modi sunt quibus spiritualis pulchritudo, perfectioque vitæ comparatur. Quemadmodum vt excellens aliquod vas efformetur, opus est prius materiam igne liquefacere, & sæpissimè malleis contundere ac percutere, nunc rude, nunc lente, nunc verò molliter. Eodè modo, vt ex vita nostra gloriosum præstātissimūque virtutum veræque nobilitatis vas efficiatur, laborum igne liquefaciendum est, tribulationum malleis nunc rudium, nunc dulcium, patientia latorum feriendum. Nec ex eiusmodi agritudinibus verè promanāt voluptates, ex falsis verè oriuntur agritudines, nec alia vani gaudij supersunt exuuiæ, præterquam sera poenitentia.

Quam ob causam Germani soliti erant noua nupta duos boues mittere, & alijs ad propositum adductis antiquitatibus.

CAPVT IX.



Tinam (inquit Ciuis) omnes homines hac veritatis consideratione ducerentur, ne cogitationibus ad veras oblectationes inuestigandas inhaerent, neque deprauatis, ac brutis appetitibus delitescerent. Quamobrem huius ceremoniæ consideratio, quæ antiquitus in matrimonijs obseruabatur, multum ad honorem confert: sed præter hæc multa aliæ sunt quarum causam mihi aperiri cupio. Fertur antiquitus Germanos nubentes, inter alia quæ Sponsæ mittebant, cum eas reciperent, erant duo boues vno iugo copulati. Hæc erant monilia quæ conferebant, quæ sanè non sine notanda significatione intelligi videntur, quam percipere exoptarem. Hanc Germanorū consuetudinē (inquit Humanista) refert Cornelius Tacitus, & Pierius Valerianus. Ea

ratio est (inquit Doctor) cur sponsus duos boues iugo copulatos mittebat, vt videlicet hoc patefaceret, eam pro laborum suorum socia esse admittendam. Quo comprobas (inquit Humanista) per bouem, laborem intelligi? Compertum hoc est (inquit Doctor) quoniam Ægyptij laborem significando, bouem depingebant, aut saltem caput: ita vt nonnulli Mathematici assererent, eum qui ascendente Sole in signum Tauri nasceret, ad laborem esse propensum. Tyrij ciuitatem Carthaginem ædificare aggredientes, ab incepto ferè deslittere, eò quod caput bouis indagarant, quod ingentium laborum præfagium existimauerunt: sed quamprimum equi caput repetere, lætati sunt, putabant enim hoc esse belli signum, armorum vsum & exercitationem: quod quidem vehementissimè concupiscunt, quippe qui natio est bellicosa & indomita, quæ vitam ad famam dilatandam abbreviari non verebatur, ideò præclaris facinoribus posteritati nomen commendauerunt. Romæ superbum est ædificium, nunc vocatum, castrum. S. Angeli, quod quondam Turris Imperatoris Adriani vocabatur, iussit enim illam ob sepulturam construendam, vt refert Dion. Cassius in eius vita, & Marlianus Patricius lib. 7. suæ Topographiæ. In huius castrum culmine erat quoddam epystilium opere Romano elaboratū quo id circundabant, vt nunc etiam videre est quibusdam fragmentis quæ rectis pedibus steterunt, temporis iniuria intacta: in quo epystilio quedam bouis capita sunt elaborata, cum quibusdam fructibus, filis appensis insculpta, & inter vnum quodquodque caput, discus affabre cælatus, Capita bouum labores indicat, fructus verò filis appensi, vtilitates quæ inde depromuntur: per Discos verò in quibus Imperatores aurum, & ornamenta pretiosa, iis qui in virtutem promouebantur, erogabant, liberalitatem & magnificentiam denotat. Fortassis huius epystilij significatio est, vt is qui illic est inhumatus, magnos labores ob bonum publicum perpeffus est, vnde magna emolumenta sunt subsecuta, fuisseque liberalem, magnificum, ac bonorum amicum. Hoc idem epystilium Romæ visitur in foro, & Platea Bouum vt narrat Sebastianus Serlius in suo quarto libro de Architectura. Hæc capita Bouum antiquitus Barcinonæ in quibusdam turribus ad formam & modum cubicum reperta sunt, prope ciuitatis ostia, vt laborem famæ parentē denotarent. Quæ ciuitas, quoniā ab Hamilcare Barcino cōstructa est, Barcino fuit nūcupata: deinde vero Fauentia vocata, deleta fuit, & reædificata, vocata Barcinone, vt refert Florianus Decæpo in sua Chronica Hispaniæ. Ista capita Bouum cum fructibus filo appensis, in numismate consulis Iulij Antonij celata sunt, qui Augusto Cæsare imperante florebat, & in alio Auli Gabini, quam Hubertus in suis fastis depingit. Verum quauis per boues labores intelligatur, in præsepio tamen alligati, tutam quietem, quæ ex honesto labore promanat, denotant. Vnde fit vt duodecim Ægyptij, qui administrationem Regni à Sabæo Rege Ægypti susceperunt, sumptuosum & splendidum Bouinum templum pyramidalis figura ob eorum sepulturam construxerunt, & in summitate iusserunt duodecim præsepia erigenda, vt denotarent, non hanc curam regnum moderandi & frænandi suscipere, nisi vt hac in vita laboribus insudarent, postquam in alia quietem sperabant. Hanc ob rem non præsepia (quibus quietem denotabant) domicilijs vbi erant victuri, sed in sepulchris, vbi erant inhumandi, locauere, non autem in sepulcri initio, sed in extremo. Finis enim inclyti laboris, veræ quietis est initium. Vt Bos in præsepio quietem denotat, sic etiam solo eius respectu, laborem indicat. Adhæc ait Hesychius Ierolimitanus, In diuinis

litteris

litteris eum qui sibi leges Dei imponit, intelligi. Et Eucherius ait per Bouem quemcunque intelligi qui vitam exercet in labore. Hoc est quod voluit Deus significare, cum ait in lege: *Non alligabis os bovi trituranti.* Ac si clarius diceret, Solue Agricolam, ut suo labore vitam degat, neque suo iusto premio eum defraudes. Et D. Paulus hoc precipue de Concionatoribus intelligit, qui ut sanctum Euangelium annunciant, elaborant, ut cum spirituale seminant, non hoc multum est ut temporale metant. In 3. Regum libro scribitur Salomonem fecisse in templo, Bases aeneas quibus multi Leones, Cherubim, & Boues insculpebantur. Bases, ait D. Gregorius, qui sunt Prelati, non abs re videtur fieri, si hoc ad omnes qui potentia, metu & dominatione ceteris praesunt extendamus, quanuis hoc nisi in filios & seruos redundet. In iis debent locari Cherubim, id est, omne scientiae complementum, & Leones, quibus vis & industria quae nunquam defatigatur, intelligitur, & Boues, qui sunt labores. Tametsi haec omnia omnibus Christianis sint necessaria, magis tamen in prelatis eluceant, iisque qui generatim ceteris potentia, aut imperio dominantur. Videte igitur, quomodo in sacra Scriptura per bouem labor vsurpetur, ad quem homo natus est. In libro Iob. scribitur: *Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum.* Capessamus igitur illud ad quod nati sumus & in virtute laboremus. Nam ait D. Paulus in prima ad Corinth. *Si cuius opus manserit, quod superaedificauit, mercedem accipiet.* Et in secunda ad Timotheum: *Collabor & Euangelio secundum virtutem Dei.* Et Ecclesiasticus: *Multam malitiam docuit otiositas.* Et Salomon in Prouerbiis: *Auersio paruulorum interficiet eos:* significat quod animam interficit, esse a Deo alienari. Vocat paruulos impios, quoniam carent iudicio, cum Deum pro mundo deserant. Verum haec autoritas potest ita transferri, Paruulorum otiositas eos destruit. Quocirca omnes otiosi paruuli vocantur quanuis sint veteres: ut enim pueri nulli rei incumbunt, qui post mortem eorum vitam praebent testimonium. D. Hieronymus, otium vocat animi rubiginem, & D. Bernardus omnium malorum sentinam. Quemadmodum ager, nisi colatur, vepres & carduos emittit, sic vita nisi exerceatur, nisi vitia & impietates progignit. Quemadmodum aqua putrida, nil praeter ranas, bufones, & alia id genus parturit: sic homo otiosus prauas cogitationes, turpia desideria, & brutales appetitus fabricat. Nauis quae in portu anchora affigitur, nec exercetur, putredine conficitur ac consumitur. Equus in stabulo obesus, a nullo ascensus & calcaribus agitur, suspiciosus fit & strigosus. Ferrum nisi exerceatur, rubigo tandem interficit. Terra fructum emittit, aqua, aer & ignis perpetuo motu & agitatione exercentur. Corpora caelestia nunquam conquiescunt. Otiosi tantum nolunt admouere manum operi: hi sunt putridi, peruicaces, steriles, flagitiosi & nebulones. Huiuscemodi homines in magnas infelicitates labuntur. Et e contra ij qui honestis laboribus dant operam, maxima bona consequuntur. Et quoniam Germani pluris laborem faciebant, tanquam aeternae fame & nominis parentem, mittere solebant mulieribus quibuscum nubebantur, duos boues iugo alligatos, ut hoc denotarent, iugum laborum, quem vna extremitate leuabant & deferebant, alia etiam subire oportere, ne otio torpescerent. Nam quamprimum otio aditus patet, vitia, gregatim in domum irrumpunt.

Cur Patriarcha Iacob brachia ad modum Crucis in benedictione filij Ioseph extenderet, deque pluribus Crucis mysteriis.

CAPVT X.



Um tantoperè laborem collaudes (inquit Theologus) & otium obiurges, ut penitus illi adhærescamus: quadam dubia sacrae Scripturae proponam. In primis scire exoptarem, ad quid Patriarcha Iacob, cum in extremo vitae periodo esset, brachia ad modum crucis ad eos applicuit, benedictionem nepotibus, Manasses, & Ephraim Ioseph filijs, impartiens. Nam narrat Sacra Scriptura in Genesi: Cum Ioseph suos filios adduceret, ponensque minorem qui erat Manasses, ad manum dexteram Iacob, & maiorem qui erat Ephraim, ad sinistram, ut eos signaret, & hoc ordine benediceret: pius senex manus commutauit, & e contra posuit manum dexteram ad caput minimi, & sinistram ad caput maximi. Quod Ioseph grauius accipiens, & admonens patrem non hoc conuenire, ut ita faceret, eum a proposito non potuit dimouere, sed ait pater, minorem aetate maiorem alio fore. Huius rei ratione reddit Eusebius (inquit Doctor) nimirum, quoniam ab Ephraim Ieroboam ortus est, qui decem tribuum Israel Rex extitit, ut ait sacra Scriptura in 3. lib. Regum. Verum D. Ambrosius ait, eam fuisse causam, quippe qui optimus Iacob intelligebat per Manasse, id est, obliuionem populum Iudaicum significare, & per Ephraim, id est, incrementum, qui minor erat natus, populus Gentilis denotabatur, quoniam Iudaei fidem Iesu Christi noluerunt suscipere, ab eo oblitum fuere: Gentiles vero qui eam receperunt, multiplicati. Haec interpretatio est etiam D. Cyrilli & D. Augusti. lib. de ciuit. Dei. Per manum sinistram fidei prosperitas intelligitur, gratiae, donorum spiritualium, quibus Deus iustis benedicit, qui infidelibus praeponuntur, & populus Christianus, qui minor est natus, populo Iudaico, qui maior erat, praeponitur. Et quod ait Deus in Genesi, hoc in loco adimpletur, maiorem minori, morem gesturum. Et quod ait Iesus Christus in Euangelio: *Et erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* Cum Iacob manus ad modum Crucis applicuit, brachiumque alij transuersum posuit, fuit, ut mysterium Crucis ostenderet. Iustus senex oculos corporis habebat aggrauatos, oculos vero mentis lucidissimos & acutissimos, viditque spiritu prophetico filium Dei, naturam humanam assumpturum, mortemque in Cruce, pro humani generis redemptione passurum. Voluit significare, Benedictionem Cruce debere fieri, ex Cruce omne bonum prouenturum, & in ea vitae nostrae authorem, ut a morte nos liberaret, esse moriturum. Docuitque hac benedictione ubi crucis mysterium praefigurat, esse Iudaeis scandalum, Christianis autem gloriam: quoniam Iudaei qui dextri erant, sinistri remanere, Gentiles autem sinistri, dextri fuere. Itaque populus primogenitus, fuit minor, quod fidem non receperit, minor vero ad eam recipendam fuit primogenitus. Et mysterio Crucis obtinemus, ut quae mundo maiora videntur, demissa sint, ea vero quae minima censentur, sint maiora. Quod Patriarcha & Propheta Iacob in manuum transpositione Crucis figuram voluerit, designare, & exprimere, eaque mysterium nostrae redemptionis, D. Athanasius hoc attestatur, in libro variarum quaestionum sacrae Scripturae, & post eum. D. Isidorus, Rupertus & alij. Crux Iesu Christi (ut ait etiam D. Augustinus) in virga Moysi fuit praefigurata.

Gen. 47.

D. Ambrosius in Tractatibus de benedictione Patriarchae.

D. Augustinus lib. 16. de ciuit. Dei.

Gen. 27. Matt. 19. Marc. 10.

D. Athanasius lib. 7. varia quaestio. Exod. 14.

figurata, qua Mare rubrum fuit apertum & diuisum, quod aditum Terræ promissionis occludebat. Et vt ait D. Hieronymus figurata fuit in ligno, quod aquas amaras in dulcedinem conuertit. Virga quæ lapidem petiit, eique admirandas aquas fecit emittere, typus fuit Sanctę crucis, ex qua ad Creatorem accessit, aquę gratiæ manauere. De hoc lapide loquitur D. Paulus: *Petra autem erat Christus*. Manibus Moysi in crucem eleuatis, Amalech fuit debellatus, & per Iesum Christum crucifixū, diabolus deuictus: Iesu Christi Crux cythara est, qua optimus Dauid, id est, Rex cęlestis, dæmonia expellebat. Est arbor, in qua afflictus Ismael consolationis aquam inuexit, & hæc arbor vbi Iacob Idola & ornamenta, quæ sui deferebant contempnit, & schala, quam animaduertit, cuius alia extemitas terram tangebatur, alia verò cęlos ipsos feriebat. Hæc est gloriosa Crux, quæ à mundo erat adoranda: Dominus eam cōsecrauit, eam amplectens, amorem in eam denotans, humeris suis superimponens, ad cacumen vsque Caluarię montis: qua figura paruulus Isaac lignum ad culmen vsque montis detulit, vt illic mactaretur & immolaretur. Hunc Iesu Christi cum Cruce ascensum, vidit Isaias in spiritu cum ait pater cęlestis, eū super humeros Sacerdotis clauem domus Dauid esse laturum. Hic Sacerdos, Iesus Christus est, qui humeris crucem tulit, quę clauis est, quę cęlos referauit, qui cęleste Regis Dauidis est palatium: hoc est altissimi Dei, per Dauidem signati. Cælum erat clausum, nullus in id ingrediebatur, sed Iesu Christi Crux illud aperuit. Ideirco D. Ioannes Chrysostomus eam Crucem Paradyfi vocat. Duo ligna habet præcipua, aliud in altum, quod naturam Angelicam denotat, in amore diuino rectā, aliud verò transuersum, quod naturam humanam à peccato corruptā, quæ sicut ad virtutis transuersum procedit. Quoniam Crucis mysterio, homines, quodammodo Angelis similes sunt, & in æterna fœlicitate cum eis cōiuncti. Qui virtutes in splendidiori gradu videre auebit, in supremo valore & pretio, in sublimiori & altiori perfectione, quæ comprehendere queat, oculos in Crucem deslestat, & Iesum Christum crucifixum contempletur. Illic intuebitur, humilitatem, paupertatem, obedientiam, pietatem, elementiam, aliaque in supremo gradu virtutes. Crux est schala virtutum, diuitiarum, sodina, & meritò D. Augustinus eam omnium bonorum thesaurum appellat, illa oculis viuę fidei inspicendum est, vt à periculis deserti huius vitæ euadamus, terramque promissionis ingrediamur, quæ gloria est sempiterna. Hoc est quod ait Iesus Christus per D. Ioannem: *Sicut Moyses exal. auit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Cum Israheliticę interfecit essent in deserto à serpentibus, erexit Moyses serpentem æneum, & cruci annexit & qui in eum oculos coniciebant, statim sanabantur. Quemadmodum ille serpens figuram serpentis habebat, non autem virus: eodem modo Iesus Christus naturam humanam assumpsit, non autem peccatum. Cur (ait Theologus) voluit Deus vt ille serpens fuisset æneus, non autem ferreus & lapideus? Ratio est (respondit Doctor) quia metallū liquefit, non autē ferrū aut lapis. Et hæc sacratissima Crux in Caluarię monte erecta diuini amoris flammis liquefacta, quo bonus hic Deus pater misericors hic pius Dominus, hic cęlestis serpens gloriosus metalli nos prosequutus est, vt doceret, nos sui amoris igne & beatissimi vnus Dei charitatis flammis liquefaciendos, qui pro nobis mortuus est amore exstans. Hæc est præcipua ratio cur voluit hunc serpentem æneum fuisse. Alia verò est vt denotaret eius

mortis in Cruce mysterium, altissime erat resonandum, nihilque est, quod tantò longius audire valeat. Hoc mysterium Apostoli per orbem proclamarunt, vna cum discipulis Apostolicis: deque iis Propheta prædixerat: *In omnem terram extitit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum*. Et D. Paulus in Epistola ad Romanos eo pacto etiam interpretatur. Ecquid erat Iesus Christus in Cruce, nisi diuinum metallum, per omnem vniuersum personans? Huic serpenti æneo, qui Iesum Christum Crucifixum præfiguratur, alludit D. Ioannes dicens: *Si exaltatus fuero à terra, omnia tradam, d. meipsum*. Etenim morte sua omnes homines quoad in se fuit, ad se attraxit. Dicit autem omnia ad se tracturum, quoniam ad se trahit animas, & corpora Iutorum, quos iustificat, quibus in ara Crucis mortuus est. O sacratissima Crux! arbor vitæ, sanguine Dei mei purpurea, esto mearum victoriarū spiritualium, & temporalium insigne. In te Dominus labores contummauit, & ex te nostram quietem inchoauit. In te vita temporalis defecit, vt æterna nobis concederetur. Tu es afflictorum propugnaculum, cæcorum lumen, iustorum confidentia, peccatorum spes: quicumque te apprime cognoscet, omnia sanè relinquet, vt te sequatur. Hæc dicenda de Cruce, & hac est causa cur Patriarcha Iacob manus ad modum Crucis in nepotum benedictione expandit, quę scire optabatis. Quod nunc superest, nimirum prouertit D. Hieronymus in quadam Epistola, vt Crucem cum Domino nostro tollamus, deliciasque cænum & putredinem ducamus.

Cur Antiqui Vlulam sub Leone depingebant: & ad quid Centauro, effin. ebant: ad hac duorum capitum Aquilæ Imperialis ratio.

CAPVT XI.



Versunt alie quęstiones (inquit Theologus) proponendæ, sub quibusdam sacra Scripturę dubiis: sed quoniam hos Dominos quidpiam in medium adducendi de humanioribus placet eis locum cedere, tunc cum meis in arenam descendam. Iam declarasti (ait Humanista) Bouis significationē qua dixisti laborem intelligi. Obsecro te, ne tibi sit permolestum explanare, cur antiqui Leonem capite demisso, ferè humi prostratum, & sub eo vlulam volantem pingebant, vt in antiquo Antiochi Numismate depingitur: & cur etiam animalia media humana forma, media verò equina, quæ fingebant Centauros vocari, & cur armis domiti fuerint: quæue ratione Aquilam inter duo capita locauere, quando quidem aquila tantum vno capite constet. Alij (respondit Doctor) per Leonem, Solem intelligunt, & per vlulam, noctem, & denotantes ignauiam, hunc Leonem depingebāt, quæ humi præsternebatur cum vlula volante: vt denotarent, cadente Sole, noctem eum sequi: discedente lætitia, occurrit mœror, nullumque esse gaudium quod & purum sit, & permanens. Hoc est conforme iis quæ ait Salomon in suis Prou. *Resus dolore miscbit. r. & extrema gaudij luctus occupat*. Hęc ratio est, quæ huic picturæ tribuit, quæ nō à proposito aberrare videtur, explanat enim, ne mundi gaudijs tam citò euanescentibus, fidē adhibeamus, sed ad cęleste, quod nunquam deficit, aspiremus. Verum opinor antiquos, hoc voluisse significare, vt corporales vires intellectualibus cedant, corpusque animę morem gerat, sapientiãque viribus esse præstantiorem. Quare per Leonē vis corporis intelligebatur, per vlulaverò, scientia.

scientia. Ideò Græci prope Mineruam, quâ pro Dea scientia venerabantur, Vlulam pingebant: quoniam noctu volat: sapiens autem nihil debet obtegere, quantumvis obtrusum, etiamsi obscurissimæ caliginis tenebris inuolueretur. Tostadus in libro de quatuordecim quæstionibus ait, eam fuisse causam cur Gentiles Græciæ Mineruæ Bubonem dicarent, vt videlicet, quemadmodum hæc auis die in loca obscura secedit, à cæterarum auium conuersatione separata: sic sapiens speculationis desiderio in loco solitario secedit, quippe in hominum familiari frequentatione, nulla est ad philosophandum quies. Sapientis munus est, causas sciscitari, earum arcana contemplari, earum naturas & proprietates cognoscere. Et quoniam hæc consideratio atque cõtemplatio magis habet virium nocte, quam die, ingeniumque magis vim dilatat, ac maiori in silentio nocturno atque in obscuro recessu, quam lucidi diei occupatione, lumine resplendet: vt ait Propheta: *Nox lumen in delictis meis*. Itaque Græciæ Gentiles per Vlulam scientiam denotabant, & quoniam vi corporali aditum intercludit, fortissimum Leonem depingebant, incuruatum & prostratum, ac si Vlulam esset capturus. Quemadmodum sclopetorum aut tormentorum bellicorum puluis accensa celsam turrin deprimat, ac euerit, quam permulta homines brachiorum viribus nõ tantillum concutere potuerunt: sic artificialis solius hominis scientia, igne inuicti & strenui desiderij accensa, nõnunquam rebus quas magna hominũ acies viribus corporeis non potuere consequi, Marte suo adimplet. Hoc est quod Salomon voluit in Prouerbij significatione, dicens, *Vir sapiens fortis est*. Quare antiqui Mineruam armatam depingebant. Nõ enim sunt arma meliora, quam optima scientia. Armis etiam pingebatur: nam homo sapiens patientia debet armari, vt euentibus & aduersitatibus mundi resistat. Ita hoc interpretatur Abulensis in libro de quatuordecim quæstionibus. Quantum ad Centauros, nunquam huiusmodi fuerunt monstra, vt Palefatus dilucidè ostendit in libro de fabulosis narrationibus. Verum antiqui effinxere, eos esse semihomines & semiequos, vt repentinus vitæ nostræ cursus significaretur. Figura hominis ex umbilico in altum, est vita humana, celer autem equus sub quo gradiatur, est celeritas, qua ad mortem acceleramus. Nulla est Aquila, quæ maiori volet pernicitate, quam vita nostra, *Dies mei* (ait Iob) *velociores fuerunt cursor: fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes: sicut aquila volans ad escam*. Fuerunt dies mei & non viderunt gaudium: disparuerunt vt nauis, quæ vento prospero nauigat, quæ tantum poma, aliaque huiusmodi leuia portat, & velut Aquila, quæ maxima pernicitate ad prædam inuolat. Et Propheta Dauid dicebat: *Dies mei sicut umbra declinauerunt*. Et in libro Sapientiæ: *Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis*. Et D. Iacobus *Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur*. Ait Epictetus, vitam huiusmodi manam anni & torrenti ab imbrium aqua orto, qui inflatur, magnòque impetu profilit, sed citò deficit esse simile. Sic narrat Stobæus in Sermonibus, D. Isidor. & post eum Rodolphus Agricola, in 1. libro de inuentione: cum Sapiens quidam rogaretur, quidnam vita esset, se vertit, & subito euauit. Apparuit & statim latuit vt ostenderet eam esse momentaneam, & magna velocitate fugere. Quod veteres per Centaurum voluerunt significare. Intelligendum etiam est hoc homine semihomine & semibruto, hominem vitij inquinatum & languidis liquefactum voluptatibus, ab appetitu, non autem à ratione moderatum hominis vi-

uētis figuram gerentē velut rat ione orbat. Ita Maximus Tyrius eam significationem interpretatur. Etenim homines moribus deprauati, iudicijs sunt obcæcati, vt ait D. Paulus ad Romanos, *Obscuratum est insipiens cor eorum*. Et ad Ephesios, *Iam non ambulatis, sicut & Gentes ambulat in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum*, quo intellectu homo à brutis animantibus differt. Quocirca merito vocantur ratione carentes, cum ratione vt minime velint: hoc pacto homines aspectu remanēt, bruta verò operibus, portentosis Centauris cœquati. Hos vocat Sacra Scriptura insensatos, alijs canum nomina imponens, alijs luporum, alijs leonum, alijs equorum, alijs vulpium, alijs viperarum. Hoc voluit generatim intelligere Psaltes Regius, dicens, *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est insipientibus, & similis factus est illis*. Ait Origenes, Quoties appetitus sensitiuus animæ Remp. torquet, nobilitatem hominis ad imaginem & similitudinem Dei creatam opprimit, rationem conterit, & conculcat. Is inquam qui hoc pacto ab appetitu torqueri patitur: is præcudubio dici potest ex homine, in belluam conuerti, & in Centaurum redigitur. Iam verò cum Imperialis Aquila duobus capitibus cõstet, equidem video prima fronte, primoque aspectu, hoc videri portentosum: cum naturaliter nõ sit aquila quæ magis quam vnum caput habeat. Si autem dicitur, hanc non esse Aquilam, sed Aquilæ figuram: aliud sanè aderit discrimen. Imago enim ad viuum efferre debet rem propriam, cuius est imago: & cum Aquila reipsa vnum tantum habeat caput, eius imago duo habere nequit. Præterea (inquit Humanista) antiqui Romani Imperatores, pro insignijs Aquilam vno tantum capite depictam gestabant: sicut clarè in pluribus antiquis Numismatibus quæ vidi, conspiciuntur, quorum nonnulla, in libro Numerij Antonij Zantani de Monetis Cæsarium depicta sunt, & nonnulla alia in libro Fastorum Herbipolitani, & in suo Cæsare & in Commentarijs Æneæ Vici de Monetis Antiquorum Imperatorum. Cornelius Tacitus de his facit mentionem Dion Cassius & alij mentionem faciunt. Fateor semper fuisse Aquilam in insignijs Imperij Romani: verum scire exoptarem, cur in initio solum caput, tribuebatur, cum deinde duo sint addita. Primum planum faciam (inquit Doctor) cur in vexillis Romani Aquilam deferrebant pro armis & insignijs bellicis, postea vestris petitionibus respondebo. Anacreon, Priscus Author ait, & refert Fulgentius libro Mythologiarum, & Æneas Vici de Commentarijs Numismatum antiquorum, cum Iupiter bellum aduersus Titanes aggredere, in cælo litauit: tempore autem sacrificij Aquilam vidit sub se volantem, tanquam auem domesticam & priuatam ei blandientem: quod secundo, fortunatoque successu vaticinatus est. Quocirca Aquilam auream detulit pro insignijs, quam in clypeo gestabat. Et quoniam postmodum Ganimedem deuicit, hanc Aquilam pro insignijs & vexillis ferentem, Poëtæ dixere, Aquilam Ganimedem rapuisse, Ioui que abstulisse. Idcirco Romani in acie dimicaturi, Iouem velut tutorem ferebant. Eandem etiam Aquilam pro armorum insignijs gestabant. Verumtamen Alexander ab Alexandro ait, hoc insigne militare ortum esse à Ioue ad Cretenies, & ex ijs ad Trojanos, & ex Trojanis in Italiam ab Æneæ esse delatum, à quo illud Romani acceperunt, vt pote qui eorum sobole propagatos sese iactant. Sed qualecūque sit, omnes consentiunt, eum qui Aquilam pro insignijs tulit fuisse Iouem, cuius imitatione & exemplo Romani ea vsi sunt, siue per manum Æneæ,

Ephes. 4.

Psal. 48.

Prou. 24.

Iob. 9.

Psal. 110.
Sup. 2.
Iacob. 2.

Prou. 14.

Alex. ab
Alex. lib.
4. Gene.
dier.

aut alius cuiuscunque. Ratio autem cur tunc Aquilam solo capite depingebant, nunc autem duobus, erat ut notaretur, cum initio Imperium vnum solum esset, postmodum in duo fuit diuisum, nempe Orientale, & Occidentale. Et quauis in duas potentias diuisum sit, quæ sunt duo capita, vno tantum constare debet capite, quod est animus ut rectè regatur, & gubernetur. Hæc Aquila duorum capitum significatio, quæ duo Imperatores Christiani in insignijs gestant, cum Constantinopolitanus in Oriente, tum Alemanicus in Occidente, antequam ob peccata nostra Turcæ Imperium Orientale inuaderent. Aquila est auium Regina, & alius cæteris volat, visusque est subtilissimo. Quare Pindarus & Aristophanes per eam hominem excessi animi, singularisque ingenij intelligunt. Et quemadmodum igneum fulgur quodcunque per aërem offendit dissipat, præter Aquilam: sic mundus tribulationibus & tentationibus solet homines vulnerare, humique prostrernere, exceptis ijs qui animo sublimius volant, ad diuinum peragium perquirendum, qui lumine gratiæ, iudicij subtilitate & acumine ingenij, sublimia, alijs occulta & abtrusa, penetrant. Et quoniam Aquila alta est, penetrans, ac nobilitate cæteris auibus antecellit, & in Jouem benignitate vsa est, ob eius suauem & domesticum volatum, idcirco in vexillo & insignijs eam posuit: idè etiam pro insignijs & vexillis Imperij Romani capta est, cum Imperium solum esset: verum quia deinceps in duas Monarchias fuit diuisum, in duo etiam capita partitum est. Et vtramque illud quod Turca inuasit, tyrannicèque possedit, ad Christianos redeat, ad quos iure, meritoque spectat: & in altissimum ac præpotentem dominum spero Mahometi Mosquas ad verum Dei cultum eiusque sanctorum esse consecraturas, ac dicaturas, ut in ijs diuinum officium celebretur, Sanctum Euangelium annuncietur, & prophana, atque perhorrenda Mahometicæ sectæ colluuius extirpetur, Lex gratiæ pietatis & sinceritatis plena doceatur. Verum idè Imperium Orientale pro solo & priuato commodo fitiat, ut cupiditatem atque ambitionem exsatiat, ratus in sola pacata possessione, omnem felicitatem consistere: at omnes debemus exoptare, ut in Christianorum potestatem remittatur, ad Dei obsequium, cultum decus sanctæque orthodoxæ, & Catholicæ fidei incrementum, gloriam & vtilitatem populi Christiani. Quocirca nullus propter gloriam mundi, terræque cupiditatem ad Imperium anhelet. Ut enim in talis sub maiori puncto quod sex est, est etiam minimum, quod vnum: sic sub diuitijs magna inest indigentia, in maioribus dignitatibus, maiora sunt discrimina: & sub eo quem mundus beatum putat, magna latet calamitas, & infortunium.

Cur Deus potius apparuit Moysi in Rubo, quam in alia Planta, & cur prima præceptorum Tabula fracta fuerint, alia verò conseruata.

CAPVT XII.



IGentiles (inquit Canonista) nulla debent ardere ambitione, sed inanes honores falsam gloriam tanquam leuia & periculosa flocci facere, quanto magis Christiani, qui in Ecclesia Catholica versantur, quæ terræ sancta est, vbi soluendum est calceamentum ex pedibus, id est, res affectionum mortuæ, ut ait Deus Moysi cum eum in spinoso Rubo est alloquutus. Vna ex quæstionibus quas proponendas ducerem (inquit Theologus) est, cur Deus potius Moysi in hoc ap-

Exod. 3.

paruit, quam in alia arbore. Aiunt diuinæ literæ in Exodo, cum Moyses in monte Oreb pecus pasceret, apparuit ei Dominus flammis igneis, in medio rubi, qui flammam emittebat, nec comburebatur. Non melatet D. Bernardum dicere hoc arbutum sacratissime Virginis matris Dei esse figuram: ignescebat, nimirum concepit & peperit absque vlla corruptione, quoniã virgo fuit ante partum, virgo in partu, & virgo post partum: qua sententia multi Doctores, hunc locum sensu mystico eodem modo interpretantur. Verum in præsentiarum iuxta sensum literalem loquens, exoptarem scire, cur Deus prius hunc rubum elegerit, ut ibi appareret, cum essent plures aliæ excellentes arbores, vbi illud si voluisset, præstitisset. Nam sentis & rubus siluestris arbor est minimi valoris ruda & spinosa, multaque aliæ sunt pulchriores, & suauitatis plenæ. D. Athanasius (inquit Doctor) huius rei reddit rationem, in tractatu de varijs Scripturæ quæstionibus, dicens, Deum hanc plantam demissam & infimam delegisse, ne Iudæi eam adorarent: qui cum ad idololatriam essent propensi, ex Ægypto venientes, eam sine dubio adorarent, & idolorum loco venerarentur, si arbor pulchra lata & amœna fuisset, quod de Rubo facere non poterant. D. Theodoretus eandem etiam quæstionem reddit in quæstionibus super Exodum. Nicolaus de Lyra in Apostilla, & Augustinus Eugubinus in recognitione vet. Testamenti. D. Gregorius ait super Ezechielem: per rubum, populum Iudaicum intelligi, spinis peccatorum plenum, cui Deus sua pietate erat apparendus, & in exitu Ægypti subueniendus, qui postea à cœlesti patre erat mittendus. Idè ait Stephanus in libro de mundi fuga. Ait Galfredus rubum spinosum nostram esse humanitatem, laboribus plenam, quam Iesus Christus erat suscepturus, quam secum coniunxit, humanam carnem in gloriosæ Virginis Matris vtero assumens. Fortassis hac visione voluit demonstrare, ut populum Israël ex Pharaonis captiuitate voluit eximere, inter spinas apparuit: ita cum genus hominum à diaboli captiuitate erat liberaturus, pro nobis moriens, Crucem spinis fore coronandam. Illud fuit ab agno quem Abraham in monte sacrificauit, præfiguratum, cuius caput inter rubos & vepres spinosos erat implicatum. Ita interpretatur D. Augustinus, in libris de Ciuit. Dei, & Eucherius super Genesim. Hæ omnes interpretationes per apposite huic loco quadrat: sed quæ meo iudicio aptior est, cum videlicet Deus voluit Moysi apparere, ut doceret, eum à nobis in mundi delectationibus atque voluptatibus esse inuenturum, per arbores placidas & amœnas designatis, sed in honestis laboribus, pijs exercitationibus, in pœnitentia, in virtute, in tribulationibus patientia perpessis, per spinas intellectis. Cur inter fucata gaudia Deus est inuestigandus, cum Moysi inter veras spinas apparuerit? Hanc reor esse causam cur Deus in hac planta visus est, antequam legem priorum Tabularum, quæ fuerunt contractæ, concederet, & secundarum, quæ in Arca fœderis sunt asseruata. Exoptarem etiam (inquit Cuius) huius rei scire rationem. Ratio est (inquit Doctor) quoniam per priores tabulas, lex antiqua intelligitur, quantum in ceremoniali, iudiciali, & sacrificiali, quæ perficienda erant, sicut finire, & idè tabulæ contractæ sunt. Sed quoniam secunda Tabula sacri, sanctique Euangelij erat figura, quod in perpetuum in Ecclesia est permanens: hæ fuerunt in Arca Testamenti seruate, quod per Ecclesiam præfiguratur. Videte quæso elegantissimam pulcherrimorumque palatiorum exemplar, à maximo artifice elaboratum: quantumuis sit minimum, nihilominus tamen aule longitudinem, latitudinem & al-

D. Atha.
li. de var.
qu. Scrip.
D. Theod.
in qu. sup.
Exod.

Nicol de
Lyra in
Apostill.
Aug. Eug.
gub. in re-
cog. Va.
Testam.
D. Greg.
super E-
zech.
Steph in
li. de mû-
di fuga.

D. Aug.
lib. 26. de
Ciuit.
Dei, &
in 12. cõ-
tra Eueb.
super
Genes.

Hebr. 20.

Simile.

& altitudinem conspiciatis, cubiculorum adaequationem, cellarum vinariarum aspectum, columnarum latitudinem, valuarum elegantiam, arcuum & testudinum affabre opus, aedificij magnitudinem & perfectam: sic in legis veteris exemplari, quavis quibusdam in locis minimum videatur, sicuti agni sacrificium, magnitudinem nostrae redemptionis mysteriorum perpenditis per Iesum Christum, & Regionum palatiorum Catholicae Ecclesiae elegantiam, sacramentorumque Evangelicorum praestantium. Et quemadmodum ut splendida magnificaque domus construatur ac aedificetur, in primis exemplar ex asferibus aut ferro conficitur, domoque constructa statim exemplar dissipatur, ad hoc enim solum effectum est, ut maneat donec aedificium adimpleatur: sic cum Deus Ecclesiae domum erexerit, quam D. Paulus, domum Dei vocat, columnam & firmitatem veritatis, in primis exemplar veteris legis vna cum eius sacrificijs paravit, ut ad constructionem usque Ecclesiae remaneret. Qua constructa, Evangelioque praedicato, & nuntiato, ad nihil aliud profuit exemplar, nisi ut dissiparetur, confringeretur, & in ignem projiceretur. Antiqua lex ut ait D. Paulus, erat futurorum honorum umbra, superueniente autem Evangelij lumine, erat defectura, sicut re vera defecit. Et quoniam finienda erat, Evangelium vero permanens futurum, ideo primae tabulae dissectae sunt & contritae, secunda vero asseruata. Umbra defecit, substantia vero remansit. Exemplar defecit, aedificium autem perstitit, figura finit figuratum vero permansit. Antiquae legis ceremoniae ad extremum terminum peruenere, sancti autem Evangelij veritas perduravit. Hoc Iesu Christi Evangelium nauigandi carta est & gnomon, quo in huius mundi pelago nos ipsos debemus moderari, ut salutis portum appulsemus. Sed quemadmodum nauiculatorum, non portis aditum obtutu oculorum possunt deligere, nisi splendor solis, lunae, aut siderum eis illucescat, quippe qui cum profunditas vasta sit, in tuto anchoras defigere rati, ipsi pereunt. Non ab simili modo absque gratiae lumine gloriae portum nequimus appellere: cum autem peccatorum nubis obscura sit & caliginosa, ad caelos peruenire opinantes, anchoris ipsis ad inferorum lacus detrudimur. Quocirca finis est imponendus malis, bonaverò sunt inchoanda, à Deo gratiam exposcentes, ut ea ipsa gloriam adispicamur.

*De causa cuiusdam antiquitatis falsorum Deorum inter sacerdotes, & quid per Fabam, aut Hedera in-
telligebant.*

CAPVT XIII.



On à proposito aberrare videtur (ait Humanista) siquidem multa de Christianorum lege praefatus es, in tabulis designata, ut paulisper nunc de Gentilium lege verba facias, aut ut melius dicam, de illorum superstitione. Numa Pompilius II. Romanorum Rex, certum Sacerdotum illorum falsorum Deorum modum instituit, eosque Flamino Dialem nuncupavit, ut ait Titus Liuius, & post eum Fenestella in lib. de Magistratibus. Pro insignijs pileos gestabant, ut ait Marcus Varro, in castitatis & puritatis vitae quam acturi erant, indicium. Et ait Aulus Gellius libr. 10. Sacerdotem Dialem inter ceremonias quibus utebatur, vnam obseruare, non posse hedera aut fabam contrectare. Blondus in 2. libro de Roma Triumph. ait, non cum quidem hedera posse tangere, sed de faba mentionem non fa-

cit. Gaudentius Merulla in 40. lib. Rerum moralium ait, cum non posse fabam tangere, sed de hedera, nequaquam loquitur. Ideo Plutarchus in problematibus cum Aulo Gellio, ei hedera aut fabam tangere fas non esse, & idem affirmat Fenestella in libro de Magistratibus, quo loci horum Sacerdotum institutionem declarat, eorumque caeremonias describit, de quibus Titus Liuius in primo libro tractat, & Dionysius Hilicarnasseus in 2. Quod nunc scire desidero, & cur eis Sacerdotibus fabas aut hedera tangere erat vetitum. Huius rei ratio est, (inquit Doctor) quoniam his duobus ambitio, & immoderatus falsorum honorum appetitus intelligitur: ideo Horatius volens cuiusdam viri ambitionem denotare ait, cum hedera esse ambitiosior. Quemadmodum hedera demissa est, nec in altum potest, ex seipsa potest serpere, nisi parietibus aut alijs arboribus tanquam adminiculis utatur, quas statim exsiccat, destruit, & vita priuat, tamen illa stat virescens, altitudine, ad quam tenebat, potita. Sic ambitiosus, qui ex se humilis est & ter restis, insatiabili falsa gloriae sui victus, modis nititur illicitis, ut horum hominum fauore ad dignitates conscendens, quos decipit, ac defraudat, eorum causa conscendunt. Postquam autem omnium mundanorum honorum cumulo potitus est, illos qui eum ad gradus collocarunt, nititur detrudere. Ut autem huiusmodi honores, modis virtuti aduersantibus parantur, cuius ope & subsidio, eos sunt adepturi, tandem tamen evertuntur, ac opprimuntur. Et quavis qui eos possidet, quantum ad ignari vulgi opinionem, in sublimi feratur, ipsa tamen rei veritate prosternuntur, ac in profundum demerguntur. Etenim gloria modis illicitis parta, vera est infamia, quod antiqui per hedera intellexerunt. Praeterea certum est per fabam ambitionem etiam notari, antiquitus enim mos erat, ut etiam tunc temporis quibusdam in locis seruatur, electionibus Magistratum & dignitatum uti fabis albis & nigris, ut narrat Helychius & Aristophanes. Quare Plutarchus, libro de liberis educandis ait, cum Pythagoras discipulos adhortabatur ut à fabis abstinerent, nihil aliud notabat, nisi ut dignitates aut Reipub. administrationes non ambirent: sed potius ab administrationis oneribus deficerent. Ita interpretatur Plutarchus, Aristotelem sequens. Denique Pythagoras hoc symbolo, omnem ambitionem, ac ardentem honorum mundi sitim à discipulorum cogitationibus tendebat extirpare, qui nihil honoris praeterquam nomen retinet. Hoc denotat Diogenes Laërtius, & ex Collectaneis Suidae colligitur, quo loci tritum est & perulgatum prouerbum, Qui tranquillam pacatamque vitam ducere exoptat, à fabis abstineat. Haec autem doctrina expresse in Sacra Scriptura declaratur, Ait Ecclesiasticus, *Noli quarere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris.* Et alibi, *Qui potestatem sibi sumit iniuste, odietur.* Ait Dominus noster apud D. Lucam, *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.* Et D. Ioannes refert, Iesum Christum eorum societates effugere, qui eum volebant regem facere. D. Paulus in Epist. ad Galat. ait, *Non efficiamur inanis gloriae cupidi.* Et ad Philipenses, loquens de impijs & ambitiosis, ait, *Et gloria in confusione ipsorum.* Et ad Hebraeos. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Ait D. Ambrosius super Lucam, honoris cupiditas rubigo est animae, si in ea spes vitae praesentis collocetur. D. Gregorius. Hi (ait) à gubernationis onere repelli debent, qui eam cupiunt, ijsque, qui eam fugiunt, afferri. D. Bernard. in suo sermone quadragesimo, ambitionem virus occultum vocat, euidentem pestem, fallaciarum magistrum, inuidiae fontem, hypocrisis matrem, vitiorum originem,

Ecclesi. 7.
Luc. 26.
Ioan. 6.
Gal. 1.
Psal. 3.
Heb. 5.

D. Amb.
super Luc.
D. Grego.
Pastoral.
D. Bern.
in suo Ser.
mon qua-
drages.

D. Atha.
de var.
D. Theod.
in qu. sup.
Exod.

Nicol. de
Leyra in
Apostol.
Aug. Eni.
in qu. in re.
D. Greg.
super R.
Rech.
Steph in
li. de mū.
di fuga.

D. Aug.
ib. 26. de
Ciuic.
Dei, &
n. 11. co-
tra Euch.
super
Benef.

Senec. ad
Lucill.
Cic. or. 1b.
1. Offic.
Salust. de
de bel. Ca
tepsim.

originem, vermem corrodentem, Medicinam perniciosam, remedia tradentem vt impij male parent, & ex Medicinis, tormina & dolores efficit. Seneca in Epist. ad Lucil. ait, Ambitionem relinque, quæ multum pertimescenda est, vana est, futilis & absque fine. Cic. in Offic. Difficile, inquit, est ei qui honores appetit, veritatem obseruare. Et Sallust. in bello Catilin. ait, ambitios plures coëgit, fraudulentos & mendoces fieri. Hæc ambitio ætians est desiderium, & immoderatus appetitus honores & munia possidendi, tanque perturbata est confusio, vt homines cæcos & perturbatos trahat: ita vt potius velint labore iubere, quàm in quiete parere, periculo potius moderari, quam tuto gubernari. Vitro se ægritudinibus iniiciunt, quietis immanibus tyrannis, qui intempesta nocte, tutioræque somno, eos subito expergefaciunt, vanitatibus, quas mētibus cogitatio effingit, quæ nihil eis prosūt, nisi vt eos obtūdāt, & pessudent. Hi sunt ambitionis effectus, quæ quidē meo iudicio meritò vêtō comparatur. Vt ventus inquietus est, & in cōtinuo motu, sic ambitio, nec quietē, nec solatiū possidet, sed cōtinuo cogitationibus atq; solitudinibus detinetur. Et quæadmodū ventus, qui rabido impetu in cauernis, subterraneis locis, & imis terræ visceribus includitur, exire, & ad suum locum redire nitēs in altum ascendendo, terram tanta rabie, & vi concutit, vt eam tremere faciat, plurimæque ædificia solo æquet. Pari etiam ratione cum ambitionis ventus in Reipub. palatijs perflat, & Regum, atque Principū, in honores dignitates conscendere exoptātium, terra conturbatur, concutitur, lites, diuisiones, bella & excidia parturit, & sæpissimè funditus Reipub. ædificium euertit. Huic rei potest quadrare quod ait Iob, *Qui commouet terram de loco suo, & columna concutitur.* Ita cum intelligerent Romani, quàm perniciosa esset ambitio, iubebant, vt Sacerdotes Diales nec hederam, nec fabas contrectarent, quibus rebus ambitio significabatur. Verum per hederam, quæ arbores atq; ædificia coarctat, ac angustè comprimit, parca intelligitur auaritia, vt notat Valerianus in suis Hieroglyphicis, per fabam autem, incontinentiam, vt ait Plutarchus in Problematibus. Nonnulli authores idè plures adducunt rationes, quæ in loco sunt pretereundæ. Sed satis superque sit cum antiqui Romani vsum fabæ & heredæ votarunt, hoc denotarunt, præcipuè Numa Pompilius suos Sacerdotes, nec auaros, nec lubricos, sed castos, & liberales esse oportere. Alexander ab Alexandro ait in quarto libro Genialium Sacerdotes cum erant sacrificaturi, ablucebant corpora, omnesque actus impudicos fugiebant, & ieiunabant: idè Ægyptij Sacerdotes non nubebant & à vino abstinebant, nec carnibus vesciebantur, alij autem se castrabant, vt in perpetua castitate vitam degerent. Si in Sacerdotibus Gentilibus, qui futilibus dijs litabant, abstinentia castitas, nitorque vitæ requirebantur, quid opus est Sacerdotibus Christianis? qui celebrant manibusque habent altissimum Dominum vniuersi Creatorem Iesum Christum verum Deum & verum hominem? Hæc omnia (inquit Humanista) mihi probantur: Cæterum video hederam, velut fabam à Gentilibus magno honore habitam. Quantum ad hederam, inficiari non possumus, siquidem Poëtæ Hedera & Lauro summo cum decore coronabant, vt ex Athene, colligitur. Quantum verò ad fabas compertum est Ægyptios eas venerari, vt narrat Theanus, & refert Plutarchus in Simposiacis, vt velo tanquam quippiam religiosum eas tegerent. Equidem video Gaudentium Merulam lib. 4. de rebus memoriæ dignis ait fabas visui esse impedimento, tam oculorum quàm corporis, vt etiam mentis,

ijsq; antiquos in exequijs tanquam rebus funestis fuisse vfos. Ratio (inquit Doctor) cur Poëtæ Lauro & hedera coronabantur est, quoniam per Laurum vena dulcis & inclinatio naturalis intelligitur, quæ Poëtis arti poëtices habenda est: & per hederam, industria & labor, qui debet applicari, vt perfectus euadat, decusque quod eximijs Poëtis conceditur, assequatur. Quæ cum ita sint hedera etiam laborem desiderio dignitatem poëleos assequendi, significat. Notarunt antiqui in corona poëtis, nullum in ea præstantem fore, nisi ad eam parandam, magnum laborem ac exercitationem inlumeret. Præterea de moribus Ægyptiorum, qui fabas tegebant, ne illas viderent, vt eas esse impuras & anxias notarent, vera quidem signa ambitionis & libidinis, vt aiunt Empedocles, Herodotus, & plurimi alij authores. Vide te igitur causam, cur Sacerdotes Diales Hedera, aut fabam non tangereēt, & cur Poëtæ Lauro & hedera coronarentur. Oblector proculdubio (ait Humanista) quod me ex dubijs quibus implicabar, extraxeris. Verum aliorum solutionem scire cupio. Nam vt auarus nunquam pecunijs satiatur: sic homo sciendi cupidus nunquam rerum cognitione expletur. Vtinam (inquit Theologus) cuperemus nos ipsos noscere: hæc enim cognitio, celsa est sapientia.

Cur Christus Apostolos Sal terra vocarit.

CAPVT XIII.



Ntequam vltèrius progrediamur (inquit Humanista) planum mihi fieri velim, ad propositum Sacerdotum, cū de illis mentionem faciatis, cur Sal terræ appellentur. Huic rei (ait Canonista) per facile respōsum reddam. Per sal, verbi scientia intelligitur. Sic refert cap. Sic rector, distinct. 43. Porro cum ait Deus Sacerdotibus eos esse sal terræ, denotat, vt docti sint in omnibus quæ loquentur. Hac in re (inquit Theologus) meam opinionem adducam, quæ non multum ab eo quod ais, aberrat. In quarto cap. D. Matthæi, declarat Dominus noster Apostolis, eos fore pro eius nomine persecuturos, & tribulationibus afflicturos, vt copiose de his certiores redderētur. Etenim malū nulli vnquā malū infligit, nisi ei qui sperat, & bonū præstolatur. Iesus Christus hoc in loco eos ad patientiā euigilabat, tribus rationibus. Prima est ob præmiū quod in cælis iustis patiētia in aduersitate roboratis præparatur. Altera per Prophetarum exemplum, qui magnis, & varijs persecutionibus ab impijs fuerunt concussi, quæ maxima cum patientia, & constantia subire. Tertia verò ob munus, quo fungebantur: cum enim essent sal, seipsos erant fallendi, vt homines fallerent, & Apostoli, virtutum magistri, carthaque nauigandi, qua populus erat moderandus, vt patientes essent, quò alijs exemplum redderent, operæ pretium erat. Itaque hæc Euangelij pars tertia est ratio qua Iesus Christus suos discipulos ad patientiam est cohortatus, per officij viam, quo fungebantur: siquidem sunt sal terræ mundique lumen. Per terram iuxta D. August. sententiam, homines intelliguntur, qui non solum hoc in loco sunt, sed permulti alij, qui terra vocantur. Hoc explicato, inquam in sacra scriptura per salem intelligitur prudentia & solertia. Ita vt in 2. capit. Leuitici, Deus iubeat in omni oblatione & sacrificio salē oblatum fuisse, denotans nostras oblationes & sacrificia, cum prudentia & solertia. Hæc ratio est D. Thomæ in par. secunda quæstione 102. Hoc modo capitur in 43. cap. Ezech. vbi Deus Sacerdotibus iubet vt saltē in sacrificio iniicerēt. D. Paul. hac

1. Par. 16
Psal. 97.
Ierem. 6.
Ez. 22.
Hes. 2.
Luc. 8.
Leuit. 2.
Thom. 1.
2 q 102.
Ezech. 43.

Coloss. 4
Mat. 9.

D. Bern.
seq. cant.
D. Isidor.
h. de Syn.

Leuit. 2.

Mat. 10
Luc. 11

2. Par.

Mar. 9

2. Cor. 5

Coloss. 4. hac significatione utitur, cum ad Colossenses scribēs,
Marc. 9. diceret, *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus.*

Iesus Christus Dominus noster hanc doctrinam patefecit, cum ait apud D. Marcum ut omnis victima sale aspergeretur, ac si diceret, in omnibus nostris operibus solertia & discretionem esse vtdum. D. Bernardus super cantica. Discretio, inquit, virtutes disponit, formam præbet, secumque pulchritudine gerit, æternitatemque pollicetur. Et paulò post: Discretio nõ est tam virtus, quam virtutum moderatrix, & virtutum domina. Tollite discretionem & solertiã virtutes in vitia cõmutantur. Ait D. Isidor. lib. de Synodis. Bonũ quod eũ moderatione facies, virtus est: sed quidquid rem ota virtute facies, vitium erit. Virtus indiscreta inter vitia redigitur. Et quoniam Apostoli per orbem erant concionaturi, ut sunt concionati, fueruntque Sacerdotes, Prælati, Magistri, & Pastores, à quibus alij debebant discere, & exemplum capere, par erat, ut essent sal prudentiæ & discretionis, quo insipide, & fatuæ conscientie, essent aspergenda, condienda, & salienda, ut optimum gustum virtutum redderent, neque vitij corrumpentur. Hæc causa est, cur mihi videtur Dominum nostrum eos vocasse sal terræ, nisi dominus Doctõr, meliori opinione hoc velit comprobare. Admodum præclara hæc ratio (inquit Doctõr) quam passim Doctõres sequuntur. Verum insuper, aliam quæ non tantum vulgaris est, adducam, ex Sacre Scripturæ medulla & Græcorum, ac Ægyptiorum antiquitate depromptam. Antiquitus per salem concordia, fœdus & amicitia notabatur.

Leuit. 2. De quo loquitur sacra Scriptura in Leuitico, dicens, *Quidquid obtuleris sacri ficy, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo.* Vocat eam sal fœderis, aut amicitie, quoniam antiquitus, in quodam fœdere pacis concordie componendo, mensa parabatur cui sal apponebatur, quem erant tangendi, qui fœderis vinculo colligabantur. Ita narrat Theocritus in Hyla, & Diogen. Laërtius in vita Pythagoræ. Ad hæc dicebat Dominus in Leuitico ne auferremus ex nostro sacrificio sal fœderis, hoc est, omne quod à nobis offerretur, feruenti atque intimo corde offeratur. In 18. cap. Numerorum loquens Deus de pacto & fœdere, quod cum Aaron & eius filijs pepigerat, ait, Hoc est pactum salis perpetui, ac si diceret. Hoc fœdus est concordie, & amicitie pactum, quod ad aduentum vsque Messie permanebit. Vocatur salis fœdus: ut enim sal à corruptione conseruat, remque seruantiorem efficit: sic concordia, res efficit firmas & perpetuas, contra verò discordia eas corrumpit ac dissipat, quod conforme est his ab Euangelio dictis,

Matt. 12. *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* In primo libro Esdræ in Epistola ad Regem Artaxerxem, hæc verba scribuntur. *Nos memores salis, quod in palatio comedimus:* ac si diceret. Nos sumus memores pacis & amicitie, qua in palatio viuimus. In 2. Paralipom. dit Sacra Scriptura, *Num ignoratis quod Dominus Deus Israel dederit Regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi & filijs eius in pactum salis?* Vnde clarè probatur, per sal pacem amicitiam, concordiam, fœdus, & confederationem intelligi. Hoc est quod ait Iesus Christus discipulis suis. *Habete in vobis sal.* Et quod sale intelligeretur, declarans mox ait, *Et pacem habete inter vos.* Volebat enim, ut discipuli pacem obseruarent, munusque inter eos discordias reconciliandi obirent, eosque ad verum, mutuumque amorem attrahere. Hoc est quod ait D. Paulus ad Corinthios. *Et dedit nobis ministerium reconciliationis:* ac si diceret, Exopto, ut sitis concordie mundi, veræque pacis, atque amicitie ministri. Quoniam autem Pythagoras plura ex lege Dei depromptit, ut probat

1. Par. 16
Psal. 97.
Jerem. 6.
Eccl. 22.
Hes. 2.
Luc. 8.
Leuit. 2.
Thom. 1.
2 q 102.
Exe. 43.

Petrus Crinitus, inde fit, ut per sal pacem & amicitiam intelligamus. Dicebat itaque ut sal in omnibus poneremus, id est, ut omnia amore & concordia exqueremur, corda essent coniuncta & copulata, ut Respub. in quiete subsisteret. Quemadmodum in corpore humano ex quatuor humorum temperie manat salus sic in ciuitate ex hominum cõcordia, cõponitur harmonia & pacat^o Reip. status. Quæ quæ hæc in re plurimã cella domestica apud & Rep. multum discrepat: nã si nõ est in ijs rumor, aut tumultus hoc certissimũ signũ est eam esse perditã aut subito periturã. Sed in hominũ Repub. nisi sit quies & tranquillitas, certum & tutum indicium est, eam esse labefactatã, aut in excidij discrimine periculi. Idcirco dicebat Plato, rem pro Repub. utiliore, esse concordiam, perniciosiorem verò dissensionem. Ut pote sal pro signo concordie & amoris habebatur: solebant antiqui, aliquem inuitantes, statim mensam sal apponere, ut ait Pierius in Hieroglyphicis ut amorem denotaret, quo cum conuiuuium fiebat: primum itaque edulium, quod mensam parabat, sal erat. Vno venit, tritum illud & peruetus proverbium, salem & mensam ne prætereas, quo utitur Origenes lib. 2. contra Celsum & refert Erasmus in Adagijs. En vobis quomodo per salem pax amicitia, & concordia significetur, quæ significatio ex Euangelio deprompta est, vbi Dominus suos Apostolos salem terræ vocat. Denotat igitur: Mei discipuli, mundum dissensionibus & litibus plenus est, magna est sectarum, morum, ceremoniarum, & opinionum varietas. Vestrum munus est vnum solum Deum annunciare, vnam Ecclesiam Catholicam, vnum Baptisma, vnam fidem, veramque pacem & amicitiam perdocere. Vos estis concordia, qua homines debetis & coniungere, & concordare. Vos estis sal veræ confederationis: mitto vos velut mundi reconciliatores. Notandum autem est ut sal, ex aqua maris fit, quæ ab eo manat, & in terram occurrentibus solis radijs, dilatatur: Sic etiam quandiu in mundi pelago morabimur sal non erimus. Ex mundo egrediendum est, & nobiscum, qui terra sumus, in rationem & considerationem ingrediendum: occurrentibus autem Solis iustitiæ radijs, diuinæ gratiæ splendore, nolque feruidis sui claritatis igniculis inflammãtibz, mirificum tunc sal euademus. Quandiu in amarum mundi aquis immergemur, furiosis eius deceptionum fluctibus agitabimur, & in profunda vanitatum voragine inuoluemur, longè sanè absimus, quin sumus, quales esse debemus. Verum extra mundi pelagus expulsi & iacti, lumine gratiæ illustrati, amore diuino exardescetes, præstantissimum fœderis, concordie, & amicitie sal euademus. Sed homines sunt adeo temerarij, mundusque adeo fallax, ut plures noscam, qui cum ætatis extremum ferè curriculum attigerint, ei denuò morem gerere incipiunt, in eum intrant, cum potius essent exituri. Exeamus, exeamus inquã ab eo, patientia muniti, nec tantillum roboris & constantie amittamus. Quemadmodum sal quantumuis teratur & in puluerem redigatur, nõquam à salis sapore gustuque deficit: sic etiã Apostoli, quauis multis iniurijs, conuitijs & cruciatibus conflictarentur, nõquã ab Apostolorum Iesu Christi gustu defecerunt: sed cum iniurijs opprobrijs & tormentis in conciliorum cætu affligebantur, ait D. Lucas, eos iuisse gaudentes ex versutia dolisque impiorum triumphum reportantes: quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati: tormentorum mediũ alacri vultu penetrabant, sese sanguine macerantes, martyria cum canonicis & laudibus tolerantes. Ait D. Paulus, se gloriari in tribulationibus. Et D. Iacob. *Omne gaudium existimate, cum in magnas tribulationes incidetis.* Quemadmodum

Petr. Crinitus lib. 3. de honest. disciplin.

Petr. Crinitus lib. 3. de honest. disciplin.

Simile.

Act. 5.

Iacob. 1.

Simile.

dum triticum, vt purum fiat nitidum à paleis, & spicis quibus comprimitur, ventilandum est, cribrandum, & conterendum: vt etiã expurgemur, ex amoris mundi palea eiusque vanitatis arillis emundemur, afflictionibus ac laboribus sumus concutiendi atque agitando, sed hæc omnia patienti animo robore & in virtute perseverantia toleranda sunt. Virtus absque patientia flos est exsiccatus & marcescens, qui à vento effertur: verum virtutes firmæ & constantes, fortissimæ sunt arbores, quæ quantumuis rabidis ventis agitentur, semper tamen stant immotæ. Hæc sunt eorum virtutes, qui sal fiunt, tales etiam debent esse Christiani, præcipue Concionatores, Prælati, Sacerdotes, & Religiosi, qui flos populi Christiani esse debent, Bombycibus delicatius nere, virtute expurgari, & ad patientiam progredi: Secularibus comparati aurum debent esse obryzum, plumbo comparatum, vt album cum nigro, vt odorati pastilli cum sulfure, cœlũ cum terra, & velut mundi lumen coruscare. Et quanuis ob peccata nostra quidam sint, qui potius aconito, quam sali assimilentur, multi tamen hodie sunt qui re verã sal terræ, lumenque mundi possunt nuncupari, cum non solum accendantur, sed etiam sint illuminatores, non solum sunt concordie, sed etiam eandem videntur esse concordiam. Hæc est ratio cur Dominus discipulos suos sal terræ appellat. Si autem salẽ cum eius virtutem perscrutor, offendere nequeam, minusque ad eum prædicandam accedentes hanc pœnam subire sum paratus, quam mihi esse infligendam, sentietis. Mala enim pœnæ, culpæ solent esse remedia.

Cur Gentiles aperto erant capite cum Saturno immolabant, testum habentes in alijs sacrificijs: de que quodã Navis Thesei dubio.

CAPVT XV.

DRiusquam huius sermonis de hoc Sacerdotum genere filũ refecimus (inquit Humanista) dubium quoddam non Christianorum, sed Gentilium, mihi aperiri exoptarem. Ecquodnam dubium? (inquit Doctõr.) Hoc est (ait Humanista) cur Romani Sacerdotes antequam fidei lumen attingerent, cum falsis dijs immolabant (quos veros arbitrabantur) semper essent operata facie, vt ait Plutarchus: cum autem Saturno litabant, aperta. Hanc ceremoniam mihi planam fieri cuperem. Huius rei causa (inquit Doctõr) est quoniam antiqui Romani, quo tempore idololatria obuelabantur, veritatem Saturno attribuebant: ad hæc tempus per eum indicabant. Ided in eius sacrificio detecto erant capite, vt testarentur, quanuis per aliquod temporis intervallum veritas lateat, diuturnitate tamen temporis emergit. Ea est ratio cur quidam Poëta dicit, & refert Aulus Gellius in 2. li. veritatem filiam esse temporis. Quocirca dicebat Thales Milesius, tempus esse sapientissimum, quoniam omnia ei aperiebantur. Quemadmodum vilissimum vitrum nonnunquã purissimam esse crystallum apparet, sed tempore veritas manifestatur: sic turpe, foetidumque mendacium, pretiosam aliquando veritatem esse apparet: falsus eius tamen aspectus consistere nequit, quin homines velum falsæ opinionis auferant, & ipsam veritatem expromant, Ait Plinius gemmam quandam esse vocatã Irim, quæ in locis subobscuris & opacis arcus cœli colores repræsentat: nec tamen in hac falsa apparentia permanet, nisi quatenus à Solis facie remouetur: quamprimum tamen eius radios videt splendescere,

arcus evanescit. Sic falsitas & mendacium, aspectum eius quod non est habet, sed non potest tandiu perdurare, quin Solis veritatis splendor eam non infuset, & obtenebret. Proculdubio vigebit, quandiu fraudis & doli velamen vigebit: non tamen tantũ habet virium, quin splendidi Phebi lumen suæ obscuritatis nubes dissipet. Marcus Tullius in Cælium his utitur verbis. O magna vis veritatis, quo contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam contraque fictas hominum insidias, facile se per seipsam defendit. Equidem video sapientissimẽ mendacium ex seipso & ita esse impudens & effici, vt in eum, qui deberet obsecundare, excandescat: & cum veritatis sit seruus, subditus & captiuus, cordibus tamẽ dominatur, & abtrusis atque interioribus præcordijs nubes adeo prefas & coactas exfulsit, vt eis veram & patentem rerum veritatem conspiciere, haud patiatur. Verum cũ potentius videtur, veritas insurgit, & claro atque splendidissimo lumine eius vincula diffringens, tunc vim & potentiam ostentat, & ad extremum illud, qui eam erat de medio sublaturus, perducit. D. Chryostom. ait, veritatem Sole splendidiorẽ esse. Lactantius affirmat eam cõdimentis omnibus & salgams esse sapidiorẽ. Cũ igitur ita suavis est, & perspicua, quis est cui non illa arrideat? Non solum debemus ferre veritatem in ore, verum etiam in corde. Voluit hoc Deus denotare, cũ iussit vt in vestimẽtis Aarõ deferret rationale, ad stomachum usque, in quo hæc verba scriberentur, DOCTRINA ET VERITAS. Sed, quid opus est verbis, cũ veritas, tam celsa & præpotens sit, vt altissimus Deus de illa dicat. Ego sum via, veritas & vita? Conscius sum (inquit Humanista) quã excellens sit efflagitarẽque vt non solum eam nancisceremur, sed vt ad eam conseruandam niteremur. Etenim multæ veritates abtrusæ sunt, & in puluerulento obliuionis tumulto consulptæ, ob bonorum & fidelium scriptorum penuriã. Verum enim verò multa pernotanda tenemus, non solum recentia, verum etiã vetustissimi temporis, quibus authores memoriam æternitati consecrarunt. Et quanuis accurate sollicitẽque Athenienses nauem custodirent, in qua ferebatur, Theseum in Cretam esse profectum, ad Minotaurum opprimendum, vt hoc præclarum facinus memoriæ commẽdaretur sempiternæ, nullomodo illius reminisceremur, nisi libri scriptis reliquissent. Legimus hanc nauim permultis annorum curricula perdurasse, ad tempus usque; Demetrii Phalerei, vt refert Alexander ab Alexandro, libro 3. Genial. dierum demum verò confecta est, vt cætera vetustate consumuntur, nihilque superfuit, præter id quod scriptis comperimus. Ecquoniam fieri potest pacto (inquit Ciuis) vt hæc Navis tantopere duraret, nec consumeretur, aut carie putresceret? Potest fieri (ait Canonista) donec enim asser putriferet, alius ad prioris locum resarciretur, & sic pedententim, nouo ligno pro vestuto commutato, eadem nauis diu posset permanere. Si nauis (inquit Humanista) nihil ex ligno amplius retineret, ex quo prius fuit constructa, eadem amplius nomine non esset, sed aliam nam vt aiunt Philosophi, vt pote materia non sit prior, quæ erat in initio: sed alia dissentanea, materia igitur non est quod fuerat. Et vt nauis ex prima, nec tantum asserem, aut prioris materiam haberet, certum est eandem nõ esse. Quinetiam vt multi antiqui philosophi hoc modo sentiunt, hoc quoque testatur Hermolaus Barbarus vir sapiens & pereruditus, vt etiam refert Alexander ab Alexandro libr. 3. Genialium. Huius rei contrarium pro vero tenco (inquit Canonista) quoniam Vlpianus præstantissimus Iureconsultus, cui Imperator Aurelianus sua scripta & Archiua

tradidit, à qua re non dissentit etiā peritissimus ille Iu reconconsultus Pomponius. Nimirū, si testator mihi pecorum gregē relinquat, quem tēpore testamenti possidebat, qui propter longinquum tēpus ē mortis tēpore permutatur eo quidē vsque vt in eo nullę earum oues supersint, quę tēpore quo testamenti tabulę cōfectę sunt restabant, sed alię quę temporis successione ab ipsis proueniebant, pecus idem esse quod mihi tradendum est. Textus duo expressi mihi sunt, alter in l. grege. alius verō in l. si grege. ff. de legat. 1. Idem est in nauī quauis ex prioribus nullę tabulę superesset: donec pro iis alię sunt contignate, ita vt nauis eadem quę antea fuerat, remaneat. Non meo iudicio male vtrique sentitis (ait Doctor) Philosophi qui eandem non esse nauim dicunt, ad materiā & formā respiciūt & quopiam deficiente, aiunt rem non eandē esse quę antea fuerat & meritō. Secus autē Iureconsulti affirmant: ponderant enim Testatoris voluntatē vnde iuris dependet constitutio, quę rem pro eadem habere facit, quauis, subtilitate philosophica animaduersa, alia sit. Vbi enim est ratio legis, ibi & iudicium esse debet. Phisici, siue naturales Philosophi res ad vnum subtilitatibus lineis Apellis delicatoribus exprimūt, leges verō moraliter res probabiles sequuntur, rationi & æquitati consentaneas. Et quoniam testatoris voluntas est vt pecus legatario, cui reliquit, maneat: quauis tempore quo decessit, nullę essent oues, sed alię, quę tempore succedere, dicendo eum pecorum gregem relinquere, idem esse pecus nequaquā est ad dubitandum. Insuper quauis Atheniensū nauis iuxta Phisicorū philosophicā considerationem, non eadem esset quę fuerat initio, iuxta tamē rationem Iureconsultorum moralem eadem erat. Nixi sunt Athenienses, vt diu eam conseruarent, memoriāq; navigationis Thesei, quę aded erat admiranda, sempiterno auro commendarent. Quauis deinde poētę voluissent adulterare: qui ad pictorū instar quod aridet depingunt: Pictura enim fabulosa muta est poēsis, poēsis verō est pictura loquens: sed historia lumen est veritatis. Quoniam autem Gentiles veritatem manifestandam esse percepere, aut ab historiographis, aut ab aliis quibuscunq; hominibus: quippe diu obuelata & obducta non fuit, apertis erant capitibus cum sacrificium Saturno offerrent, quem Deum veritatis appellabant, quę omnibus viribus dat repulsam, adeo que est temeraria & audax, vt quo maiori terrori, aut timori obiicitur, eo maiori audacia resistat.

Cur Antiqui Thebani Iudicum statuas sine manibus effingebant, de que alijs ad hanc rem antiquitatibus.

CAPVT XVI.



Antiqui Græci ac Romani (ait Ciuis) magno ingenio in suis inuentionibus ac operibus esse præditos demonstrarunt. Maxime (inquit Theol.) Equidē præclara eorū facinora per leges eorūq; ædificia conspiciēs, ob eorū eloquētīā in libris quos scriptis reliquerūt, & artificium in operibus quibus sunt perfucti, & industriā in rerū pub. administratione ac regimine, quas moderati sūt, penitus obstupescō. Hæret animus cum eorum ingenium perpendo, cum oculos, in numismata, picturas, & sculpturas suis manibus elaboratas, quę ad hodiernum vsque diē apparent, conspicio, & in caremoniis quas inuenerunt, & in artibus liberalibus, in quibus floruerunt: vt nunc maximum esse arbitremur, si eos solū possimus intelligere. Deinde verō non possum non dolere, cum eorum ingenia aded præstātia, rebus ac mysteriis fidei obcæcata, & idololatriis atq; superstitionibus consēpulta intueor. Falsos deos venerabatur, quos ipsimet fatebantur, multa scelera & flagitia patrasse, obcænis, atque turpibus abominationibus,

omniq; vitiorum colluue fuisse inquinatos; quorū vnus fuit Saturnus, cui aperto capite sacrificabāt. Quis poterit comprehendere (inquit Canonista) vt sub hac idololatria, ac caremonia, tam celsa & ardua philosophia lateret, vt ea quā denuō percepimus? Deniq; re apprimē exaggerata, hoc voluerunt denotare, vt veritatē diligeremus, nēue illam mendacio impugnaremus, siquidē erat victura tēpore se manifestās, & cum nos falso esse damnatos intuerentur, ne spe excideremus, futurum enim erat tempus, quo veritas manifestaretur. Quid copiosius ac fufius hoc in loco dici potest? Magna profecto æstimatione multis in rebus fuerunt (inquit Doctor) Qui multum philosophiæ tenere auebit, & in rerū succulentarū, vnde bonorum morū, & frugi doctrina potest expiscari perfectō sui studij tēpore antiquos ad analogiā relatos, historias alienas & singulares antiquitates perlegat, quō sanē loci, multa multis abdita, & digna quę pluribus manifestētur, comperiet. Tantum à mea opinione dissentis (inquit Ciuis) vt hæc tems lectionum antiquarum studiū, mihi multis rationibus probetur, quarum præcipua est, quoniam ita sentis. Tantum tuo iudicio adhæreo, vt meum secum attrahat. Idcirco (inquit Canonista) bonus iudex nō esses, qui enim rectē iudicare desiderat, non à sua sententiā est dimouendus, sed ad ius tēdat, prout adducta & comprobata exoptulant. Illud est (inquit Ciuis) cū immoderata est affectio, iudiciumque peruertit: cū assentio qui eam tanquam ducem sequitur, multum aberrabit, non autem cum ratione sanōque iudicio circumscribitur, quod eo pacto iudices non perturbat. Ad hoc iudicium propositum (inquit Humanista) memini me legisse, quandā antiquitatē cuius causam scire auerem. Quenam est hæc antiquitas? (inquit Canonista.) Ea est (inquit Humanista) quam narrat Plutarchus, & post cum Alexander ab Alexandro, in 3. libro antiquos Thebanos iudiciū statuas sine manib. depingere solitos, quantū ad causam, ignoro, sed absque optima quadam doctrina suspicor, ided antiqui plaris faciebant, cum aliquas eximias conceptiones in statuīs exprimerent. Tametsi à multis continuō accepi (inquit Canonista) silentium esse pallium, quod animi errores tegit, vt meum non errore carere arbitror: attamen huic dubio responsū reddere concupisco, quandoquidē id negotij meę sit facultatis. Non me verō fugit eā esse causam cur Thebani iudiciū statuas sine manibus depingerent, vt nimirū denotarent nullius generis munera esse seruāda. Hoc (inquit Humanista) est obseruādum cum iudex male iudicat, primo concitatus: vt autē rectē iudicet, reor sanē ea posse acceptare aut recipere. Minimē verō (inquit Canonista) vlllo pacto potest. Procurator quidam Clienti laborē & practicen potest venūdari, & Doctor, opinionē ac consiliū: iudex autem nequaquā iudicium potest vendere. Textus est in can. Non sanē 13. q. 5. & can. qui rectē. 11. q. 3. dicens quauis Iudex nō rectē sententiam ferat, si tamen ob remunerationis premium hoc faciat, corruptione fraudēque inquinatur in Deū, quoniam iustitiā vendit. quā gratuitō expediret tribuere. Et paulō post, ait, Donū sumere & accipere veritatis esse præuaricationē. D. etiā Isidorus ait iustitiā statim auro corrūpi. Ideoq; plures sunt textus tam in iure canonico, quam in ciuili. Nullū est dubium, nisi priuatum commodum sæpissimē iudiciū obcæcare, quatenus si quispiā litem quæ ad eum spectet, moueat, & in alia simili iudex deputetur, iure potest recusare: idcirco, qui iudicat, ab omni commodō priuato aut effectu abhorreat, vlnaque recta metiatur. Itaque, licet rem condemnēt iuxta legis iustitię vigorem, non ideo peccat, non enim ille ipse, sed eadem lex condemnat. Et vt iudices quam sit perniciosum priuatis inhiare lucris, nu-

neraque acceptam, antiqui sine manibus eos depin-
gebant. Nihil ad hanc rem adducendū restat. Ego ve-
rò (inquit Theologus) sic arbitror, munera enim acci-
pere, hoc cum alienū est ac inauditū, tum à sacra Scri-
ptura vetitū. In Deuter. Deus ait: *Non accipies perso-
nā, neque munera: quia munera excacant oculos sapien-
tū, & mutant verba iustorū.* Referens Psalter Regius
viri Deo grati qualitates, & cathalogū virtutum an-
numerans ait: *Qui munera super innocentē non accepit.*
Loquens Isaias cum iudicibus deprauatis ait: *Va qui
iustificatis impium pro muneribus, & iustitiā iusti aufer-
tis ab eo.* Ait sacra Scriptura in 2. Paral. cum Rex Io-
zaphat quosdam iudices constitueret, eos hoc pacto
cohortatus est, dicens: *Videte quid faciatis, no enim ho-
minis exercetis iudicium sed Domini & quodcumq; iu-
dicaueritis, in vos redudabit. Sit timor Domini vobis-
cū: & cū dilige tia cuncta facite: non est enim apud Do-
min in Deum nostrū iniquitas, nec personarū acceptio,
nec cupido munerū.* His verbis in eos vsus est Rex, cū
eis confidit, quod Deus in eo confiderat, vt omnibus
ius redderet, prout Deus præceperat, eo pacto, vt
nullus ad multa possidēda & acquirenda inhiaret, ne-
que quo parū possideret, perderet. Quemadmodum
stateræ, quibus aurū ponderatur, eadem sunt quibus
pūbum ponderatur, & eodē pondere vtimur pro au-
richalco, ac pro argento: sic iustitia, qua Magni iudi-
cantur, eadem sit, qua minimi: eadem pondera iusto
libramine, æquaq; lance trutinata, sine dolo, sine af-
fectione, aut quouis commodo, quod in diuites exer-
centur, æquanimiter in pauperes adhibeantur: ita vt
vnicuique quod suum est, tribuatur. Videtur mihi (ait
Cuius) iudicem qui dona & munera accipit, in eaque
oculos conicit, vt corrumpatur, Vrsio esse simile, qui
cum aliquid pellucidum ac ignescens inuetur, lumi-
ne priuatur, & obæcatur. Non tantum (ait doctor)
dona & munera obæcant: verum etiā amor & odiū
secum tenebras & caliginem attrahunt, quibus iudi-
cium peruertunt, cum deprauantur. Et quemadmodū
oculi palpebras, quæ propè illos sunt non conspiciūt
nec quæ sunt longè distantia & remota: quoniam ea
obutu nequeāt pertingere: & vt aliquid recte intue-
atur & discernatur, æqualis debet esse distantia. Sic
intimorum amicorum causas minimè videmus, quip-
pe simus cū eis proximi copulati & coniuncti, nec ea
inimicorum, quoniā ab iis seiungimur, ac separamur:
amor cum aliis nos coniungit, odium autem à cæteris
nos separat. Sed tali adhibita distantie æqualitate,
vt nec amor nos fallat, nec odium alienet: tunc sano
vtimur iudicio, vnicuique quod suum est impartientes:
quod est æqualitas, in qua iustitia consistit. Qua-
propter Pythagorei octonarium numerum iustitiā
vocabāt, vt testatur Macrobius in somnio Scipionis,
quia primus est qui in numeros æquanimiter coæqua-
tos diuiditur, ac dispertitur. Non intelligo per æqua-
litatem, tantum esse vni quàm alij tribuendum: nam
vt si propter varios enses, alios magnos, alios paruos,
eadem magnitudine vaginæ componerentur, hoc es-
set inæquale, omninoque dissentaneum. Pari etiā ra-
tione, si in præmiorum distributione, tantum iis qui
parum merētur, quàm aliis qui magna mercede digni
sunt, tribueretur, talis æqualitas iniusta esset inæqua-
litas. Æqualitas iustitiæ est, suū cuique tribuere prout
capacitas & meritum expostulant. Quidpiam (inquit
Humanista) narrat Alexander Aphrodisæus, & refert
Celsius Augustinus in suis Hieroglyphicis, quod sanè
prorsus à ratione abhorrere videtur. Nempe Ægy-
ptios, solitos esse prope cælum iustitiam sine capite
depingere. Absque manibus pingere, ne dona mune-
ræ recipiant, hoc mihi probatur, sed Acephalem, &
sine capite, hoc non est tolerādum. Ego verò (inquit
Doctor) arbitror, eos non indicasse iustitiam carere

capite, sed in cælum omne habere, à quo dependet.
Hoc denotabant iustum iudicem debere in Deū o-
culos dirigere, à quo est dirigendus, non autem in
partes, à quibus non est a sententia, aut proposito di-
mouendus. Non caput humi debet inclinare, priuati
& terreni commodi desiderio obrutus: sed in cælum
figere: firmo cum proposito, Deo placēdi. Celeberrimus
torius Græciæ senatus fuit Areopagorum Athenarum,
cuius iudicium inactum, & integrum cense-
batur, vt ait Stephanus Byzantius, & Marc. Tullius
in quadam epist. ad Atticum, & Alexander ab Alexā-
dro, in Genialibus. & Budæus in pandectis. Iudices
Areopagi, nisi noctu sentētiās pronuntiabāt, ne cliē-
tes viderent, qui cum eos sollicitarent, non eis esset e-
loquentia vtendū, sed nude crudēq; cælum declarare,
aperto capite, nec passionibus aut affectionibus clau-
dicare. Hoc colligitur ex Luciano, Petro Mosellano
in Gellium, Alexandro, & Celio Augustino. Et ex La-
cedemoniis idem Alexander narrat, cum iudicarent
in domum, ne quemquam viderent, includebantur,
ne verbis aut muneribus mouerentur. Hoc notabāt
cum iudices sub hominum vita habeant iurisdic-
tiōnē, subque illorum bonis & honoribus, par erat, vt va-
rietatis essent amici, & iudicare non affectione, sed
iustitia, oculōsque in causam qua de agunt, non autē
in partes litigantes conuertere. Si talis extitisset Si-
fannes, non tam misere vitam terminasset eius autem
cupiditas & ambitio verum & rarum iniustorum iu-
dicum exemplum reddiderat: nam Cambyses Persarū
Rex iussit eum excoari, propter sententiā iniustā
quam muneribus corruptus protulerat, iussit vt eius
pelle cathedra tegeretur, in qua male iudicans asside-
ri solitus, erat: eius loco filium Otramem iudicem con-
stituit, eique imperauit, vt illius cathedræ locum oc-
cuparet, vbi pater sedere solitus fuerat, propria pelle
contectē, vt iudicans, oculos in rationem coniceret,
& sententiā æqua iustitiæ lance redderet, non autē
munerum cæcantium corruptione, ne tandem viam,
qua pater transierat, calcaret, qui propterea quod ini-
quus iudex extitit, occisus fuit, & excoariatus. Narrat
hanc historiā Herodotus in quinto lib. & Valer. Ma-
xim. lib. 6. Alexander ab Alexandro 3. lib. Genialium
& Rausius Textor in Officina. Eodem etiam loco
narrat Alexander Darium iussisse quendam præfectū
nomine, Sandocā. propterea quod iniquam sententiā
muneribus corruptus reddiderat, interfici. Sandocā visus
quidem est seuerus, integer, ad æquitatem inflam-
matus, quorum omnium maximam spem concepe-
rat: intus verò corruptis desiderijs infectus, similis
apiario, quod quidem bonam habet cellam, apes ve-
rò corruptas, ideò iussit Rex vt è medio tolleretur.
Hoc supplicio multabantur eo tempore Iudices, qui
manus muneribus ac donis porrigebant, à quibus om-
nibus iusti & æqui abhorrebant. Eorum itaque e-
xemplo antiqui Thebani Iudicum statuas sine mani-
bus erigebant, vt rectam iustorum Iudicum seuerita-
tem denotarent. Idcirco fabricabantur statuæ Theba-
næ, vt omnium iudicantium oculis essent obiciendæ, vt
iuxta iustitiam iudicarent, neue inopes donis oppri-
merēt, imo potius iustitiæ, æquitate, & misericordia iis
opitularēt, vt à cælesti Rege subsidiū caperēt. Ete-
nim iudices qui iustitia & æquitate impotētibus fauēt,
ab omnipotenti Deo gratiā, opē fauorēq; percipiēt.

Cur in sacra Scriptura homines vocentur Arbores.

CAPVT XVII.



I optimi Iudices, de quibus verba fa-
cimus (ait Cuius) sunt arbores opacæ,
& fructifere, quibus oppressi & infon-
tes confugiunt, vbi vmbra culum, per-
fugium fructūque iustitiæ compe-
riunt

Deut. 16.

Psal. 27.

2. Par. 19.

Simile.

Simile.

Simile.

Matt. 23.
Luc. 14.
Luc. 11.

Simile.

nunt, potissimum si graues sint, pro reis seueri, & inexorabiles, in humiles autē benigni & misericordes: eo enim modo bonorum voluntatem aucupant, à probis diliguntur, quos impij reformidant. Si omnes iudices ac præfecti (ait Canonista) his optimis, virtutisque consonis partibus constare debent, quanto magis Princeps, qui totius regni iudex est vniuersalis? Magna est arbor (inquit Theologus) sub qua vnusquisque potest recubare: Sic vocat Propheta Daniel Babylonis Regem, & per prophetam Ezech. Deus loquens de superbo Rege Sedecia, & humilitate Zorobabelis. *Scient omnia ligna regionis, quia Ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltaui lignum humile.* Et alio in loco ait. Regem Assur esse arborem ingentis magnitudinis, vt aliis arboribus excelleret, æquum erat & necessarium cunctis hominibus illud scire. In his Ezechielis autoritatibus (inquit Ciuis) non solum principes, verum etiam omnes homines arbores vocantur. Verum est (ait Doct̃or) & non solum hoc in loco, sed pluribus aliis, Sacra Scriptura Arbores homines solet appellare. Quid hoc rei est (inquit Ciuis) vellem fieri certior. Multi sunt (inquit Doct̃or) sed rem paucis perstringam. Si enim omnia vellem recensere, potius tempus quam verba deficerent. Quemadmodum arbores quoad humi gliscunt, in altum ramis & frondibus extolluntur: sic homines terra sati, ramos cogitationum in cælum debent extollere. Et quemadmodum arbores quanto profundas radices in terra agunt, eo magis caput & crines, id est frondes & ramos accrescunt, sic homines, quo profundius per cordis radices in humilitatem descendunt, tanto magis in meritis ramis virtutis, adolefcunt. Eo enim magis homo humiliatur, eo etiam magis Deus illum exaltat. Hoc ait Euāgelium: *Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Et sacratissima B. Virgo Maria de Deo loquens ait, in suo glorioso Cantico, *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.* Et quemadmodum bonæ arbores bonum fructum parturiūt, malæ verò malum, sic ex bonis, virtutes ex malis verò vitia nascuntur. Arbor bona, bonos fructus facit, mala verò malos. Et quemadmodum duæ iuglandes in magno sitæ itinere, alia fructifera altera sterilis, illa quæ fructifera est, saxis obruitur, & percutitur: quæ autem nullum fructum emittit, à nullo petitur, sed integra frondosa & opaca remanet: sic in vitæ itinere iusti maturitate tempestiua, fructibus bonorum operum onusti, sapientissimè iniuriis ac conuitiis incessuntur, steriles autem virtute contenti viuunt. O mundum immundum! quod dilapidas & persequeris, qui mel tuarum voluptatum & pestiferorum gaudiorū fugientes, vberimos fructus virtutis & doctrinæ emittunt: quot autem faues, blādiris & extollis, qui limites effranatis appetitibus nō circumscribunt, malicia versipelles, callidi, dolosi, & fraudulentissimi, vitiiisque scatentes. Eos qui lapides sunt pretiosi abiicis & deprimis, quorum natura & virtus pretium & valorem præ se fert, & in supremum felicitatis apicem, eos annumeras qui nullius sunt valoris, nullumque alium habent, præter eum, quem falso eis tribuis ac impertis. Sed heu! quid facio? Videor in echo vanæ inutilisque vocis cōmutari, vt verba quibus auditum obturas, admittam. Verum impij qui in insidijs vitiorū latent, rationis, quæ ab eis est expetenda, & quæ inuiti reddituri sunt, obliuiscuntur. Ad extremum, qui sunt arbores steriles, aquis mundi irrigatæ, non prosperitatē suam in æternū permanfurā putent. Nā demū boni sunt saluandi, si perseuerēt, cursumque temporalis curriculi perficiant: si verò in peccatis & sceleribus sint periuicaces sine dubio peribunt. Quæ admodū arbores, quæ fructum non producunt, quan-

uis sint virides & frondosæ, secantur tamen, & in igne proiciuntur. Sic impij, quanuis diuites & locupletes rebūque omnibus potiti viuant: ex improviso tamen mortis falce refecabuntur, & in infernum iniicientur. Occurrente inexorable morte cū sua vi & potentia, tunc imbelles erunt & eneruati, nec poterunt resistere, filum itaque vitæ honoris & solatij amputabit, & à iustorum contubernio, in æternarum voraginum pœnas propellentur. Hoc est quod ait Iesus Christus in Euangelio: *Arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Hæc sese dicenda obtulere cur generatim homines arbores nuncupentur. Homines in virtutibus eminentes, quæ pretiosa sunt monilia & annuli, quibus includantur, vocat eos Propheta arbores plantatas sicut decursus aquarū doctrinæ Euangelicæ, eximiiis fructibus, salubribusque frōdibus onerata. Etenim non solum operibus prosunt, quæ sunt fructus, sed etiam cœremoniis, quæ sunt folia. Ieremias hos vocat plantas fructiferas & irrigatas. Et Psalmista ait: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.* Et paulò inferius addit: *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur.* Quemadmodū arbor, quæ placido aquarum agmine irrigatur, semper est viridis, pulchrūque fructū copiosè producit: sic iustus aquis gratiæ diuinæ; doctrinæ salutaribus irrigatus, honestate vitæ efflorescit, mirificosque præstantium virtutum fructus emittit. Verum D. Hieronymus hunc Psalmistæ locū de Iesu Christo Redemptore nostro interpretatur, qui ait eū esse hanc arborem & idē affirmatur à D. Augustino, D. Gregorio in Moral. & Glossa Ordinaria Cassiodori. Etsi Budembachius, & Titelmanus hunc psalmum generaliter de omni iusto interpretantur: fatentur tamen eū propriè esse Iesum Christum. Arbor est, de qua Salomon in Prouerbis loquitur. Patris sapiētia arbor est vitæ pro illis, qui eam amplectentur. Hæc sapientia Patris Iesus Christus est Deus noster, eius filius, de quo D. Paulus ad Corinth. loquitur: *Nos predicamus Christum Dei virtutem & sapientiā.* De eadem arbore loquitur idem Deus in Apocalyp. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Hoc in primo Psalmo aliquid est confidatione dignum, per arbore iuxta decursus aquarum plantatā, Versio Chaldaea dicit, arbore vitæ. Huic arbori vitæ quæ Deus est, ceteræ arbores tanquam Creatori parent. Ait sacrum Euangelium cum Ioseph Angeli Dei iussu in Ægyptū fugeret, vt Tyranni Herodis crudelitatem vitaret, accepit puerū Iesum cum Virgine Maria properans in Ægyptum, vbi ad mortē vsque mali & flagitiosi Herodis mansionē fecere: Ait D. Bonauentura eos septem annis in ciuitate Hermapoli cōmoratos esse, in cuius aditu, accidit Miraculū quod vobis narrandū non dubitauit. Erat lata quædā arbor vocata Pressa, quæ velut videndo creatorem humanitatē assumptum perterrita, sese humi cū ramis incuruauit, eoque modo puerū Iesum altissimūque Deum adorauit. Nescio (inquit Canonista) qua illud ratū sit antiquitate, cū nulli sint quod sciam, authores, qui hoc narrent: Deus autem hoc miraculū aliāque maiora potest exequi, sed cum non illius rei recorder, neque me vsquam legisse meminerim, nescio cuius erit authoritatis? Opinor (inquit Doct̃or) te non multum in lectione historiarum Ecclesiasticarum esse versatum. Huius arboris miraculum narrat Sozomenus, libro quinto historiar. Ecclesiasticar. Cassiodorus libro sexto de historia Tripart. & Nicephorus Calixt. libro 10. de historia sancta, quo loci Palestinos & Ægyptios tanquam testes recitat, qui hoc à traditionibus antiquorum tanquam rem verissimā

Math. 7.

Ierem. 17
Psal. 1.

Prou. 23.

1. Cor. 2.
Apo. 2.Sozomen.
lib. 5. hist.
Ecclesiast.
Cassiodo.
lib. 6. de
hist. Trip.
Nicephor.
Calixt. 10

Simile.

Matt. 23.
Luc. 14.
Luc. 1.

Simile.

Guillerm.
Spirensis
in Centen.
part.

Isai. 29.

acceperat. Atque hanc arborem adeo salubrem permanisse, ut si ex ramusculis eius foliis tantillum dentibus applicaretur, statim dolorem mitigabat. Baptista Mantuanus hoc miraculum eleganter versibus describit, & refert Guilielmus Spirensis, in suo primo Centenario, ubi hanc admirandam historiam pro certa, & indubita recēset. Si ergo tam graues, & probatissimi Authores huius rei mentionem faciunt: debemus etiam nos fidem adhibere, proque certo tenere, remque ad nullam disputationem adducere. At Nicephorus, antequam hoc cōtingeret, Gentiles hanc arborem pro altitudine & pulchritudine, a diabolo decepti, adorasse arbitratur: qui Iesu Christo in hunc adventum eiusque præsentiā: iniquo animo ferens, arborem reliquit, & diffugit. Et tunc Ægyptiorum Idola in ingressu Domini nostri in Ægyptum corruere, quod prædixerat Isaias, dicens: *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingreditur Ægyptum, & commovebuntur simulachra Ægypti a facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius.* Per multi etiam authores affirmant quod Guilielmus Spirensis in suo primo Centenario recitat, ubi arboris historiam, recenset, quæ arbori vitæ Iesu Christi Redemptori nostro, sese incuruauit. Et non solum arbor est, verum etiam omnes iusti: ad hæc pro rebus occurrentibus generaliter omnes homines arbores possunt nūcupari. Plures alias rationes ex sacra Scriptura & Doctoribus Catholicis, vna cum Gētilibus, tam Philosophis, quam oratoribus, depromptas, quas in medium possem adducere, silentio prætermittens, qui acumine ingenij, iudicio & industria præclare sunt consecuti. Natura enim nihil tam arduum collocavit, in quo animus industrius excelsique ingenij, queat trutinari.

Cur Deorum Gentiles in iureiurando, Per lacum Stygium iurabant: & cur philosophi Pythagori i per numerum quaternarium iurabant: & cur tempore Alexandri literarum studia florent.

CAPVT XVIII.

DEoportunè cū de Poëtis loquamur, (inquit Humanista) planum mihi fieri optarem, cur dixerūt eorum Deos per lacum Stygium iurare, mihi que admodum cordi esset, intelligere cur Pythagorici, per numerum quaternarium iurabant. Quidam antiquus author, (inquit Doctor) Enomaus nomine, librum de falsorum Oraculorum Gentilium vanitate composuit, quo loci ait eos triginta mille Deos coluisse, & ita testatur Hesiodus, præter quos innumeros alios adorabant. Tertullianus in Apologetico, ait eos triginta deos eiusdem nominis Iouis vocatos, coluisse ad hæc rē adducit Marc. Varro, qui illud attestatur. Nigidius Figulus, Soranus, Diodorus, & Macrobius, de his falsis diis scribunt, quorum pleni sunt omnes Poëtarum libri, qui autē eos per aquas, ut ais, iurasse. Eius rei ratio est: quoniam dii antiquissimi habebantur, iurare etiam per aliquid maximæ antiquitatis operæ pretium erat. Et ut nihil aqua esse antiquius ferebant, per eam iurabant, potissimum per illam lacus Stygij qui tunc antiquissimus habebatur. Hi poëtæ (inquit Canonista) qua re freti asserbant, nihil aqua esse antiquius? Sententiæ Thaletis Milesij innitebantur (inquit Doctor) qui ait, statim in principio mundi aquam fuisse, qua omnia naturalia tanquā ex principio, & materiali initio fuere procreata. Cum itaque cætera sint ex aqua producta, clarum & perspicuum est productorem producto esse vetustiore. Hæc fuit Thaletis Milesij opinio, cui plurimi antiquorum infestebant, sed proculdubio multi reprobant. Ideo probat Philosophus (inquit Canonista) initio mundi fuisse

se aquas. Ægyptij (respondit Doctor) in libris Moyse lectitarunt, unde initio mundi fuisse aquas exhauserūt: & ut Thales Philosophus pro Magistris Ægyptios habuit, ut ait Laërtius, non mirum videri debet, si hanc doctrinam ab iis sit expiscatus. Sacra Scriptura loquens de mundi principio ait, *Et spiritus Domini ferebatur super aquas:* Et in tertiæ diei opere ait: *Cōgregantur omnes aquæ, quæ sunt sub celo.* Ideo Ægyptij antiquissimas eas censebant. Ideo autē Poëtæ, eos per aquas iurasse. Nos verò iurare non debemus, per aquas, nec per quoduis aliud, sed talis verbis nostris debet inesse veritas, ut absque iureiurando nobis fides adhibeatur. Iurare, iuxta D. Tho. in 2. est Deum in testem implorare: quod nullomodo licitum est, nisi, vero iudicio, aut iustitia occurrente. Nam per hæc tria iurare fas est, ut ait Propheta Ieremias: sed quoniam hæc tria perraro vna conueniunt, peccatum sæpissime in iuramentis committitur. Idcirco, quod nobis situm erit ab iis abhorrendū est. Quantum ad Pythagoricos spectat, verum quidem est Macrobiū dicere, eos per quaternarium numerum iurasse: ratio est, quia omnium numerorum æqualium primus, quatuor est. Binarius enim numerus, aut duorum, non perfectè numerus est, quoniam caret medio: aiunt enim Philosophi, ut numerus perfectè sit numerus, debet constare initio, medio, & fine: quod binarius numerus habere nequit: & ex numeris paribus aut æqualibus prior est quartus, qui præstantior habetur. Quocirca Democritus, tractatum in eius laudē edidit, ut refert Rauisius Textor in sua Officina. Cæterum aliud est, quod melius videtur, maiorisque indicij, magisque rationi cōsonum, nempe, in lingua Hebraica Deum plura nomina habere, quorum præcipuum illud est, quod dicunt ineffabile, & ita scribitur *יהוה*: & cum per Deum vellent iurare, qui quatuor literis constat, per quaternarium numerum iurabant: quippe qui Pythagoras etiam libris Legis Dei per uoluit: unde bonum præcipuum suæ doctrinæ deprōpsit, ex quo postea Plato, eiusque discipuli, vtilitati sibi conlulere, quo tempore maxime Philosophia, & humanorum literarū exercitatio Græciæ effloruit. Equaniam ratio est (inquit Cuius) cur illo tempore adeo præstantes Philosophi, adeo innumeri poëtæ, tanta facundorum oratorum copia, demum tanta virorum affluentia extitit, qui continuo, ad culmen humanorum literarum attingendū, insudabant? In proutu est ratio (inquit Doctor.) Perotus eam refert in prologo quem Papæ Nicolao quarto, in translatione Polybij dicauit: quæ est, quoniam hoc tempore Alexander magnus regnauit, & Rex Philippus eius pater, qui cum literis tum optimis ingenijs in laboribus rebusque magni momenti & ponderis fauebant. Narrat Sabellicus cum Magnus Alexander Ciuitatē Thebanorum vi expugnauit, videns milites eā demoliri, & solo æquare, iussit ut familiā, facultatesque Poëtæ Pyndari intactas relinquerent. Adeo literas amore fauorēque complectabatur, ut in bello ipso eius poëtæ in illa ciuitate nati, & curam haberet, & reminisceretur. Similis fuit hominum literatorum concursus, tempore Imperatoris Marci Aurelij, qui per philosophiam, ad sceptrum imperij peruenit, tantoque affectu literarū studia est prosequutus: qui cum Imperium esset affectus, quo maximè gloriabatur, titulum Imperatoris est aspernatus, quem nunquam concupiuit, ut narrat Guido in suo Exemplorum libro. Nitebantur passim homines ut eiusmodi rebus animum appellaret, ad quas Principes procliues, & propensos conspiciant, in quos oculos coniciunt, ut eis, & faueat, & opitulentur. Huius rei compertum habemus exemplum in Lusitania, quo loci nunquam adeo erudit,

eximisque viri extitere, quam tempore illustrissimi Regis Dom. Ioannis eius nominis tertij, qui Conimbricensem Academiam erexit & instituit, totius Europe celeberrimam & eruditissimis hominibus, liberalissimisque studiis affluentem, in qua optimos Professores, quos in toto terrarum orbe potuit seligere, accersit: Non fuit iis qui in eius regno florebant contentus: sed etiam præter hos, alios ex Salamanca Alcala, Lutetia, Tolosa, Burdegala, Flandria, Italia & Allemania conuocauit. Denique Academiam, ex optimis insignioribusque in quavis facultate literis auxit, & vniuersum omnium præstantissimarum doctrinarum emporium locupletauit, quas etiam virtutibus ditauit, quæ suo tempore viguerunt. Pater fuit Patriæ fidei Iesu Christo sanctæque Religionis Catholicæ propugnator. Potissimum verò præclaras, insignesque victorias aduersus Turcas, Mauritanos & Ethnicos in Indis Orientalibus reportauit: per strenuos Duces, & subditos quos delegauit, terras inauditas Regnaque incognita detexit, vbi homines Doctos, Sacerdotes, Religiosos & Concionatores demisit, Ecclesias, Monasteria, & Gymnasia construxit, vt religionis norma seruaretur, diuinus cultus celebraretur, rebusque ad fidem & doctrinam Christianam spectantibus imbueretur, ac erudiretur: & natio barbara, & irreligiosa, literis, & politia cumlaretur, resque ad salutem spectantes perdisceret. Et quoniam hæc literæ, ex Conymbria ciuitate, quæ fons est, vnde omnes riuuli per diuersas mundi partes deriuantur, erant manaturæ: vellem scaturiginem esse puram &lympidam, propter eum qui eam constituit, non solum literarum exercitatione, verum etiam virtutum, quibus pius ille Rex famam æternitati sacrauit, nomen celeberrimum reddidit, memoriæque sempiternæ, qua posteris semper oculis obuersabuntur, commendauit. Si historias cum antiquas, tum nouas, euoluitis, quales in Repub. essent Principes, tales etiam reliquos solere esse ciues comperietis. Imperatoris Caligulæ literarum, aduersarij tempore, nullus vsquam Romæ extitit, qui ad eas promoueretur, sed qui tempore Octauiani Augusti, qui eis fauit, mansere superstites. Tempore crudelis Neronis, plures etiam crudelitatem sitientes extitere. Tempore pij & benigni Titi Vespasiani, plures ad clementiam summopere propensi. Tempore otiosi, segnisque Domitij plures otio indulgere ac torquere. Tempore iusti Traiani, plures iustitiam laudauere, sic de reliquis Imperatoribus, Regibus ac Principibus, ad quorum imitationem & exemplum deberent virtutibus literis ingenijs præclaris armorum facinoribus, & fauere, & aspirare, resque fidei & religionis propugnare, quoniam ex eius voluntate permulta alia dependent. Subditi enim moribus, actionibus factis & quibus principes dediti sunt, assuefaciunt. Vnde liquidò constat si virtutes & honestos labores augeant & complectantur, futuros quosdam esse, qui eiusmodi rebus incumbant, penamque à vitijs ac sceleribus repetent, non tanta in iis erit dementia. Solon Salaminus Rogatus, quod esset præstantius regnum. Narrant Brufonius & Stobæus eum respondisse: Illud vbi viri boni præmio accenduntur, impij vero penis ac supplicijs multantur & deprimuntur. Non quidem immeritò. Bonus enim Rex bonis debet fauere, malos autem punire. Si autem bonarum literarum studia, inclytæ virtutes, armorumque præclara facinora in regno efflorescant: plura hæc omnia debet facere, ea honore & fauore prosequi, eo enim pacto in altum extollentur. Si autem fauoris, humanique præmij penæ deficient, illæ etiam deficient, nec volabunt, aut notitia commendabuntur.

Cur Gentiles os statuæ Tristitiæ obsignabant, eamque in Templo Latitiæ collocabant.

CAPVT XIX.



Vm declarasti (ait Humanista) cur vana Deorum supersticio per aquas iurabat, eorumque multitudinem quos decepti & abusi homines colebāt, enumerasti, vellem sanè vt explicares, quænam Dea erat, quam Volupiam nuncupabant, aliamque quam Angeronam vocabāt, & cur Angeronæ statuæ erat ore obsignato, & in templo Volupie collocabatur? Hæc Volupia (inquit Doctor) à Gentilibus pro delectationis Dea adorabatur, Angerona verò Dea erat Agoniæ: alij Latitiæ attribuebant, alij verò tristitiæ. Quod ais simulacrum Angeronæ os habuisse oclusum, & obsignatum, hoc ait Plinius libro 3. Quod autem ais de eius sede Templo Volupie, illud refert Macrobius libro 1. Saturnaliorum. Ratio cur obsignato erat ore, est vt notaretur, eum qui dolorem & passionem occultat, silentioque acceptas iniurias præterit, oblectatione, patientiæ beneficio, fruiturum, mœrorumque in gaudium conuersurum. Masurius, & Macrobius in suis Saturnalibus, eius rei causam reddunt, quam refert etiam Blondus in 1. Romæ triumphantis. Dicebat Verrius Flaccus Tristitiæ Deam eas foras eicere, dummodo, equanimiter ac patienter tolerarentur. Salem in ore habere, signum est silentij, vt testatus est Alexander magnus, cum epistolam magni momenti lectitaret, vidensque Epheftionem sibi familiarem eam etiam legere, annulum signatorium, è digito traxit, orisq; eius apposuit, hoc denotans, eum nõ debere quidquam ex his quæ viderat, aperire. Qui enim aliorum arcum curam suscipit, vt os habeat clausum & obsignatum per necessarium est. Sic narrat Stobæus in sermonibus Illud voluit Alexâder in memoriam reuocare, vt sui officij memor esset: vt enim ait Aristoteles & refert Stobæus, nihil difficilius est quam quod tegendum est occultare, veluti quod in sapientibus non consistit. Silentium sagacium est conclave. Cum quidam ab Aristotele percontaretur, cur alios loqui doceret, ille verò semper in silentio versaretur: respondit, vt molaris lapis nihil scindit, sed ad scindendum ferrum exauiit: sic sapiens tacendo, alios loqui docet. Sic refert Antonius in Melissa, quauis Maximus in suis sermonibus hoc Socrati velit tribuere. Verum quoniam vterque Platonis Discipulus extitit, forsân ambo hoc sermonis genere vsi sunt: siquidem ambo ex eodem fonte hauserunt, amboque vtilitatem, quæ ex silentio manat, non ignorabant. Homo absque silentio est velut equus absque fræno, qui autem parum loquitur, arca est, clauis obserata. Ait Salomon in Prouerbijs. *In multiloquio non deest peccatum.* Verum tempus est loquendi magnoque errori vertitur, medium huic rei non adhibetur. Quare dicebat Isaias: *Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, &c.* Et Ieremias: *Non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea.* Loquor autem de silentio iusti ac solertis, potissimum tribulationis tempore, quo patientia omnia sunt toleranda. Ait de illo Isaias: *In silentio & in spe erit fortitudo vestra.* Et alibi: *Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentiū.* Et Iere. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.* Et paulò post: *Sedebit solitarius, & tacebit, quia locauit se super se.* D. Chryostomus ait, Si Vlscisci velis, silentio vtere: eo enim pacto iniuriam inimico & aduersario infligis, melius etiã tacendo vinces, quã respondendo.

Simile.

Prou. 10.

Isai. 62.

Ierem. 4.

Isai. 30.

et 32.

Thren. 3.

D. Amb.
li. 1. Offi.
D. Grego.
lib. 3. Mo-
ral.

D. Ambrosius ait: *Qui modum tacendi scit, scit etiam loquendi.* Homo impatiens & parum sapiens reuerberat: si enim verba iniuriola, & contumeliosa, in eum infligantur, subito maiori numero eas euomit, qui autem patiens est non curat reuerberare. In corde omnia probra custodit, ac abdit, nec vllum scandalum demonstrat. Et quoniam in iniuriis & contumeliis acceptis, honesto silentio opus est, antiqui Statuam Agoniz ore obsignato fabricauere. En vobis quantum ad primam quaestionem: De secunda, ea est ratio cur Angeronæ statua in templo Deæ Volupiz collocaretur, vbi eius festum celebratur, hi Gentiles Philosophi, his indicant, semper merorem cum gaudio esse mixtum. Sic declarat Hamerus Nouifianus in Genesim. Non est Volupia sine Angerone, nec gaudium sine merore. Quænam est in toto terrarum orbe oblectatio, quæ ærumnis & curis non aspergatur? Res mundanæ vicissim intermixtæ sunt, lætitia cum tristitia, labor cum quiete, tranquillitas cum solatio, paupertas cum diuitiis, pax cum discordia, ignominia cum honore, dulce cum acerbis, fel cum melle, malum, cum quodam bono. Sic viuunt in hoc immixto mundo, nec in eo aliquid potest capi solatium. Vnde venit Prouerbiū, *Felix per omnia nullus est mortalium, quod à Theognide, & Aristotele in 2. Rhetoric. adducitur.* Quare dicebat Clearchus, vt refert Athenæus, loquens de communi via, nihil esse hac in vita omni ex parte beatum: Significabat nullam sub totius cæli ambitu esse oblectationem per omnia perfectam. Menander (vt refert Plutarchus) dicebat, hæc duo, viuere, & dolere, coniuncta esse. Et Pyndarus ait in 3. Cantico, nullum esse nec fore hac in vita à labore immunem. Vbi est Sol, ymbra est: vbi est splendor, ibi est obscuritas. Meo iudicio (inquit Theologus) non ab hac sententia abhorret: quod ait sacra Scriptura in Genesi: *Factum est mane & vespere dies vnus.* Ac si diceret, sic fuit primus dies naturalis, qui nocte vna, vnòque die artificiali componitur. Vespere, nox intelligitur, mane verò die. Poterat sacra Scriptura hoc modo dicere. Primus dies finit, sed ait factum est vespere & mane dies vnus, demonstrandi causa, nullum hac in vita diem esse absque nocte. Nullum est gaudium absque tristitia, nulla est prosperitas sine aduersitate nec lætitia absque tristitia. Quare ait Salomon in

Prou. 14.

Gene. 1.

Prou. 14.

Prouerbiis: *Risus cum dolore visceditur, & extrema gaudij luctus occupat.* Hæc omnia (inquit Theologus) peroptimè relata sunt, nullaque inest difficultas, nisi mundum esse arcem, vbi parum est tristici, multum autem palearum: metallum est fece plenum: parua est tranquillitas cum læuis procellis. Hoc voluerunt Prisci sapientes Græci perdocere, cum in Templo deæ lætitiæ statuam Deæ tristitiæ collocarent. Nos verò, relicta fallorum Deorum superstitione, veritateque nora, gloriam in æternum perquiramus, vbi dies est, sine nocte, gaudium sine luctu, quies sine timore, & in huiusce vitæ laboribus ad fontem remedij, qui Iesus Christus est Deus noster misericors, percurramus. Etenim remedia quæ mundus pro laboribus adhibet, sunt alij grauiore labores, cauteriaque sunt, quæ vulnera non curant, sed viscera comburunt.

Cur Plato animam cum linea recta & circulari comparat, & cur Vitellius in quodam numismate, duas imagines facie ad faciem sese inuidentes insculpsit.

CAPVT XX.



Tinam (inquit Cuius) illud apprimè pernosceremus, planèque quantum ad salutem nostram conferat, mundum effugere, & Iesum Christum perquirere, non solum vt hoc auribus percipiamus, sed vt re, atque opere adimpleamus. Vnde fit, (ait Canonista) vt eius rei plenam non callemus notitiam? Fit, cum nos ipsos perfectè non noscimus. Hæc ignorantia, istius etiam causa est. His optimè quadrant & consentiunt Sapientes in suis scriptis, nõ solum Christiani, verum etiam Gentiles. Proclus Platonius ait in libro de anima, Fundamentum Dialogorum Platonis, nostræque Philosophiæ præcipuum esse nostræ naturæ ignoracionem. Hoc est ad quod tendit nos docere, vt nos agnoscamus, vt ex hac nostrorummet cognicione, ad cognitionem Dei nostri peruolemus. Magnum sanè fuit (ait Humanista) & præstans Platonis iudicium. Adeo fuit sublime, & arduum, vt optimus D. Dionysius Areopagita, in suis præstantibus & egregiis tractatibus, sententiis, verbisque Platonis vtatur: vt facillè intuebitur quisquis alia alij volent æquiparare. Bessarius in libro quem pro Platonis defensione edidit, illud peroptimè notauit. Imò (ait Theologus) verum in sua ita præstanti philosophia, quàm prædicat, tanti sunt errores, tamque obtusis filis contexti, vt nequaquam sint tolerandi: vt potè hoc in loco, vbi ait animam nostram, esse lineam, nunc rectam, nunc verò tortuosam. In quo sanè tantum à veritate discrepat, vt album à nigro, vt eius discipulus Aristotelis a ritu abstinere non potuerit. Quomodo fieri potest vt anima nostra sit linea, cum anima sit substantia, linea verò accidens? In hoc (inquit Doctor) longissimè falleris, nullaque ducebatur ratione Aristoteles, vt eum redargueret, nec tu hoc in loco debes eum sectari. Non ait Plato, animam nostram esse lineam, quantum ad eius essentiã: haud enim erat nescius, animam nostram esse substantiam incorpoream, & lineam quantitatem continuã, aliam intellectualem, alteram verò insensibilem. Sed ait eam lineam posse comparari, aliquando enim recta est, aliquando verò circularis. Comparatio non est identitas, sed vnus rei ad aliam similitudo, non in toto, sed in quadam parte. Homo iustus & magnanimus Leoni comparatur, in viribus. Ita dicit Salomon in Prouerbiis: *Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi Leo confidens absque terrore erit.* In principio Machabæorum, loquens sacra Scriptura de iusto, & inuictio Iuda Machabæo ait: *similis factus est Leoni in operibus suis:* Homo excelsi ingenij animo Leoni comparatur, non autem ratione. Non ergo sequitur, quauis sit rationis capax & Leoni similis, eum idcirco vnguibus aut capite Leonis constare: & ita de ceteris comparationibus. Et idem Aristoteles hominè iustum corpori omninò quadrato comparat, quem admodum tale corpus propter quadraturam qualicumque parte in planum oneretur, firmum stat, rectèque sicut: pari ratione iustus propter prudentiã & virtutè, qualicumque statu, siue secundo, siue aduerso versetur, firmus tamen cõstans firmique propositi tenax permanebit, atque in tuto perstabit. Non tamen ideo sequitur talem virum, veritatis realitate, corpus esse ex omnibus partibus quadratū. Eodem etiã pacto quoniam Plato animam lineam comparat, non ideo sequitur eam esse. Quænam est ratio (inquit Humanista) cur Plato ita eam comparet? Hoc est (inquit Doctor) quoniam anima, cum creaturas contemplatur, vterius-

Rom. 1.

Smile.

Prou. 18.

Smile.

ulteriusque progreditur, donec in quibusdam eorum perficiatur: (nam pro fine, res quæ finiendæ sunt, capere debemus) tunc lineæ recte comparatur, quæ nõ in sua figura perfecta est, semper enim in qualitate potest esse aucta. Nihil adeo magnum est, quod maius fieri nequeat, idèõ recta lineæ perfectione caret. Talis est anima cum res creatas contempletur, vt eũ eis comparetur, proq; sine quod illi pro medio, erat sumendum, accipiat. Linea circularis perfecta est, quoniam ex nihilo augeri potest. Aristoteles hanc rationem reddit in primo lib. de celo, cap. 2. Et ratio eor ex nihilo potest augeri est, quod finiat vbi incipit. Cum igitur anima Creatorem contempletur, indeque ad Creaturarum contemplationem regreditur, deinde retrocedit, & ad contemplationem Creatoris regreditur, ac reuertitur, remanet velut lineæ circularis: quippe omnia creata circundans, ad eum qui eas creauit, redit. Incipiens Deum contemplari, pro medio creaturas capit: nam vt ait D. Paulus ad Romanos, inuisibilia ipsius, vt potentia, sapientia & bonitas, per ea quæ facta sunt à creatione mundi conspiciuntur: & à creaturis ad Deum rediens, mirum circulum efficit pro fine Deum capiens, quem pro initio ceperat, quo incepit, finiens. Est animæ nostræ circulus Platonius, & motus inter meditationem, quem Aristoteles falsò calumniatus est, cum eam merito deberet exaltare, multisque laudibus efferre. Inuidia Aristotelis adeo virulenta fuit, vt ei oculos euullerit, & ad intima cordis usque præcordia penetrarit: à liuore itaque deuictus plurimà Platonis admodum præstantia redarguit, quæ ab illo didicerat, voluitque famæ multorum philosophorum notam & maculam inurere, cum coætaneorum, tum etiam antiquorum, falsa interpretatione doctrinam eorum multis inuentionibus colorantes. Quæ admodum ferrum rubigine consumitur, & quanuis illi nihil nocere queat, nihilominus in se causam suæ corruptionis ingenerat. Sic etiam inuidus liuoris rubigine consumitur, quanuis nemo cum molestia, aut tædio afficiat, scintillasque ignis qui cum comburit, proprio corde fabricat. Ait Aristhen. & refert. Diogen. Laërtius, Quæ admodum triticum ab arena purgatur, & ab ignauibus, inutilibusque militibus exercitus: sic ab inuidis Respub. est expurganda. Inuidio pro malo proprio, bonum aliorum est, vt ait Prosper, libro de Virtutibus & Vitijs. Tot sunt carnifices, quod sunt homines, qui eos quos odio insectantur, collaudant. Nonnulli sunt vermes venenosi, qui Cantharidæ appellantur, quos Themistocles vt refert Anthonius in Meissa, inuidia comparat. Vt enim virulentæ Cantharidæ inter optimum triticum & inter pulcherrimas rosas pullulant: sic inuidia quæ mali exercent, inter bonorum præstantiores virtutes nascuntur: & quo maior est bonorum gloria, eò etiã maior est bonorum inuidia. Quàm excellentiorè, & celsiorè doctrinã, poterat philosoph. Ethnicus dare, ad creaturarum contemplatione, quam docere, ne in ijs adherescamus, sed vt ex ea ad Dei contemplatione penetremus, in quo & incipiamus, & perficiamus, anima nostra lineæ circulari similis remaneat, in circulo suæ contemplationis perfecta? Non tamen inuidis & maleuolis, qui eũ & reprehenderent, & calumniarentur, indignit. Ad huius eximie excellenque Platonis doctrinæ imitationem, dicebant nonnulli philosophi, animam nostram mulieri esse comparatam, quæ terram firmam relinquens, in altum Tauro assidens efferebatur, eoque modo ancipites maris vndas sulcans, retrò respiciebat terram vnde exierat. Taurus corpus est, quod nobis domandum est, in quo anima per mare mundi natat, vndas quæ sunt creatu-

ræ, contemplans: verum continuo ad creatorem debet confugere: nam in occursum gradientes faciem in firmum portum debemus deflectere, hoc est in Deum altissimum, qui in coelis est, vbi nostra est patria, eum celsa cum scientia, profundaque humilitate contemplantes: in eum oculos nostri intellectus cupidos deflectentes, deuoto affectu directos, & à voluntate diuino amore inflammata moderatos. Hoc voluerunt antiqui Poëtæ denotare, cum nobilem Europam filiam Regis Agenoris esse in cymba raptam effuxere, & in Cretam per medias maris vndas delatam, pauatim terram firmam contemplant, vnde nuper exierat. oculos quo amor diducebat ceteroquens. Hæc nobilis mulier anima nostra est, quæ intellectu quidam inuisibile Dei attingere, perdiscere, & concipere concupiscens, cogitationem in creaturas visibiles deflectit, vt ex ijs, velut in circumferentia lineis, ad centrum, id est, Deum pertingat, vnde eadem lineæ oriuntur. En vobis causam circuli Platonici, & historialis præcorum antiquorum comparationis, & fletæ à Poëtis Europæ fabulæ. Equidè (ait Cuius) nulla ratione motus est Aristoteles, cum eius Magistrum Platonem hoc in loco reprehenderit: Sed odorifer ille odor, malè velut alijs putridum sulphur oluit. Historiam legi, cum Imperator, aut vt melius dicam Tyrannus Vitellius per Italiam mæret, vbi sui Duces victoriã aduersus hostes Romanos, (qui fortiorem sequebantur partem, quæ Othonis erat) adepti erant, tamque terra vndique cadaueribus cõtegeretur, qui cum comitabantur, eĩ ostendere, qui fetorem inde exhalantem nullomodo pati poterant: quos arguens Imperator ait, Nullum esse suauiore odorem quam ex mortuis inimicis: dictum sanè crudele, & inhumanum. Bene olebat Vitellio Romanorum Imperatorum fetor, & Aristotelis Græcorum viuientium doctrina malè olebat: nam de pluribus eorum adhuc viuentibus detraxit, & in eos postquam ex hac vita exierunt, scriptis est debacchatus. Vidi Numisma huius Vitellij (inquit Humanista) cuius interpretationem totis votis à vobis quererem. Habet ex vnâ parte duas figuras celatas, aliam adolescentis proceræ staturæ, & prout cerni potest bellicosi, cum galea in capite, & in crista conum, manu gerente hastam, & ex alia sceptrum, & sub pedibus testudinem, cuius facies aliam è diametro intuetur. Equanã figura est alia? (inquit Cuius.) Mulier est, facie venusta, & honesta, quæ cum etiam contempletur, manu hastam gerens & ex alia cornucopiam, quæ vas est in formam cornu fructibus pleni compactum, detrita recte induta, seminuda galeam aut cristam pedibus conculcat. Nobilis homo (inquit Doctor) virtutis est exercitatio, cataphacta est, denorandi gratia, vt vitijs resistamus, tentationesque oppugnemus, vi & potentia opus est. Conus sub galeæ crista sublimitatem denotat, quæ cum ardua & iudicio captu perdifficilia aggreditur. Sceptrum est potentia rationis cum quo libidinis appetitus sunt coercendi, vanitatesque ac illecebræ refrænandæ. Per testudinem in mari positam, quæ mouetur, & lento ac tardo gradu supernatat, & in aquis, obscuris turbidis, ac putidis diuersatur, intelligitur prudentia, nõ ea animi, quæ vera est, sed illa carnis, quæ falsa est. De qua loquitur Apostolus ad Romanos scribens. *Carnis prudentia mortua est.* Hæc igitur falsa prudentia à virtute pedibus conculcatur. Pulchra mulier, honor est, humili pauperoque habitu amictus, vt terrenarum diuitiarum contemptum significet. Manu hastam teneti, vt ab emulatores & inuidis sese tueatur, alia verò cornu Amaltheæ, qua significatur, in vero honore plurimorum bonorum inesse affluentiam: quanuis

quanuis fallaces mortales non hoc percipiant: pedibusque galeam conculcat, ut ostendat omnia mundi arma, nihil aduersus eum posse moliri. Quapropter etiam si saepenumero falsus honor deuincatur & superetur, verus tamen qui virtutis splendidus est radius, & praestantissimum honestatis vite praemium, hic ille est, qui nulla in re potest conuelli, aut expugnari. Hæc duæ virtutis & honoris imagines magno amore, singularique affectu quem inter se mutuo communicant, sese contemplantur. Idcirco Imperator Vitellius in suis Numismatibus has duas figuras insculpi iusserit, & hæc est eorum sculptura ratio. De hoc numismate mentionem facit Celsus Augustinus in Hieroglyphicis, & Comes Anthonius Zantanus ad viuū in suo libro de Imperatorum numismatibus depinxit. Non arbitror (inquit Humanista) Vitellium tam praestanti ingenio esse praeditum, siquidem fuit efferus & inhumanus, ideo magno cum dedecore, ac infamia captus fuit, & interfectus, ut Suetonius Tranquillus, Eutropius, Cornelius Tacitus, Sextus Aurelius, Baptista Ignatius, plurimique alij referunt. Talis extitit (inquit Doctor) at suas actiones atque mores non laudo, sed subtilem suorum numismatum inuentionem, in quo voluit, virtutis & honoris amicus manifestari, quanuis nihil horum possideret. Etenim non me latet, eum tanta ambitione falsum honorem anhelasse, ut Romanum Imperium, nullo successione iure, nulla Senatus electione, nullisque etiam meritis inuaserit. Nihil aliud in Imperij dignitate nactus est, quam eam sibi arrogare, sibi que deberi ratus: in quo eam non mereri patefecit: Is enim qui honore indignus est, se admodum eo dignus esse arbitrat: ut dilucide in Principium historia videre est: quorum plures & innumeri alij solum ob ambitionem periire. Quæ quidem sui ipsius crudelis est carnifex, Respublicaque gladius sicarius.

Cur Reges Magi Orientis tres fuerint, Apostoli duodecim Discipuli Septuaginta duo, & Evangelista quatuor.

CAPVT XXI.



Silentio istos principes, qui perperam ruere, praetereamus (inquit Theologus) loquamur de ijs qui salui facti sunt, qui Magi sunt, qui ex Oriente ad Iesum Christum Saluatorem nostrum perquirendum, profecti sunt, eumque in Bethlehem inuenere, ubi eum adorauere, proque Domino, agnouere, muneraque ut refert sacra Scriptura, obtulere. D. Cyprianus de ijs loquens ait, eos fuisse Mathematicos, & Sacerdotes, in virtute, cursu & mutatione siderum versatos. D. Chrysof. ait, stellam quæ eis in Oriente apparuit, eos in Ierusalem usque deduxisse, eos continuo dirigens ad ciuitatem usque, ubi disparuit. Et non solum noctu apparuit, sed etiam die, Sole ipsi splendore superans. D. Aug. ait hanc stellam, non ex ijs esse, quas Deus mundi initio creauit, & D. Ioann. Chrisof. cum eo assentitur. D. Thomas ait hanc stellam non esse caelo annexam sed aere suspensam. Maximus ait, omnes eam vidisse, sed soli Magi, ex ea quidpiam utilitatis exhaustos esse. D. Leo Papa ait, Cum stella eis apparuit, in eorum cordibus splendore ipso sideris lumine clariorem coruscabat, qua Deus hoc magnum mysterium eis inspirauit. Calcidius Platonius ait, hos Magos sapientes esse Chaldaeos. Dionysius Carthusianus in Matthæum, ait, eos puerum Iesum ut verum Deum adorasse, talem eum reuerentes: & hæc est Doctorum, cum praescorum, tum etiam re-

centium sententia. Auro quod obtulerunt, eum verum esse Regem indicant, Thure verum Deum & Myrrha verum hominem mortalem. Sic declarat D. Aug. in sermone de Epiphania, D. Gregor. Nicenus in sermone de Natiuitate, D. Gregor. Papa in Matthæum. Sedulius, versibus Hexametris, ut etiam Iuuenius Prudentius in quodam hymno de Epiphania. Hi gloriosi Reges Magi tres fuere, ut ait D. Aug. in quodam sermone de Epiphania, D. Athanasius in quadam questione, & Remigius in homilia in Matthæum. Insuper ait Verus Calendarium hos tres Reges fuisse Episcopos, & à D. Thom. Apostolo sacro fonte baptismatis tinctos. Sic refert Petrus de Natalibus & Eekius in vita S. Thomæ. Tres autem extitisse antiqua Ecclesie traditione compertum est. Quod nunc explorare scire, cur scilicet tres fuerint. Poterant quidem esse duo, aut quatuor, aut plures: sed tres esse, nec magis nec minus, videtur hoc non carere mysterio, Est ad hunc effectum, quadam ratio & conuenientia, sed non declarat Euangelium. D. Aug. in quodam sermone Epiphaniae hunc numerum trium Regum Magorum, mysterio Sanctissimæ Trinitatis tribuit. Quod mihi videtur hoc est. Cum Reges pro Comitiorum conuentu certum diem adscribunt, oppidorum procuratores & Syndici, ad eum concurrunt iurandum praestant, & fidem, obsequium atque operam pollicentur, eumque Regem ac Dominum agnoscunt, more in omnibus gerentes. In Bethlehem Comitiorum conuentus est decretus, ubi Iesus Christus Dominus noster pro vero Deo, vero homine, veroque Rege, caeli & terræ erat venerandus. Mundi procuratores qui tres Reges Magi fuerunt Iesu Christo more & cultu gesserunt, & in terram prostrati eum pro Deo, Domino & Saluatore venerati sunt. Et quoniam mundus à filiis Noë procedit, qui tres fuerunt par etiam erat ut procuratores tres essent. Ait Sacra Scriptura Noë tres filios habuisse Sem, Cam, & Iaphet, qui in arca tempore Diluuij vniuersalis salui facti sunt, in quo tot homines, quot in mundo extabant, submersi sunt: exceptis Noë & eius vxore, tribus filiis eorumque vxoribus, & ex his tribus filiis totum vniuersum mundum esse ortum. Cum igitur hi tres Magi tanquam mundi procuratores venerint, mundusque à tribus processerit, æquum etiam erat, ut tres essent. Hæc est numeri ternarij trium Regum Magorum ratio. Certum est (inquit Humanista) an Reges essent? Maximè (inquit Doctor) & hac in re non est inficiandum, siquidem vetus Ecclesie traditio hoc ita accipit, plures etiam sunt Doctores qui attestantur. Quinam sunt hi auctores? (inquit Canonista.) Sunt (inquit Doctor) D. Athanasius in quadam questione. D. Chrysof. in sermone baptismi Christi, Tertullianus in quodam tractatu contra Iudæos, D. Hieron. in Psal. septuagesimum primum. D. Aug. in sermone quadragesimo nono ad fratres in eremo, D. Chrysof. in prima viginti septem homiliarum in Matthæum, D. Isidorus, in Prefatione Missæ, Claudianus in quodam Epigrammate, & alij. Itaque Magi tres fuerunt, & Reges, & hac in re nequaquam est addubitandum. Satis verba fecimus (inquit Theologus) de numero Regum Magorum, nunc de Apostolorum numero dicamus. Optarem scire cur duodecim fuerint. Ratio est (inquit Doctor) quoniam ut in veteri lege, fuerunt duodecim Patriarchæ, qui primogeniti fuerunt, vnde corporaliter duodecim tribus Israël prouenerunt: sic in noua lege opus erat duodecim Apostolis, qui spiritualiter populum Christianum progignerent. Et quemadmodum caelo duodecim signa sunt Sole illustrata, quibus totus terrarum orbis illuminatur: sic in terra essent duodecim Apostoli à Christo Sole iustitia

D. Caro
thas. in
Matthæo
D. Aug.
in Ser.
de Epiph.
D. Grego.
Nicen. in
Ser. de
Natiuit.
D. Grego.
Papa in
Ser. in
cap. Mat.
Sedul. in
Versib. He
xam. &
Iuuenius
Prudent.
Hymno
Epiph.
D. Aug.
in Ser.
Epiph.
D. Atha
nasius in
questio.
Remigius
in Homil.
in Mat.
Petrus de
Nat. &
Eckius
vit. S. In
ma.

D. Aug.
in quod
Ser. Epiph.
D. Atha.
in quest.
D. Chry.
in Ser.
Baptis.
Christi
Tertullianus
in Tract.
contra
Iudæos.
D. Hieron.
in Ps. 71.
D. Aug.
in Ser.
49. ad
fratres in
herz.
D. Chry.
in prima
27. homil.
in Mat.
D. Isidor.
in Prae
fat. Miss.
tia

tia illustrati, per quos mundum illuminavit. Hic duodecim Apostolorum numerus in duodecim fontibus Helim fuit figuratus, de quibus Exodi liber facit mentionem, quoniam hi fuerunt, qui suavis, ac medicabilibus aquis, animis potum dedere, terram irrigauere, desertaque fertilia ac fructifera, antea virtutibus exsiccata, reddidere. Duodecim erant pretiosi lapides in Tunica Sacerdotali Aaron, qui sacrum Ecclesie vestimentum, summo Sacerdote qui Iesus Christus Deus noster est, erant illustrari. Hi duodecim Apostoli figura expressi sunt in duodecim hominibus, quos optimus ille Iosue Israelitarum Dux elegit, ut duodecim lapides e flumine Iordanis ad terram promissionis extraherent, aliosque duodecim in flumine reponerent. Hic fluvius mundus est, qui vite nostre aquas in mortis pelagus exonerat, ubi omnia consumuntur, & terminantur. Promissionis terra gloria est aeterna, ubi nihil consumitur. Duodecim lapides mercimonia sunt, quibus Apostoli negotiati sunt & mercati. Coelestes in has terras detulerunt, & terrenas in caelum extulerunt, eorum commercium & negotiatio fuit spiritualis inter caelum & terram. Bonus ille Iosue, qui eos ad hanc rem praelegit, est optimus Iesus, qui hos duodecim Apostolos elegit, quos gratia fauoris & auxilij fecit participes. Duodecim propositionis panes mensae appositi, typus & figura horum duodecim Apostolorum fuerunt: nam futuri erant alimenta & cibus (ut fuerunt) animarum, per verbum vite, & duodecim Tribuum principes qui praecepta & documenta salutaria erant concionaturi, Ecclesiamque ut hi duodecim Apostoli praestiterent, moderaturi. Fuerunt etiam figurati in duodecim terrae promissionis exploratoribus, qui per contemplationem felicitatem erant adepturi, eamque populo annuntiaturi: & in duodecim Tauris Domino immolatis, siquidem illi pro Christo martyrismum sunt perpassi, & in duodecim bobus in mari fusili Salomonis, quoniam sanctum Baptisma praedicauerunt & administrarunt: & in duodecim viris Throni Salomonis, qui Tyrannos debellarunt, peruicacesque horrendorum suppliciorum inferni minis perterrefecerunt. Significati sunt in duodecim Ciuitatis fundamentis, nam meritis orationibus, gratia diuina & fauore Ecclesiam sustentarunt, & in duodecim portis Templi Ezechielis, per eas enim plurimi in Ecclesiae templum cum militantis, tum triumphantis, sunt ingressi. Denique fuerunt duodecim stellae in corona Spouse Apocalypsis, quippe qui, miraculis virtutibus, & doctrinis Ecclesiam illustrarunt. Quoniam iam explanasti (ait Theologus) cur Apostoli duodecim fuerent: die quaeso cur discipuli, quos elegit Iesus Christus, iussitque ut bini concionarentur, fuerint omnino septuaginta duo, ut narrat D. Lucas? Nam cum Sol in mundo viginti quatuor horarum spatio reuolutionem semel adimplet, illique velut Sol vniuersi illustrator extiterant, opinor eos numero viginti quatuor esse oportere. Vnum est (inquit Doctor) sed cum fidem sanctissimae Trinitatis annuntiarent, quae Deus vnus est in essentia trinusque in personis, opus erat ut tripliciter viginti quatuor fuissent: tripliciter autem viginti quatuor, septuaginta duo faciunt, & totidem extiterent. Et Euangelistae (petijt Theologus) cur quatuor fuerunt? Ratio est (respondit Doctor) quia Euangelium in quatuor mundi partibus erat annuntiandum, videlicet, Oriente Occidente, Septentrione & Meridie. Quemadmodum Elementa, quae mundum sustentant, quatuor sunt, sic quatuor sunt etiam Euangelistae, qui Ecclesiam sustentant. Hi quatuor Euangelistae, in quatuor riuulis, qui ex Paradiso terrestri exiliabant, fuerunt expressi, a solo riuulo promanantibus,

quoniam Euangelium vnum est, nos autem eos dicimus esse quatuor, tot enim sunt Euangelistae, qui ea conscripserunt. Hi quatuor riuuli ex vno fonte profiliunt, qui est altissimus Deus, Iesus Christus Redemptor noster, qui Euangelistas docuit. Hi quatuor Euangelistae, quatuor sunt animalia gloriosa, quae vidit Propheta Ezechiel, & de quibus D. Ioannes in Apocalypsi loquitur. Ecce igitur vobis rationem cur Magi tres fuerint, Apostoli duodecim, praecipui discipuli septuaginta duo, & Euangelistae quatuor. Multum in vnaquaque earum rerum, quas in praesentiarum adduxi, possem exspatiari, quas emisi, ne breuitatis, & compendiosae orationis limites transiliam. Hi sunt Principes, qui propter eorum humilitatem & sanctitatem, diuino fauore & gratia salui facti sunt: multum ab ijs de quibus antea loquebamur, discrepantes, qui ob ambitionem & impietatem periire. Ambitiosi, eodem magis ad honorem mundi progredi anhelant, eodem etiam in merito deprimuntur: & econtra quod magis humiles descendunt, eodem magis conscendunt. Etenim hi omnium serui esse demerentur, qui omnibus dominari ambiunt, & econtra ij honores merentur, qui eos fugiunt: hosque merito praestantes possumus appellari, qui suapte opinione dignitates quas possident, non digni sunt, & iuxta opinionem aliorum, magis quam habent, merentur.

Cur Gentiles Baccho obliuionem & Lyncem dicabant, deque immoderati potus detrimento.

CAPVT XXII.



On tantopere (ait Ciuis) de his ambitiosis obstueto, quos ais ad falsos honores aspirare, quam de ijs qui eos cognoscunt, hos tamen illis elargiuntur. Inter Gentiles complures fuerunt, qui Deos nuncupari ambiebant, proque talibus venerari: cum tamen omnium vitiorum essent colluies: adeoque flagitiosi homines inuenti sunt, ut diuinitatem (eorum ambitiones haud ignorantes) tribuerint. Iupiter eiusque filius Bacchus, alijque similes eiusmodi fuerunt farinae, aut ut (mellus dicam) furfuris. De hoc Baccho (inquit Humanista) optarem scire, cur ei obliuio dicabatur, & Lync animal visus acutissimi & subtilissimi, de quo Plinius, alijque loquuntur. In quibusdam authoribus comperi, haec duo ei esse tributa, quorum causam, mihi explanari esse flagitio. Nihil aliud praeter idem hoc fuerat (inquit Doctor) quoniam per Lyncem, obliuio indicatur, & idem est dicere, eos Lyncem Baccho dicere, aut tribuere, quam si obliuio deditur: adeo enim hoc animal est obliuiosum, ut de eo scribatur, & referat Pierius in suis Hieroglyphicis, cum ita pastum, si forsitan oculos alio deflectat, alimeti quod coram se habet, obliuiscatur, aliudque quaesitum pergat. Ea est causa cur in Bacchi similitudine depingatur, ut Plutarchus attestatur. Ea est ratio cur Baccho Obliuio dicabatur, quia pro deo vini habebatur, & per Bacchum idem vinum intelligebatur. Vnde fit ut corona Pampinea depingeretur, ut refert Albricius in libro de Dei imaginibus. Et quoniam nimium vinum memoriae nocet, hominemque rude & obliuiosum efficit, idcirco obliuioni tribuebant. Ideo quidam author dicit, ut refert Plutarchus in Symposiacis, Bacchum esse patrem obliuionis. Hoc antiqui volebant damnum denotare ab immoderato vini usu grassatum: nulli ergo eo indulgere expediebat. Dicabatur insuper obliuio, denotandi causa hominibus, par, aut aequum non esse, eorum quae in cibo & potu facerent, vino conscripti, memi-

D. Caro
in
Matthaei
D. Aug.
in Serm.
de Epiph.
D. Grego.
Nocen. in
Serm. de
Natiuit.
D. Cris.
Papa
Serm. in
cap. Mat.
Sedul. in
Versib. He
xam. &
Iuuenius
Prudenz.
Hymno
Epiphani.
D. Aug.
in Serm.
Epiphani.
D. Atha.
nasius in
quaestio.
Remigius
in Homil.
in Matt.
Petrus de
Nat. &
Eckius
rit. S. Ma
ria.

D. Aug.
in quod.
Serm. E
piphani.
D. Atha.
in quod.
D. Chrys.
in Serm.
Baptis.
Christi
Tertullian
in Tra
ctatibus
deos.
D. Hier.
in Ps. 71.
D. Aug.
in Serm.
49. ad
fratres in
hera.
D. Chrys.
in prima
27. homil.
in Matt.
D. Isidor.
in Prae
fat. Miss.

2ad. 15.
Euid. 28.
Iosue 4.
Num. 1.
Num. 13.
Num. 19.
3. Reg. 7.
3. Reg. 10.
a. Par. 9.
Apoc. 12.
Ezec. 42.
Apos. 11.
& 12.

Luc. 10.

meminisse, non enim digna sunt, quæ agantur, nec eorum postquam facta sunt, debemus recordari. Nā inter pocula & scyphos, vt iudicium commouetur & conturbatur, homines sapissimè res ab omni ratione remotas patrare detegunt, quæ tametsi sint licitæ, nō tamen expedit, vt ad eas obeundas in memoriam reuocent. Fortassis hoc denotabant, dicta inter amicos in conuiujs, & intra domesticos parietes, aditū cubiculi transilire non oportere: non enim æquum est ea quæ illic aguntur peruulgare, quandoquidem vino madidi & exstuant illa effutiant, quorum deinceps eos pœnitet, eaque obliuionis tumulto sepelire, neque vnquam meminisse, operę pretium est. Hæc fortassis causa est, ad instar Bacchi, quo vinum intelligebatur, obliuionem ad formam Lyncis pingerent. Mos erat inter Lacedemonios vt quotiescunque in conuiujs congregarentur, vnus eorum alta voce exclamabat. Ne quid eorum quæ hīc agētur, limen trāsfiliat. Etsi quisquam, eorum reminisceretur, postea que diuulgaret, infamix notam incurrebat. Vnde ortum est illud peruetus prouerbium, Odi memorem Compotorem, quo vtitur Lucianus, & de quo Plutarchus in Symposijs, & Erasmus in Chiliadibus mentionem faciunt. Quod magis arcana diuulgat, vinum est. Inde veteres Bacchum nudis pedibus depinxerunt, vt ait Albricius in libris de Deorum Imaginibus, vnde venit adagium: In vino veritas, de quo loquitur Brufonius in 1. libro Euripides ait, & refert Athenæus vinum esse cordis cursorem & interpretē. Vbi est Compotorum multitudo nullum potest inesse arcanum. Quæmadmodum rapidus ventus mare ad profundissimarū abyssorū, viscera perturbat, & concutit: sic vinum immoderatus sumptum cōpotorem perturbat & confundit, & ex cordis interioribus secreta euomit, & exhalat. Hæc comparatio est Eratosthenis, & eam recitat Fauorinus. Et quoniam principes, Iudices, Gubernatores, omnisque innumera eorum, qui Reip. negotia pertractant, multitudo, ea debent tegere & occultare, Dicebat Plato in 1. de Legibus eos à vino abstinere oportere. Et ait Alexander ab Alexandro libr. 3. Genialium dierum, Censores Romanos è Senatu eos qui se intemperantius vino ingurgitarent, explodere eosque; tanquam infames damnare, & Athenienses principem vino consputum trucidare. Verūm hæc doctrina vt principes à vino abstinerent, in primis à Salomone in Prouerbijs est exarata: his verbis: *Noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutant causam filiorum pauperis.* Videtur hanc fuisse causam cur Sacerdotes Aegyptij à vino abstinerent, & per consequens Reges, quoniam hoc in Regno Reges omnes erant Sacerdotes, vt ait Hecatheus, & refert Marsilius in Prologo sub versione Trismegisti. Quis est (inquit Theologus) qui dicat Aegyptios vino abstinuisse? Chremon Stoicus hoc ait, & refert etiam D. Hieronymus, aduersus Iouinianū. Ego verò credo eos in secretis fundari, quæ Regibus & Principibus aperire fas non erat: hoc enim magis eos docet, quàm alios. Hæc est vini proprietas, arcana in publicū peruulgare. Narrat Flavius Vopiscus, ducem Bonofum, solitum esse, cum quidā Barbarorum legatus, aduentabat, eum splendido cōuiuio excipere, vinūque excellētissimū porrigere, vt cum vino madidi essent, quod in stomacho lateret, aperirent. Verum hoc mirum in modum voluit sacra Scriptura pernotare, cum ait in Genesi bibensque; Noë vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo: nam vinum verenda denudat, quæ essent occultanda. Sed quauis peruulgentur, non in memoriam sunt reuocanda, vt alio in loco

Prouerb.

Prouerb.

D. Hier.
in Iouin.

Gene. 9.

manifestentur, idè antiqui obliuionem Bacchodecabant. Præter qualitatem, quam ais de vino (inquit Ciuis) multorum etiam est malorum causa. Vinū (inquit Theologus) bonum est & à Deo creatum, & vt ait sacra Scriptura, lætificat cor hominis: vsus autem intemperantiæ, sanè obiurgandus est, cum sit omnium malorum colluies. De hac loquor (inquit Ciuis) dicens vinum prauis qualitibus constare, immoderatum intelligo. Hoc est (inquit Doctor) quod obiurgamus: sed declaramus obsecro, quænam sint proprietates, quas ais damnosas. Vna earū (respondit ille) est iudicium obtenebrare: alia homines iratos & amentes efficere, eosque ad ingluuiem & libidinem excitare. Hæc omnia vera sunt (inquit Doctor.) Saltem (ait Canonista) prima harum qualitatum refelli non potest, hoc enim experientia cōprobatur, & ait Plinius libr. 23. vino scientiam obuelari. Non dubium est, nisi id rationem extingueret: animūque naufragio corruere. Vnde ortum est Prouerbium, vinum caret clauo, qui enim vino immoderatè sese ingurgitant, regimine prudentiæque orbantur. Athenes hoc vtitur prouerbio, aitque vinum sapientes iudicio & sensu spoliare. Intuens Anacharsis quosdam Musicos, qui cum immoderatè compotarent, & absque concordia & consonantia canerent, rogatus, Si in Scythia eiusmodi essent musici? Non, respondit, quia nullæ essent vites in Scythia. Sagax ille philosophus patriæ sobrietatem hoc monstrauit, & vbi non erant vites, non esse vinum, & vbi non esset vinum, non etiam tales cantores adfore. Aristoteles hanc eius sententiam in posterioribus refert, de rebus alienatis agēs, & Laërtius in eius vita: Explanat rectè sacra Scripturæ, quo detrimento vini immoderantia iudicium peruertat, non tantum hominibus inscijs, verumetiam sapientibus. Ait Salomon in Prouerb. *Ne intuearis vinum quando flauescit, &c. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator misso clauo.* Verū hi quoque præ vino nescierunt, & præ obrietate errauerunt. Ait Ecclesiasticus, *Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes.* Et Oseas, *Fornicatio & vinū & ebrietas auerunt cor.* Et Abac. Et quomodo vinum potantem decipit. Hæc de sacra Scriptura dicenda sese obtulere, circa qualitatem quam vino immoderatè sumpto tribuisti, aut vt melius dicam, ijs qui hoc sese intemperantius ingurgitant, à cuius familiaritate omnes debent abhorre. Nam eiusmodi hominum cōuersatio, bonos destruere aggreditur, impios verò penitus euertit.

Prouerb.

Prou. 23.
Isai 18.
Eccle. 19.
Osee 4.

Vini immoderatè sumpti præiudicium hoc in loco ostenditur, de quæ an iquorum in cibo & potu frugalitate agitur.

CAPVT XXIII.



Ateræ duæ qualitates (inquit Ciuis) quas vino attribuo, etiam Sacra Scripturæ testimonijs sunt comprobandę. Quod ais hominibus iratis, & exacerbatis parere, ait etiam Ecclesiasticus his verbis: *Vinum multum potatum, iritationem, & iram & ruinas multas facit. Amaritudo anima vinum multum potatum.* Et Salomon in Prouerbijs, *Cui rex cui rix & cui fouea? cui sine causa vulnera? cui suffusiones oculorum? nōne his qui commorantur in vino, & student calicibus epotadis.* Et Propheta Osee, *Cæperunt principes furere à vino: extendit manum suam cum illusoribus.* Hæc (inquit Humanista) meo

Eccle. 19.

Prou 20.

meo iudicio causa est, cur Gentiles Bacchum cum furiosi Tauri cornibus depingerent, ut ait Albericus, ut immoderati potus rabiem denotarent, & idē ait Fornutus, libro de Nat. Deor. Alexander magnus vino intemperanter hausto percitus, suos domesticos & familiares amicos trucidabat, ut refert Curtius, & Seneca in quadam Epistola ad Lucil. deinceps ad se rediens pœnitebat illum quod vitam ijs qui suam pro eius salute exposuerant, abstulisset. Flumina transfretabat, mare nauigabat, neque illorum vndis submergebatur, vino tamen in terra absorbebatur, amentisq; hominis actionibus perfungebatur. Ecce vobis vini immoderatē sumptus effectus. Quod ais ad sordidas libidines impellere, testatur Euripides, dicens, Sublato Baccho, impudicus amor etiam tolletur, vnde ortum est Prouerbiū. Sine Cerere, & Baccho friget Venus. Vocabat Aristophanes vinū lac & nutrimentum Veneris. Quod signarunt Veteres, cum dicerent, Nulli vineam in virginis signo esse ferendam, hoc denotantes castitatem nullam cū vino habere societate aut amicitia. Hoc (inquit Theologus) ait Salomon in Prouerbijs, *Luxuriosa res vinum*. Et D. Paulus ad Ephesios, *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*. Arbitror hanc vnam esse ex præcipuis causis, cur Deus in Leuitico iusserit, ut Sacerdotes à vino abstinere, cum Templum fœderis ingrederentur idemque à propheta Ezechiele præcipiebatur, cum interiorē Templi portā intrarent. Optarem scire (dicit Theologus Doctore) quā antiquū sit vinum in mundo, & an fas erat, illud bibere, ut tūc temporis bibitur? Ante vniuersale Diluuium (inquit Doctore) nullum erat vinum, hocq; homines penitus ignorabant. Cessato Diluuiō: vineam Noë plantauit, ita ut inuentor vini fuerit: & ab initio mundi vsq; ad Diluuium fuerunt mille sexcenti, quinquaginta sex anni, iuxta Hebræorum computationem quam Ioānes Benedicti in suis Bibliorū annotationibus refert, & iuxta Hebræorum numerū duo millia ducēti quadraginta duo anni quem Eusebius in sua Chronica obseruat. Tanto tēpore permanit mundus, & quidnā esset vinum ignorabatur: postquam autem fuit, pluribus in locis in vsu non erat. Multis annis post Romā conditam, erat Romæ tanta sobrietas & temperantia, ut vinum nisi in officinis pro quibusdam necessarijs inueniretur: tamque parū, ut cum Lucius Papyrius Samnites prælio esset dimicaturus, votū Ioni nūcupauit, se illi, si victoria potiretur, cyathū vini oblatum. Ita narrat Alexander ab Alexandro in Genialibus. Narrat Blondus in libro de Roma triumphate, anno sexcentesimo, trigesimo tertio, post Romam conditam, vini vsus in officinis incepit: quod etiam bibere admodum erat alicui, cum aqua non deerat, nullōsque corporis vletudo detinebat. Ait Elius Spartianus cum Dux Pescenius cum copijs in Ægypto castrametaretur, & quidam milites ab eo vinum poscerent, in eos succensuit, dicens, magnum esse pudorem, si peterent vinum, cum Nili aquæ elargirentur, ex quo bibendi facultas ad arbitrium concedebatur. Sed quauis ob quasdam necessitates, nonnullis hominibus vinum fas esset bibere, nullomodo tamen mulieribus vinum bibendi facultas impertiebatur. Sic refert Valerius Maxim. in suo secundo libro. Alexander ab Alexandro, ait, illis sub mortis pœna esse veritum. Egnatius Metellus, quem alij Merentium vocant, vxorem interfecit, quoniam eam viam bibentem repererat, & à Romulo primo Romanorum Rege, fuit absolutus. Sic narrat Valerius Maximus libro sexto, & Blondus de Roma Triumphante, & Alexander ab Alexandro in Genialibus, & Pierius in Hieroglyphicis. Præcipua Romuli lex erat. Ut mu-

lier vinum bibens, eadem adulteræ pœna multaretur, ut refert Aulus Gellius, & post eum Andreas Fuluius, libro de antiquitate Romæ, quo loci leges Romæ eisdem expressis verbis in quo eas scripsit, describebat. Videte quæso abstinentiam & sobrietatem Romæ antiquitatis obseruatam. Verum enimvero deinde successu temporis, maior eius incolarum pars à recto tramite deflexit, non tamen tantum, ut ad hodiernum vsque diem, temperantia in proprijs & naturalibus ciuibus non seruetur, ut excessus & immoderati appetitus quibus hoc tempore indulgetur, magis ab exoticis, quā à domesticis committatur. Scribit Blondus in libro de Roma triumphante, oculis vidisse cuiusdam Romanæ contractum matrimonij quo maritus vinum ei concedere adstringebatur, partus tempore, octo dierum spatio: tunc enim maritis vxores vinum bibentes, ac si flagitium & crimen patrasent, seuerissimis plectere supplicijs licitum erat. Videns pater nuptæ eam esse debilis complexionis, ut parum vini degustaret octo dies post partum concederet. Ait insuper, has tabulas à trecentis annis cum eas vidit esse scriptas: florebat is autem, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo: nunc verò ab hinc centum & viginti annis, ita ut ab hinc 420. annis eas esse conditas constet. Antiquorum in cibo & potu abstinentia, me sanè in admirationem rapit. Dicearchus in libro de Antiquitatibus ait, in antiquissimis temporibus homines oleribus & fructibus vesci solitos. Antiquus quidam author, nomine Eantes Cicezinus, ait Orientales carnibus non vescerantur, Trogloditæ à vino abstinebant, Alani panem nō gustabant. Bardezanus Babylonicus miranda sanè de Gymnosophistarum abstinentia narrat, & Xenophō de illa Lacedæmonum. Satyrus historicus ait de Diogene Cynico (propter quem Alexander magnus fuit obstupefactus) eum à vino abstinuisse, nihilque in delicijs habuisse præter peram & saccum & dolium, quod adurente glacie è regione solis opponebat ut apricaretur æstu premente, è regione vmbre, dicebatque subridens suam domum esse mouentem. Fuit eius discipulus Antisthenes, quem ille dimisit cæterosque alios: qui cum non eum vellet dimittere, cepit Diogenes baculum ut eum peteret: ille verò caput incuruauit, dicens, nullum fore durum baculum, quod illum ab eius latere posset dimouere. Sic narrat D. Hieronymus, aduersus Iouinian. Ait Stobæus cum aliquando poculum vini sorbere inuitaretur, illud humi effudit, rogatus verò an illud proiecerat, ut perderet, respondit. Si bibissem ego & illo perissemus, proieci autem ut illud perderem, ne me perderet. Alexander ab Alexandro ait, antiquos Persas vinum pueris vetare solitos, eosque pane aqua sale, & quibusdam tantum oleribus alere. Et asserbat, Milesianos nullis cuiusvis conditionis hominibus vinum potandum concedere, tantoque contemptu & fastidio Seleucum Locrensiū principem vinum esse prosequutum, ut sub pœna mortis vetarit, ne quispiam hoc biberet. Et ait Laertius, Pittacum legem tulisse, ut qui vino calidus aliquod flagitium patra- ret, duplici pœna multaretur. Attamen (ait Humanista) non desunt, qui optimos bibaces collaudent, ut Philocrates in Athenis, qui inter laudes quibus Philippum Macedonum Regem voluit extollere, hæc fuit, nempe maximum esse compotorem. Non inficior (inquit Doctore) sed forsitan Demosthenes illic assistens, ait subridens. Hæc virtus omnibus spongi- que communis est. Sic narrat Plutarchus in vita Demosthenis. Imperator Tiberius tantoperè quod optime biberet fuit notatus, ut pro Tiberio, Biberius appellaretur. Et ait Aurelianus de Bonosio Imperatore

D. Hier.
aduers. Io-
uinian.

Pror. 10.
Eph. 5.
Leuit. 1.
Eze. 44.

Pror. 23.
Isai 18.
Eccle. 19.
Osee 4.

Eccle. 19.

Pror. 20.

tore. Hic non natus est vt viueret, sed vt biberet. Omnes homines immoderatus ad vinum procliu-
 ues, semper fuere oburgati, sobrij verò laudibus
 elati, Nazaræa vino abtinebant, vt ait sacra Scri-
 ptura in Numeris, Samuel, Samson & Diuus Ioan.
 Baptist. nunquam vinum biberunt, vt ex eadem sacra
 Scriptura intelligitur. Idem narrat Iosephus de Es-
 seniensibus libro Antiquitatum decimo octauo, &
 narrat Apion de bello Iudæorum. Diuus Augusti-
 nus sic ait, Immoderatus potus cæterarum culpa-
 rum est materia, criminum radix, vitiorum origo,
 mentis perturbator, sensuum destructor, linguæ tem-
 pestas, corporis procella, castitatis naufragium,
 temporis iactura, spontanea dementia, ignominio-
 sus morbus, morum pudor, vitæ dedecus, hone-
 statis infamia, & conscientie corruptio. Qui viden-
 di multa in laudem frugalitatis, & immoderati po-
 tus vituperium desiderio flagrabat, legat Diuum
 Hieronymum in tractatu aduersus Iouinianum, &
 in Epistola ad Nepotianum, & in alia de Virginitate
 ad Eustochium, & in Commentarijs in Epistola
 ad Ephesios & Boëtium in libro de disciplina scho-
 lastica, & Alexandrum ab Alexandro libro quarto
 Genialium dierum, quo loci de antiquorum absti-
 nentia & sobrietate & immoderato nostratum ex-
 cessu miranda narrat. Tunc magna erat temperan-
 tia: nunc verò magna confusio. Et quod hoc malum
 insanabile videri efficit, est quia mundus sic deside-
 ria officiorum obligatione obuelat. Vt igitur huic
 sermone finem imponamus cum hac Salomonis au-
 thoritate concludo, qui ait in Prouerbijs, Noli esse
 in conuiujs peccatorum. Quocirca cum sacra
 Scriptura, totque præstantes Doctores, nos ad
 temperantiam & abstinentiam cohortentur: hanc
 doctrinam amplectamur: quoniam omnibus in re-
 bus ratio appetitui debet præpollere.

Num. 6
 1. Reg. 1.

D. Aug.
 in tract.
 de virgin.
 sacrate.

D. Hier.
 in tract.
 aduers. Iou.
 in. & in
 epistol. ad
 Nepot. &
 ad Eustoc.
 & in Co-
 ment. in
 Epist. ad
 Eph. sicut
 Boëtius.
 de discip.
 Scholast.
 Alex. lib.
 4. Genial.
 dierum.

*Cur Ioseph in Ægypto per Pharaonis salutem iura-
 rit: & cur eius ossa, in terram promissionis deser-
 ri iusserit.*

CAPVT XXIIII.



Gene. 43.

Pinor hanc Prouerbiorum autori-
 tem (inquit Ciuis) quam denuò ad-
 duxisti non de omnibus conuiujs
 vbi vinum bibitur, extendi oportere,
 sed de ijs tantum vbi vinum im-
 moderatus sumitur. Maxime (inquit Doctores) nam
 sacra scriptura ait de optimo Ioseph, cum fratribus
 conuiuium parasse in quo vini sumptibus non peper-
 cit: & nos de pluribus alijs viris legimus, qui in eius-
 modi apparatus conuiujs assistere, neque vllò vn-
 quam crimine digni visi sunt. Illud erat (inquit Ci-
 uis) maxima dignum consideratione, vt cum fra-
 tres Ioseph, eum perdere, & destruere suspicati sunt,
 eum magis extulerunt. Vendiderunt (inquit Hu-
 manista) ne adorarent, hoc autem causa fuit, vt dein-
 ceptum eum adorarent. Sæpenumerò contingit (inquit
 Canonista) cum homines malum infligere in eos
 quos odio habent, arbitrantur, beneficio afficiunt,
 nec illud præstare putant, & quod eos euersurum &
 in perpetuam infamiam ac dedecus depressurum o-
 pinantur, in eorum cogitationem retrovertitur, ma-
 gnæque alijs gloriæ vertitur, vt filijs Iacob cum pio
 illorum fratre Ioseph euenit. Duo (inquit Theolo-
 gus) sese obtulere, vt aliquid de Ioseph sciscitemur.

Primum est, cur cum in Ægypto degeret, fratribus
 per Pharaonis Regis Ægyptiorum salutem iura-
 uit, cum cautum sit & vetitum, ne per creaturas
 quantum creaturas, absque vllò maiori respectu iu-
 remus. Alterum cur iusserit vt in promissionis terra
 inhumaretur, si in Ægypto moreretur, quoniam ait
 scriptura eum dixisse fratribus, cum in terra quam
 Deus eis erat concessurus forent, secum ossa sua de-
 ferrent, neque in Ægypto vllò vnquam pacto relin-
 querent. Magni fecit suam sepulturam: attamen per-
 multi sancti eam non curarunt, nam quocumque in
 loco iter est ad cælum. Primam harum quæstionum
 (inquit Canonista) dissoluam per textum in
 causa 22. & in 2. quæstion. quæ incipit, Mouet te,
 quæ ait. Sanctos non tantum per creaturas iurasse,
 quam per Creatorem, sicut Ioseph: qui per salutem
 creaturæ iurans iurauit, per Deum qui eam conce-
 serat, sic Deus eam concederet. Iusiurandum ad Deum
 refertur, eius testimonium imploratur, & possumus
 per creaturas iurare, eas ad Deum referentes, non se-
 cundum eas, sed quatenus in ijs diuina veritas mani-
 festatur, aut quatenus, vt Deus illi beneficia elar-
 giatur, exoptamus. Hactenus quantum ad primam
 quæstionem. Secunda nimirum cur Ioseph, sua ossa
 in terram promissionis transferri iusserit, lubebit
 Doctores respondere. Multa sunt (inquit Doctores) pul-
 chra & notata digna, vt hac de materia agamus, sed
 eas quarum sum conscius, quæue in memoriam oc-
 current, explanabo. Prima fuit, vt fratres omnem-
 que populum Israël certiores faceret, eos illinc
 esse egressuros, neque ad id quod mera est idololatria
 animum adijcerent, sed ad promissionis terram as-
 pirarent, vbi templum Dei futurum erat, cultus di-
 uinus religio, & Prophetæ, vnusque solus Deus,
 cæli terræque creator, trinus in personis, & vnus
 in essentia erat adoraturus. Altera causa hæc est, vt
 potè spiritu prophetico erat afflatus, videtur vidisse,
 cum saluator mundi in promissionis terra erat resur-
 rectorus, plurimi sanctorum, qui in ea sepeliebantur,
 erant etiam cum illo è viuis excitaturi. Voluit
 igitur, vt illic sua esset sepultura, vt vnus foret ex
 ijs, qui cum Christo resurgeret. Ait sanctum & sacra-
 tum Euangelium. Multa corpora sanctorum, qui dor-
 mierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis
 post resurrectionem eius, venerunt in sanctam Ci-
 uitatem, Hierusalem & apparuerunt multis, quod sa-
 nè formidandum spectaculum erat futurum. Vide-
 turque hos futuros esse Abraham, Ioseph, aliosque
 Patriarchas, virtutibusque illustres viros, qui fi-
 dem inuenere, & in gratia perfecere. Tertia causa
 meo iudicio fuit, vt cum filij Israël ad terram pro-
 missionis proficiscerentur, mortis recordarentur,
 videntes coram eis mortui ossa deferri. Voluit Ioseph,
 vt cum turbæ incederent, bustum coram
 eorum oculis cum defuncti ossibus ferrent, tanquam
 ad euigilandos peccatores buccina: vt intelligamus,
 cum ad cælum pergimus, quod vera est promissio-
 nis terra, mors coram animæ oculis est deferenda,
 vt vitam & obtineamus, & consequamur. Quorum
 præcipue memoriam habere oportet, mors est,
 ea tamen est, quam magis obliuiscimur. Remi-
 niscimur vitæ, mortem autem obliuioni tra-
 dimus, cum secus esset agendum. Me-
 moria enim mortis vitæ nostræ
 debet esse horolo-
 gium.

Matt. 25.

cc
 cc
 cc

Pro-

Pro. 35.
 Simile.

Simile.

Hier. 13.

Job. 30.

Prosequitur Doctor memoriam mortis, demum quinque amicorum discessus ostenditur. CAP. XXV.

*Prin. 35.
Simile.*



Ac in vita tali cum obliuione mortis incedimus, vt Psalter Regius sepulturam, terram obliuionis appellet. Quē admodum colum in se scoria, & feces retinet, perdulcem verò & optimum liquorem eliquat: eodem etiam modo memoria vitæ vanitates retinet, memoriam autem mortis quæ præstantissimus nostri sensus est liquor, præmittit. Vitæ præsentis prospicimus, quam dulcissimā putamus, non tamen discessu amarissimam fore animaduertimus. Quænam aqua est, quantumuis dulcis, quæ in mare irrumpens, falsa non fiat? Ecquænam oblectatio in mundo est, quantumuis grata & periucunda nobis videatur, quæ in mortem ingrediens, statim in mœrorem non conuertatur? Verum hoc non perpendimus & æqua lance trutinamus, ac si hac in vita in æternum essemus permanfuri, viuimusque tãquam si nunquam obiremus: cùmque rectissimè vitam sultam & sustentatam putamus, in aditum mors irrumpit, nosque in sepulturam deprimit. Quemadmodum viator in locum veniens, vbi hospitium querit, nunc lintheum inuenit, nunc stragulum, nunc puluillum, nunc stramen, quæ postquam aptauit, somnum capere ratus, raptim exsuscitatur, vt ad viam properet. Sic homo in hanc vitam ingressus, voluptates, & diuitias inuestigat, nunc inuenit, quod delectat, nunc quiddam aliud, licet hoc labore assequatur: & qui pacatum, lætumque viuendi modum disposuisse & collocasse arbitratur, ratus quieti indulgere, mors pellit fores, eumque vocat vt ad alterius vitæ viam accelerat. Nulla est hic quies, quandoquidem in exilio, & lachrymarum valle vitam degimus. Et vt ait D. Paulus: *Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, quæ in caelis est.* Quamobrem mercimonia quæramus, quæ illinc valoris sint & pretij. Et vt ait idem Apostolus, Festinemus in hanc requiem ingredi. Pluris ducamus quod permansurum est, quam quod præterit: exiliamus à terrenis vinculis, & cum cælo coarctemur. Percipiamus nostram animam esse æternam & immortalē, corpus verò nostrum caducum & corruptibile. Reminiscamur nos è terra factos, & in terra ambulare, nostris sumptibus terram ferre, nos terram esse, demum vero aut serò aut citò, in terram nos esse reuersuros. Horum non erat nescius Iob, cùm diceret: *Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.* Et in eodem capite, vocat se puluerem, & cinerem. Ad hanc memoriam & recordationem reuocat nos Ecclesia, cùm in die Cinerum capiti nostro illas apponit, dicens: *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Quemadmodum hyrundo, vt ferunt Phisici, pullos cæcos videns, eorum oculis herbam Chelidonium applicat, vt clarè perspiciant: sic sancta mater Ecclesia, oculos mentis nostræ videns perturbatos & obnubilatos, collyrium & remedium nobis applicat, vt ad nostrorummet cognitionem nos stimulet ac exsuscitet, vt nos esse finiendos, & videamus & intelligamus. Alij in senectute perficiunt, alij in iuuentute, alij in adolescentia, alij in pueritia, quibus mors fila statim post licium orsum occat, denique omnes finiuntur. Nonnunquã Deus, innocentes in limine ipso & initio vitæ aufert, ne postmodum in peius ruant, Hoc ait Sapientiæ liber de Iusto loquens: *Raptus est ne malitia mutaret intellectus eius.* Quemadmodum olitor fructum nonnunquam immaturum decerpit, ne alij carpât: Sic Deus aliquando in ætatis flore iustos eradicat, ne mundus eos rapiat: sed pauci sunt, qui ad hoc valeant attendere. Hactenus vidi homines summæ venerationis & ætatis, qui cum in ipso

Simile.

Idem. 13.

Idem. 30.

adolescentiæ flore filios vitam exhalare conspiceret, in quos se speculabantur, contemplabantur, canamque senectutem subleuabant, ad eò acerbum dolorem & ægritudinem demonstrabant, vt mundo non tam graues acutioresque tribulationes ad eos concutiendos superesse arbitrarentur: quod facere illis haud erat licitum. Si enim ægritudo, mœror luctusque mortuorum eos exerceat, existimatione quæ nomen viuentibus commendat, Deique voluntate, qui eos recto puroque statu aufert, consolandi sunt, quoniam si diutius vitam prorogassent essent cuituri. Nonnulli sunt (inquit Cuius) qui ad eò huiusmodi iacturis afflicti sunt, vt à patientia iudicioque deficiant. Vt huic malo remedium adhibeatur, multum optimum consilium prodest, epistolæ, verba amicorum consolatoria, qui totis viribus his angustiis tenentur præsto esse. Et quanuis hoc inter homines fiat, quibuscū nullam amicitiam, conuersationem aut frequentationem inimus: in his tamen necessitatibus, optimum est, vt eos honestis cōsolationibus, omniq; remedio, quoad nobis situm erit, subleuemus. In memoriam habeo cum ex Allobrogibus in Galliam venire, celsum montis Gibeleti cacumen pertransiens, solus vt erã paulisper in huius celsi & periucundi montis culmine steti, vnde vernantes & peramœnas Galliæ planities conspexi multis lotas fluminibus, quæ aquas multorum fontium & riuulorum, qui ex hoc monte aliisque contraneis perterruunt, absorbent, dulcesque dehinc aquas in mare Mediterraneum euomunt sese fluctuagis falsisque vndis immiscentes. Cum itaque vltro citroque omnia contemplerer, oculosque quousque obtutus extremi Horizontis penetrabat, attollerè, permulta populosa loca conspexi, innumeras villas, voluptatum domicilia, opacas variasque sylvas, multasque gratissimas valles cum infinitis aliis locis solitariis sum intuitus. Cogitatione apud me ipsum voluebam quam perapposite mirificæque eremus in quodam horum locorum sita, quadraret, quò quispiã magni ingenij posset facere mansionem. Illic in memoriam quietem & oblectationem quibus alias fructus fueram, reuocavi: ad hæc discrimen quo tunc periclitabar: crudeles me tristitiæ subagitarunt, quibus resistere in animum induxi. Sed tantum in me vitium habuerunt, vt nullæ superferrent vires, quo eas valerè & opprimere & superare. Cum iis quodam temporis spatio sū colluctatus, donec deuictus, penitus in profundū prostratus fuerim: veluti nauis, quæ quodã teporis interuallo, à procellarū impetu sese tuetur, sed tãdè rabie ventorū cōcussa, omnib. amissis anchoris effractis velis huc & illuc fluctuat, quousq; naufragio corruat, nec clauo, nec gnomone, artèq; nauigadi vt valeat. E monte itaq; descendēs, frigidū limpidūq; quēdã fontē appuli, virescentib. opacisq; fraxinis tenus & accedens vt biberè, meã imaginē tanquã in claro pelucidūq; speculo animaduertēs, quã vix potui agnoscere, vsq; ad eò mœrore & squalore erat confecta, & cōmutata. Hac igitur tristitia mutationisq; cogitatione defixus ex oculis ferè tanta aquarū copia effluxit, quàm ex fonte quo me speculatus fuerã: indèq; exiēs multorum malorū tristis recordatio occurrebat, propter quæ à Deo veniã & misericordiã efflagitabam. Hoc pacto his cogitationib. circundabar, cùm hominē auribus percepi prope me humi prostratū, quē nō præuiderã ponè has arbores, tristi & lamentabili voce, in hæc verba prorūpentē. O vita, angustiis & ægritudinib. plena, linque me obsecro, & à te nō amplius querar aut ingemiscãlaliōsq; eiusmodi sermones, qui acerbissimū intestinūq; dolorē certissimè testabatur, qui ad has querimonias eū cōpellebãt. Ad eū itaq; accedēs salutē reddidi, & à meo dolore destiti, vt cū eo proiit tristitia & mœrore confectū perspexi, cōpaterer. Percōtatus itaq; ab eo, quorsū tēdio esse affectus,

v

respon-

respondit, qui me hac in vita oblectabat, mortē cum sua commutauit. Sciscitatus rursus, quānam esset extremus suā tristitiā dies, respondit futurum esse extremum vitā diem, siquidem desiderio nunquam videndi speculum, quod solebat contemplari, esset orbatus, quod ob sua peccata fuerat confractum. Tunc ab eo certior fui factus, quo pacto negotio cuidam magni emolumentū operam daturus, iter aggressus, filius qui ei erat vnicus, vitam exhalarat, in quem tota prae cordia collocarat, quo casu, tanto percussus mœroresteterat, vt an progrediretur, an retrograderetur, ignoraret, tanto erat dolore praeoccupatus, vt nullae vires qui quidquam decernerent, superessent. Tum vi vim repulsi, & ex mea exilitate quasdam vires extraxi, vt hoc inusitato, vndique dicēdi genere, quoad possem eum consolarer. Et quanuis prima fronte, casus & acerbissimi mœroris non recordaretur, quin oculi dolorem, à permolestis, importunisque coortum cogitationibus prae se ferrent: attamen paulatim hanc caliginosam nubem discerpfi, quae afflicto cor ferē inuoluerat, ita vt eum fuerim consolatus, donec pluribus rationibus, & autoritatibus, ex sacra Scriptura, sanctisque doctoribus allatis, hanc autoritatem

Thef. 4. D. Pauli ad Thessalonicens. adducens: *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.* & declarans, quantum extremos & immoderatos dolores atque ægri tudines obiurget, quibus nonnulli ob obitum quorundam quos diligunt, affliguntur, more Gentilium, qui cum prorsus omni spe careant, nos non habere aliam actionem naturalem, quā nasci & mori arbitrantur: oculos deterfit tantāque fuit consolatione affectus, vt ipsemet in meae peregrinationis laboribus me fuerit consolatus. Itaque agens de prae mio, quod Deus iis qui ob eius cultum occidunt, elargitur: de quibus loquitur D. Ioannes in Apocalypsi, dicens:

Apoc. 14. *Beati mortui qui in Domino moriuntur: de qua voluptate qua viui ob eius obsequium debent affici, & propter ipsam mundum euitare: plura de mercede, & remuneratione, quam Deus iis qui recte moriuntur, confert, adduximus, & quam male mundus merita recte viuientium, compenlet: de quo fortassis Dialogū in lucem edam, cum ad hoc prestandam opportunius atque commodius licuerit per otium (qui enim scribunt aut componunt, longinquum temporis spatium,*

magnaque quietē postulant) cuius erit titulus, DIALOGVS DE AFFLICTORVM CONSOLATIONE, quo loci quantoperē verba consolatoria, loco temporēque optata profint, videbitur, potissimum si ex sacra Scriptura depromantur: nobis enim mortuorum memoriam reuocant, non vt propter eorum animas bona cōferre sinamus, nec vt mortis quae subeunda est obliuiscamur, sed vt ex immoderato dolore nullus sit quin videat, quantum mortis quam ceteri sunt perpeffi, profit memoria. D. Hieronymus in quadam epistola, ait, *Qui singulis diebus moriendum esse recordatur, presentia cōtemnit, & ad futura preparatur.* D. Gregorius in Moralibus, qui, ait, qualis in morte futurus sit, non perpēdit, modeste in suis operationibus progreditur, neque quod prae teriti cōcupiscit, sed omnibus presentis vitae desideriis sese opponit. Verū vt clarius memoriae mortis vtilitatē & emolumentum perspiciamus, sufficit Iesum Christum Dominum nostrum dixisse in Euangelio: *Oportebat vt filius hominis esset in corde terra tribus diebus & tribus noctibus.* Vt enim membra corporis corde moderantur, sic sepulturae memoria, nos oportet regi ac moderari. Vt igitur in memoriam habeamus operae pretium est, & ad eam suscipiendā disponamur, velut ait Dominus noster, *Vigilate, nescitis enim qua hora Dominus sit venturus.* Oportet vt per caelum ambulemus, & coram oculis mortem deferamus ne peccemus. Hoc est quod voluit Ioseph significare, Israelitis praecipiens, vt ad terram promissionis proficiscentes, ossium suorum bustum deferrent. Quamobrē, cum denuō de morte egerimus finem etiam nostris oblongis sermonibus metemur. Opinor nunc tantū esse exordium, (inquit Theologus) tanta voluptate capior. Iamdudum (inquit Canonista) à tanta oblectatione non fui recreatus. Admodum efflagito (inquit Humanista) hanc orationem scriptis mandare. Forsan (inquit doctor) eam perscribam. Longiorem sanē (inquit Ciuis) hunc diem diem peroptarem, vt cursum motūque Solis velut Iosue retinendi facultas concederetur: sed quoniam coruscantibus radiis diurno cursui finem imposuit, & nos ipsi verbis nostris finem imponamus. Mox quinque Amici, quatenus ad corpus, non autem quatenus ad corda adinui cem discessere. Nam vbi verus est amor, visus separatio, voluntates non distrahit, aut alienat.

Finis Dialogi de Causis.



DIALOGVS QVINTVS, DE VERIS, ET FALSIS BONIS.

INTERLOCVTORES,

Doctor sacrae Theologiae, & quidam Nobilis eius discipulus.

De hominis reformatione, deque eius sub corporalibus creaturis prestantia.

CAPVT PRIMVM.



NOBILIS quidam domi aureum Numisma contemplans, in quo ad viuum depingebatur, quidam magister & preceptor, cuius optimam opinionem conceperat, maximamque ad literas, virtutes, & preclara facinora progressurum sperabat, eum inuisit. Attamen, quoniam eum intempestiuum, atque immaturum cernebat, & hanc spem, torpentis emasculatque otij velo posse deleri, & aboleri, eius animo optimam doctrinam, aliamque cum virtutis, tum honestatis exercitationes suggerebat, cum a vitiiis atque insolentis ad quas iuuetus est procliuus, obiurgat: vt hac multi reprehensione ac seueritate, illum ad animi suauitatem promoueret. Nam quemadmodum apes, aculeo pungit, neque idcirco desistit, quominus dulcissimum mel conficiat: sic sapiens solersque reprehensio, licet verbis laedat, nihilominus cum disciplina ad emolumentum confert, & praeter asperitatem suauem dulcedinem & oblectamentum adfert, quod nauus, ac studiosus preceptor in hoc suo discipulo comprobabat. Inuicem itaque salutatis, percontatus est ab eo, quibus rebus animum adiceret. Contemplabar (inquit Nobilis) hanc auream bullam, quam denuo aurifex mihi attulit. Iamdiu eam custodieram, eamque maximi facio, quippe manu peritissimi artificis sit elaborata, qui me delineando seipsum insculpsit: exarans enim meam faciem, sui artificij subtilitatem patefecit, & in hac parua imagine animi magnitudinem ostendit, eam adeo aspectu ipso viuum, quam sensu mortuam efformans: & quoniam ob vetustatem quibusdam in locis erat oblitterata, & consumpta, eam extergendam & renouandam curavi. Filii mi, quanto satius esset (inquit preceptor) vt animae tuae numisma ad imaginem & similitudinem Dei creatae, expurgares & renouares, vt ait D. Paul. ad Ro. scribens:

Rom. 12. *Reformamini in nouitate sensus vestri.* Achi diceret, Per peccatum mortale spirituale pulchritudinem amisimus, animaque turpificata remanet, in quod mundi sectatores sapissimè illabuntur. Sed ne cum eo conformamini, ne imaginis Dei splendorem insulcatis, imò potius eam expurgate, & reformamini spirituales animae vestrae renouationem adipiscentes. Idem ait Ephes. 4. *Renouamini in spiritu mentis vestrae.* Hæc renouatio in iis qui totam voluntatem Deo dedunt, omniaque praeter eum manibus tollunt, mundi que puluerem excutiunt, qui cordis nitori student, ne malas cogitationes iis collocent, quantum-

uis minime sint. Si parui sint (ait discipulus) non plurius meo iudicio faciendi. Quinimò, nam ex minima scintilla, quandoque magna domus conflagrat. Quæ admodum Bombyces, initio parua sunt grana, sicut minutum senem, quæ mulieres, sinu fouent, quæ calore naturali in vermes conuertuntur. Sic turpes & sordidæ cogitationes, quauis in initio minime esse videantur, eas effugere debemus: semina enim hæc sunt quæ cordibus nostris admota & inserta, concupiscentia est, & voluntatis consensu vermes rodentes possunt esse, animasque nostras peruertentes, tanquam aues huc & illuc volitantes. Hoc non mirum videri debet, sed nedum construere, & in corde incubare, hoc sane Deus odio habet & detestatur. Illud per Prophetam Ieremiam significauit, dicens: *Vsq; quod morabuntur in te cogitationes noxiae?* Et in Prouerbiis Salomonis: *Abominatio Domini cogitationes mala.* Quæ obrem ait apud D. Mattheum. *Cur cogitatis mala in cordibus vestris?* Quantum autem ad id quod profers te numismatis imaginem plurius facere, quoniam a peritissimo artifice est elaborata, non quidem video te multum a communi opinione discrepare. Multa enim preclara sunt opera, quæ magno pretio & æstimatione censentur, non tam propter eas ipsas quam propter illum qui eas est operatus. Vnde fit tabulam, subtilissimam rectissimo politissimoque artificio a Michele Angelo elaboratam esse non ignoramus, intuentes, magna quidem æstimatione & pretio habemus, tantum ob artificis memoriam qui inter huiusce nostræ tempestatis pictores sine controuersia primas tenet. Narrat Plinius lib. 7. de histor. Natur. Regem Attalum tabulam Aristidis Thebani pretio centum talentorum æstimasse, quæ iuxta Budæi supputationum in secundo de asse, sexaginta millia scuta faciunt. Octoginta talentis duas tabulas mercatus est Iulius Cæsar, quorum iuxta Budæi in eodem libro de asse numerum, pretium erat sexcenta scutorum nostri temporis, magnamque auri ac argenti copiam vt ab hoc eximio pectore Timomacho Byzantio effingeretur: vt narrat Plinius libro trigesimo quinto suæ Naturalis historiae. Quo loci etiam refert picturam Protogenis tanto pretio a Demetrio Macedonum Rege habitam, quippe qui opus erat a viro exquisitissimo & rarissimo assabre factum, & ex totius orbis præstantissimis pictoribus, vt ne illam incendio aboleret, a Rhodiorum mœntis imminentes flammis extraxit, quæ obsessa erat: hoc tempore tam opulenta ciuitas, vt dicat poeta Pindarus, aurum purum in ea plueret.

Jerem. 4.

Prou. 15.

Certior factus fuit Rex si hac in parte incenia conflagraret, comburebat etiam templum, ubi hæc tabula asseruabatur, quod in cineres & fauillas erat redacturus, ut urbem vi expugnaret: malluitque urbem perdere ut picturam conseruaret, quam eam lucrifacere, ut perderet. Et quanuis hæc historia, aliaque eiusmodi, magis habeant timoris in quosdam quam auctorameti: adeo tamen eas recensere audeo, propter magna authorum autoritate, qui nomē literis æternitati voluere commendare. Sed sufficit cum scyphum crystallinum videmus, quod scimus esse ex Venetia, magni illud æstimamus, quoniam vitriarios præstantiores & peritiores illic esse quam in cæteris Europæ regionibus, arbitramur. Cum itaque ex artificibus opera ponderemus, cur non animam nostram pluris facimus, siquidem altissimi Dei sit opus, huius magni cælestis artificis sapientiæ maris sine fundo, cuius potentia est infinita, bonitas immensa, magnitudo incircumscripita, eiusque sapientia omnes humanæ sapientiæ terminos ac limites transilit. Ad hæc cum homo adeo mirificum sit opus, ut ideò à Philosophis microcosmos nuncupetur, cum fere sit isagoge, omniumque creaturarum Epitome. Quod ait D. Augustinus, omnem creaturam esse hominem. Et D. Gregorius in homilia de Ascensione hæc verba declarans: *Prædicare Evangelium omni creaturæ: interpretatur hominem.* Satis sit opus esse, quod cūtipotens Deus ad eius imaginem & similitudinem creauit, ut ait sacra Scriptura in Genesi. Ait Deus ut hominis præstantiam demonstraret, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quod de alia creatura dixisse, nullibi comperimus. Illud rectè D. Ioannes Chrysostomus in comment. in Genesim ponderat, dicens: Deum non dixisse ut homo fiat, sicuti de reliquis dixit, sed illud consilio præstitit, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. D. Gregor. in 9. Moral. ait, hæc verba noua, & nunquam inaudita Deus in hominis Creatione pronuntiauit ut intelligamus illum hoc consilio facere. Theodoretus in quæstionibus Genesim ait, Antequam Deus hominem crearet, sui operis consilium ostendit: sed diuinum consiliū multum ab humano distat. Omnes hi authores hominem consilio sanctissimæ Trinitatis fuisse creatum affirmant, ut nobilitas & præstantia qua in alias creaturas utitur, magis manifestaretur. Porro hominis præcipua pars est anima, & in ea imago Dei: hoc est numisma, quod semper purum & nitidum debemus gestare, maiori pretio & æstimatione illud ducere, quā illud quod præ manib. habes, aliaque huiusmodi. Ideò eius effectus in voluntatis fornace debet fabricari, igne diuini amoris, ut permanens sit cum intellectu, quod omnia quæ ad nostram salutem spectat, assequitur. Illi autem qui deprauatis appetitibus insolescunt, ad hoc nequaquam prospiciunt, neque ad veritatis splendorem oculos erigunt, nec nobilitatē animæ ad imaginem Dei creatæ percipiunt. Ponderant sine stateris, sine vlna metiuntur, absque calculis supputant, tum demum rationem relinquunt, appetitui effrenato obsecundant, & hoc pacto clausis oculis ad mortis domicilium irrumpunt. Via enim perditionis hominum est petitioni appetitus placeat, non autem consilio rationis insistere.

De humana imbecillitate secundum corpus, deque eius secundum animam præstantia, in quo imago Deo consistat, & quid sit bonum.

CAPVT II.



I hominis dignitas adeo magna sit, ait discipulus, cur eam Iob adeo deprimat, cum in decimo capite, eam cœnum & lutum appellet? & in 14. vmbra? Quodnam vas ex vmbra lutæ potest efformari, quod alicuius sit valoris? Hoc (inquit præceptor) altissimi Dei sapientia est, ut homo non prosterneretur, penitusque in terram rueret, eum sibi similem procreauit, animam rationis plenam, immortalem, & bonorum æternorum capacem impartiens. Præterea ne nimia insolesceret superbia, eum ex luto fecit, ut cum humili fragilique cemento componeretur, non cessas gloriæ & præsumptionis terras debebat construere. Propheta Dauid, ait, hominem viuentem meram esse vanitatem. Vocat eum Isaias vas terre, & Ecclesiasticus folium arboris Guido Bituricensis narrat, cum Solon Salaminus rogaretur, quid esset homo: sic respondit: In natiuitate putrido est, in vita aque phiala & vesica & in morte vermium esca. Et Herodotus ob eandem rem rogatus respondit, hominem esse ipsammet calamitatem. Et ob maiorem probationem huiusque miseræ testimonia in hunc mundum plorans & ingemiscens ingreditur: ut intelligamus amaras lacrymas, quas nascentes effundimus, veros esse caltrorum miseriarum quo ingredimur, exploratores. Deus hoc ita constituit, ut nostram fragilitatem perpendentes, humiliemur & deprimamur, ut verè dignitatis altitudinem nobis explanemus. Nam quem admodum arcui tanto funis retrahitur, tanto sagitta longius penetrat: sic in vita eò magis homo retrò per humilitatem moratur, eò longius per virtutis vim procedit, & que magis corporis, quod ex terra est abiectionem agnoscit, tanto altius in animæ cognitionem, quæ imago Dei est, extollitur. Cupe-rem scire (inquit discipulus) in quo hæc imago Dei consistat. Consistit (inquit præceptor) præcipuè in intellectu naturali ut ait D. Thomas in prima parte. Sed plures sunt aliæ rationes, quibus etiam consideratio est addenda. Quippe qui uti Deus vnus est, & totum in omni parte, viuificans, mouens omnesque nutriens: quod conforme est dicto Apostoli à Diuo Luca relato, in Actis Apostolorum: *In Deo viuimus, mouemur, & sumus.* Sic anima in suo corpore vna est, & tota in qualibet parte, id viuificans, id mouens, & id sustentans, nec maior est in maioribus membris, quam in minoribus. Equidem video nihil Deo æquiparari posse, ut ait D. Gregorius Nazianzenus in suo libro de fide: sed Doctores certo comparationis modo, inter Deum & creaturas vtuntur, ut ad modum hominum loquendi sese accommodent. Et quem admodum Deus immortalis est anima etiam est immortalis. Et quem admodum Deus est Trinitas in personis & vnus in essentia: sic anima rationalis trina est in potentia, hoc est, memoria, intellectu, & voluntate, & vna in substantia. D. Augustinus has rationes adfert in tractatu, de Creatione primi hominis. Et D. Ambrosius in libro de naturæ humanæ excellentia. Idcirco anima nostra non cum omni terra contenta est, & in Deo satiatur, quoniam ad imaginem terræ creata non est, sed ad imaginem Dei. Quemadmodum triangularis figura non adimpletur, nec in circulari gyro perficitur, quippe qui nullam secum habet proportionem, & alia triangulari repletur: sic spiritualis animæ nostræ triangulus non mundi rotunditate impletur, sed diuinæ sanctissimæ Trinitatis triangulo. Deus ille est, qui nobis satisfacit, qui nostri cordis media implet, qui nostra desideria reficit & exsatiat. Itaque per necessarium est scire (inquit discipulus) an inter Gentiles quidam animam nostram

D. Augu.
lib 33. 9.
D. Grego.
in homil.
de Ascen.

Psal. 33.
Isai 41.
Eccle. 14.

Vide Dialog.
2 Cap.

Act. 17.

nostram ad imaginem Dei creatam esse cōsenserint. Maximè (inquit Præceptor) & vnus eorum est Trismegistus, de quo Lactantius Firmianus ambigit, an eum inter Sybillas, aut inter poëtas debeat adscribere. Hic vocatus fuit Mercurius, qui Philosophus insignis fuit, & deinceps huiusce temporis celeberrimus Sacerdos; postea verò Egypti Rex illustrissimus. Quamobrem ei hoc nomen Trismegistus fuit impositum, id est, ter maximus, quoniam inter Egyptios de more habebat, vt narrat Plato, & refert etiam Marsilius Ficinus in Proëmio in Trismegistam, inter Philosophos, Sacerdotes, & inter Sacerdotes Reges eligere. Eiusdem opinionis Trismegisti fuit Proclus Platonius & Picellus in libro de oraculis Chaldaicis, & alij quos Augustinus Eugubinus in suo libro de veteris Testamenti recognitione citat, in 1. cap. Geneseos: Quorsum (inquit discipulus) Deus nos ad suam similitudinem & imaginem procreauit? Complures sunt rationes (respondit Præceptor) sed inter omnes, vnā tantum attingam. Res amans omnem amorem, in aliam sibi similem infumit: ne autem amorem nostrum in mundi diuitiis implicemus, iis nos similes non effecit, sed sibi, vt videns nos nullam cum iis imaginem aut similitudinem habere, sed cum eo, illas relinqueremus, eumque diligeremus, cum sit omnium nostrorum desideriorum refrigerium complementum, & summum bonum. Deus volens Moysi dicere, se illi ostensurum, ait. Omne bonum tibi ostendam, quoniam omne bonum ex Deo est, & qui hoc habet, omnia possidet, qui autem prodit, ipsemet it perditum. Cætera bona non bona sunt, nisi per summi boni participationem: quod per seipsum bonum est. Antequam vterius progrediamur (inquit discipulus) efflagitarem scire, quid sit bonum, vt id de quo loquimur, perciperemus. Definitio enim definiti naturam explicat. His respondit Præceptor: Bonum, vt à Philosophis antiquis definitur, & refert Aristoteli in principio Ethicæ, est omne quod omnia concupiscunt, & finis ad quem tendunt: Deus autem summum bonum est increatum, immutabile, & sempiternum, à quo vera omnia bona promanant, & ille finis est, in quem omnes nostræ actiones sunt dirigendæ. Et quemadmodum naturæ omnes, quatenus naturæ bonæ sunt, vt ait D. Augustinus in 14. de ciuit. Dei & in libro de natura boni, & clare ex libro Geneseos colligitur: Deum vidisse cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: perspicuum est omnes creaturas esse à Deo creatas: siquidem ab eo omne bonum promanant. Cum hoc ita sit (inquit discipulus) idcirco arboris vetitæ pomum bonum erat, & cum esset bonum, cur Adam illud manducando peccauit? Peccauit (inquit præceptor) quoniam in Deum transgressus est, qui ne illo vesceretur, præceperat. Voluit altissimus Deus vt ei morem geramus, & quoniam Adam eum violauit ac fregit, grauiter deliquit, & ex terrestri Paradiso fuit expulsus pœnamque suæ culpæ sensit: tunc verò bonum obedientiæ & malum inobedienciæ intellexit. Quare vocata est arbor scientiæ boni & mali, quoniam Adam peccans malum quod peccando patrauit agnouit, bonumque quod nisi peccasset, fuisset operatus. Et profecto hoc admirandum fuit, vt cum Deus dixerit, vt aliis fructibus vesceretur, non autem eo: legimus tamen eum non alium comedis- se, quam ex eo qui ei fuerat, prohibitus, Diodorus hoc apprimè ponderat, & post eum Galfridus. Audiuit mulieris vocem, & potius ei, quam Deo voluit morem gerere. Et ait D. Augustinus in lib. 14. de ciuit. Dei. Adam seipsum immoderatus adamasse, & priusquam pomum vetitum degustaret, iam in amo-

rem proprium fuerat elatus: non igitur mirum est si fuerit inobediens, quoniam philautia, & nostrorum met amor fundamentum est sub quo inobedientiam & confusionem construimus.

De duobus bonorum & finium generibus.

C A P V T I I I.



Dcircò (inquit discipulus) cum omnes Dei creaturæ bonæ sint, sequitur etiam aurum esse bonum, & cum sit bonum, cur tantopere illud expetere obiurgatur? Illud (inquit præceptor) non fit quoniam aurum sit malum, sed ex periculo quod illud habendi desiderium, & labor illud perquirandi, & potentia illud possedendi, secum deferat. Verum enim vero non peccat is, qui modeste illud expetit, vt necessitatibus subueniat, Deoque seruiat, cū votū aut, aliquid eiusmodi ei non sit impedimento. Ille verò peccabit, qui hoc sine ordine, sine temperantia, sine ratione concupiscet, qui immoderatis appetitibus limites non conscribet, qui hoc ad prauum finem exoptabit. Hoc (inquit discipulus) videtur his quæ antea dixisti repugnare, bonum esse quod homines appetunt, finemque ad quem aspirant. Omnis igitur prætextus finis bonus est. Atqui cum omnis finis bonus sit, quorsum igitur aliquid est ad malum finem exoptatum? Ais omnem finem bonum esse, & aliquid pro malo fine esse expetitur, quæ sunt dissidentia: quanto magis si bonum hoc sit quod omnes appetunt & hæc sit boni definitio, quæ cum definito conuertitur. Quod igitur omnes expetunt, bonum est, videmusque permultos immanes vitiōnes sitire, oppiparōsque & delicatos cibos, vt crapulæ indulgeant, alij inhonesta ad libidinē procliuia cupiūt, alij aliorum per fas & nefas diuitias, alij reditus, vt vanis & deprauatis appetitibus satisfaciant, ob eorum superfluitates, cibumque & pastum brutarum cogitationum: alij libertatem, vt maiori licentia peccatis laxent habenas, vitiisque inueterentur: tum demum alij mille flagitiorum scelera, quibus conscientias peruertunt & labeſtant. Et iuxta hanc definitionem omnia hæc male bona erunt, quæ duo sunt, vt fallor, incompatibilia. Non mirum videtur (inquit præceptor) quod in hunc errorem illapsus sis, cum alia ingenia tuo non minora, scientia carentia lapsi sint, cum in Logica, Philosophia, & Theologia, non essent versati. Vita sine scientia stagnum est, vbi pisces corumpuntur, Actiones inquam & facultates mentis. Scientia est aqua, non quoduis genus aquarum, sed medicinalis, & sic eam vocat Ecclesiasticus, cum de Deo loquens ait, *Potabit illum Deus aqua scientiæ salutariæ.* Hæc aqua est, de qua loquitur Isaias: *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.* Quemadmodum arx, profundis aggeribus vallata, aquæque fluentis copia, optimum est propugnaculum: sic anima aqua sanæ bonæque doctrinæ completa est, securæ fortisque defensio: sed cum homines ficci sint & aqua aridi perfacile à quouis errore deuincuntur. Tales ij sunt, qui res quas dico contrarias habent & repugnantes, neque tamen sunt. Verum viam aperiam, velum à tuis oculis auferens, itaque veritatem vsque adeo claram, sicuti meridiei splendorem, planam faciant. Habet voluntas humana pro obiecto bonum & finem, & quod aggreditur

Gal. 33.
1. 41.
ecle. 14.

2^o de Malo
2 Cap.

Exod. 33.

Bonum
quid sit.

Eccl. 17.

Ecclesi. 2.
Isai. 50.

ditur est propter bonum. Duo autem bonorum sunt genera, alia sunt certa, alia falsa, alia vera, alia aspectu ipso: denique alia sunt reipsa bona, alia sunt aspectu bona: quorum plura cum bona appareant, mala sunt, & cum homines aliquid concupiscunt: quanuis hoc esse malum haud ignorent, rentur dummodo desideriorum votis queant potiri, hoc bonum esse: & quod peius est, quidam sunt qui pertinaciter illud tuentur, & eo sese iactitant, & tanquam virtute utuntur, cum autem obiurgantur, aut damnantur, non indigent rationibus ut malum nullæ rationis admota apparentia causantur. Sermonem deliniunt: intentionem iustificam, appetitus politis coloribus distinguunt, & eiusmodi verbis eos demulcent, ut eos magno ære iis obstringi suspicantur, ita ut malum non in specie mali, sed boni appetant. Itaque ait Plato in Dialogo, cui titulus est Hippanus, ut ij ipsi qui à bono seiunguntur, bonum exoptent. Verum hi, ut suæ voluntatis vestigiis insistant, hanc virtutem amittunt, & verum bonum relinquentes aspectum sequuntur: sed demum illud sub boni specie perferuntur, ab amenti appetitu deiecti: propriæ effrenatæque voluntati adhærescentes, damnum cupiunt, manibusque ad perditionem affixis fumo proprii amoris & immoderate philauthiæ obæcati, quæ iudicium pervertit, pro bono, quod illis malum est iudicant. Hæc enim est propositio, ea quæ à proprio amore iudicantur & diriguntur, perraro adæquata esse. Et ut illud bonum finis est ad quem attendunt, sic duo boni sunt genera, duo etiam finium sunt genera, aliud reipsa bonum, aliud verò apparentia boni quanuis in se malum sit, & licet omnis prætextus finis bonus sit iudicio eius qui hunc prætextum, in se tamen potest esse malum. Hoc nullomodo repugnans est, eandem rem bonam esse malam iuxta varios respectus, ut asserit Arist. lib. primo de interpretat. Inde vides meis verbis nullam esse repugnantiam aut contradictionem, siquidem duo finium sunt genera, & duo bonorum, alia vera alia verò apparentia. Ij qui in huius vitæ pelago veritate tanquam nauigandi gnomone ducuntur, rationemque tanquam ducem sequuntur, proramque semper ad gloriæ portum appellentes, vera bona amplectuntur, qui autem brutis appetitibus vltro citroque fluctuant, priuatis commodis & voluptatibus inhiantes velut scopo in quem omnes sensus & cogitationes collinant falsis bonis adherent, in infernum largo tramite ruunt præcipites. Itaque alij velificat, ut portum securitatis æternæ & sempiternam gloriâ appulsent, alij vero, ut in perditionis æternarumque pœnarum supplicium detrudantur. Et quanuis hac in vita boni abiiciantur & deprimantur, mali verò in sublime efferantur, non ideo iusto animo deficient, cum sit alia vita vbi bona compensentur, mala verò puniantur. Nostris etiam sapius quam optarem oculis intuemur, virtutes ab iis qui ad malum propensi sunt & procliuës esse persecutas, adeo malitia vndique versipelles, ut quocunque loco eos velis capere, te vulnerabunt. Sed hoc eis obstare nequit. Nam veterrimum est in mundo ut boni ingrata mercede pro bonis in impios collatis remunerentur: ij verò certa tutaque remuneratione in cælis donabuntur.

Quippe oblectatio quam virtus secum adfert, non adeo parua est, ut loco laboris pro quiete nequeat permutari.

Quæ sint vera bona, quam falsam, & quid sit virtus.

CAPVT IIII.



Ehementer exoptauit (inquit discipulus) hanc diuisionem bonorum intelligere, nunc autem planum mihi fieri cuperem: quam sint vera ut ea sequamur, & quæ sint mala, ut ea fugiamus. Vera bona (inquit præceptor) sunt fides, spes, charitas & diuina gratia, Prudentia, iustitia, fortitudo, Temperantia, Humilitas, Mansuetudo, Castitas, Eleemolyna, Patientia, Abstinencia, omnisque ceterarum virtutes & dona sancti spiritus, & beata sacramenta Euangelica. Ea bona sunt, quæ bonos nos efficiunt, quæque hostes, nisi velimus, haud possunt deprædari. Hæ veræ sunt diuitiæ, non autem terrena, quæ sapissime à consceleratis possidentur, & malorum occasione, quæ amitti possunt, utque pereamus, permittunt. Quamobrem vera non sunt, sed falsa: adhuc, quod possessores decipiant, & flante (ut aiunt) fortuna eos relinquant, & eo propius ad mortem accedunt, tunc ab iis magis deficient. Horum falsorum bonorum filii, diuitiis, fauoribus, facultatibus, & familiaritatibus Principum adhærescunt, & honoribus mundi, aliisque rebus quas mundus bona fortunæ appellat. Ad hunc numerum bona quæ naturæ vocantur, adscribuntur, utpotè carnis pulchritudo, fortitudo, dexteritas, & alia id genus. Hæc bona sunt, quæ nequaquam bonos nos efficiunt, sed sæpenumero ab iisdem flagitiosis possidentur, eorumque flagitiorum sunt instrumenta. Nemo iis tanquam rei certæ fidem adhibeat: non enim fixa sunt, aut permanentia, sed inconstantia & momentanea, quæ à nobis etiam inuitis possunt auelli. Minima tribulatio ea deprimit, prima mutatio ea rapit, minimus ventus ea concutit. Mundus est veluti comœdiæ aut tragœdiæ, quo diuersæ personæ ingrediuntur, alij Principes, & Nobiles, alij plebeij & agricolæ, & contingit mechanicos sepissime Nobilium personam assumere: Nobiles autem Mechanicorum personas representare. Hoc ad finem vsque actus durat. Quo finito, vnusquisque, qualis antea fuerat, remanet. Qui Principis figuram representabat, aliorum vestimentis induebatur, alius ei mutuo dederat thoracem, alius pallium, alius autem galæru: ludoverò perfectio, quisque sua defert, ille vero omnibus vestimentis spoliatus, & ut pro Principe fuerat ingressus, sartor, sicuti antea remanet. Sic mundus omnia vltro citroque vertit, alios deprimit, alios verò extollit. Quos ex infimo loco extollit, aliquando honore priuat, alios officiis, alios etiâ facultatibus spoliat, & ad eandem sortem, ut antea eos redigit. Hæ sunt mundi mutationes & volubilitates, rota est, quæ circumuoluitur, vnde sunt, quibus nulla firmitas conceditur. In huius vitæ discessu, iusti cum virtutibus permanent quæ bona sunt ex radice producta, quæ diu durant, peruersi & deprauati, nihil præter diuitias & gaudia concupiscunt, quæ supellectilia sunt, quæ deterruntur, & temporis diurnitate cōsumuntur. Quæ admodum fulmen (ut narrat Plinius lib. 2. Natural. historia) omnia occurrentia cōfringit ac discerpit, præter Laurum: sic calamitas omnia deprimit & euertit præter virtutem. Mallem (inquit discipulus) virtutem habere & possidere, quam eius definitionem scire. Nam ut ait Arist. in Ethic. non sat est scire quid sit virtus, sed etiam elaborandum est, ut eam possideamus: Bonum est de illa loqui, sed multo satius esset eam possidere. Verba prætereunt, opera verò permanent. Sed ideo non cesso, quin virtutis definitionem exoptem.

Ma.

Vera bona
qua sint.

Virtutis
definitio.

D. A.
lib. de
Arbitrio
& lib.
quæst.
ma. G.
de civ.
Dii.
D. B.
in Th.
ad Fr.
de m.
Dii.

Psal.

Magna ideo fretus es ratione (inquit Præceptor) quoniam ait D. Paulus, in prima ad Corinthios, *Regnum Dei non in verbis consistit sed in virtute*. Idcirco qui docent magis effectu ipso commouent, quia loquuntur. Quemadmodum in primis ferrum videmus percuti, postea ictum audimus: sic qui prior coram nostris oculis operatur, magis nos mouet, quam is de quo loqui audimus. Opera magis habent virium & efficaciam, ut persuadeant, quam nuda verba. Verum quoniam virtutis definitionem exoptas, aperiam. Virtus est optima qualitas animæ, quæ cum homo rectè viuit, quæ nemo abutitur, quam operationem Deus in nos exercet. D. Aug. eam sic definit, libro de libero arbitrio, & in libro de quantitate animæ ait, eam esse vitæ æqualitatem, quæ vniuersi rationi quadrat & cõuenit, & in decimo quinto libro de ciuitate Dei, ait eam esse amoris ordinem. Quamobrem ait sponsa in Canticis, *Ordinavit in me charitatem*. D. Bernardus in tractatu, ad Fratres de monte Dei, ait virtutem esse liberæ voluntatis vsum in rationis iudicio. Aristoteles 2. Ethicor. de virtutibus moralibus loquens ait, virtutem habitudinem esse electiuam, quæ in medio consistit, nostrum respectu, per rationem prudentiæ definit & determinato. Et in Politicis ait, virtutis proprietatem esse hominem virtute præditum efficere. Pro virtute prædito non hominem aded iustum intelligo, quin aliquando in culpam incidat. Nam ut ait Elianus libro de vera historia, ut homines non sunt sine arestis, sic etiam nemo sine crimine viuit. Quisnam est (via quotidiana loquens) quin tempore cursuque vitæ, in quâdam culpam incidat? Sed pro virtute prædito, eum qui rectè dispositus est, ad rectè moraliter & cum consensu operandum: quanuis nonnunquam: in aliquam indecentem culpam irrumpat. Nam in virtutibus acquisitis, actus nullomodo habitudini aduersatur. Quidam temperati potest habere habitudinem, & intemperantiæ facinus committere, nec ideo à temperantiæ habitudine deflectere. Etenim virtus habitudo est, non autem qualiscunque sit, sed præstans habitudo. Horreum impiarum cogitationum in sanctarum meditationum ditissimum cubiculum commutat, terramque in cælum conuertit. Virtutibus inquam, quæ antea fuerant terrestres, in spirituales reuertuntur, quoniam sacra scriptura, iustos cælos, impios verò terram solet appellare. Psaltes Regius de Deo loquens erga iustos, ait. *Confitebuntur tibi cæli mirabilia*. Et Hieremias loquens cum Iniustis ait, *Terra, terra, terra, audi verbum Domini*. Quemadmodum Sol, vitrum penetrans, obiecti quod percutit, colorem assumit: sic homo figuram eius cui incumbit, induit. Si cælestibus rebus incumbat, cæli figuram assumit, si terrenis terræ. Et sicut vitium cælum in terram conuertit, sic virtus, terram in cælum conuertit. Natura in eo coloratur, nobilitas sanguinis purgatur, abiectæ stirpis macula emundatur: conscientia perpolitur & decoratur. Denique verum bonum est, quod nos bonos reddit, quod nullomodo bonis naturæ conuenit, nec ijs quæ vulgo fortunæ vocitamus. Ut autem hoc perspicuè dignoscas, exemplis in vtrouis volueris explanabo, quod in hoc loco, ne illa concupiscas tibi erit retardationi. Nam desiderium in rebus momentaneis, nostræque salutis non consonis depiri.

Virtutis definitio.

D. Aug. lib. de lib. Arbitrio. & lib. de quant. animæ. & 15 de ciuitate Dei.

D. Bern. in Tract. ad Frat. de mont. Dei.

Psal. 83.

Quid sit pulchritudo, & quot eius genera.

CAPVT V.



Vanquã discipulus, intelligeret quod in mundo videtur stabilis, nonnunquam collabi, quodque pro firmo habetur, disrumpi quodque pro perpetuo iudicatur, exsiccari & marcescere, nihilque esse cui credere oporteat: ut tamen quo pacto præceptor ea probaret, quæue singularia & peculiaria hoc in subiecto & argumeto detegeret, eum ut quædam exëpla pulchritudinis adduceret, exorauit. Hoc mihi valde placet (inquit Præceptor.) Verum præter liberam facultatem quam tibi concessi in doctrinæ disputationibus tecum habitis, ut dubia occurrentia efformes quo ea dissoluam & extricem, præcipue in hoc te commonefacio, ut illud exequaris voluntatemque cogas ut mea hac in re obsecundes. Iussu tua capeffiam (inquit Discipulus) & si verbis habenas laxem in culpam eius qui eam meis imposuit humeris vertetur: illud enim efficiam, non loquendi licentia & libertate, sed desiderio dicendi permotus, utque quibuscunque rebus tuis monitis obtemperem: hoc enim summopere mihi cordi erit, tibi his rebus quibus tuum extenditur gratulari: nunc verò illud pergratum facere si de pulchritudine agere incipias, cum hoc sit clarum, omniumque oculis expositum, intellectuque perfacile. Minimè verò (inquit Præceptor) imò scire quid sit pulchritudo, difficilimum est. Ideò Socrates in hoc Platonis Dialogo cui titulus est Hippius maior, postquam de pulchritudinis pluribus egit, fatetur prorsus ignorare quid sit, & vtilitatem quam ex disputationibus hac de re habitas collegit, esse percipere, quam intellectu hoc esset difficile, sibi que videri hoc antiqui illud in hoc trito Prou. significasse, Difficilia, que pulchra: intelligetes per pulchra, eorū pulchritudinē, hocque Dialogum suum perficit. Hoc Prouerbio. etiam vtitur Plato in Cratilo, & in 4. de Repub. & Plutarchus lib. de liber. insit. & alij authores, quanuis varijs sensibus: non quod pulchra intellectu difficilia sint, sed obtentu maximo difficilia per eas, præstantia opera, inclytasque virtutes denotantes. Me latet (ait Discipulus) cur Socrates hoc tantopere extollere voluerit, & ad pulchritudinem noscendam tantam difficultatem ponere, siquidem vnusquisque rem pulchram videns, eam statim pulchram dijudicat. Aliud est (inquit Præceptor) res pulchra, aliud autem pulchritudo, ut pote aliud est iustitia, & aliud iustum esse, aliud est prudentia, & aliud esse prudentem. Et ut iusti per iustitiam iusti sunt, & prudentes per prudentiam, sic pulchri per pulchritudinem. Et ut plurima pulchra sunt, ut etiam quædam omnibus communis pulchritudo, quæ in ijs insit, necesse est. Et ut est in alio & non in se: sic ex alio & non ex se dependet. Quisnam est ille (inquit Discipulus) ex quo illa dependeat? Est (inquit Præceptor) altissimus Deus. Pulchritudo summi boni splendor est, qui in rebus, quæ cernentur elucet, & sensu atque intellectu acquiruntur: ob quas illas vult in se conuertere. Deus est infinita bonitas & in vniuersi sphæra, centrum est admirabile, vnde pulchritudo, tanquam ex diuini luminis circulo deriuatur, ex hoc perpetuo lumine manante: qui actus est purus omnium rerum principium, cuius ens est perfectissimum, ens nostri entis, omnis boni fons & origo. Sciendum autem est, duo pulchritudinis esse genera, alia corporalis est, alia verò spiritualis, & quanuis corporalis vocari possit incorporea, quoniam magis intel-

Prouerb.

intellectu, quam sensu percipitur: nihilsecius magis oculis anime, quam corporis cernitur. Per corporeos rem pulchram intuemur, per intellectuales, pulchritudinem. Animæ pulchritudo, quæ eam ordine & proportione exornat, puritate, splendore consonantia & ratione, hæc præstans est, & verum bonum à pluribus bonis ortum & compositum a summo bono, manatibus & ad id dispositis. Perfectarum virtutum scientiarum, & donorum spiritualium concentus est & harmonia. Adeo a corporali præstans, quantum præstat anima a corpore. Corporalis pulchritudo, verum nostrum bonum non est. Non ideo dico esse malum, sed in se esse bonum, & naturæ bonum quoddam: assero malum ea uti, & multorum malorum anam præbere. Humana imbecillitas si perpendatur, periculosa est, & sæpissimè multorum infortuniorum ac damnorum origo potissimum cum non est cum animæ pulchritudine vi & constantia virtutis coniuncta. Nullum verum bonum nostrum intellectum obcæcat, ne veritatem agnoscamus, nostros affectus non astringit, ut in cælum conscendamus, nec animæ nostræ ad cælum diuinæ contemplationis volatum est impedimento. Pulchritudo autem carnis velum solet esse, ut oculos nostros infuscet, & obnubilet, rete, ut pedes nostros intricet, vinculum ut pennas adstringat: non igitur verum est bonum. Qui vanè in pulchritudine delectantur, facile veritatem non perspiciunt, nec subito virtutem insectantur, nec facilitate in altum cum corde penetrant. In suam domum hostem recipiunt, vanæ gloriæ causam: & quod peius est, eum pro tali non iudicant, quippe cum furiosus sit & inhumanus, mitem & benignum suspicantur. Proprio lætantur incommodo, bonum malo cupiunt: lecum venenum suave gestant, eorum quietis prædonem, laboris materiam & subiectum, eorum vanitatis prodigum. Vide igitur quid sit carnis pulchritudo, tantoperè à multis expetita, dignaque quæ ab omnibus aspernatur. Unde clare iudicatur eam nec naturam nobilitare, nec conscientiam purificare, nec suis possessoribus bonum conferre, & per consequens, verum non esse bonum. Fuit quidem Rex Tyri, adeo inanis & superbus ob pulchritudinem, ut se suumque regnum perdiderit, cum quam fragilibus suam vanitatem stabiliret fundamentis, haud præviderit. Et eum alloquens Ezechiel ex parte Dei, hæc verba profert. *Et elevatū est cor in d. core tuo: perdidisti sapientiam in decore tuo.* Quis unquam Absalon, fuit pulchrior, de quo loquitur scriptura in 2. Reg. libro, nullum esse in Israël, cui esset pulchritudine comparandus? Equisnam petulantior & ambitiosior, cum Regnum patri auferre voluerit, ut in eodem libro memoriæ proditum est? Decreuit, retrò conscientiam morari, ut opinioni præcederet flocci que fecit regnum cælorum amittere, ut terrenum lucraretur: utrumque perdidit, siquidem capillis arbori in aëre appensus fuerit enecatus, eius tamen morte terra ipsa deficiebat. Et notandum fuit, suos crines fuisse instrumenta: eius pulchritudo, vanitas & ambitio sub nubem euexerunt, tandem operam perdidit cum in aëre suspensus remanserit. Hic miser fuit exitus, quo infelicem infamis vitæ terminum posuit, ei qui suæ pulchritudinis memoria mortis memoriam amisit. Ait Patrachus in fortunæ Remedijs, vix quidquam posse inueniri, quo cum mens maiori gloria inflatur, quam corporali pulchritudine. Et Ouid. in primo Factor ait, presumptionem pulchritudini esse annexam, & superbiam eius esse comitem. Hoc indicavit poëta cum dixere Narcissum in venustatem elatum sui ipsius amore fuisse captum, proprio amore obcæcatum, periisse. Verum quid opus est nunc Gentilium autoritate probare, amorem

Exeg. 13.
2. Reg. 14.
35. & 18.

proprium iudicium obuelare, cum permultis Satorum autoritatibus non careamus? Hoc attestatur D. Gregorius in secunda homilia in Ezechielem, & D. Bernardus in tractatu de gradibus humilit. & permulti alij. Hoc arbitror sacra scriptura in 1. libr. Machabeor. cum ait, Ingrediente flagitioso Rege Antiocho templum Ierusalem, lampadē luminis rari-
cunsum. Quodnam est hoc templum, nisi nos ipsi? Vos estis templum Dei viventis, ait D. Paulus in 2. ad Corinth. Quisnam est ille Antiochus, qui in nos irrumpens, candelabrum quæ nostrorummet cognitio est, suffuratur, nosque tenebris deserit obuolucos, nisi proprius amor quo immoderatus nos persequimur? Hic ille tyrannus est, qui lumine & splendore nos spoliat, mentisque tenebris obuoluit. Cum itaque corporalis pulchritudo toties amoris proprii causa sit, qui tantoperè nobis officit, sequitur eam esse periculosam. His autoritatibus (inquit Discipulus) ut pote periculum à pulchritudine manans, ei qui eam possidet contingit, non ei qui illam intuetur. Multum (inquit Præceptor) periculosa est, ei qui curiose perspicit. Quemadmodum igneus radius, in aërem volubilis, pulcher & coruscans apparet, quod autem offendit, consumit ac concremat: sic visa pulchritudo corporalis, fallacium hominum oculos fatiat, obtutum obuelans, corda verò conflagrat, & iudicio orbatur. Quemadmodum Vrsi lebetem feruidum & lucidum intuentes cæcantur, & a venatore nulla difficultate capiuntur: sic homines vani ac temerarij, aliorum pulchritudinem oculis speculantes, excordes fiunt, ac mente capti, & vincuntur, ac captiuitatis iugo manciantur. Quamprimum princeps Sychimorum filius Hemor pulchram Dinā conspexit, statim passus est cæcari, neque cæcitatem sensit, passus est animam rapi, utpote parum in rebus humanis esset versatus, quoniam nondum adolescentiæ limites transilierat, (quam meritò vernantem ætatem possumus dicere) appetitibus effrenatis omnium præcordiorum & innumeris vanitatibus aditus patefecit. Peruersorum desideriorum domum & fenestram ex corde confecit, nec modum immoderationibus adhibens, huic nobili puellæ vim intulit, quod eius occisionis & euersionis ciuitatis causa fuit. In desiderio peruicax ab incepto non destitit, quin prius à vita desisteret. Rex David Bersabee pulchritudine captus, mala quæ sacra Scriptura in 2. Reg. libro enumerat, intulit. Obtutum noluit semouere, detrimentum verò percepit: illa corpus abluabat, ille verò animam inquinabat. Ex suo porticu eam animaduertit, in quam oculos a longè coniiciens, propius iacturam persensit. Demum qui gloriose in acie dimicarat, & ab strenuis atque magnanimis hominibus victoriam reportarat, à nuda, imbellique muliere fuit superatus, cui abiectæ obedientiæ morem gessit, vanæque illius pulchritudini sese adstrinxit. Dehinc filius eius Salomō famam obscurauit, conscientiam scædauit, mulierum diuersarum nationum impudico amore pellectus. Suis desiderijs laxauit habenas, acsi nullomodo posset eis resistere, deceptricique pulchritudine commotus, adeo peccus commaculauit, ut vanæ Gentilium deorum superstitioni se dederit. Quis Holoferni primario Assyriorum Duci caput amputauit, nisi formosa Iudith? Eius pulchritudo eum alligauit eoque pacto mentem alienauit, ut antequam exterius corpus lauciaret, iam eum in anima vulnerarat. Quis Ammonis incestus cum sorore Thamar fuit causa, nisi extrema pulchritudo, qua natura copiose illam decorarat? Equisnam senum Babylonis effrenati desiderij igne cor conflagrauit, nisi castæ Sufannæ

D. Greg.
in 2. ho-
mil. in E-
zech.
D. Bern.
in Tract.
d. Grad.
benmil.
2. Mac. 1.

Simil.

fannæ vxoris Ioachim mirifica pulchritudo? Qui cum haud brutum appetitum exequi posse cognorunt, eam falsò accuserunt. Sed eius causam Deus eodem tempore tutatus est, illa incolumis permanfit, illi verò saxi obruti. Malitia enim cum virtus ei adiacet, eneruatur. Illa igitur potius vitæ quam pudicitia iacturam facere rata, vna omnium hominum opinione & iudicio damnata, à Propheta Daniele fuit liberata: quod sanè magna fuit consideratione dignum: nam vt ait D. Hieronymus Daniel, id est, Dei iudicium. Docet nos sacra Scriptura, plures esse iudicio humano damnatos, qui diuino iudicio absoluantur.

Preceptor pericula & incommoda pulchritudinis profertur, eiusque inconstantiam & breuitatem ostendit.

CAPVT VI.



I quod historiae humanae narrant, veritati consentaneum sit, Paridis & Helene pulchritudo, Trojanum excidium attulere, hasq; perhorrendas ignis fauillas, quibus fuit conflagrata, quæ multo post tempore fuisset, nisi illæ extitissent. Inuictus & magnanimus Cæsar, victoria potitus in Italia, Hispania, Alemania, Anglia, Thessalia, Armenia, Africa & Aegypto, tantò fuit coagmentata eius potentia, vt eum magnus Pompeius formidaret: Tunc autem amplius resistere non volebat. Tam paucò temporis spatio, tot Regna, totque Prouincias domuit, vt non satis temporis superesse, ad ea dinumeranda videatur. Denique ita perfacilis fuit illi victoria, quæ conceptus. Et postquam aduersus cæteros, præclaras insignisque victorias reportasset, ipsemet in Alexandria impudico Cleopatrarum amore captus fuit superatus, vt narrat Tranquillus & Eutropius. Porro Hercules Thebanus quem plures inuictum arbitrabantur, & totius vniuersi formidationem, propter quem ait Varro homines strenuos, magnanimos bellicosos Herculis nomine decoratos esse, monstris deuictis, maximis, gloriosissimisque victorijs exantlatis, vt referunt Diodorus, Siculus, Heraclitus, Ponticus, Herodotus, & post eos Annius de Viterbia, in libr. de primis temporibus, à pulchra Omphale fuit edomitus: resque vsque ad eò percrebuit, vt armis cum denudaret, pro claua ferrea, colum zonæ imposuit, qua nebat, telorumque loco fusos: efferamque ac rudem leonis pellem, qua multum gloriabatur, in tenuem delicatamque mulieris subuculam permutauit. En quo pacto in eo pulchritudo est operata. Ignem in præcordijs latentem accendit, amatorium vulnus, suaue virus, amarum mel, lætum tormētum, fallacem desiderium, solatamque mortem. Plus apud eum valuit appetitus, quam ratio. Insignia rerum gesta, deleuit, & infulcauit, cum initio quid ageret non præuiderat, neque quale virus Omphalis pulchritudo, poterat euomere. Temeritatis enim hoc est, in errorum baratrum illabi & intrudi. Idem Medæ cum Iasone contigit. Phædræque cum Hypolito: Et quauis hæc fictionibus poëticis obuoluantur, nō tamen in medium afferunt, nisi vt corporalis pulchritudinis pericula ostendant. Per multis igne nocentior est, non enim nisi propè, exteriusque comburit, illa verò longè, ac exterius. Narrant antiquæ historiae, & refert D. Ambr. li. 3. de Virg. cum quidam nobilis adolescens pulchritudinem & venustatem plurimorum mulierum oculos alleetare, eiusque amore inflammate, cerneret faciem suam dilaniare, ne cuiusquam pec-

candi ansam præberet. Idē narrat Petrarthus, de alio adolescente Tuscano in remedijs de prospera Fortuna. Sentiunt hi generosi adolescentes, vt Lynx animal pulchrum, oculisque venustum sua pulchritudine, infinitaque colorum varietate permulta animalia secum allicit, quæ cum ad eam propius accedunt, enecat & deuorat. Sic vrbani decor, cum quibusdā affabilis mansuetæque honestatis illecebris, oculos multorum ad se attrahit, quos postea dehinc pessumdat. Hi duo adolescentes (inquit Discipulus) quos vt pulchritudinem deprimas, in medium adfers, hoc puto magis eam extollere, & exaltare, quæ omnia si aquæ lance perpendantur, quod pro vituperio adducis, illud sane ad eius laudem possem accommodare. Illud omninò clarum & perspicuum est. Omne enim quod malum est, nullam habet cum bono societate, ac commercium: & quoniam horum adolescentum virtute pulchritudo continebatur, sequitur ergo non esse malam, imò optimam. In memoriam habeo te mihi legisse apud Æncam Syluium, lib. 2. de historia Alphonfi, Neapolitanorum Regis, Bartholomeum Capranum Mediolani Episcopum dixisse, sæpissimè pulchritudinem & malitiam vna coniungi. Imò (inquit Præceptor) hinc colliges pulchritudinem esse malum, siue (vt melius dicam) malorum occasionem: quoniam horum duorum adolescentum eam deturparit, ac fœdarit, nec secum in tuto collocata fuerit, nec cum ea vllam societatem inire voluerit: Dictum autem Episcopi, aut de pulchritudine animæ debet intelligi, aut omnino refelli. Ingenuè fateor pulchritudinem corporalem cum virtute posse existere: non autem loquor de possibilitate, sed eius quod passim, in discrimen quod secum accumulatur, contingit. Non igitur est expetenda, aut immoderatè conspicienda. Quid opus est pulchritudinem corporalem exoptare, quæ cum sit periculosa, tum etiam sit fluxa, fallax, & momentanea? Flos est absque substantia, qui matutino tempore viuus est & vernans, serò vero exsiccat & marcescit, humique decedit. Pictura est in ligno carie consumpto, opus affabre quod defunctorum ossa tegit. Lignum putridum noctu micans, arbor florida, nullum fructum emittens. Horum non erat nescius Elaias cum diceret: *Omnis caro fæn im, & omnis gloria eius quasi flos agri*, Salomō in Prouerbijs. *Fallax Gratia, & vana est pulchritudo*. Et D. Iac. in sua Canonica. *Flos eius decedit, & decor vultus eius deperijt*. Cum itaque sacra Scriptura hoc affirmet, quis inficias ire audebit? Cæterū cum oculis nostris tēpus secū pulchritudinem auferre intueamur, quæ quidem currus est, qui inflexibilis in se ad domum vsq; mortis ætates defert: si tempore potiremur, forsitan pulchritudinem retineremus: cum autem non possit retineri, multo minus ea: stante subiecto accidētia possunt cadere, eo vero cadente, concidere etiam necessario debēt: & quemadmodum corporea gratia, accidens est corporis vt pote quotidiano vsu comprobamus. Quidam calor, quidam morbus, quidam mæror, quidam timor, quædam mutatio, pulchritudinē tollit, & quauis tam diu duret, sicut is qui eam possidet, cadente corpore, quod necessario concidi debet, illa etiam cadit, & eo consumpto illa cōsumitur, & perfecta vita, nulla interposita mora inter vtrūmq; mors sequitur, & nulli parcens, pulchritudinē prorsus diripit. Quamprimum in hanc vitam ingredimur, in plagam pedes figimus, alij in altū, alij in summisum mare: omnes aut maturè, aut serò discedimus: Nam vt ait Apostolus, *Statutum est omnibus hominibus semel mori*. Duo sunt, aliud certū, quod est mors: aliud incertum, quod est vita: nos autem certi in incerto sumus. Vitam memoriæ applicamus, mortē autem

*Isai. 40.
Prou. 31.
Iacob. 1.*

Heb. 9.

tē certi in incerta sumus. Vitā memoriæ applicamus, mortem autem obliuioni: cogitemus nobis esse uiuendum, neque in eo quod moriēdum nobis est, retardemur. Fini pulchritudinis carnis rerūmq; mundanarum prospicimus: nostras inanes superbias excutiamus, vanitatis nostræ rotam esse peritura, pulchritudinem, opes, & cætera id genus esse peritura, nosque cum ijs memoremur. Quemadmodū Iacob, per plantam pedum Esau cœpit, quibus finis intelligitur, sic nos manus à rebus mundi præsentibus, nisi à fine, ad quam tendere oportet, remouemus. Ne mundum capite capiamus, quod falsus est honos, vana prosperitas cum pompis & diuitijs sed per finem, quæ mors est, & periodus, vbi omnia consumuntur, & vbi necessario mundus à nobis est superandus. Separemur prius ab eo, per manum lucremur, penitus mentibus infideamus, memorięque inculpemus mortem omnium extremum. Velut aquæ, quantumuis dulces, in falsum altum profluunt, & irrumpunt: sic res mundanæ, etiamsi dulces & gratiæ nobis videantur, in amarum mare collabuntur. Et quemadmodum riuulus, etiamsi in mare profluat, vtrō citrōque circumuersus: sic vita nostra ad mortem properas, continuo in mutationes varietatesque permutatur, sed tandem citò aut serò est finienda. Mors inexorabilis, laqueus est, in quem omnes intricantur, carcer quo omnes detinentur, mare vbi omnes periclitantur, & tributum quod omnes persoluunt. Effluit vita, neque sentimus, tempus autem caries est quæ illam corrodit & consumit, nec plane eius inconstantiam & breuitatem possumus percipere, quippè nisi in hanc vitam quæ deficit, non autem in aliam permanfuram oculos conijcimus. Quemadmodū tunc fluminis cursus agnoscimus, celerēq; vndarum motum & agitationē, cum terræ firmitatem videmus & perpendimus, remque aliam alij assimilamus: eodem modo vitæ breuitatem agnoscimus, quacum bona temporalia deficient, earūque varietatem paucamque certitudinē agnoscimus, cum sempiternorum bonorum æternitatem firmitatem & securitatem contemplantur. Verum quia oscitantes & segnes in aliā vitā gradimur, mortis memoriam amittimus, cum sit enlis, cuius acies nunquam retunditur, malleus semper feriens, sycophanta qui à vita nos spoliat, vnāque pulchritudinem corporalem, quam diripit, depredatur. Cum itaque vita terminetur, diēsque velut umbra prætereant, pulchritudoque sit fallax, deceptrix & momēnea, quid prodest eam cupere, eam magni facere, ea gloriari? Bona propria, certa & permanentia maximi quidem ducenda sunt, quibus animę pulchritudo cōponitur, non autem aliena, falsa, & fluxa, quorum vnum est pulchritudo.

Philosophi, quo pacto pulchritudinem describant, quidve de ea iudicent.

CAPVT VII.



On me latet (inquit Discipulus) hanc sanctorum Doctorum esse sententiā, quam sequitur ij qui sese à mundanis oblectationibus extricant, alasq; perquirunt, vt ad diuinas inuolent. Verum cordi est intelligere, quam opinionem de corporali pulchritudine habuerint, quibusve verbis eam depinxerint. Aperiā (inquit Præceptor) quod nunc memoriæ insitum est: Dicebat Socrates, eā esse pauci temporis tyrannidem. Plato eam vocat naturæ priuilegium, quod nisi paucis conceditur. Theo-

phrastus fallaciā taciturnā, mordet enim, nec loquitur. Carneades Regnum absque custodia, nam sine armis mos geritur. Alij ferunt eum illā vocare regnū solitarium, cum sit dominatio potentia, & imperium absque emolumento, quo abulos mortales coërcet. Bias eam appellat bonum alienum, quoniam tempus & morbus eius possessore denudant. Euripides, rem infelicem. Theocritus, damnum & detrimentū. Ouidius castitatis contagionem. Videns Isocrates adolescentem quendam corpore quidem nobilē, sed anima deformem, ait, eum optimo clauo non carere, sed esse malum nauiculatorem. Ait Plutarchus animæ pulchritudinem secum salutis spem coniunctam & annexam ferre, & corpoream, deprauatis affectibus, cupiditatibus aditum aperire. Hęc omnia à Diogene Laërtio de Philosophorum vita referuntur, ab Stobæo in Sententijs: ab Antonio, in Melissa à Brusonio in exemplis, à Plutarcho in Apophthegmatibus & in vitis: qui omnes iudicant, decentius quidem esse homini virtute pulchrū esse, quàm natura, & anima pulchritudinem esse certam, veram quæsitūque atq; optatu dignam: corporis verò falsam & indignam quod in ea tantillum solitudinis, curęq; adhibeatur. Deniq; nullus eorum carnis pulchritudinem bonum appellat, perpetuum solidum & stabile, sed caducum, & fucatum. Etiamsi quidam corpore Theriste sit deformior si virtutem sectetur Nyreo pulchrior est: si autē corpore Nyreo sit venustior; vitijs autem inquinetur, Theriste deformior est. Hi ambo in prouerbiū feruntur, alius pulchritudinis, alius autem deformitatis & turpitudinis. De his mentionem facit Suidas & Erasmus in suis Adagijs. His autoritatibus ac rationibus probatur & concluditur, carnis pulchritudinem inter vera bona numerari non debere, sed animæ, quæ initio probanda sese obtulerant. Quocirca cum pulchritudinem diligamus, Deum præ cæteris amore complectamur, qui fons est, vnde illa promanat, & pulchritudo æterna, omnium causarum causa, cuius ens diuinum vna coniunctum est, integrum verum, & perfectum, ita vt respectu illius nostrum ens absque ente remanet. Quamobrem ait Diuus Gregorius, Res humanæ, quas pulchras iudicamus cum Dei pulchritudine comparatæ, non solum pulchræ non sunt, imò penitus non existunt. Nihil habent ex esse nisi quod ex diuino esse participes fiunt, nec aliud bonum habent, nisi quod à summo bono procedunt, vnde animę pulchritudo, sanctorum inspirationum, omniumque bonorum promanat. Quodammodo non erant huius rei nescij Philosophi Gentiles, cum dicerent, è cælo in finium puellę Danae auri guttas pluuisse: quo animam indicabant, quæ pulchritudo per aurum signata è cælo in eos dimittebatur. Vult Deus vt bonas inspirationes acceptemus, & iuxta eas operemur, quantum est situm in nobis animas virtutibus & poliamus, & decoremus: vt per inquietum huiusce vitæ altum vento diuinæ gratiæ secundo, velificantes ad portum perueniamus. Etenim qui sine virtutis clauo per mundum nauigabit, naufragio in scopulos cautes illidet.

De spontanea paupertatis præstantia, deque diuitiarum periculo.

CAP

CAPVT VIII.



Ecreuerat orationi suæ finem Præceptor imponere: at Discipulus, qui potius Solis occasum videre cupiebat, eum, vt fusius ac copiosius dilataret, obsecrauit, & ab eo scitatus est, Num diuitiæ inter vera bona numerarentur, nec ne? Nonnulli (inquit Præceptor) in numerum voluerunt redigere, sed eo ipso sic à veritate, quantum cælum à terra, distarunt. Cum adpropositum quadrare videatur (inquit Discipulus) hominem diuitem esse & opulentum, vt pro quodam notandoque obsequio Deo morem gerat, cum sua omnia diligat, idcirco paupertas infœlix erit, diuitiæ autem felices, inter vera bona relatæ. Imo (inquit Præceptor) qui summè altissimum Deum amat, animamque illi penitus deuouet, omniisque in eo vires adhibet, diuitias honores, dignitates terræque delectationes aspernatur, & tantum abest, vt hæc animi paupertas infortunium sit aut damnum, quin potius sit felicitas: Sic attestatur Iesus Christus Redemptor noster, dicens apud

Matth. 5. 4. Reg. 25 *D. Mathæum, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Diuinæ Literæ in 4. lib. Reg. & in 39. Jerem. caput dicebant, Nabuzardan Babylonorum Ducem, postquam Israëlitas debellasset, locupletes in Babylonem captiuos duxisse, pauperes autem in Hierusalem reliquisse: quod sane magno non caret mysterio. Babylon, id est, confusio & Hierusalem visio pacis. Quis est ille Nabuzardā Babyloniorum Princeps nisi diabolus mundanorum princeps? Ille ipse est, qui pauperes spiritu in visione pacifica & quieta deseruit, diuites auaros rapit, eosque ad mundi baratrum confusionemque conijcit, vbi eos captiuos detinet, carcere detentos, singulos suo vinculo alligans. Laqueus est de quo loquitur Regius Psaltes, cum ait in Psalmo, *Quoniam ipse liberabit me à laqueo venantium.* Gloriosus D. Paulus ad hoc vinculum alludit cum ait in prima Epistola ad Timotheum, *Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum, & tentationem diaboli.* Vbi iacet cupiditas & auaritia aut aliquod priuatum commodum nulla est veritas, nulla amicitia, aut Dei timor. Opera exercentur, quæ nodum cogitationis arcanum meare oporteret, effutiantur etiam verba quæ perpetuo silentio essent ocludenda. Hæc omnia exequantur cupidi, vt diuitias acquirant, quas non possident, sed eæ sunt, quæ illos possident. O quam infelices qui nec opinantes capiuntur, & cum diuitijs sint captiui, veri possessores & domini esse arbitrantur. *Dormierunt somnum suum* (inquit Psaltes) *& nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Ac si diceret, Diuites diuitiarum serui mortui sunt, & in morte manus vacuas iuuenere, velut somniantes manus habere auro plenas, experrecti verò nihil inueniunt. Nō abs re est quod Psaltes non ait, Diuitiæ virorum, sed viri diuitiarum: quoniam eæ ad illos non spectant, imò illi ad eas: nō sunt possessores, sed possessi, nō domini sunt, sed serui. Tamen si autem videatur eas possidere, & sic vulgari modo feratur, perspicuum tamen est, seipsos nequaquam possidere. Narrat Maximus Monachus in suis Concionibus, intuente quodam Philosopho, innumeros captiuos, vasis pretiosis, multisque alijs diuitijs onustos quæsiuit, cuius hæc essent, cum responsum esset ad auarum pertinere, ait, Siccine qui seipsum nequit possidere, num illum tantis rebus intricari pudet? Mali & impij diuitias amant, eisque seruiunt, nec ab eis seruiuntur, sunt eorum idola, ij vero eorum sunt idololatræ. Hoc indicauit Ieremias, cum huius-

modi farine homines alloquens ait, *Seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Et Ecclesiasticus ait, *Legnum offensionis est aurum sacrificantium, vbi illis, qui sectantur illud.* Hæc duæ autoritates testantur cupidos & auaros diuitias adorare, eisque velut idolis sacrificia offerre, proque dijs eas habere. Ideò D. Paulus, in Epistola ad Colos. & ad Ephesios. Auaritiam, idolorum seruitutem appellat. Quæ obsecro, maior idololatria potest esse, quum terræ metalla colere, ijsque nocte dieque seruire, eaque tantoperè amare, donec seipsos perdant? Amor quo cupidi diuitias prosequuntur, qui vt eas adipiscantur, à terminis & limitibus conscientiæ defleunt, proque ijs animam in metallum liquefaciunt, Satanæque venundantur. Animam quam Deus ad suam imaginem & similitudinem creauit, quam suo pretiosissimo sanguine redemit, propter quam tam inestimabile pretium est elargitus, ita flocci faciunt, vt pro nummo diuendant, qui partim deperit, partim vero eos facit perire. Si enim possessum amittunt, non tamen cupiditatem illud possidendi amittunt: & felices qui illud perdunt, dummodo cum eo illud possidendi desiderium perderent. Diuus Paulus in Epist. ad Corinth. sic ait, *Empti estis magno pretio.* Et D. Petrus declarans in prima Canonica quale pretium hoc esset, ait: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis: sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi & incontaminati.* Ecce magnum pretium, quo empti sumus, & parum quo nos vendimus. Ait Ecclesiasticus, *Nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet.* Dignum illud est multas lacrymas effundere, cum bonis spiritualibus abundemus, quibus debemus gloriari: cœlestia quæ perquirenda sunt, relinquimus, & post terrena currimus, quæ nihil boni præter nomen solum retinent, nōque pro ijs venundamur, & mirum in modum diligimus, nec plane intelligimus clausis oculis ad perditionis viam collabi. Non quæ ad nostram conscientiam spectat, speculamur, ea onere ligato & complicato acceptamus neque iudicio præponderamus. In quo maximè erramus: sapientes enim res pondere non autem oculis deligunt. Immoderatus terrenarum rerum amor, nos in errorem iniicit, memoriam nostram absorbens. Ægyptij aduersus filios Israël, qui ex Ægypto fugiebant, arma sumpserunt, eosque per mare rubrum persequentes, formidandis & falsis vndis cuncti absorpti sunt, pede sicco mirum in modum Israëlita transuadantes. Homines autem cupidi in mare interiere, quod eos deglutit: Ait Sacra Scriptura terram eos deuorasse. Quænam est hæc terra, quæ illos deuorauit, nisi terrenarum rerum amor? Ita interpretatur Origenes in hunc locum, terræ amorem diuitiarum situm, bonorum terrenorum cupiditatem: illud necem & excidium eis attulit: illudque est quod filios vanitatis, ad se perdendos impellit, qui sinunt Deo seruire, vt mammona seruiant, cum vtrique seruire fieri nequaquam possit. Dominus noster hoc asserit in Euangelio, Nemo potest duobus dominis seruire, quod intelligitur de ijs qui eodem tempore contraria & incompatibilia præcipiunt: & statim exemplum in Deo & in Mammona affert. Fateor quidem hominem multas diuitias & virtutes, si eis potiat, possidere: non vt ijs seruiat, sed vt ijs in cultu Dei vtatur. Eo pacto Deo potest seruire, diuitiasque possidere: & hoc repugnat Euangelio, quia aliud est eas habere, aliud vero ijs seruire, & potest quispiam eas habere, nec ijs seruire, sed vt sibi necessaria suppeditet, inopibusque eleemosynas eroget, operibus pijs impendat, & cum ijs Deo seruiat: & hoc pacto nullo-

Jerem. 16. Eccle. 31.

Coloss. 3. Ephes. 5.

1. Cor. 6. 1. Pet. 1.

Eccle. 10.

Exod. 14. Psal. 77. Hebr. 11. Exod. 15.

Marc. 6.



nullomodo nocent. Attamen aliquando adeò sint nocentes, vt animam spinis transfigant, & ne diuina verba fructum emittant, moliuntur. Sufficit Dominum nostrum Iesum Christum in Euangelio eas vocare spinas. Sed quemadmodum manus, si extensa sunt & aperte spinas quæ eis non noceant, possunt habere & capere, si tamen compressa sunt, statim spinæ pungent & vulnerabunt. Pari etiam ratione Christianus, potest quidem habere diuitias, nec illis impediatur, si manus habeat pro egenis aliòque Dei cultu extensas & dilatatas: si tamè eas parsimonia, cupiditate & auaritia compressas habeat, eum pungent & vulnerabunt, æternamque infelicitatem ijs adferent. Itaque ijs bonum & malum possumus operari. Verum nostræ tenuitatis habita ratione, cum iam cupiditas radices profundius egerit & dilatauerit, sitque rarum habere diuitias, corque cum ijs amore non coniungi, huncque diuitiarum amorem quamplurimum malorum esse sentinam, dico eas esse periculosas, meliusque esse illas deserere, & ab onere exonerari, vt ad montis perfectionis Euangelicæ apicem possimus conscendere, & perseuerare, donec celum diuinæ visionis montem in gloria æterna penetremus. Hoc cõsiliu est Euangelicũ, Hoc est quod ait Dom. noster apud

Matt. 19. S. Matthæum, *Si vis perfectus esse: vade, & vende omnia que habes, & da pauperibus & habebis thesauros in celo, & me sequere.* Apostoli & Discipuli, mundi contemptores, harum pomparum dissipatores, Christi imitatores, ob cuius amorem temporale in spirituale commutarunt, momentaneum pro æterno, illud idem dicebant eodem Christo, *Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Refert Eusebius Cæsariensis lib. 1. de præparat. Euang. cum afferret rex Agabarus, magnam auri atque argenti copiam Apostolo Thadeo, ille renuit, dicens: Si proprium nostrum deserimus, cur alienum recipimus? Tantoperè obsequi & seruire Deo, eumque sectari Apostoli efflagitarunt, vt rebus omnibus quas possidebant, sese extricarint, ac spoliarint, vt ad celum peruolarent. Non tatum a peccatis, sed etiam ab eorum occasione recesserunt. Crebrò enim in mundi pelago, peccatorum vitiorum occasio, bonorum desideriorum nauem submergit.

Ostendit Præceptor, diuitias, vera bona non esse.

CAPVT IX.



I mundi diuitiæ vera essent bona, eas Iesus Christus amasset & elegisset: cum autem eas non dilexerit, sed vt ea contemneremus consuluerit, vera non esse bona certissimum est. Cum autem Iesus Christus eas contempserit, paupertatem amplexatus fuerit, & ad eius imitationem plurimi Sanctorum sese conformarint, quis est qui quam periculosæ sint, & quam secura paupertas, non videat? Narrant diuinæ literæ in primo Regum: cum Testamenti arca à Philisthæis capta fuisset, & in Dagonis templum elata, coram ea idolum humi cecidit: illud autem tursus erigentes, postridie squalore oblitum dissipatum & contractum reperere, manibus contritis, & contractis, & casò capite. Nostra idola nostræ sunt diuitiæ, pompe, & vanitates, resque quas aduersus Dei voluntatem affectamus, in quo nostram felicitatem ponimus, & collocamus. Quod ait Propheta de impijs loquens, *Transierunt in affectum cordis,* potest ita verti ex Hebræo, egerunt vitam corde idolis seruientes. Et in alio Psalmo vbi ait, *Si via iniquitatis in me est, Hebræus vertit idolum: idè transfert*

Psal. 72.

D. Hieronymus, Via idolorum in me cernitur. Ambæ traditiones veræ sunt, & probatissimæ. Indicat Propheta impiorum viam esse vitam eorum qui colunt idola, qui tot deos corde fabricant, quot obiecta rerum sunt varia quibus aduersus diuinam voluntatem priuatam & peculiarem voluntatem impediunt. Quænam est anima Christiana, in quam præsepj Christi memoriam ingrediatur, quin statim vanitatis idolum quod in ea fabricauit solo non corruat? O admirandam Redemptoris nostri paupertatem! o præsepium gloriosum! o arcam notandi contentus, cuius quidem memoria sufficit, vt nostra superbia confringatur, nostri immoderati & inutiles conatus adeò periculosi & efferi, dissipentur. Ait D. Lucas, sacratissimam virginem puerum Iesum reclinasse in præsepio, quoniam non erat locus in diuersorio. Quis vnquam hoc cogitasset? quis tam celsum paupertatem vnquam comprehendisset. In hoc humili tugurio in hoc detrito abiectione; præsepio, paruulus Iesus lacrymabat, pro nobis frigus, egestatem, dolorumque patiens. Illic erat totius vniuersi Imperator, vt nos ad mundum contemnendum hortaretur, vtq; in quo philosophia Christiana cõsisteret, demonstraret. Natiuitatis egestas egestati eius vitæ mortisq; respõdet. Ita vt in Euangelio dicat, *Vulpes fo- ueas habent, & volucres calididos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Quis est Christianus, qui hoc non perpendat? & hanc paupertatem in magistro Duce & domino intuens, diuitias mundanas honores & prosperitates concupiscat? Si ea expetamus, proque illis pereamus, non sumus eius discipuli, neque in eius militiam adscribimur. Præterea ille consentit, nos autem errantes incedimus, siquidem contrarium sectamur. Umbra corpus sequitur, si ambulet, illa etiam ambulat: si stet, illa etiam stat, si extollatur, brachiaque attollat, idem illa facit. Denique quot in facies & vultus illud commutatur, totidem illa induit. Iesus Christus est substantia nos autem umbra sumus. Quæ igitur causa est, vt & quod ille præstitit, & nos non prætemus? Præterea si demissus sit, nos ipsos demittamus: siquidem pro nobis passus est, & nos pro illo patiamur: cum paupertatem diligit, quænam est præportio vt ad diuitias anhelemus? potissimum cum eorum imminens periculum cernimus? Quatuor sunt quæ vtcunq; mundi prosperitatem comitantur, fantasia, temeraria confidentia, superbia & vanitas: quorum vnaquæque malum est, à quo quamplurima alia promanant, quæ in vita nos reddunt obliuiosos, & in morte oblitos. Quamobrem ait D. Gregorius. Etiam si omnis fortuna pertimescenda sit, multo magis secunda, quam aduersa. Alius enim asperitas docet, alterius verò dulcedo, decipit. Idcirco in malacia & tranquillitate magna pollere præstantia operæ pretium est, & caute viuere, nam sine his certa est & tuta perditio. Quod ait Salomon in Prouerb. *Prosperitas stultorum perdet illos.* Quid igitur prodest ardentem diuitias expetere, cum ad periculum & discrimen nos perdendi, exponat. Earum amor & amor Dei annecti & incorporari nõ possunt. Quantum celum à terra distat, nec in sphaeræ mundi machina cum ea nunquam coniungitur: sic summus terrenarum rerum amor, in cordis humani machina cum cælestibus cõiungi, & alligari non potest: ita sunt diuisa & alienata, quantum celum à terra distat. Si terrena bona vera essent bona, eorum amor amoris Dei non obstaret: at quoniam sunt dissentanea & repugnantia, sequitur non esse vera bona. Ex veris bonis alia bona nascuntur, & ex diuitijs ac futilibus prosperitatibus, & fallacibus mundi potestatibus, mala propagantur. Non igitur vera sunt bona.

Luc. 1.

Luc. 9.

id est in- tentio.

Prou. 1.

Sinile.

bona. Quod bonum Pharaoni Regi Ægypti ex potentia successit, siquidem defecit in mari-rubro cum omni suo exercitu submersus corpūque & animam vna cum Regno, & dominatu amiserit, perpetuamque infamiam sit lucratus, nomēque in æternum obsecuravit? Quid Sennacherib Assyriorum Regi Monarchia profuit, cum vna nocte exercitum amiserit, & octoginta millia hominum in castris fuerint iugulati, vnde magno cum dedecore ignominiaque verga vertit? Falsa desideria statim Deus illi amputavit, filiumque temulentarum & inanium rerum gestarum abscidit, permisitque vt propriis eius filiorum manibus pugionibus fuisset confossus, suūque sanguis, suaque viscera eum persequerentur & enecaret, quoniam ab exercitu fugiens in patriam remeavit, infelicitatem deplorans, lacrymis madescens, & quid aduersus eum mundus moliretur, ignorans. Ratus enim consolationem atque refrigerium inter suos inuenire, perfidias, prodiones, & conspirationes expertus est, fuitque à manu illius quem progenuerat, trucidatus. Quod sanè perhorrendum est spectaculum, dignumque quod per transfennam absque matura consideratione haud prætermittatur. Non tyranno sui Regni opes satisfecere, sed eas in Ierusalē voluit perquirere, quæ cupiditas, eum prorsus pessumdedit. Hinc igitur viuentes à mortuis exempla sumant, & ex aliorum calamitatibus, sensu atque consilio, qua suas fugiant, roborentur. In punctionibus, quas Deus impiis infligit, saltem doctrinæ, vt conscientias exaudent, & consolationis mel ad eorum dulcedinem, inuestigant. Stephanus Cantuariensis, ait hoc Deum voluisse indicare in salis statuam, in quam Loth vxor fuit commutata, & in fauo mellis quem Samson in ore Leonis mortui reperit. Quod bonum Dionysius Tyrannus sibi parauit cum regno, Phalaris crudelis Tarquinius Superbus, cum à Regno fuerint expulsi, omnibusque bonis ac diuitiis magno cum dedecore spoliati? Hoc ipso, quod gloriam æternitati commendare voluerunt, eam amiserunt. Iam ad quietem sperantes, omnes spei surculos abscidit mundus. Quod bonum, quamue utilitatem retulit, quandoquidem cum vita illud amisit, nomēque Superbi ac Tyranni cum eo creuerit? Ambitionis stimulis grauissimè agitato, vanitati laxauit habenas, in præcordiis ita profundas radices agens, vt tandem patriam tyrannide extorserit. Quæ antea libera erat, serua fuit subditaque, qua conualescente, cum in quendam aduenam illi libertatis locum nata fuisset, à proprio ciue captiuitatis iugo fuit mancipata. Quamobrem sexaginta Senatores, pluresue, in eum conspirarunt, vt narrat Eutropius in fine 6. libri. & Suetonius Tranquillus in eius vita, & in Senatu viginti tribus pugionis ictibus eum iugularunt, quibus mox animam euomuit. Hic fuit eius ambitionis exitus infelix, longè ab eo quem sperabat, discrepans. Omni vitæ tempore pugnavit, magnosque in multis præliis labores subiit, ex quibus omnibus euasit: dehinc in patria pacificè agens, omni tranquillitate otio fruens, in proprio Senatu fuit interemptus. Quo videre est hunc vitæ statum, periculosiorem esse, vbi quietis securitates eum tutiorem indicant.

Sapissimè Principes nullum habere, qui eis veritatem promat, & cur homines à bonis & diuitiis sese abdicant, vt religionem monasticam profiteantur.

CAPVT X.



Magnus equidem fuit error (inquit discipulus) nullum habere, qui veritatem prædicet, & ab hac ambitione deterreat. Quinetiam (inquit præceptor) eò eius serpebat potentia, eò magis quodam indigebat qui nimiam fecilitatem fallaciarum, diceret digitòque ostenderet. Nam vt ait Seneca. Hoc morbo laborant præcellæ dominationes, vt nullum habeant, qui libenti animo veritatem peruulget. Iis egemus, vt gratiam conferant, ij verò nobis indigēt, vt à dolis & technis eos abstrahamus. Rex Antiochus noctu in domum cuiusdam agricolæ simulatis inducitur, introductus, qui eum non agnoscebat, de Rege sermonem habuere, cui agricola, quot grauibus culpam eum scatere rumor erat, aperuit. Postridie itaque eius ministri diadema ceruici apponentes vestibusque regiis induentes, hæc omnia reuult, dicens, eo instanti quo discesserat, nastum esse hominem, qui veritatem declararat. Ita narrat Plutarchus in Apophthegmatibus. Vt igitur Principes Diuites, & potentes, paucos habent, qui ob errores eos carpere audeant, ex vno in aliud effluunt, eo quidem vsque vt omninò pereant. Quis tam parum in humanioribus historiis versatus, qui aliquam crudelium Syllæ inhumanitatum notitiā habeat, famelicæ Verris avaritiæ, insatiabilis Crassi cupidinis, mollis Caligulæ vanitatis, efferarum Neronis crudelitatum, atrocis Commodi furoris, & ridiculæ Heliogabali dementiæ, & quamplurium aliorum dedecorum & vitiorum quæ oratione possemus conuestire? Hi omnes magnos quidem diuitiarum cumulos hoc in terrarum orbe accumularunt, quas multo satius iis fuisset nunquam possedisse, cum ab appetitibus compulsi, ansam ex eis nasti sunt, vt ingentia mala patrarent vnde illas vera haudquaquam esse bona comprobatur. Non merito dici potest, hos quos nomino aliosque huiusmodi viros ob diuitias dominationeq; honorem esse consecutos, quoniam non sunt: at verò qui virtute sunt præditi, meritisque digni, quanuis iuxta mundi opinionem de nullo valore statūque benemeriti censentur. Etenim is honore affectus dici potest, qui absq; culpa deprimitur & incuruatur: is autem deprimitur, qui nullo merito dignus extollitur. Equidem video (inquit discipulus) omnes ferè qui de mundi honoribus loquuntur, eorumque indolentiis ac secundis rebus, verbis illos adulterare, quorum plures operibus extollunt. Laudant quidem egestatem, illam tamen suarum domorum nolunt esse incolam. Plures sunt, qui laudibus eam efferunt, pauci verò insectantur. Video cupiditatem interiora hominum corda penetrare, quorum plures vanitate quod ditentur, quam dignitate quot sint Christiani, gloriuntur. Ad vltimas vsque orbis oras diuitias quaritant, ob amorem Iesu Christi ne passum quidem incedere dignantur. Alia Sydera, alios nouos orbis inuestigant: nulla sunt æquora quantumuis, vasta & spatiosa, quæ non transfretent, nullaque tam remota regiones, quas non penetrent, nec loca tam abdita, quibus non aditum faciant. Maiori cura nummò inhiant, cum vndique terra marique periclitentur,

vt iis impleant oculos. Clarè quidem fatentur, non tanto amore vitam prosequi, vt absque diuitiis cum velint dilatare, & absque virtute libentissimè prorogare. Tam vili pretio inter ipsos virtus habetur, vt maioris minimas opes faciant, & ab egestate tanquàm contagione diffugiant. Hoc (inquit præceptor) non diuitiis vitio vertitur, sed earum amatoribus. Cupiditas quæ còterraneos nostros vrget, vt alienas terras perquirant, vsque adeò carpenda est, vt ab exoticis etiam nationibus reprobetur. Nihilosecius tamen plures sunt nostrates, qui paupertatem amplectantur. Etiam hoc ipso tempore quod sane præteriti fæx est, oculis quamplurimos homines cernimus, qui vltro se à iuribus, hereditatibus, facultatibus, statu, valore, magnorum spe ac desiderio amandant, seseque in Religionem abduunt, vbi paupertatis vota & promissa nuncupant, eamque ad extremum vsque vitæ efflatum custodiunt, iuxta spiritum viuunt, & in mundo moriuntur, hos antiquos Patres imitantes, qui in angusta eremo victitabant. Legimus in vitis Patrum & refert Humbertus in quarta parte doctrinæ Religiosorum, Quendam virum Abbatem Arsenium ex maximis facultatibus ac opibus heredem instituisse, quæ omnia ille abnegauit neue earum quidpiam acciperet, nec hæres fieri aut declarari: sed cum testamenti tabulæ legerentur, ait: Quorsum me vir iste hæredem reliquit, cum ante illum obierim? Quod præstitit, omnia propter Deum flocci faciens, quod etiam hacce tempestate plures præstare cernimus. Omnem puluerem quo alias erant obliti, excutiunt, cum diuitiis mundique gloriæ inhiarent, pedibusque honores cõculcant, quibus alio tempore velis expensis sese iactabant. Opus sanè heroicum in voluntatis officina Dei amore exardescente excusum. Ait quidem Deus in Evangelio, difficile esse diuitem regnum cælorum ingredi, verbi quæ Dei semen inter diuitiarum spinas extinctum, Dei que inuitatos, se diuitiis delectationibus terrenisque negotiis occupari, esse cautos. Tot itaque tantisque notandorum exemplorum lectionibus optimis præceptis, & monitis quæ audiunt impulsæ, omnia deserunt, vt exuti, extricatique melius Deo obscudent, illiusque illorummet, & proximi reminiscantur. Perrarò enim accidit quin mundi prosperitas quiddam habeat cum obliuione peculiare. Opinor hoc sacra Scriptura in Genesi indicasse cum diceret, Ephraim & Manasse fratres fuisse, quoniam Ephraim abundantiam significat, & Manasses, obliuionem, qui alter alterius fratres sunt. Horum non erat nefcius Ioseph cum in Ægypto captus Pincernæ Pharaonis diceret, qui secum carcere detinebatur, vt eum rebus secundis potiretur, sui recordaretur. Quibus pincerna non stetit: nã in pristinum honorem & diuitias elatus, eum statim oblitus est. Saul humilis & abiectus homo, prima fronte potentissimus rex creatus est, in hanc itaque prosperitatem sublimatus, eorum quæ continuo memoria essent insculpenda fuit immemor. Quare optimus Samuel Dei iussu, in memoriam illius reuocauit quod coram suis oculis paruulus super tribus Israel regnarat. Nec propter hanc memoriam & monitionem quæ per Prophetam admonuit, Dei & sui ipsius oblitus est, vt liuore, iraque peritus pium Dauidem persequutus fuerit, eo quidem vsque, vt eum à charissima patria exulari, & in medium Palestinæ desertorum secedere coegerit, vbi suos Psalmos componebat & concinebat, oculis in cælum defixis, in torrentem lachrymarum madefactis, deuota, tristi quæ trahens ex intimis præcordiis suspiria: quærimonias & planctus intonans quos tristibus luctuosis & miseriscentibus, gemitibus interrompebat. Hæc fuit merces qua ille ty-

rannus, ob insignia fidei quæ beneficia compensauit, eo etiam tempore illis ipsis grauissimos dignos supplicii concedens indulgentiam. Nam optimo Principi mala sine punitione, & mala sine remuneratione non sunt prætermittenda. Sic iniquus ille rex in fontem Dauidem persequebatur, ac si sciret eum natum esse pro meta & scopo, in quem crudeles efferasque tyrannidis sagittas, esset iaculaturus. Indignatio quæ in eum concepit, vsque adeo serpsit, vt in eum o dium crudeli rabie percitus Sacerdotes domini trucidarit, eorum ciuitatem solo æquarit, animamque superstitem non passus est quæ gladij sui acie non occideretur. Nam iustus Rex vt gratiam minimi immoderata perfusus lætitia debet polliceri, nec etiam penam, ita saucius infligere. Videtur autem sublimem potentiam thronumque regium, eum in obliuionis ingratitudinis vas absorpsisse. Cum in egestate vitam degeret, tantos progressus in virtute efficit, vt dicant diuinæ literæ inter populum Israelis nec meliorem nec æquiorum illo inueniri: In regiam verò dignitatum elatus, à cura & notitia sui defecit, & à memoria eius quod fuerat, & quod futurus erat, excidit. Factus est crudelis, atrox, & perucax, multosque sibi amicos à se alienauit. Etenim beneuolentia & prosperitas, etiam si sint prodiga, vna tamen coniuncta multorum voluntates lucrantur, securior autem seueritas, verbis mitibus, amicisque operibus parca & auara, omnia labefactat, perdit, ac pessundat. Verum Saul tam Dei sui que obliuiosus vivebat, vt nedum iis assentiretur, quantum hoc iis qui magnas diuitias possident gaudent que facultatibus sit commune. His voluit Deus subuenire populoque Israelitico occurrere, & ex Ægypto per desertum veniebat, cum dixit, *Cum satiatus fueris, observa & caue nequando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius.* Cum itaque diuitias dominationes & prosperitates eiusmodi obliuiones & ingratitudines pariant, tamque periculosos effectus generent, sequitur sanè vera bona non esse. Si etiam qui illis adhærescunt, veritatem velint denudare, mala quæ hinc inde oriuntur, & improborum laborum innumeram multitudinem, quibus eos torquent, fatebuntur. Non est addubitandum nisi honorum mundi sollicitudinem, & diuitias mundi quietem in exilium pellere, arrogantique ac ambitiosas cogitationes ipsorummet esse cruciatum.

De eo quod sacra Scriptura de diuitijs refert, de que eo quod Authores cum Christiani, tum Gentiles, de his scripserint.

CAPVT XI.



Alum (inquit discipulus) velut ignis in ficcis stuppis accenditur, bonumque lignum viride comperit. Vt diuitiarum desiderium iam iam in corde exardescit, & singulis momentis crescit, ac serpit, & e contra paupertatis desiderium, magnam obdeprauatos nostros mores & ob falsam mundi opinionem inuenit dissonantiam. Non enim me fugit, quam parum bona terrena sacra Scriptura æstimet. Quam parum (inquit præceptor) ea Regius Prophetæ vocat vanitatem & mendacium, dicens in Psal. *Vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium?* Et Ecclesiast. ait: *Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur ventum: sic & qui attendit ad visa mendacia.* Non solùm ea mendacia simpliciter appellat, sed manifesta etiam mendacia. Prophetæ Ieremias ait, *Aspexi terram, & ecce*

Humber.
in 4. part.
doct. reli.

Matt. 13.
Luc. 14.

Gene. 41.

Gene. 40.

1. Reg. 4.
10.

Deut. 8.

Psal. 4.

Eccle. 31.

Ierem. 4.

& ecce

et ecce vacua erat, et nihili. Et in libro Sapientie hæc continentur verba: *Transferam omnia tanquam ymbra.* Ait sacra Scriptura in Genesi, filios Adam Cain & Abel fuisse appellatos. Cain, id est, diuitie, & Abel, Nihil. Quo voluit denotare omnes mundi diuitias nihil esse. Quid amplius restat nisi cum filij Zebedæ à Iesu Christi bona temporalia petiissent, ait eis postea Dominus, vt testatur D. Ioannes: Hactenus nihil à me petiistis. Quid clarius hoc testimonio esse potest, vt terræ diuitias nihil esse ostendatur? Homines cæci, cupiditate commoti, eum qui diuitias habet, omnia possidere arbitrantur: ac sapientes, quos Deus sua gratia illustrat mundi diuitias relinquunt, quas ob amorem illius altissimi Dei qui est omnia, nihili putant. Varietatem, nequitiam & periculum mundi perpendentes, in eius deceptionum considerationem & cognitionem inuolant, eum deserunt & relinquunt, antequam eos deserat, vt Religionem profiteantur conscientiarum candore albescant. Quemadmodum tela donec in textrina est, quanuis ex bysso conficiatur, non tamen mūdāta est & cādēfacta, sed potius opus est, vt multis macerationibus in Sole abluatur, vt candore nitoreque illustretur: sic homo qui in mundi textrinam adscribitur, in fallaciarum mucipulis impleatur, vbi diabolus suas tentationes orditur, quanuis sit nobili stirpe satus, turpis tamen est, & fœtidus. At è mundi Textrina exorsus, vanas eius opes, faenlates & prosperitates deserens, & in Sole iustitiæ Iesu Christo vero Deo nostro sese expurgans, & contritionis lacrymis abluens multas irrigationibus & balneis earum aspersis magno candore anima terfa fit, quoniam Deus illam aqua misericordiæ lauit. Sic dicebat David cum Deo loquens: *Asperges me domine byssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Qui mundum deserunt, eius opes fallasque voluptates, hunc candorem perquirunt, paupertatem amplectuntur, & lacrymis madefiunt inanes terræ honores, fauoremque aut familiaritatem Principum nihili putant, & sequuntur Iesum Christum, in quem tota præcordia asserunt. Quemadmodum nonnulli sunt nummi, qui oculis intuentium iusti valoris esse & ponderis iudicantur, at æqua lance trutinati, leues & adulteri deprehenduntur. Sic mundanæ diuitie, oculis cupidorum magni sunt pretij, magnique valoris, sed in statera iustorum ac prudentium, vanæ sunt, meraque ipsa vanitas. Istud sanè non ignorabat Sapiens Salomōn qui cum Lydio eas cōparasset, in Ecclesiastico dicebat: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Libenter (inquit discipulus) nonnullas sanctorum Doctorum, & Philosophorum Gentilium autoritates audirem, in quo quam flocci diuitias facere debeamus, ostenderunt. D. Augustinus (inquit præceptor) in tractatu de verbis Domini, ait, aurum esse laborem periculum & damnum illud possidentium sicamque virtutum nervos abscedentem. D. Ambrosius, vocat eam diuitis auari arcæ, vite pauperum sepulchrum. D. Gregorius, bonorum (inquit) terrenorum affluentia superbiæ vicina est. D. Chrysostomus ait, Diuitias esse multorum periculorum scaturiginem, & in Tractatu de penitentia, malitiæ inquit schola est. Beda in primum Esdræ, ait, hoc esse cordi humano familiare, diuitiis & libertate deprauari. D. Hieronymus ait, diuitias peccatorum oculos obæcare. Dicebat Menander eadem esse cæcas aliosque cæcare. Eadem freti sunt opinione præsci antiqui, ita vt Aristoteles & Lucianus dixerint, Platonem, quem diuitiarum Deum effugebant, cæcum esse. Seneca in epist. ad Lucil. ait, diuitias corda inflare, superbiam parere, inuidiam parare, animam-

que ex se trahere alienam. Bias vnus ex septem Sapientibus, quos Græcia peperisse sese iactitat, rogatus, quisnam esset diues, & quis pauper, respondit vt refert Aufonius, Diues ille est qui cupiditate caret, qui autem auarus est, egenus. Stobæus in suis sermonibus refert, & post eum Volaterranus. Pythagoram dicere, quemadmodum equus rectè sine fræno nequit coërceri, sic etiam diuitiæ absque prudentia haud valebant moderari, cum essent turbulentæ, effrenatæ, & ex aliis diuitiis cupiditatem trahere vt alia acquirantur. Et vt cupidi diuites, passim prudentia orbantur, opibus nesciant imperare, aut dominari, & ex vitis in aliorum cupiditatem irrumpant: eoque pacto, quò magis possident, eò etiam cupidi sunt, & auari, & eò magis auari, eò etiam egeni. Narrat Stobæus in suis sermonibus & post eum, Volaterranus, Pythagoram dicere, vt equum absque fræno cohibere non possumus: sic remota prudentia diuitias non posse dominari, cum essent præcoces & effrenatæ, & ex diuitiis cupiditatem trahere, vt alia parentur. Et vt cupidi diuites, vtunque prudentia orbantur, diuitias non possunt moderari, aut regere, & ex vitis in aliorum cupiditatem irrumpunt: eoque pacto quo plus possident, eò sunt cupidi, & eò auari, eò etiam pauperes. Quod conforme est Biantis sententiæ, cum qua Cleantis Philosophia mirificè quadrabat, qui roganti cuiusnam esset diues: Is, respondit qui egebat cupiditate, nam diuitiæ ad multa possidenda nõ cōsistunt, sed vt paucis sumis contenti. Sic narrat Stobæus in suis sermonibus, & Antonius in Melissa ait, cum Socrates ob eandem rem interrogaretur, respondit, eum putare diuitem, qui sua paupertate erat contentus. Cicero ait in primo Officior. Nihil esse tam demissum & abiectum, quam amare diuitias. Aristippus ait veras diuitias eas esse, quas mundus cum suis tribulationibus auferre non potest. Refert Vitruuius in suo quinto libro: cum idem Aristippus è naufragio in Rhodi plagam euaderet, Academiam tunc florentem visisset, vbi tam arduè ac subtiliter ad eo fuit disputatum, vt omnium in se ora conuerterit, magnamque honorem fuerit affectus. Rogatus itaque à suo socio qui in patriam remeabat, quid parentibus dicendum mandaret, respondit, Dico, vt diuitias indagent, & cum eis in mare cadentes, natent. En quo pacto iidem Gentiles terrenas diuitias, veras diuitias non esse intelligebant, at virtutem & scientiam. Itaque Academies erexerunt, quæ velut præstantissima virtutis literarum & bonarum disciplinarum essent emporia: Itaque bona terrena non esse vera bona ostenditur. Hæc est veritas, hæc credere oportet contrarium fallacio est, & mendacium. Verum cupidi & auari non hæc animo volunt, nunquam enim diuitiis satiantur, parumque quod minus illis est quam desiderium, iudicant. Idcirco nunquam quieti neque contenti viuunt. Hoc enim cupidi proprium eius quod possidet gustum habere fastidio, cum superuacaneo sollicitoque eorum quæ expetit desiderio.

Sap. 5.
Gen. 4.
Matt. 20.
Joan. 16.
Dent 8.
Psal. 50.
Ecclesi. 1.
D. Augu. in tract. de verb. Domini.
D. Ambr. in 2. Offi.
D. Grego. in 2. Eccl.
D. Chrys. in Matt. & intro. de penit.
Beda in 1. lib. Esdr.
D. Hiero. in Oseam.
Senec. in epist. ad Lucil.

Scientiam mundi esse ignorantiam.

CAPVT XII.



Vm hæc percepisset discipulus ait, Qui
 vitis magis lunt suffusi libentius in-
 vitiorum voraginem prorumpent. Et
 vt diuitis atque potentibus frequen-
 ius occurrant: ij vtputo, futuri sunt
 qui factus in ea, aut saltem in aliquod eorum cor-
 ruent. Vt enim in piscatorum retibus magni pisces
 capiuntur, minutuli verò per calles euadunt: sic et-
 tiam in animæ inimicorum retibus, locupletes, infla-
 ti & cupidi, in sententiis grauissimi capiuntur, deti-
 nentur, & pereunt, pauperes verò humiles & eorum
 aspectu minimi, homines abiectissimi elabuntur ac
 euadunt. Hac in re non tergiuersor. Quòd autem ais
 scientiam inter vera bona numerari, sub iudice lis
 est. In his Academicis quas tantoperè prædicas, ma-
 gni fastus, magnæque discordiæ extiterunt. Ad eas
 curre, illas intueberis sapientes in Bibliothecis ca-
 priuos detinere, stulti vero per vicos cursitant, at-
 que in publicum prodeunt. Pari etiam ratione cir-
 ca scientiam, mihi admodum dubium est, non solum
 ob rationes causasque, quas iam iam adduxi, sed ob
 innumeras alias. Quas ob causas? (petit præceptor)
 Solam tantummodo attingam (ait discipulus.) Ne-
 ro Imperator, qui fere omnes artes liberales perdi-
 cit, discipulusque magni & præstantis Philosophi
 Senecæ extitit, à quo Philosophiam accepit, quan-
 uis vt ait Suetonius Tranquillus, eum mater à se a-
 lienaret, fuit omnium tyrannorum crudelissimus at-
 que turpissimus. Quid multa? propriam matrem in-
 terfecit qua cum (vt ait Sextus Aurelius) nefandissi-
 mo incestu sese contaminarat, licet Cornelius Tacitus
 eum ab hoc crimine immunem velit iudicare.
 Non inficior (inquit præceptor) de illo perhorrenda
 dictaque omnino nefanda, multas in pios virtutisque
 homines crudelitates enarrari. Vocat eum omnium
 hominū hostem Eutropius, & Baptista Egnatius, to-
 tius vniuersi accensam facem, ob innumeras gentes
 quas flammis subiecit, & diruit. Fuit tamen Senecæ
 discipulus, attamen etiam eius scientia ab omni vir-
 tute abhorrebat, de qua obmutesco, loquor autem
 de ea quæ cum illa & coniuncta est & annexa. D.
 Paulus in epist. ad Romanos ait: *Scientia carnis inimi-
 ca est Iesu Christi:* & in prima ad Corinthios ait: *Scien-
 tia huius mundi stultitia est apud Deum.* Quæ crassior
 ignorantia esse potest, quam hominem salutis suæ cõ-
 sulere nescire, & à virtutum in cælum dirigente itine-
 re, vbi sempiterna est gloria aberrare, viamque vitio-
 rum quæ in infernum tendit deligere? Quis est quin
 videat, magnam esse homini amentiam, si vltro ci-
 troque in cruciatus nunquam finituros collabatur,
 cum in æternam beatitudinem queat peruolare? Scien-
 tia mundana, quæ ad nihil aliud confert, quam vt vi-
 tiis habentæ laxentur, discretio non est, sed mera ma-
 litia. Volens sacra Scriptura in libro Sapientiæ de-
 clarare, quo pacto in fine seculi elemēta in impios in-
 surgent, ait: *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra
 infaustos:* vbi clarè vocat eos ignaros. Quinetiam Ari-
 stoteles ait 6. Ethicor. malitiam iudicium peruerte-
 re, omnemque peruersum & impium esse ignoran-
 tem. Vnde liquidò constat Neronis scientiam non
 esse propriè scientiam, sed meram ignorantiam. D.
 Gregorius ait, Præcipuam scientiam vitam esse lau-
 dabilem, & intellectum in Deum purum, quo puri

Rom. 8.
1. Cor. 3.

Sap. 5.

D. Grego.
in Apolo.

miscntur, & cum puro, & sancti cum sancto coniun-
 guntur. Sequitur ergo scientiam quam Nero di-
 dicit, non eum ad crudelitatem informasse. Quin-
 imo (ait discipulus.) Quorsum? (inquit præceptor)
 Quoniam (inquit discipulus) in Homero Troiæ
 conflagrationem legit inde flammis Romam ex-
 ponere cogitavit, vt a Romanis præsentibus quod à
 præteritis Troianis sentient, cerneret, & experire-
 tur. Et quamprimum, ignem ciuitati iniecit fertur
 eum ad Turris Tarpeiæ apicem conscendisse, vt in-
 de perhorrendarum flammarum visu pasceret ocu-
 los, quæ ad instar Troiæ copiosam celebrèmque
 Urbem conflagrabant. In libris Aiæ rabiem le-
 ctitavit, Achillis iram, Vlyssis calliditates & astu-
 tias Dionysij Tyranni crudelitatem, & vt ab alijs le-
 git, sic etiam in seipso executus est: quod fortassis
 nisi hoc authores illud scripserint non patrasset. At
 vero quantum ad ignem Romæ, nescio an illud ve-
 rum sit, nam Cornelius Tacitus dubitat an hoc præ-
 ceperit, an casu obrepserit, quanuis fateatur, miri-
 fice ea videndi desiderio fuisse oblectatum. Pro-
 certo probatur eum imponere iussisse, sic attestantur,
 Eusebius Cæsariensis, Paulus Orosius, Isidorus,
 Eutropius Suetonius, Antonius Sabellicus, & alij
 complures, qui affirmant, ignem expresso illius
 iussu fuisse impositum, qui sex dierum spatio in-
 numeras domos, templa & sumptuosa ædificia combus-
 sit, infinitos thesaurorum aceruos, auri atque ar-
 genti inæstimabiles opes, ditissima ornamenta, ma-
 gnæque mercimoniorum, & exuuiarum mundi copiam,
 consumpsit: quoniam Roma eo tempore
 vasta erat ciuitas, quæ meliores totius vniuersi di-
 uitias deglutiebat. Erat quasi vastum & immensum
 pelagus, quo Proinciæ illi subditæ, ditissimorum tri-
 butorum ac diuitiarum copiâ euomebant. Initio Ro-
 ma fuit exigua Ciuitas sub monte Palatino sita, quæ
 quidem potentia crescere cepit, loca conterranea
 lucrificans illiusque muri dilatati fuerunt & au-
 cti, eoque pacto donec eius potentia primas om-
 nium teneret, dilatauit. Similis aquæ motus, quæ cir-
 culum efficit, postea alium magnum, mox alium ma-
 iorem, dehinc vero innumeros in gyrum efficit cir-
 culos. Maior verò huius ciuitatis pars igne accensa
 & in cineres redacta, quam monstrum hoc crudele
 iussit incendere: Literæ autem non eum tot ne-
 farias impietates sceleræque docuerunt. In memo-
 riam authores reuocant, quæ cum virtutum, tum vi-
 tiorum contingere, alia vt sequamur & imitemur, alia
 verò vt fugiamus & propulsemus, ac consulat vt bo-
 no malum admoueamus, & à malo abscedamus. Hoc
 illud est quod docet scientia, & ad id quod autho-
 rum doctrina impellit, quos tuipse enumerasti, bo-
 na quidem ad sequendum & imitandum potuisset
 nancisci: In Aiæ (inquit discipulus) in Achille &
 in Vlyssæ, animi magnitudo singularisque patriæ a-
 mor extollitur. At in Dionysio Tyranno, qui ob
 grauissima crimina Siciliæ regno fuit spoliatus, ne-
 cio quo pacto queat laudari. In eo (inquit præ-
 ceptor) oblectatio quam literatos homines audiendo
 percepit, commendatur, & patientia quæ in rebus
 aduersis forti animo fuit. Cum in Græciam vaga-
 bundus vestique detrita indutus peragraret, ro-
 ganti cuidam cuius inierat cognitionem, quam v-
 tilitatem, ex doctrina quam alias didicerat, exhau-
 sisset, respondit, Res aduersas mutationesque mundi
 patienti animo ferre. Sic narrat Plutarchus in Apo-
 phthegmatib. Responsum sanè alio Principe dignū.
 Vt ex iis de quibus mentionē facis aliquatū vtilitatē
 poterat Nero depromere, quātò magis, ij qui perle-
 gent Xenocratis continentiam, Socratis tēperantiam,
 Agefi-

Agefilai Lacedemonij modestiā, Apollonij Thianei abstinentiam, Curij & Fabricij egestatem, & Sexti Pompeij, Fabij Maximi prudentiam, Aristidis Græci patriæ amorem, Philippi Macedonum Regis humilitatem, filij eius Alexandri liberalitatem, Iulij Cæsaris clementiam, Phocionis cōstantiam, Sceuolę firmitatē, Anaxarchi patientiā, magnanimā Epaminondæ, & Scipionis fortitudinem, Zeleuci iustitiam, Trebonij castitatem, Catonis grauitatem, & aliorum præstantium virorum infinitas virtutes, quorum humaniores historiæ plenæ sint, cum ad eos imitandum commonitione? At crudelis Nero in suo effrænato luxu, & tyrannide non ab his virtutibus: sed rabie, iniquitate, flagitiosaque natura regebatur. Quibus incensus disciplinam quam à Seneca accepit, contempsit, bonarum literarum studia earumque lectatores est persequutus, vitamque duxit bonis auferens, nefandaque & perniciose crimina patrauit. Denique in vitiorum colluuiem versus est, deinde verò mortem propriis manibus telo sibi cōsciuit: quoniam in eum excanduit populus, tantoque dolore & mœrore fuit confectus vt spe excidens sibi violentas manus attulerit. In eum igitur, malum genium prauamque indolem culpam reicite, quibus præteruectus est, non autem scientiæ, quam noluit sectari.

Veram scientiam inter vera bona numerari.

CAPVT XIII.



Nescio (inquit discipulus) cur scientia inter vera bona priusquam vis corporea, quam exclusisti, redigetur. Etenim ex vi corporea, siue bene siue malè vti possemus, vera est scientia. Vis corporea (inquit præceptor) ea malè vt bene vtens, etiam vis est, malèque scientia vtens, scientia non est, sed ignorantia. I scireō (inquit discipulus) omnibus bene vtens adeo præstans vna est ac alia. Minimè verò (inquit præceptor) vis enim corpus, animam autem scientia exornat: quantum autem ad animam corpori quidem præstat quantum scientia vi & fortitudine præstantior habetur. Vim habemus cum brutis animantibus communem, in eaque illorum plurima nobis antecellunt, ac excedunt, animæ verò scientia nobis est idonea. Vera scientia virtutes nos edocet, & ad recte viuendum informat, vt constans potentia armis, terrorem, ac timorem parit. Quamobrem antiqui armatam Mineruam depingebant, ea enim scientiam intelligebant. eamque beatam appellabant. Quod minus in disceptationem ac controuersiam cadit, an sapiens beatus sit, aut potens: Roborat scientia magis quam vis, magisque quam diuitiæ ditat. Ait Salomon in Proverbiis: *Beatus vir qui sapientiam inuenit. Et in 8. Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis. Et in 10. Qui indocti sunt, in cordis egestate moriuntur. Et in 16. Posside sapientiam, quia auro melior est.* In Sapientiæ libro hæc verba continentur. *Præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius.* Inscij qui multis egent, verique sapientes, præcordiorum meatus magnis diuitiis habent onustos & cumulatōs. Ideo dicebat D. Paulus ad Corinthi. *In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia.* Ad hæc ignari captiui sunt, sapientes autem liberi. Ait Deus per os Isaïæ, *Captiui di-*

*Prou. 18
20. & 16*

Isai. 7.

Etus est populus meus, quia non habuit scientiam. Multum hoc est, vt quispiam sit sapiens vt liber fiat, claroque iudicio polleat. Semper accepi (ait discipulus) maioris interesse voluntatem habere amore diuino sterilem, quam ingenium scientia clarum: non enim tantum in scientia quam in amore nostra consistit perfectio, non tam in cognitione quam in charitate. Verum illud est (inquit præceptor) ait enim D. Paulus ad Colosseni. *Charitatem vinculum esse perfectionis.* Sed quemadmodum lampadis lumen extinguetur nisi oleo foueatur, ignisque nisi lignum imponatur. Sic refrigescet amoris charitas nisi mentem accendas oleoque scientiæ & doctrinæ eam profundas, bonarum cogitationum, sanctarumque meditationum. Cum Dei scientia virtutes auferunt, & ex illorum penuria, vitiorum sequitur abundantia. Loquens Isaïas de hostibus animæ ait in persona Dei: *Non nocebunt & non occident in vniuerso sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini.* Et scientia deficiente, ait Propheta Oseas: *Non est scientia Dei in terra.* Et statim addit: *Maledictum, mendacium & homicidam, & furtum, & adulterium imundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* En tibi scientiæ ab ignorantia discrimen. Vna solidaque scientia, vt ait Cassiodorus mores in primis purificat, & ad recte viuendum docet, tum verò verborum eloquentiam subministrat, & ad recte faciendum docet. Verum hæc eloquentia non in Rhetorices flosculis versatur, sed videlicet, grauitate, modestia, & decore, quod tempore locoque silentio est prætermittendum, hocque pacto tempus ad loquendum & tacendum diligendo, orationem, silentiamque exornat. Nam sapiens tempus ad vtrumque idoneum debet præligere, ignarus autem semper vult loqui. Sapiens rem paucis verbis perstringit, eaque tempore adducit, ignarus verò in multo pauca & à proposito aberrantia effutit. Sapiens est veluti Crocum, tantulum enim multa tingit & colorat. Modicum optimi Croci, magnam offam flauam & croceam reddit: ignarus verò aqua est frigida, que quantumuis infundatur, non idcirco leberem potest colorare, sed offas peruertit. Scit solers tempus esse quo magne vertitur scientiæ, scientiam non planam facere, indiscretus autem sese semper vult ostentare. Quemadmodum si oua in magnum vas aqua plenum iniiciantur, plena in fundum labuntur, vacua verò in superficie supernatant: sic solertes scientiæ numeris absoluti, tempore locoque eam sciunt regere, atque occultare, & in profundum per humilitatem atque considerationem labuntur: insipientes autem tanquā vacui semper in visum & aspectum procedunt. De omnibus loqui volunt, non tamen aliquid de rerum superficie tangunt, quin centrum penetrent. Quemadmodum arbores hyberno tempore vim abduunt, vere autem eam aperiunt, quod tempus est, quo flos vernat, fructumque non ostendunt: sic sapientes ac prudentes scientiam nisi suo tempore explanant, veloque modestiæ eam cum opus est, & necesse obducunt. Terræ similes, quæ metalla occultat, marique quod margaritas occultat. Itaque scientia & ad loquendum, & ad tacendum instruit. Hæcque scientia magna diligentia laboreque vult perdisci, spontaneaue voluntate parari, cum orationibus, animoque ad Deum, qui eam largitur, attento. Non idcirco dico omnes qui eam discunt possidere. Vtinam tot essent sapientes viri, quot sunt scientiæ professores. Illi, inquam, qui eam volunt obtinere, magno labore, curaque zelo, ac deuotione amplecti debent, eo pacto mirandum sanè thesaurum possidebunt. Opinor (inquit discipulus) homines hac vera scientia virtuti-

Coloss. 3.

Isai. 11.

Ose. 4.

Cassiodor. in 3. lib. psal.

bus comitata orbatus, eamque contemnentem, esse velut exanimem & mortuum. Nam licet quantum ad corpus vivat, non tamen quantum ad animæ rationis capacem scientiam vitam degunt: & cum hanc scientiam contemnant, Deus illos aspernetur. Non multum (inquit præceptor) hoc ab eo quod Deus ait per Prophetam Oseam discrepat: *Quia tu scientiam repulisti, repellam te.* Et in libro Sapientiam & disciplinam, qui abiicit, infel. x est. Hac vera scientia erat orbatus ille cui D. Ioanes dicebat in Apocal. *Vivi nomen habes, & mortuus es.* Narrat Diogenes Laërtius in suo quinto libro, & Brusonius 3. libro. Cum ab Aristotele, quispiam percontaretur, quænam essent differentia inter sapientes & ignaros, respondit: quæ inter viuos & mortuos. Ad hoc meo iudicio alludebat Cardinalis Iulianus, qui ad Bibliothecam ductus, libròsque volutando, & dicente cuiuspiam vita deprauato: Egrederere ut cum viventibus fermocineris, mortuòsque relinque, respondit. Hi viuentes sunt, tu verò mortuus. Ita narrat Aeneas Sylvius in Commentar. Dom. Alfonsi Neapolitanorum Regis. His autoritatibus probavi veram scientiam ingentem & admirandum esse thesaurum, quem nemo potest furari, esseque vitæ nostræ dominatricem, quæ ad cælum iter dirigit, & ut ad illud pergamus subiuuat, quod bonum est, quod possessori elargitur. Cum autem hoc in bono talia bona sint, perspicuum est verum esse bonum. Perscrutemur igitur hanc veram scientiam, ut ad eam adipiscendam enitatur, totisq; votis Deum deprecemur, ut eam nobis concedat, ut veras diuitias possideamus & per cæli tramitem gradiamur, ut inter viuentes annumeremur. Mortuus essem (inquit discipulus) nisi hoc esse verum perciperem. Enimvero nunc video quantum hæc scientia præstans sit, obtestorque me tam perperam temerèque iudicasse poenitere. Non hac poenitentia obstupescit (ait præceptor) Qui enim temerè iudicat ad poenitentiam vergit.

Nobilitatem stirpis inter vera bona non numerari.

CAPVT XIII.

Sciendi tam immoderato desiderio nunquam capior (inquit discipulus) ut me in petitionibus permolestum esse cogat. Nisi enim occurrentia dubia perquiram, ambiguis opinionibus intricor & inuoluo, & quantumvis cogitatione innexus & implicatus ambulè, aditum tamen aut exitum haud possum reperire. Aliquando hæsitavi, num progeniei nobilitas verum esset bonum, aliæque bona quibus omnes ferè homines iactantur, utpote, Principum esse domesticum ac familiarem, loco optimo satum & alia id genus, quid hac in re sentias scire efflagitarem. Nullum desiderium (inquit præceptor) verum est bonum. Hæc omnia gregatim cum corporea pulchritudine & cum diuitiis de quibus nuper præfati sumus, innectuntur. Ait D. Hieronymus summam nobilitatem esse, quod virtutibus illustratur. D. Chrysostomus in Matthæum sic ait. Ille nobilis est, ille illustris, summæque stirpe satum, qui vitis non seruit, & ab eo non patitur deprimi. Seneca in quadam Epistola hominis, inquit, nobilitas cor est generosum. Narrat Stobæus cum quispiam à Socrate sciscitaretur, quænam esset vera nobilitas, respondit, optima animæ & corporis temperantia: ideo hanc similitudinem adduxit.

D. Hier.
in epist. ad
Celsent
D. Chry.
in Matt

Quemadmodum triticum bonum iudicamus, non quod in optimo solo nascatur, sed cum purum sit, optimo gustu ac nutrimento. Sic etiam nequaquam cum qui celsa sobole, præclaroque progenio factus est, quique nobilitatem ore proprio prædicat, nobilem possumus diiudicare, sed qui optimis moribus præditus est, virtutibusque illustratus. Rogatus Democritus, in quo vera nobilitas consisteret, ait Stobæus eum respondisse, Gregum nobilitatem in corporis bonitate consistere, at hominum nobilitatem in morum bonitate sitam esse. Diogenes rogatus, quoniam essent nobiliores, Maximus Monachus in suis sermonibus eum respondisse asserit, eos esse qui vanas diuitias falsam gloriam & fallaces delectationes contemnebant. Ait Laërtius Antisthenem dicere illos esse nobiles, qui virtutibus essent præditi. Equidem hi authores eandem veritatem affirmabant, quoniam vera nobilitas non nascendo, sed viuendo & moriendo paratur. Nobilitas stirps & origo alterius est, hæc autem virtutis, nobis peculiaris. Attamen (inquit discipulus) praua soboles famæ maculam inurit. Idcirco inquit præceptor talis est virtus, quæ verus est sapor quo hæc macula abstergitur. Plurimi sunt homines humili infimæque sobole progeniti, qui originem illustrarunt, nomenque æternæ famæ commendarunt: & è contra plures ex illustri progenie, qui eam obscurarunt, neque vnquam auditi sunt: alij verò infames occlusis nubibus perfimiles qui quoad illis situm fuit pulcherrimorum proauorum syderum splendorem infuscant. Idcirco (inquit discipulus) nobiles stirpesque quæ in fama & nobilitate permanent. Quinimò (inquit præceptor) plures in hoc terrarum orbe suo tempore illustres extiterunt, quorum memoriam nostra ætas conticescit: nunc verò alij sunt præclara existimationis, qui non à multo tempore inceperunt, & fortassis paulo momento deficient. Hæc sunt mundi vicissitudines, graditur tempus, cursumque peragit, aliud irritum faciens, alia verò aggrediens, antiqua suppressens, recentia & noua instituens. Prisci Arcades hoc indicarunt, qui in stirpium signum vnus quisque Nobilium, Lunæ figuram in calceo gestabat: hoc denotantes esse nobiles, eorum autem generationem posse ad instar Lunæ deficere. Inter Romanos hic mos dehinc fuit institutus, ut refert Plutarchus. Quare Iuuenalis de Quintiliano loquens, ut ex nobili stirpe satum ostenderet, dicebat eum in calceis Lunam gestare. Vnde fit ut Orator Bradeas cum coram populo Orationem declamasset, in qua quod esset nobilis admodum gloriatus est, quidam auditorum ait, Tua nobilitas est in calceis. Hoc iudicabat non posse se ex propriis virtutibus extollere, sed alienis. Sic narrat Philostratus, & adducit Valerianus in Hieroglyphicis. Filij vanitatis pro Stilo honorem quo se ostentant aperiant, defectus autem & errores operiunt, quibus eorum origo poplites arrobantia secabat. In quadam vena solam nobiles stirpis habent guttulam, septuagesies sanguinem extrahunt, qui ex vena ligonis, aratri, fabrilis mallei, & subulæ oritur: at guttam sanguinis honoris scalpillum non scarificat. Et ita sunt amici, ut donum eorum sobolis, semper pateat, magnas dignitates & status disponant: ut nomen posteritati & origo æternitati consecratur. Non de officiorum inuentione blatero, at mihi puteorum aqua ductus videntur, qui ut alij repleantur, cæteri omnes euacuantur, adhæc plurimæ generationes pereunt & abolentur. Nonnulli sunt qui etiam si nobiles in his non deficient, deficit tamen nobilitas, quippe qui adeo quidam sint deprauati, infimisque abiectisque ingeniis exiles, ut nihil aliud

Mat. 11.

1. Reg.
2. Reg.
Gene.

aliud ex nobilitate, quàm solum nomen ad maius dedecus præ se ferant. Quidquid sit (inquit Discipulus) de parentum honore possunt gloriari, eoque velut clypeo valoris ostentari. Is qui honore vacuus est (inquit Præceptor) qui eam à maioribus emendicat: quibus velit gloriari, nec eos imitari dignetur. Illud signum est, hunc nobilitate haudquaquam esse præditum, qui alienam vt ad eam allidatur, quaritat. Ait Cleobolus & Aufonius versibus inserit, hominis gloriã maiorum meritis non esse tribuendam. Solon ait pulchrius esse virtute, quàm sobole nobilitari. Et in Epistola Imperatoris Macrini in Senatu Romano ab Herodoto relata in 5. lib. sua histor. hæc verba continentur. Quid progeniei prodest nobilitas, bonis moribus, benignitate & humanitate remotis? Indigni enim bona possident: virtus autem anima, hæc illa est quæ decus elargitur. Originis nobilitas, diuitiæ, cæteraque huiusmodi, quanuis propriè ab eorum possessoribus iudicentur, non ideò insolentant: nam proculdubio ad alium spectant. Et paulò post ait. Multo præstantius est nobilitatem ordiri, posterisque relinquere, quàm à maioribus relictam vitij turpare, ac denigrare. Eandem Sententiam Marcus Tullius Cicero in Oratione contra Salustium quanuis alijs verbis recenset. Denique omnes ij, qui aliquo pollent iudicio, in hoc consentiunt, virtutis splendorem maioris quam sobolis esse faciendum, & parentum nobilitatem adducere, hoc esse aliena pelle contegi. Quanuis alterius sit (inquit Discipulus) ad eum tamen attinet, cum ex bonis alij boni sicut impij ex impijs enascantur. Hoc (inquit Præceptor) plerumque retrorsum fit: nam ex inuido Saul, comes & mansuetus Ionathas ortus est, & ex optimo Dauide impius Absalon: & ex Adam Cain & Abel prouenere, quorum alter fuit reprobatus, alter verò electus. Quemadmodum ex eadem radice rosa & spina propagatur: sic ex eodem patre alius filius bonus alius verò malus procedunt. Isaac & Ismael Adã fuerunt filij Iacob & Esau Isaac, alius virtuti, alter verò vitij operam dedere. Ita ex nobilibus progenitoribus filij diuersarum conditionum, & dissidentium morum dimanant: & ex bonis impij, ex impijs boni propagantur. Certissimum est ex hominibus infimis illustrissimos viros plerumque oriri. Agathocles Siciliae Rex figuli fuit filius, Gordius Rex Phrygiae abiecti rustici. Valentianus filius futoris Primislaus Bohemiae Rex fuit bubulcus. Et e contra ex celebribus patribus, turpes & infames filij sunt exorti. Magnus Scipio Africanus filium adeò deprauatum & vitij scitentem habuit, vt Valerius Maximus in 3. libr. eum obscuritatem à conuscantis radio genitam appellet. Idem Q. Fabio contigit, & ex præstanti Imperatore Marco Aurelio Commodus propagatus est, omnium scelerum & flagitiorum collunies. Auidius Cassius in vita Imperatoris Seueri, & refert Poggius Florentinus libro de Principum infelicitate ait ferè nullum ex illustribus Romanis filios illustres reliquisse. Idem Aelius Spartianus de Imperatore Diocletiano refert, & adducit Petrus Crinitus in suo 21. libro de honesta disciplina.

Inde perspicuum est quam parum ad veram nobilitatem interit, ex clara obscurave stirpe procreari, sed ad virtutem diuinamque gratiam promoueri.

De nobilis progeniei præstantia & dignitate.

CAPVT XV.



Nimaduertit Præceptor ex vultu ac ore Discipuli non multum satisfactum, quod nobilitatem stirpis vilipenderet, quippe qui suam magni aestimaret, vt ergo animos excitaret, & quidquid sentiret, expromeret, sic est fatus. Quanuis hætenus stirpis nobilitatem partim depresserim, partim autem non sim nescius quanta præstantia polleat. Nullum est dubium nisi eam summoperè ad præclara & heroica facinora, obeunda cum oculos ad eam maiorum conijciunt, impellere. Si partim mihi videtur eam vitij iter sternere, partim autem ad virtutes explanare. Hic comprobatur, quod dicebat Epicætetus, vnumquodque duabus constare partibus, alia quæ combureret & læderet, alia verò quæ non combureret, sed prodesset. Passim nobiles cum ad imitandos parentes adstringantur, ad res gestas arduas, præclaras magnique emolumentis totis viribus enitentur, & in virtutes progrediuntur, in quibus omnem suauitatem incredibilemque delectationem percipiunt. Hominum ignobilium & abiectorum virtutes plerumque nauscam pariunt, videnturque malum odoramentum lignique corticem redolere. Syluestres sunt virtutes, nondum infertæ, quibus nullam dulcedinem inuenis, alia verò mellito facere sunt dulciores, alia gossiping sunt, alia verò holoserice. Nò me latet homines esse humili stirpe sotos in quibus suaves ac præstantes magni splendoris virtutes elucescunt: demum nobilis progenies maxime dignitatis est magnique interest, vt ad præclare res gestas consequendas excitet: illorumque virtutes cæteris, & splendoris lumine supereminet. Etiam si Nobilis hoc in terrarum orbe egestate præmatur, ac ludibrio habeatur, mirificum tamen splendorem possidet, pellucido puroque Adamanti similis, qui inter lutum & cenum splendorem & valorem conseruat. Etsi multis inanibus cogitationibus affligantur, fæctisque desiderijs adherescant, quæ cupiditatum vanitatis telam ordiuntur, bonæ tamen indolis indicium, sobolis & originis ostentationem ac insigne, in eo deprehendes, & nobilitatem in voluntate, quam vt exequaris scire appetis. Et quanuis nonnulli sint homines ad omnia vitia procliuës, non tamen eorum progenies irrita est & annihilata. Quemadmodum quibusdam tectis magnifici ac splendidi palatij dirutis aut tegulis contractis, aut quodam columnæ epythilio deletis, non ideò statim ædificium demolitur, aut destruitur, quoniam loca fracta & labascentia à melioribus integrisque possunt resarci. Pari etiam ratione quanuis in quadam nobili progenie, quispiam vitij sese inquinari, nobilitatemque deturparit ac denigrarit, non ideò eius extractio atque antiquitas perit. Nam pro perditis & nefarijs alij virtute præstantes nascuntur, sic eius antiquitas in integrum conseruatur, nobilisque progenies cum illustribus stemmatibus atque insignijs in pristinum valorem reparatur. Quod ait Euripides & refert Stobæus quanuis diuitiæ deficiant, ac consumantur, stirpis tamen nobilitas æterna est. Admodum hæc nobilitas ab eo in Hecuba fuit elata, quo loci ait, insignem & eximium esse inter homines splendorem, ex optima sobole oriri. Et in Heraclide, Nihil liberis esse decentius quàm à nobilibus parentibus stirpem ducere.

Simile.

ducere. Plutarchus in tractatu de Nobilitate ait me-
ram & absurdam esse calumniam eorum qui de ho-
minum progenie detrectant, cum equi & canes opti-
mo semine lati perquirantur, & agricolæ ac inferto-
res furculos, meliores optimaque terra ortos, seli-
gant ut in hortis ac pomarijs inserant. Xenophon
Socratis discipulus ait Theognidem librum de ho-
minum vita scripsisse, qui ab stirpis progenie incipit,
denotans eam præcipuam esse partem quibus debeat
componi, ubi ait, cum ratione sensuque carentia,
ut equos, & arbores quod optima propagine orian-
tur laudamus, quanto magis circa homines hoc est
obseruandum? Hanc eandem rationem Vrsinus Ar-
chiepiscopus refert in Platina dialogo de vera nobi-
litate, ubi ait, veram esse nobilitatem, ex illustribus
viris originem trahere, ob quos eorum successores
in honoribus plebeijs sunt antepoenendi. Idcirco, ait,
Romæ inter eos qui Consulatum aliisque dignitates
postulabant, nobiliores præferbantur. Quod sanè
æquissimum est, in cæteris rebus æqualitate serua-
ta. Nobiles ignobilibus, in Magistratibus & honori-
bus ac officijs antecellant. Huius rei textus est ex-
pressus in Authentica. Interim de defensoribus ciui-
ratum collat. 8. Iureconsulti tantum progeniei nobi-
litate fauoris impertiere, ut præcipiatur pro eodem de-
licto minorem Nobili quam plebeio pœnam infligi,
in l. Pedius, ff. de incendio, ruina & naufragio.
Hoc etiam refert Papa Liberius can. Qui contra 24.
q. 1. Multæ supersunt rationes, quas breuitatis causa
omitto, ut nobilium progeniem magni ducendam
esse ostendam. Eapropter Alcibiades in Platonis
dialogo de natura humana profæpia nobilitatem
multum commendat. Legimus in sacra scriptura fi-
lios Israël, viros insignes & admodum illustres mul-
tum quod ex stirpe Abraham descenderent, gloriari.
Non tamen vera nobilitas veris bonis est ocluden-
da, siquidem ex se nos bonos efficit. Imò D. Greg.
ait in Dialogis nonnullis infamiam & dedecus pa-
rere. Et gloriosus Apostolus ad Galat. scribens ait.
*In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque
præputium, sed noua creatura.* Ac si diceret, in Deum
nihil refert ex celsa aut humili profapia descendere,
at virtute præditum esse, veraque fide que per cha-
ritatem operetur pollere. Non idcirco, (inquit Dis-
cipulus) desistamus, quin Nobilitatem commende-
mus. Etenim in mundo nulla rerum pretia sunt, quæ
quid de his persentimus.

Iosue 8.

Gal. 5. 6.

*De familiaritate, fauoris aut odij Principum constan-
tia & varietate.*

CAPVT XVI.

Dcirco (inquit Præceptor) plures
nobilitatis progeniem inter vera bo-
na adscribi arbitrantur, cum Princi-
pum fauore, patriæque nobilitate que
sunt, que in medium attulisti. Verum-
tamen non ratione sed opinione ducuntur: itaque
quantopere falsa sit agnoscas, euidenter planum
faciam. Verba tibi suppeditabis, ut meorum exi-
litate, tuorum omnimodum exuberantium erro-
rem pernoscas. Mutabilia & firmitate carentia quæ
non sunt in nostra manu, sed in alterius voluntatum
varietate, maximè sunt inquieta & permolesta. Cer-
tum quidem est ea vera bona non esse, & eiusmodi
sunt fauores Principum: non igitur vera sunt bona.

Quid inconstantius mutabilius vitroque debilius at-
que fragilius, voluntatibus Principum à quibus eo-
rum fauores dependent? Aman erat ex Regis Assueri
primoribus domesticis, ac familiaribus, qui in me-
dio honorum gradiens fauores efflans & absorbens,
longè eius quod in eum mundus moliebatur obli-
uiolus, iussit Rex ut in publicum laqueo suspendere-
tur, eoque pacto tristi lugubri, ingemiscenti que voce
extremum vitæ halitum efflauit. Flante secunda for-
tuna, nescius erat quo pacto debilibus nostris funda-
mentis mundus blandiatur. Tunc eius angustias per-
sensit, cum nihil temporis ad eas retundendas ei su-
peresset. Vnus ex familiaribus Regis Davidis Ioab
extitit, moribundus autè David præcepit filio ut eum
cum Regni possessionem caperet, enecaret. Ait Sacra
Scriptura de eodem Rege Dauide, qui cum adoles-
cens esset Regi Saul obsequabatur, eique fuit in de-
litijs ac perquam familiaris: at non multis post die-
bus, eum Rex obliuioni tradidit, ut cum multoties
dehinc vidisset, non eum noscitauit, & cuiusnam
esset filius, est percunctatus: quem deinde crudeli
persecutione affectit. Hoc præcipit Deus ne plures
fauorem aut familiaritatem Principum faciamus,
cum ita perfacile eorum à quibus acceperunt ob-
sequia, sint immemores: & non solum eos obliuioni
tradunt, verumetiam persequuntur. Alexander Ma-
gnus Parmenium præcipuum familiarem interfecit,
ut narrat Paulus Orosius in tertio libro suæ historiae.
Imperator Caligula omnes sibi amicos & familia-
res iussit trucidari, imò omnes homines, quos ad ho-
nores ac dignitates eueherat. Ita narrant Suetonius
Tranquillus, Dion Cassius & Flavius Iosephus lib.
19. Antiquit. Bellifarius, admodum fuit Imperato-
ris Iustiniani primi familiaris: de quo sanè cum ob-
fidelia obsequia, singularem animi magnitudinem,
inuitum pectus & miranda præclaraque facinora
fuerat benemeritus: qui cum ad magnos dignitatis
gradus promoueri speraret, iussit Imperator ei oculo
euelli, omni que eius bona publicari. Arbitror
eius infelicitatem eum in prosperis rebus, ut verum
miserorum & calamitosorum exemplum efficeret,
explorari. Hoc referunt Procopius, Crinitus, Vo-
laterranus, Fulgosius, & Rauisius Textor in sua
Officina. Fauores & familiaritates Principum ad hæc
omnia rediguntur, unde non esse vera bona inferunt.
Non magno vterer artificio, ut hoc hominibus per-
suaderem, si mundi varios casus, & dolos cogitatio-
ne voluntarent, vanitates aspernarentur, & ab ina-
nibus cupiditatibus desisterent. Verum ut permulti
eorum cothurnati ut maiores appareant, incedunt,
proque honore ducunt, quod velum vento inflatur,
extendi. Non inficior, quin mihi facile fidem adhi-
beant: at plures futuros, quos licet crebris admoni-
tionibus, vtilibusque monitis adhortentur, summam
tamen felicitatem Principum fauores censebunt ac si
tali robore ac firmitate texerentur, ut à proposito
hauquaquam possent diuelli. Homines decepti &
aberrantes num vident tales familiaritates esse mo-
mentaneas, nihilque certum ac solidum habere: &
qui tutiores esse arbitratur, omnium infelicitatum ac
infortuniorum nexibus implicantur? Firmo iam ad-
hærescere animo, votisque potiri opinantes, omne
ædificium corrui, omnes spes, cupiditates, conce-
ptus ac sententiæ confringuntur, voluptates delen-
tur, omnesque voluptates solo diffunduntur. Sub-
fannat tunc eos mundus & exhibilat: planè tunc do-
los, technas rerumque inconstantiam agnoscunt, in
quæ nullis iactis fundamentis, omnia desideria fœ-
licitatemque reponunt. Heu! quam felices essent, si
Principum honores ac familiaritates amittentes, à
deside-

Hes. 3.

Iosephus
lib. 9. au-
tiquit.

Ecclesi. 1.

desiderio etiam talia possidendi deficerēt. Hæc enim iactura, nullo pretio æstimandum foret lucrum.

Fauorem Principum Terra vera non esse bona.

CAPVT XVII.

Vi attenda mentis acie fauorem & familiaritatem Principum perpendere iacuerique optabit, non magni opinor, hæc omnia pendenda ducet: quantum in libris legamus & aliquando nostris oculis intueamur, plures homines magno fauore prosequutos, his omnibus familiaritatibus indignos, & quamplures depressos, quorum memoria iacet in tenebris, magnis tamen honoribus ac dignitatibus dignos, qui autem ad eas tendunt & aspirant, nullæ iacturæ illis vertitur quantum non possideant. Multa verò amittunt Principes, quippe ab his nullam vtilitatem sciunt depromere. Unde liquido apparet, insignes homines, nullo statu valore aut nomine coram Principibus habitos, sapius eorumdem Principum infelicitatem esse, quam ab eorum gratia, aut fauore pulsos. Cur igitur Regis cælorum obsequiū, qui iustus est, ac misericors, terræ Regibus postponitur, qui sapissimè in suppliciorū ac præmiorū portione insolentes damnant reusque; fauent, aliorum meritorum eos hæredes constituentes. Non inquam, tales ab obsequio Principum desistere debere, sed Deo seruire ac morem gerere non cessent, neque in familiaritate felicitatem collocent, quoniam chariorū mercaturæ pretio, minimi verò est valoris. Ad hæc plerunque homines reddit insolentes, superbos & obæcrosos. Quemadmodum nonnullis euenit, qui curi in loca præcella, & eminentia conscendere, deorsum intuentes a vilu deficiunt, lumenque oculorum amittunt. Idem pluribus ad fauoris & honoris mundi apicem ascendentes, qui cum in alios quos infimos arbitrabantur intuentur, obstupescunt & oculorum mentis lumine priuantur. Expeditius est huiusmodi fauores & familiaritates flocci facere, oculosque ad Deum, non ad mundum deflectere. Nam in Deo rectè figuntur ac locantur, in mundo autem vacuantur. Ait Salomon in Ecclesiaste, *Vidi cuncta quæ sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas.* Ac si diceret: Oculos in ijs quæ sub cæli concauo fiunt, conieci cumque omnia sagaciter sum perferutatus vniuersa vacua & vana deprehendi. O Sapiens Salomon explana nobis. Quid? num in terra sunt opera, in gratia facta & ad Deum directa? Quis dubitat? Cum ergo hæc opera vanitates non sint sed virtutis opera, cur omnia esse vanitatem profers? Hoc in loco Sapiens vanitatem appellat id omnè quod vltimò nos beatificat, & vt Deus qui nostrum est summum bonum solidum sit, & à seipso ens habeat, cætera omnia illius respectu vana sunt. Non quod creaturæ quatenus creaturæ non bonæ sint, ac cum Deo comparatæ vanitates existunt neque plene satisfaciunt aut animam implent. Hæc est huius loci quædam interpretatio, in quo Salomon eos obiurgat qui summam felicitatem in huius vitæ rebus locant ac statuunt. Alia est eum loqui de operibus quæ sub cælo fiunt. *Vidi (inquit) cuncta quæ sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas.* Perfectæ virtutes non sub cælo resident sed multò altius peruolant, & cum eo hunc Solem qui alium solem creauit, hunc inquam Solem iustitiæ summum & æternum bonum, qui Deus est altissimus cuius splendor alterius splendoris causa est, penetrant. Loquens Deus

de hoc Sole per Prophetam Malach. ait, *En orietur vobis timoribus nomen meum Sol iustitiæ & sanitas in penis eius.* Ait Eusebius in li. de Præparat Euan-gelica hunc Solem esse verbum Dei, eundemque Deum. Iesus Christus Sol iustitiæ vocatur, quoniam nos accendit & iustificat. Opera quæ Salomon dicit esse vana, ea sunt quæ sub sole materiali resident, ea quæ ad mundum, ad eius honores, fauores, fraudes ac deceptiones diriguntur. Assidet nos mundus & collocat tabulæ fallorum & blandientium desideriorum transtrisque nos exponit quibus perimus, omnèsque cogitationes aut labores fiunt inutiles, nos autem doloribus & angustijs conficimur. Et quantum mundum ventum prosperum puppique fauorem perflare nobis videatur, percaro pretio sua oblectamenta diuendit, nos autem magnis pensionibus honores persoluimus. Holofericum thoracem vili panno duplum mundus elargitur, gaudia tædijs immixta. Contrà verò Deus thoracem ex synthesi pannoque vili confectum dat, serico duplicatum, labores exteriores spiritualibus oblectationibus immixtos. Homines Deo seruientes in alio statu ab eo in quo nati sunt, discrepante remanent. Nam in peccato nascuntur & filij sunt iræ vt ait D. Paulus ad Romanos & ad Ephesios, & in gratia moriuntur. Ij autem qui in mundi obsequio occupantur, & in eo desinunt, in peccato nascuntur & in peccato moriuntur. Et circa mundi honores & diuitias terræ, in morte etiam in eodem statu quo in vita incœpere, remanent. Quæadmodum pistrini rota, aquæ impetu concussa, manè molere incipit, omniq; die non cessat voluere, & in infinitos gyros vertitur. Sero autem triticum teritur, illa vero in eodem statu, quo manè fuerat remanet: pari etiam ratione qui mundo seruit cupiditatis, & ambitionis aquæ impetu agitatur & cõquassatur, à teneris vnguiculis ei seruire incipit, postquam autè innumeros cursus & progressus vitæ transegit, vespertina dierum exitus nocte ingruente, in eodem paupertatis statu cum moritur, quam tempore natiuitatis remanet. Rota est pistrini, quæ mouetur & vertitur, nec mutatur. Hoc indicabat Iob cum diceret, *Nudus egressus sum ex utero matris meæ, & nudus reuertat illuc.* Dicebat se in vterum matris reuersurum, qui est terræ sepultura, quoniam terra nostra mater est, quo sepelimur. Ideò dicebat Salomon in Ecclesiaste. *Omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt & in terram reuertuntur.* Narrat Titus Liuius in 1. Decade, cum rogaretur Delphicum Oraculum in fauorem filiorum Tarquinij Romanorum regis, quis prior Romæ esset Imperaturus, & dominaturus? responsum est. Qui prior matrem oscularetur. Omnes itaque ad locum quo mater erat properarunt, ad inuicem eam osculandi gloriam sibi præcipiētes. Iunius Brutus qui illic intererat, in terram prostratus, sese extendit, eamque osculatus est, dicens Romam esse moderaturum liquidem prior ad matrem, id est terram, osculandam extiterat. Hæc terra est, quam Iob matrem appellat, dicens ex illa nudum egressum esse & in eam nudum reuersurum. In libro septem donorum scribitur & refert Anthon. in quart. parte Theolog. cum Magnus Babylonis Sultanus animam esset exhalaturus ad finem vergere perferens, iussit vt sarcophagus per orbem deferretur, ante quem Præco proclamaret, vnumquemque certiorum esse Magnum Sultanum & ditissimum Principem nihil ex hoc terrarum orbe, ex opulentissimis suis diuitijs præter hunc miserum sarcophagum in quo erat sepeliendus deferre. Cum itaque qui mudo seruiūt in celsis desiderijs locati, honores & diuitias familiaritates, fauores magnasque dignitates perquirentes, quantum

Malac. 4.

Rom. 5.
Ephes. 5.

Iob. 1.

Ecclesi. 1.

D. Anto.
quart.
part Theolog.

hæc

hæc omnia assequantur, cum intereunt inuiti amittunt, & plerumque antequam moriantur: præterea quod sint omnes diuitiæ fluxæ & mutabiles, secum tamen insolentiam, immoderatum gaudium cæcitate, & alia mala solent ducere, quis est quin videat hæc omnia inter vera bona numerari oportere. Falci virtutis manū admoueamus, Deo seruiamus, eius gratiam & fauorem perquiramus. Etenim Rex est qui magna munera & remunerationes potest elargiri.

D. Anto.
in 5. part.
Theolog.

Narrat D. Anton. in 5. parte Theolog. Cum quidam hero seruiret, in grauiſſimum lapsus est morbum, cui dixit herus. Quidquid volueris pete, libenter enim erogabo: alter vero petens vt ab hoc morbo eum liberaret, respondit. Hac in re tibi præsto esse nõ possum, solus Deus illud potest exequi. Tunc dixit Ægrotus. Quoniam Deus me ab hoc morbo potest liberare, illi soli seruiam: quod & præstitit. In Deo spes nostra ponenda est, non autem Principibus insumenda. Ad hoc nos excitat Propheta Regius Dauid dicens, Nolite confidere in Principibus nec in filiis

Psal. 145.

hominum in quibus non est salus: Et Propheta Ieremias, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit

Ierem. 17

carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Et paulò inferius ait, Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et D. Paul. ad Heb.

Hebr. 10.

Habentes itaque fiduciam in introitu sanctorum &c. Qui confidunt in fauore Principum anchoras in spumam maris iaciunt, quas fluctus & vnde statim rapiunt: qui autem Dei fauorem scrutantur, qui vera est familiaritas firmas anchoras in terram firmam cæli defigunt, vbi rectè tutas & collocatas existimant. Linquamus igitur honores, diuitias, mundi que familiaritates, quæ inconstantes sunt & mobiles, altissimumque Deum quæramus, qui nec commouetur, nec commutatur, nostrumque summum bonum est.

Et quamuis hoc aliquomodo perdifficile ob nostram imbecillitatem deprauatosque mores videatur (malum enim facilè in stuppas accenditur, bonum autem lignum viride offendit) nihilominus timorem, terrorem ac formidinem quam virtutes incutiunt, maioris esse quam labores, quos ad hæc omnia adipiscenda patimur: multò satius est vt aduersus propriam voluntatem nitamur. Nam vt ait Redemptor noster apud D. Matthæum. Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiant illud.

Matth. 11.

Ostendit Præceptor, patriæ nobilitatem non esse verum bonum.

CAPVT XVIII.



Atenus ostendi fauorem Principum nec solidum nec verum bonum esse, nunc nobilitatem patriæ, de qua mentionem fecisti, aperiam. Quid illud sit ignoro: sed tamen frequenter video homines ex fertili solo & vberissimo oriundos sese iactare, à celebribus & copiosis ciuitatibus, in locis salubribus sitis, suauibus & moderatis climatibus cælique influentijs, vbi nati sunt, viri præstantes, cum virtutibus, cum literis tum etiam armis nati sunt & imbuti. Fertior ac vberior totius vniuersi regio fuit terra Promissionis, cum de illa dicat sacra Scriptura lacte mellèque fluentem esse, & ex insignioribus celebrioribusque totius mundi ciuitatibus, fuit Ierusalem, in cœnijs turribus & propugnaculis circumornata & vallata, vt ait Iosephus in 6. libro de

Nam. 13.
Daut. 8.

bello Iudaico: terræ Promissionis caput fuit & metropolis, cæterisq; nobilior. Eam vocat Ieremias in prima lamentatione Dominam Gētium, Principemque Provinciarum. Fuit mater Patriarcharum Prophetarum, Apostolorum, in ea nati sunt & elati complures viri illustres cum veteris tum etiam noui Testamenti. Deinde verò ex hac Ciuitate nati sunt, Iorã Ochozias, Achas Manasses, Sedechias, alijque pestiferi homines ijs similes, multiq; idololatræ, Sanctorumque persecutores Prophetarumque occisores. Ita vt loquens Iesus Christus de hac ciuitate, dicat apud S. Matthæum. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui te congregare sicut gallina congregat pullos suos, & noluisti. Quid multa? nisi in hac ciuitate Pharisæos natos esse gentemq; pestiferam & truculentissimam, homines perditos nefarios omniorumque vitiorum spurcitie fœdatos, qui verum Messiam persecuti sunt, innocentem Agnum necarunt, & verum nostrum Deum inauditis iniurijs & horribilibus supplicijs crucifixerunt. Ad hæc, Apostolos persecuti sunt. Et cum Deus sit misericors, eos quorundam annorum spatio ad pœnitentiam, & conuersionem expectauit, cum autem eos vidit nolle pœnitere, sed in impietate malitia pernicacia & obstinatione profectui, passus est eos destrui, antiquamq; & affluentem ciuitatem Ierusalem dirui ac solo æquari, vt ex illa Vespasianus & Titus eius filius triumpharint, vt narrat Suetonius Tranquillus, Baptista Egnatius, Paulus Orosius & alij complures. Et ait Orosius à Roma condita ad suum vsque tempus in ea centum & viginti Triumphos fuisse partos, nec vllus eorum pater & filius vna triumphum quam in hoc celebrarunt, quo duo Principes pater & filius de Iudæis triumphabant, omnes currui triumphali assidentes. Et ratio cur Deus patrem & filium ab ijs triumphum reportare permiserit, erat quod Patri, & Filio, non crediderant. Intuere quæso, incolas Hierusalem, ciuitatis totius orbis in fide, sanctitate literis, armis & in quouis nobilitatis genere celeberrimæ. Et è contra in Babylone confusionis & idololatricæ terra natus est optimus Zorobabel, Iustus Iosue, filius Iosedech, diuinus Propheta Aggeas alijq; egregij & eminentes viri, de quibus scriptura mentionem facit, præcipuè in primo libro Esdræ multisque alijs in locis. Mallem meam patriam per me cognitam esse, quam memet per eam agnosci. Si per meipsum non splendo ac elucesco quem splendorem mea patria potest afferre? Multò æquius est, hominem ob peruersam patriam dedecore affici, quàm si deprauata flagitiosaq; vita dehonestaretur. Quidam Anacharsim inuehens vilitatemque patriæ obiurgans, ait Laërtius lib. 1. eum respondisse, patria mea mihi iniuriam infligit, tu verò tuam iniurijs afficis. Et in quinto libro ait, Aristotelem cuidam sese iactanti quod ex nobili ciuitate ortus esset, respondisse. Parui pendenda duco, ex optima patria originem ducere, multò autem magis est de illo esse benemeritum. Hugo de S. Victore in Didascalii, ait eum multum esse delicatum & mollem cui dulcis est patria, fortissimum verò, qui totum terrarum orbem ducit patriam, eumque esse perfectum, qui omnem terram haberet pro exilio. Nescio quorsum tantopere homines patriam commendent, cum passim videamus in ea minus æstimatione haberi. Sic ait Iesus Christus Dominus noster in patria, Nemo propheta sine honore, nisi in patria. Quot in hoc terrarum orbe reperiuntur, qui diu nauigant, prospero vento fruentes quos, quamprimum terram appellant mundus subsannat? In mari malaciam, omnem autem pro-

Matth. 23

Matth. 13.
Marc. 6.
Luc. 4.
Ioan. 4.

cella-

cellarum rabiem in terra comperiunt. Honoribus in alieno solo afficiuntur: in patria verò ab omnium cognitione, atque memoria delentur: imò vsu potius euenit, in patria quod alijs in locis sunt consecuti, perdere. Magnus Hannibal in Hispania magnas victorias sibi parauit, Alpes penetrauit, quas Polybius fortia Italix mœnia appellat, maiorem illius partem subiecit, pluries acie disposita Romanos deuicit, & ob mirandam victoriam quam in Cannensi prælio est assequutus, spem Romanorum confregit: dehinc verò in patria victus & ludubrio habitus fuit, quæ erat Carthago, vt copiosè narrat Polybius, Titus Liuius, & Eutropius. Attamen (inquit Discipulus) patriæ amor ita vehemens est, vt homines ad eam remcandi, haud possint cauere, cum in aduenis regionibus mentionem faciunt, quanuis se honoribus & incrementis auctos videant, & qua existimatione in patria sint habituri. Auicula carduelis in cauea cõclusa, vbi esca & quæcunq; necessaria illi suppeditantur, quâuis blanditijs & amore demulceatur, caput tamen per caueæ fissuras ponit, vt an aditum ad fugam & libertatem possit deprehendere experiatur, eamq; tædet carcere detineri, vt ad patriam, quanuis triste ac opacum nemus, peruolet. Sic homo qui in alieno loco commoratur, licet inter pietas, domos affabrique elaboratas habitet, omnibulque rebus ad vitam necessarijs affluat, amor tamen patriæ, vt in ea solatâ paupertatē perquirat, quam in alijs omnigenâ voluptates, gaudia ac exuberantes facultates, impellit. A te accepi cum alienas terras peragrare, in Lusitania esse optabas, & ex te audiui, quod patriâ in qua natus es, commendabas, eam vocans inexpugnabilem, cello loco sitam, pulchri ditissimique aspectus inter duo præterfluentia lympidissimæque flumina sitam, cum innumera pulcherrimorum fontium pulchritudine, omni pomariorum genere vallatorum, qui locus aliàs Conca Iulia vocabatur, nunc vero Couillanum. Et mirum est nunquam hominem de patria loquentem audiuisse, quin ad eam deditissimus, & flagrantissimus appareat. Hoc indicauit Homerus in Odyssea, vbi narrat immensos labores quos Vlysses à Troiæ dirutione, donec ad Ithaquam propriâ patriâ remeauit, perpeffus est, quæ erat sterilis Insula inter inuias & inhospites rupes collocata, quo loci fuerat enutritus. Hæc erat patria, propter quam ita amarè suspiria emittebat, magnæque pericula, atque discrimina exaltauit, eam totius vniuersi diuitijs anteponebat. Vis amoris patriæ ita magna est, eiûsque memoria suavis, vt quiuis labor, quem pro ea sufferre valeremus, nobis periucundus videatur. Hæc in re nullum dubium est. (inquit Præceptor) Loquens Deus Ismaëlitis, narrat Hieronias in 7. capite eos admonuisse vt virtutem sectarentur, pollicitusque est se cum eis in terra propria loquuturum. Ait Hieronymus hoc in loco Deum eis promississe, in patria mansionem esse facturos, cum amor quo quisq; eam prosequitur natura sit innatus, cum ea nihil dulcius aut suavius esse possit. Diligunt volucres nidos, feræ spelûcas, pisces, denique omnia animalia in natiuitatis & alimenti locum amore capiuntur. Hic amor Atheniensem Codrum vt pro patria occumberet, impulit: quoniam ferebat Oraculum, in quem Gentiles fidem adhibebant, Athenienses victuros, dummodo Codrus Rex in prælio interiret, occidere decreuit, vt sua morte patriæ vita restitueretur. Verum vt aduersarij responsum oraculi quodammodo non ignorarent, iusserunt ne quisquam eum interficere auderet. Cuius rei certior factus Codrus ornamenta regia deposuit, habitumque abiecti militis induens in mediam hostium aciem & exercitum irrupit, quid-

quid in occursum obijceretur ferro discindens, ac enectans, viridèsque campos, in numerosorum occisorum sanguinem commutans, sese inimicorum telis vltro citroq; obijciens, nequaquam ab eis agnitus, est interfectus. Eodem modo narrat Valerius Maximus, Marcus Tul. in prima Tusculana. D. Anthon. in prima parte historia. Hic amor patriæ duos Decios, vt pro illa mortem oppeterent excitauit, ob eam Genifius Cyppus perpetuum exilium elegit. Flavius Valerius ab Imperio se abdicauit, & Mutius Sceuola omnem vitæ spem abscindere voluit, vt Porfennam crudelem Romæ inimicum vita priuaret, & Marcus Curtius, horrendo lacu, & hianti abyssu contegi, & Filenus, terminos vitæ amputare, vt patriâ & amplificaret & dilatarent. Multos silentio prætermitto, qui ob decus patriæ, grauissima discrimina & labores lubiere, quorum memoriam nulla vnquam delebit obliuio. Eorum patria iam diruta est, ciuitates in cineres redactæ: at præclarorum facinorum fama, quæ ob amorem patriæ gesserunt, sempiterna est. Ac verò nihil ad rem istud facit, vt probeur homines ob patriam honore affici, imò ob illos patria: ad hæc nobilitatem patriæ verum esse bonum. Si enim esset, possessores bonos redderet: videmus autem ob multorum virtutem ex nobilitata patria, multos ob vitia infames oriri.

Mar. Tul.
in 1. Tuf.
D. A. nto.
in 1. part.
hist. or.

Authoritas Platonis resellitur, vt probeur verū splendorem non ex patria gloria, sed à vera virtute dimanare.

CAPVT XIX.



On hoc inficior (inquit Discipulus) negari autem non potest, patriæ situm, aërem, cœli & clymatum temperiem, alio loco, quam alio esse meliorem. Homines terris frigidis nutritos agnosco, iucundos, & hilares, quos natura ipsa comites, benignos bonæque indolis & optimi iudicij esse comperies: alios autem ex locis maritimis, vt ex omnibus maris qualitibus componi videantur, cum vndis & procellis, propter proximitatem & vicinitatem vbi nati sunt. Alios verò locorum siccorum & aridorum, natura ipsa & humoribus ita exsuccos, ac ipsa regio, ita rudes & agrestes, ac loca, vbi alimenta luxere. Et arbitror Platonis autoritatem non aberrare à proposito: nam memini te audiuisse, inter cetera de quibus gratias Deo ageret, vnum esse, quod Thebis nõ esset natus neq; alicubi, nisi Athenis loco, tunc temporis totius vniuersi celeberrimo ædificijs, splendido, artificiosè propugnabili, mercatoribus, mercimonijs negotiatione commercio, quarumcumq; nationum opulento, bonis literis, bonisq; moribus affluenti: demum omnium disciplinarum emporio, in quo summè Philosophia effloresceret. Multi homines (inquit Præceptor) hanc Platonis opinionem illudunt, & superuacaneas laudes quas nõnullis ciuitatis Athenarum locis tribuit. At hoc non mirum videri debet. Etenim natura & alimentum, homini in voluntate, talem in patriam affectu creat, talèque inter eam & mentem conformitatem, vt sæpissimè in errorem eam intrudant, & à veritatis via deflectant: laudes & vituperia vnus varijs alia maiori, alia verò minori, dimetientes. Licetbat quidem Platoni, gratias Deo referre quòd esset Atheniensis: sed quòd non esset Thebanus, hoc sanè intolerandum. Nam Thebanus erat elegans ille Poëta Pynda-

Jerem. 7.

Mat. 13.
Marc. 6.
Luc. 4.
Ioan. 4.

Pyndarus, cuius stilum Horatius tantoperè laudat, ut ne quidem posse imitari asserat. Famolissimus ac celeberrimus Hercules Thebis natus est, & enutritus, cuius valor tantæ fuit admirationi ut quiduis formidandum ex alio posset concipi, aut existimari, superauerit. Epaminondas illustris Princeps, eximius Philosophus & Strenuus Dux Thebanus fuit, qui Lacedemonios in iustitia, virtute animique magnitudine indefessisque brachijs confusus, debellauit, quæ intestino odio & horrore, quo meritò hostes prosequabatur, ducta, præclaris & formidandis facinoribus perfungebatur. Quauis autem victoria potiretur, & è seruitutis iugo patriam assereret, in hoc tamen prælio interiit. Qui clypeum adhuc integrum, inimicos autem contractos, disruptos & deuictos conspiciens ait, Nòdum meæ vitæ finis est, at præclarum initium: nunc nascitur vester Epaminondas, cum tali gloria occumbat. Eo pacto referunt Valerius & Plutarchus. Quid igitur Platoni proderat grates Deo persoluere quòd Thebis natus esset, cū in ea vrbe viri eminentissimi nati essent, quorum doctrina, vis & inuicta magnitudo nomen innumeris linguis, variisque nationibus æternitati consecrarunt? Sic Thebanorū ciuitatem Plato deprestit, ac si hincinde nullus vnquam vir insignis ortus fuisset, Athenasq; tantis laudibus extulit, ac si tantum illinc optima ingenia & celeberrimi authores nati essent: quauis re vera eorū plurimi aliunde ducant originem. Priscus Homerus, de quo Iosephus in libro aduersus Appionem mentionem facit sua scripta omnium Græcorum scriptis esse antiquiora, multis antè annis ante Romam conditam, ut refert Eusebius in sua Chronica, & testatur Cornelius Nepos & perspicuè colligitur ex Eratosthene, Aristarcho, Philocoro, Apollodoro, Herodoto, fuit Poëtarū Græcorū sine controuersia Princeps. Qui quidem cum tam præstans ac eximius poëta extiterit certum est non Athenis natum esse sed ex insula Io, ut ait Aristoteles, etiam si nonnulli eum natione Merniensem faciunt. Alij alijs locis eius natiuitatem tribuunt, plures enim in his vnde oriundus esset, contendere, quisque illorum ad se vendicans, ut eleganter dicit Cicero in Oratione pro Archia poëta. Aulus Gellius in tertio Noctium Atticarum, Rauisius Textor in Officina. Narrat Plutarchus Alexandrum Magnum tanto amore illum prosequutū, ut in eius Iliade cubilis requiem capturus, obdormiuisse dicatur. Vnde apparet Homèrum non tantum ob patriam honore fuisse affectum, at multi per eum. Pythagoras Samo natus est, non autem Athenis. Democritus Abderæ, Anacharsis Scythæ, Bias Prienæ, Aristoteles Stagyræ, Theophrastus Lesbo, Hippocrates in parua Insula Coe, cum Phydia, & Apelle, alio Medicorum Principe, alio Sculptorum, vltimo verò pictorum. Hæc de Græcis. Deinde præstantes Latini authores, quibus Roma velut totius orbis caput gloriatur, nunquam ex ea nati sunt. Marcus Tullius, qui Latinam Philosophiam illustrauit, totūque terrarum orbem dicendi vbertate, summaq; facundia rapuit, fuit Arpinas, Titus Liuius cui inter Historicos dicendi vbertatis stilique maiestatis laurea tribuitur quam D. Hieronymus in quadam epistola fontij lac appellat, Papiæ natus est. In Ascoli, humili loco Italiæ, natus est Ventidius, qui Romam carceri mancipatus & captiuus ductus est, postea vero Consul: & aduersus potētissimum ac bellicosissimum Parthorum Regem à populo Romano missus, qui ob recentem victoriam quam in Romanos fuerat consequutus, ampullabatur, cum in acie deuicit, filium interemit, omnemque exercitum dissipauit: eo pacto, qui aliàs Romam victus fuerat in-

gressus in ea victor triumphauit, carceres captiuus oppleuit, insignique gloria ab æferis bellicosisque Populi Romani hostibus trophæa reportauit. Huius historiæ authores sunt Aulus Gellius lib. Noct. Atticar. & Petrarchus de remedijs in aduersam fortunā. Quod huius tēporis Romæ in numismate ostenditur, in quo idem Ventidius in curru triumphans cælatur, quod Parthorum erat stemma. Ad eò magnum viro- rum illustrium numerum adducere non dubitauit, qui nunquam ex Athenis fuerunt, præcipua inter Græcos Ciuitate, nec ex Romæ inter Latinos nobiliori, & copiosiori extitere, ad Platonis auctoritatem conuellendam. Romulus in syluis fuit enutritus, qui Romam construxit. Catilina verò è Romæ visceribus factus est, proprijsque eius vberibus lactatus, qui tamen in eam, solo æquare ratus, coniurauit. Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum: Nec Hercule (inquit) si ego Seriphus essem, ignobilis essem, nec tu si Atheniensis esses, clarus vnquam fuisses. Ita refert Cirero in libro de senectute quauis Plutarchus in Apophthegmatibus alio modo referat. Hic egregius vir voluit indicare, gloriam nec in patria, nec in parentibus, at in virtute, gloriosisque rebus gestis consistere. Quā obrem sequitur hoc non ad rem multum conferre esse Atheniensem, & Platonem hoc in loco potius affectu, quam Philosophia titillatum loqui. Sin autem ab eodem Platone perconteris cur Athenienses Themistoclem tunc Græciæ lumen exilio pepulerunt, responderet hoc malitia, & inuidia esse factum. Athenienses virtutis inimici ab his etiam duabus imperfectionibus inuasi etiam eximium Oratorem Demosthenem exularunt, à quo beneficio singulari præmio digna receperant. Et sapiens Aristides cognomine Iustus, qui ut Plutarchus in eius vita refert, cum ad exilium pergeret manus ad cælum erexit, Deum obsecrans atque obtestans, ut Atheniensium negotia ita prosperè succederent, ut nunquam Aristides in memoriam occurreret. Quid multa? Præstantem Socratem eiusdem Platonis & Xenophontis Præceptorem aliosque insignes viros accusarunt, eumque iniuste ad mortem damnarunt, & quoad situm in eis fuit eius honorem oppugnarunt, funditusque famæ gloriam deleuerunt. Quod infracto alacrique vultu passus est, ut narrat Plato in Dialogis, Xenophon in Apologia, & in libro de dictis, & factis Socratis. Quibus in locis hi duo discipuli ex ima obliuionis abyssu eum voluerunt extrahere triumphantemque mortis famam tempore, quod de vita triumphat, inuito, æternitati commendare. Hæc fuerunt Atheniensium opera, quibus famam foedarunt, infamiamque patriæ inusserunt Verum enimvero, narrat Græci authores, & refert Pierius in Hieroglyphicis, eos habuisse agrum vocatum Ceranium columnisplenum, quas ad eorum decus, pro patria mortem oppetentium erigebant, cum inscriptionibus prælium in quo vnusquisque illorum interierat, explanantibus, præclaris facinoribus & rebus gestis, quibus fuerant insignes, ut etiam si eorum vita consumeretur, memoria tamen posteris conseruaretur. Quemadmodum licet templum humi concidat, si duri marmoris integra columna pedibus adhuc stet, templi altitudinem representat: sic licet vitæ ædificium corruat, si famæ columna integra supersit, ea tamen vitæ nobilitas & altitudo dimetitur. Æterna enim fama prætereuntem vitam representat. Verum nec hæc columnæ quas Athenienses vitis insignibus solebant erigere, ad memoriam gloriæ conseruandam satis superq; erant: nihil enim ex his hodie reperiretur, nisi historiarum scripta

Mar. Tul.
Cicero in
orat. pro
Archia
Poëta.
Aul. Gel.
3. noct.
Atticar.
Rauisius
Text. in
Officin.

Cicero
2. de
Histo
quid

scripta diligenter asseruassent. Hæ sunt veræ columna, quæ famæ æternitatē fulciunt, illæ sunt quæ à tēpore consumpta, & deperdita conseruant, & hominū memorię cōmendant. Quemadmodum ventum quātum perflat, sentimus, at retineri atque seruari nō potest: sic gloriosarum rerum gestarum fama & memoria, quoad tēpus durat, quo factæ sunt, remanet: si autem nullus eas scriptis redigat ex seipsa nullomodo poterit sustineri, aut conseruari. Historia (vt ait Marcus Tullius in 2. de oratore) testis est temporum, lux veritatis, vitæ memoria vitæ magistra, antiquitatis nuntia. Quicumque notatu digna inuestigandi desiderio flagrabit, animum acuere, iudiciū elimare, mentem expurgare pollere iudicio, magnam ad seipsum regendum acquirere prudentiam, sapissimè historiam perlegat ac cuoluat. Quamobrè dicebat Zeno Philolophus, qui sapiens & virtute præditus fieri aueret, cum mortuis deberet conuersari, hoc est, maiorum dictorum & factorum historias lectitare. Florū nō erat nescius imperator Tacitus cum iussu Cornelij Taciti historiam transferri, & publicis Bibliothecis adscribi: edictōq; sanxit, vt quotannis bis describeretur, vt ea cominodè omnes vti possent, & emolumentum atque utilitatem expiscari. Ita narrat Flavius Vopiscus & refert Crinitus in suo 4. libro de honesta disciplina, vbi historiarū utilitas plenissimè comprobatur. Cum itaque quod singulis diebus vsu intuemur patefaciat, nōnunquam ex celebribus ciuitatibus homines viles infamatos & deprauatos nasci: & ex locis infimis & abiectis, viros illustres integros & celebres: perspicuum est veram nobilitatem inter vera bona non esse numerandam, neque utilitatē esse patriæ. Non enim æquum est vt nobilitatis patriæ obscuritas & egestas fama splendorem & gloriam, præstantiūque virtutum merita obducant.

De Athenarum, & quarundam Romæ antiquitatum dirutione.

CAPVT XX.



Ortallus (inquit Discipulus) Plato laudem Athenis tribuens, potius tanquā amore patriæ victus loquitur, quam eius qui rationis oculis iudicat: nō tamen negādū est Athenas omnium Ciuitatū totius Græciæ fortissimas & pulcherrimas extitisse. Maximè (inquit Præceptor) sed quō tūc temporis redacta vrbs est, quō splendida, sumptuosaque ædificia deuenere? Quid de illius Academia, tanto opere in orbe celebrata vbi eius ostentationes? Nihil hodie superest ex Athenis, nedum minimum vbi sita fuerint vestigium. Attamen cum quodam Græco locutus sum, qui in nauī quadam Venetorum erat nauclerus, homo sapiens & peritissimus, qui longinquas terras peragrarat, qui retulit mihi eundem locum vbi Athenarum ciuitas fuerat collocata, percurrisse, cuius adhuc quædam dirutiones atque antiquitates apparebant, sed parui momenti, quo in loco hodierna die humile agricolatum tugurium erat: & in eo ipso loco, quo antiquitatis exquisita compita & aræ vici, splendidaque antiquæ Ciuitatis ædificia cernebantur, tunc temporis agrī restibiles, compascui, & palustria loca, apparent. Omnia vetusta consumpta sunt & diruta. Functum est tempus officio suo more, omniāque falce resecauit, ac si nunquam extitissent. Omnia tempore prætereunt, tempūque ipsum labitur, si per illud perpendamus. Hoc docuerunt antiqui, cum tempus indicantes colubrum pinxere, serpentem neque sentientem, semperque se circumuoluentem,

quoniam tempus labitur neque sentimus, continuoque mutationibus atque varietatibus properat. Eo modo hanc antiquitatem interpretatur Cyrilus in suo libro nono aduersus Iulianum Apostatam. Quæ ciuitas tam à temporis varietate immunis, quæ diu in æternitate, aut esse, queat subsistere? Memini cum Romæ essem, infinitis laboribus à mea conditione alienis grauatus, de illis diebus quibus meis curis gaudia interposueram, egressus sum, vt antiquitates, quarum admodum fui sollicitus, indagarem. Montem Palatinum conscendens, vt an vbi olim templum Apollinis fuerat situm pernotarem, quod Suetonius Tranquillus ait Iulium Cæsarem hoc in loco erigendum iussisse, aliudque quod Lempridius ait Heliogabalum construendum curasse, vbi dijs sacrificia immolabat, supremum montis iugum petij, ibique quodam temporis spatio steti, cogitatione voluens quo pacto aliàs hoc in loco Roma sita fuerat, vna cum Imperij fide, quæ omnia erant depopulata & diruta. In hoc monte, prima fundatio Romæ fuit, & vbi Reges, tum Consules & Imperatores sedem locarunt, nullum tunc temporis humanum est domicilium. Omnia nemoribus plena sunt & sylustribus atque agrestibus arboribus inter quas parietinæ ac rudera cernuntur, quæ sane cella & superba palatia aliàs illic collocata indicant, quorum nihil præter has dirutiones superest, quibus nonnullis adhuc in locis pristina magnificentia & sumptuositas potest discerni: & hic locus vbi mundi monarchæ habitabant, loco passus hodie brutis animantibus relinquitur. Postquam igitur omnem montem perlustravi & attentiſsimè sum perſcrutatus, oculos in Capitolinum montem & Auentinum conuertit, & alicubi obtutus penetrabat, omnia diruta, depopulata, & solo æquata conſpexi. Capitolium quod Marcus Tullius Deorum habitationem appellauit, vbi erant Tempa Iouis, Minerue, Martis, Fidelitatis, Herculis statue, Scipionis & Fabij Maximi, & quamplurimorum aliorum nunc in monasterium S. Francisci verſum est, vbi antiquitus erat Imperatoris Octauiani Augusti palatium, & quædam malè materiæ domus, quo Ciuitatis Municipales, vt de rebus ad onus spectantibus agant, congregantur. Et ne illa planities quæ in medio est, penitus depopulata & vacua remaneret, his elapsis annis statua ænea est erecta, quæ montis erat Celij, quæ Marci Aurelij Imperatoris esse asserunt. Ammianus Marcellius in 22. libr. asserit, mirabilius quod vnamquam in terrarum orbe fuerat Capitolium extitisse, vnde Roma potentiam ostendebat, & Cassiodorus in Edicto Regis Theodorici ait, in Capitolium conscendere, hoc erat res hominum ingenia exuberantes intueri. Quod de illo scriptores dictitant cernere, illūq; rebus gratis nostræ coequare, hoc sanè cor intellano dolore confodit. Ex tredecim columnis quas refert Pōponius Letus imperator Domitianus inter montem Palatinum & Capitolium iussit construi, tres tantum restāt, quæ cum peruetustæ sunt, imminentem ruinam minitantur. Quauis Bartholomæus Marlian. dicat, ex octoginta quas Imperator Caligula iussit erigere, superesse, sub quibus porticum ex marmore construxit, qui ex præstantioribus elegantioribusq; totius orbis ædificijs fuit. Illud sanè tunc visu perhorrendum videbatur, nunc autem dictū incredibile. In eodem loco, in quo vorago fuit aperta, vbi sefe nobilis adolescens Marcus Curtius equo assidens iniicit, pulcherrimis & exquisitissimis armis cataphractus, ei omni salutis spe, vt salutē Reipub. præsto esset, sublata, vt vrbs contagio quiesceret, illius lacus nulla supersunt vestigia, indicia, inscri-

ptio, aut memoria, præter eam de qua Titus Liuius libro septimo Plutarchus in Parallelis, Procilius, Marcus Varro, & post eos Sabellicus 8. libro, & Bló-
 dus lib. 2. de Roma reſtaurata mentionem faciunt. Aſ-
 ſpexi ceſſum Coliſeum, antiquitus Amphitheatrum
 vocatum, à Veſpaſiano conſtructum, quod quidem
 adeò fuit arduum elegans & ſuperbum, vt tunc tem-
 poris eius etiam dirutiones appareant. In memoriam
 reuocauit Scauri Theatrum trecentis & ſexaginta co-
 lumnis, & tribus millibus æneis figuris conſtans, vbi
 octoginta millia hominum diſponebantur, vt ait Pli-
 nius, cuius mentio facit Alexander ab Alexandro in
 quarto libro: cuius Theatri, neque veſtigium, neque
 memoria cernitur. Ad portam ſanctam Mariam, no-
 uam reſpiciant, vbi quondam Tempus Æſculapij
 & Concordiæ fuere ſita, quorum quidem nec mini-
 mam reſtare notam animaduerti. Non longe ab hinc
 vidi Templi Pacis dirutiones, aliudque altiſſimum &
 ſplendiſſimum templum, vbi Veſpaſianus Impera-
 tor eiſque filius Titus, Hieruſalem ſpolia depofue-
 re, vt narrant hiftoriæ, & reſect D. Hieronymus in
 Prophetam Ioel, plura etiam ædificia vidi, ſemidiru-
 ta & di nudata, quorum Andreas Fuluius in lib. de an-
 tiquit Roma. Blondus, Marlianus, & cæteri faciunt
 mentionem, quorum etiam nonnulla apparent veſti-
 giatalia ita ſunt conſumpta, alia verò impari omninò
 forma permutata. Nam S. Angeli Caſtrum, olim A-
 driani ſepulchrum vocatum, quoniam ab eodem Im-
 peratore fuit conſtructum, vt illic ipſe poſterique eius
 ſepelirentur, nunc eſt locus crudeliſſimus carcerum
 vbi homines grauiſſimis rei facinoribus ac crimini-
 bus detinentur: Ita quod pro mortuorum quiete fa-
 ctum fuit, nunc in inquietum viuentium carcerem
 conuertitur. Has itaque demolitiones contemplan-
 ſ, cogitatione volutauit, quam antiqua eſſent, hæc ædi-
 ficia, has inexpugnabiles turres ceſſas, & arduas co-
 lumnas, formidandas ſtatuas, hos vanitatis plenos, iu-
 dicio hominum ſuperbos triumphales arcus, elegan-
 tia templa, ſumptuoſa palatia pernotabam, quam fir-
 ma & promiſſores gratiæ, quæ tamen ceciderant,
 deſecerant, & corruerant, nihilque terrenum eſt, quod
 non pari paſſu ambularet. Inde ad laborem meorum
 cogitationum inuolauit. cogitabamque ſiquidem alia
 quæ videbantur eſſe æterna peribant, ſic ij quantum-
 uis ardui & improbi tandem aliquando finirent. Ve-
 rum hæc ſpes tantum virium non habuit, quin cum
 ea quædam triftes ſolatijs & quietis ſolitariæ recorda-
 tiones quibus alias fueram perfunctus, & laboris in-
 quietudinis quem patiebar me obreperet memoria,
 quæ omnia lacrymis meos oculos madefecere. Cum
 itaque quodam temporis ſpatio nonnulla horum co-
 gitatione volutaſſem, cum Sol denſis tenebris obuol-
 utus intempeſta nox immineret, ab hinc ſeceſſi:
 & cogitabundus gradiebar, cum terrenæ ciuita-
 tes vetuſtate marceſcerent & ſqualore conficerentur,
 & cæleſtis eſſet æterna, non iam opus fuerat ex ci-
 uitatibus momentaneis oſtentatione inſoleſcere, ſed
 ad æternam aſpirare. Tunc in memoriam dictum
 Dni Pauli reuocauit: *Non habemus hic ciuitatem*
permanentem, ſed futuram perquirimus. Magnum
 fuit Romæ excidium (inquit Diſcipulus) at falſorum
 deorum loco ethicorum tempora alia Chriſtianorum
 ad verum Dei cultum maiora, multoque præſtantiora
 fuere inſtaurata. Aſſerit Andreas Fuluius libro de an-
 tiquitate Romæ tempore Imperatoris Conſtantini
 pluſquam trecenta mille Tempus fuiſſe, quam aliorum
 hoc tempore ſplendescunt, alia vero vetuſtas eſt de-
 molita. Idem Imperator Templum Saluatoris, quod
 nunc S. Ioannis Lateranenſis vocatur, iuſſit conſtrue-
 re, in monte Celſo ſitum, in quo viſu ipſo Saluatoris

D. Hiero.
 in proph.
 Ioel.

Heb. 19.

imago apparebat, cum D. Silueſter imperatorem in
 conuentu populi Romani conſecrauit, quæ imago
 etiam tunc temporis cernitur. In hoc templo, menſa
 eſt in qua Ieſus Chriſtus Redemptor noſter in vltima
 cæna cum diſcipulis ſuis cænauit, induſium quod
 glorioſa mater eius, cum pueriſceret cõfecit, linteus
 quo in cruce fuit præcinctus, arca Teſtamenti, quam
 Titus Veſpaſianus ex Ieruſalem detulit, capita Apo-
 ſtolorum S. Petri, & S. Pauli, Tunica S. Ioannis Euan-
 gelitæ, multæque alię ſanctæ reliquiæ. In templo D.
 Petri ab eodem Imperatore conſtructo veneranda
 facies eſt noſtri Saluatoris, Lanceę ferrum, quo la-
 tus eius fuit perforatum, & quædam pars corporum
 S. Petri & Pauli, caput S. An. treæ, corpora S. Simeo-
 nis & Iudeę, corpus D. Gregorij Papę, & in templo
 quod vocatur Sancta Crux Ieruſalem, à D. Helena
 conſtructum, quædam maior pars eſt ligni ſanctæ Cru-
 cis, & titulus quem Pilatus iuſſit Ieſu Chriſto im-
 poni, & vnus clauorum, quibus fuit cruce affixus,
 ſpongiaque qua felle & aceto eum potarunt, duæque
 Coronæ ſpinæ. Et ad S. Prædix media pars eſt co-
 lumnæ Saluatoris. Præter has omnes reliquias, in-
 numeræ ſunt aliæ, quæ vidi earumque quamplurimas,
 manibus contrectaui: dehinc vero Lugduni in Gallia
 aliud columnæ medium vidi. Romæ nunc multo no-
 bilior eſt quam Gentilium tempore: tunc enim tan-
 tum corporalibus præerat & dominabatur, nunc verò
 ſpirituale regit & moderatur, tunc corporibus, nunc
 corporibus etiam & animis: tunc Idololatriæ habe-
 bant ſtatuas, nunc ſacrorum Martyrum corpora: erat
 tunc illi Imperator, qui eam regebat, nunc habet ſum-
 mum Pontificem qui eam regit: quiquidem Vicarius
 eſt Ieſu Chriſti, vniuerſalis Eccleſiæ Catholice pa-
 ſtor. Quauis hodie maior Romæ pars vaga ſit & de-
 ſerta, quod tamen incolitur famam & celebritatem
 maiorum & magnificentiſſimarum totius Europæ ci-
 uitatum ſibi comparat. Qui (ait Diſcipulus) hunc
 ſplendorem & magnitudinem poteſt conſeruare,
 cum antiquæ minima tantum ſit pars? Hinc (ait Præ-
 ceptor) cuius fuerat antiquitatis, cognoſces. Eorum
 quæ proſero, teſtis ſum oculatus, nolòque amplius
 tergiuerſari: aut fruſtra his futilibus tricis tempus
 contere. Nam peruicacia, inſiciorum eſt diſcepta-
 tio.

*Quibus modis Antiqui Romani Imperium, & dilata-
 runt, & conſeruauerunt.*

CAPVT XXI.

Romanorum Imperium (inquit Diſci-
 pulus) immoderate fuit immẽſum, ar-
 bitrorque multo ſatius Romanis ob
 quietem & tranquillitatem vſu veniſſe,
 non tantopere Imperialis togæ ſim-
 brias dilataſſe. Quemadmodum humano corpori
 citius expedit mediocri ſtatura cum ſanitate & quiete
 componi, quam maiori cum continuis doloribus
 torminibus atque perturbationibus: ſic etiam mundi
 Monarchæ, Regnum cum virtute quiete, &
 concordia coagmentatum, melius ei eſt qui im-
 moderatius vitijs deprauationibus & diſcordijs di-
 uagatur. Verum vtpote Romani gloriam ad pa-
 triæ libertatem aſſerebant, alienamque ſubijcere:
 ducebant maius bonum quod adipiſci poſſent.
 In augendo Imperio conſiſtere: at vt fortiſſimas
 & ab eorum ciuitate alienatas nationes ſibi para-
 runt, neſcio cur tantas aſſecuti fuerint victorias, tan-
 tumque

tumque Rempublicam & Imperium potuerint fouere & asseruare. D. Augustinus (inquit præceptor) huius rei reddit rationem in quinto libro de Ciui. Dei, dicens Deum illud ob Morales virtutes, quibus fuerant præditi, permisisse. Temperantia, fortitudine, & amore patriæ oblectabantur. Amici opitulabantur, inimicis parcebant, & victoriam ab iis reportare armis, non autem dolis & fraudibus, gloriabantur. Valerius Maximus in 6. libro refert. Cum Rex Pyrrhus bellum contra Romanos gereret, sui exercitus transfuga clanculum & raptim ad Fabritium confugit, qui tunc erat Consul, & Dux Romanorum, ei se mortem Regi veneno illaturum, sub mercedis compensatione pollicens. Quod cum consul cum Senatu diligentissime exploratus fuisset, ad Regem misit, vt à suis caueret, ne veneno eum intoxicarent, se enim armis non autem venenis bella gesturum. Marcus Tullius in 3. Officior. ait. Fabritium, proditorem ad Regem misisse, quod à senatu fuit laudatum & maxime probatum. Seneca in epist. 124. ad Lucil. ait, hunc perfidum Regis esse medicum. Idem sentit Plutarchus in Fabricij vita. Aulus Gellius huius historiae facit mentionem in suo 3. libro & Quadrigarius in 3. Inter quos etiam maxime gloriosus D. Ambrosius in 3. lib. Offic. Ait Valerius Maximus in 5. lib. cum Camillus Dux Romanus, Faliscos obsedisset, Gymnastarcha quidam cum multis Nobilium patrie pueris foras prodiit, eos pedentim alliciens blandisque verbis demulcens, vt hac versutia illecti & inescati, quo ab eo ducebantur, haud aduerterent. Eos itaque hoc perfido modo, in Romanorum castra duxit, vt captiuos redderet, hac urbanitate cum iis congratulari flagrans. At Magistri perfidia & proditione detecta, qui sub falsa fide discipulos prodiderat, & in hostium potestate magni premij & remunerationis spe tradebat, decretum fuit, vt Magister in ciuitatem captiuus remitteretur, pueri vero à tergo eum insequentes, loris ac fustibus cederent, illique patribus restituerentur. Qua æquitate & Romanorum fidelitate à Filiscis visa ciuitatem in manus eorum dedere. Romanus populus hac virtute & fidelitate corda & animos qui armis erant inuicti, superauit. Hanc historiam Frontinus & Titus Livius asserunt. Ad hanc iustitiam Romani Clementiam & humanitatem superaddebant, tantoperèque quod essent pacifici, gloriabantur, vt bellum nunquam gerere, nisi habendæ pacis desiderio faterentur. Quamobrem multi eorum Ducum, vt ostenderent, bellum, quod non esset iustum haud aggredi, nitebantur, neque rabiem hostibus ostendebant, imò priores benigno placidoque vultu eos aspiciabant. Talesque fuerant qui nec tantum sanguinis guttulis campos irrigabant, quin inuitè impellerentur, & cogerentur, & in templis magnam lacrymarum copiam perfunderent. Præterea Consules in administratione Reipub. præter iustitiam & æquitatem, magni quod pietati limina referant, æstimabant. His omnibus Romani patriam conseruauerunt, Imperium auxerunt, & vt eos omnes diligerent, ac vererentur sunt conati. Eorum Monarchia adeo fortis ac potens fuit, vt Propheta Dauid regnum ferreum eam vocaret, vt interpretatur D. Hieronymus in suis commentariis. At verò Romani magnitudine & Imperij conseruationis causam in numismate quod cudendum iussere, patrefecerunt, in quo ex altera facie homo curru quadri iugo assidens & triumphas calabatur, quo populum Romanum intelligebant, qui ex quatuor mundi partibus triumphauit, ex altera verò horum triumphorum causa insculpebatur, quippe qui erat caput mulieris armata, galea, duabusque alis in cono, quibus volare

videbatur, prope quam vas apponebatur & litera X. Caput mulieris Roma est caput mundi, galea arma denotat: alæ diligentia in rebus gestis ac negotiis, vasa quibus utebantur, eorum religionem designabant, & per characterem ac literam quæ decem significat, vnde pecunia denominationem accepit: nummorum valor & pondus intelligitur. Hoc denotabant Pop. Romanum de mundo triumphasse, Romanamque Imperij magnitudinē armis diligentia, Religione, ac in aliis nummis fuisse assecutam. Hoc numisma nunquam vidi: at Gabriel Simeon se hoc vidisse testatur in antiquitatum libro. *Et quoniam omne Regnum in se diuisum desolabitur*, vt ait Dominus noster in Euangelio, Romani verò propter pacem inter se initam posse conseruari nitebantur ob bona quæ hinc inde possent depromi, viuere concordēs. Quod alio numismate argenteo indicauerunt, quod Cōsul Iulius Aleuius iussit cudere, de quo loquitur idem Gabriel. In hoc numismate partim insculpta erat mulier cornucopiam manu gerens, quæ erat vas, variis fructibus plenum, & post eam erat caduceus, quod virga est cum innexis & retortis serpentibus, tradebatque hanc cornucopiam armato militi, qui manu tenebat sceptrum pedem globo figens. Homo iste armatus sub globo rotundo populus est Romanus quem arma totius orbis fecere dominatorem. Mulier cum Caduceo, pax est ciuitatis in visceribus: quoniam antiqui per serpentes virga innexos qui sese osculantur concordiam indicabant, vt ait Valerianus in Hieroglyphicis, & hæc pax & concordia populo Romano cornu abundantia tradebat, nempe diuitias & fructuum copiam, omniumque bonorum affluentiam. Imperator Antonin. Pius hoc indicauit in numismate quod iussit cudere, vbi duæ manus erant inuicem annexæ, quæ inter se caduceum tenebant: hæc omnia vt pacem, amicitiam, & concordiam significarent. Et ex his duabus manibus magnæ frumenti spicæ prociabant, quæ abundantiam ex pace manentem signabant. Huic rei quadrare potest Psalms dictum: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis*. Ac si diceret: Sit pax in tuo exercitu, qui est Ecclesia vniuersalis, & bonorum abundantia in priuatis Ecclesiis, quæ veluti turres vniuersales sunt. Quauis per has turres eminentes & sublimes personæ possint intelligi, maiorisque authoritatis, existimationis & meriti: hocq; pacto interpretatur. D. Hieronymus. Pari etiam ratione, Romani cum pace, clementia, temperantia, fortitudine, ceterisque virtutibus eorum Monarchiam sustinuerunt: at vt ea defecere, imperium etiam à sua potentia defecit donec Gothis magna hominum potentia erumpentibus, Romam obsidione presserunt, quæ ceperunt, depopulati sunt, magnamque ædificiorum partem solo æquarunt, nec vllis in his densissimis ac caliginosissimis temporibus, qui hanc bellicosam superbam & barbaram nationem represserunt, fuit inuentus. Nam proculdubio Romana potestas & vis erat angusta, Gothorum verò maxima: itaq; pauci contra multos parum possunt subsistere, sublata virtute, quæ non potest debilitari.

Gentiles, veris virtutibus moralibus, neque neque veris bonis fuisse præditos, & quo pacto in veteri Testamento, eorum ad fidem Domini nostri Iesu Christi conuersio prædicaretur.

CAPVT. XXII.



Arbitor (inquit Discipulus) hos Antiquos Romanos vera bona possedisse, quandoquidem inter eos pax concordia, iustitia, clementia, & fortitudo vigeret, quibus virtutibus mundi imperium sibi pararunt, & subiecerunt. Eorum virtutes (inquit Præceptor) non erant perfectæ, ob fidei spei & charitatis, quæ non possidebant, defectum. Quemadmodum nummi non vix sunt pretij, nisi cuneo & cruce constent. Sic virtutes morales absq; Theologalibus nihil profunt, quatenus ut sunt vera bona, & bonorum æternorū meritoria. Bona sine fide & opera exequi est, vasi perforato aquam infundere. D. Augustinus ait, Virtutes quæ humano animo insunt, adinuicē non posse separari. D. Ambrosius in Lucam ait, virtutes iunctas esse & concathenatas. D. Gregorius in 13. Moral. Virtutem sine cæteris, aut non esse virtutem, aut esse imperfectam. Et ut Gentiles has omnes virtutes non possidebant, perspicuum est, eas quibus pollebant, non esse veras. D. Augustinus. 5. de Ciuit Dei ait, Nō esse veram virtutem, nisi eam, quæ ad finem vbi summum bonum hominis. qui Deus est, constituitur. Hoc voluit indicare D. Tho. in 1. 2. quæ. 65. virtutes morales non esse veras, neque perfectas, nisi quatenus boni operatrices, in ordine & extremo sine supernaturali. Et ait has sine charitate esse non posse, quæ naturæ diuinæ participatio est. Et ut Gētilēs eorum virtutes ad supernaturalem finem non dirigebant, neque charitatem habebant, certum est eorum virtutes neque perfectas, neque veras esse, & per consequens non esse vera bona. Ij solum in hac vita vera bona possident, qui fidem habent: sine qua inquit D. Paulus, impossibile est placere Deo. Qui fieri potest, ut hi vera bona possideant, qui fidem non habent, quæ radix est vnde dimanant, & in quo fulciuntur? D. Augustinus in D. Ioannem ait, ex fidei fundamento bonum nostrum promanare, quemadmodum ex arboris radice, eius pulchritudo dimanat. D. Chrysostomus ait in Matthæum, Infidelitatem arenæ similem esse, quæ tantò magis pluit, tantò minùs fructum emittit & in symbolum, Fidem salutis æternæ esse fundamentum. Et in 25. cap. D. Matthæi ait, Quemadmodum lampas domum accendit, sic fides animam illustrat: at fides sine operibus, ut ait D. Iacobus, mortua est, & viua fides illa est de qua D. Paulus ad Galathas loquitur, quæ per charitatem operatur. Quemadmodum homini ut ab hostibus sese tueatur, non sufficit in arca enssem habere, sed præmanibus: sic ut à diabolo, mundo & carne liberemur, non sufficit fidem in mentis scriptorio habere repositam, at in manibus operum eam gestare, operis pretium est. Hoc est quod ait Iesus Christus apud S. Matthæum. *Non omnis qui dicit Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem patris mei.* Itaque fides viua per charitatem formata, quæ per bona opera elucescit, hæc est præstantissima: certumque est Gentiles eam non possidere; & non solum eam desituebantur, sed etiam fide informi: vnde sequitur vera bona non habuisse. Sed ut Deus iustus est, nec vllum bonum absque probatione relinquit, Romanosque quibusdam, quamuis imperfectis virtutibus fuisse præditos, voluit eos hac in vita momentanea remunerari cum ob eas æternam non esset concessurus. Eos præmijs affecit nobilem, præstantem, & pacificam Rempub. honores, diuitias, & bona temporalia eis elargiendo, magnunque Imperium per totum terrarum orbem celebratū. Huius rei reddit rationē D. Aug. lib. 5. de ciuit Dei. De Romanis (inquit) hi soli vera bo-

D. Augu.
lib. 6. de
Virtute.

D. Amb.
in Luc.

D. Greg.
li. 3. Mor.

D. Augu.
li. 5. de ci-

uit. Dei

D. Tho. in

in 1. 2.

quæst. 65.

Hib. 5.

D. Augu.
in Ioan.

D. Chryss.
in Matth.

& symbo-

lum & in

12. Matt.

Matt. 25

Iac. 1.

Gal 5.

Matth. 5.

na sunt affecuti qui fidem Domini nostri Iesu Christi, eiusq; Sacramenta susceperunt, euangeliumq; ad ecclesiam viam sternens sunt sectati. Ut filij Israel ex Aegypto per mare rubrum egressi sunt, vbi Aegyptij vndis fuere obruti, ij verò salui & incolumes euasere: sic Gentiles ab eorum Idololatria sunt egressi, aqua baptismi suscipientes, vbi peccata submergere, ij vero liberi & in gratia exiere. Et ut filij Israel per terram missionis ambulantes, columnam eos ducentem sequebantur, noctuq; lux & splendor fuerat, die autem frigidiuscula nubes, ut calore & æstu solis tutarentur. Sic Gentiles accepto Baptismate in cælum perrexere, quod vera terra est promissionis, à Sancto Evangelio ducti, quod mentis tenebras expellit, cordaque fidelium incendit, quod in columna ignea præfigurabatur: est etiā aduersus libidinis ardorē aliosq; infraenes appetitus tutio. Quod etiam in columna Nubis figurabatur. Mare rubrum Baptismi fuisse typum omniaque hæc in figuram euentura, dicit D. Paulus in 1. Epist. ad Corinthios veterem Legem bonorum futurorum esse vmbra. Quod tendit à tabula ad domum, ab exemplari ad ædificium, à figura ad figuratum: hoc etiam à veteri testamento ad nouum vergit. Magna profectò fuit hæc gratia (inquit Discipulus) quam Deus Gentilibus est impertitus, eos lumine fidei & gratiæ illustrans, cum Iudæi in cæcitate iacerēt, neque in eum à quo fidem acceperant, volentes credere. Magna (inquit Præceptor:) Hæc sunt Dei iudicia, quæ in veteri Testamento erant prædicta. Elaias in 8. capite de Iesu Christo cum Gentilibus loquēs, ait: *Et erit vobis in sanctificationem. In lapidē autē offensionis & in petra scandali. Et offendent ex eis plurimi, & cadēt, & coterentur.* Et in 28. octauo ait, *Ecce ego mittam, in fundamentis Sion, lapidem probatum, angularē, pretiosum in fundamento, hic introducit Deū patrē dicēs illū misurū lapidem angularem probatū & pretiosum, in fundamentū Catholicæ Ecclesiæ per Sion notatæ. Hic lapis est in quem dixerat Iudæos lapsuros & casuros, qui Iesus Christus est Dominus noster & Redemptor. Et ad hoc alludebat optimus Senex Simeon, cum in vlnis paruulum Iesum tenēs, diceret. *Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionē multorū in Israel.* Hoc etiam volens Deus ostendere per prophetam Isaiam, quo pacto Gētilēs à fide quam erant accepturi alienarentur ait, *Quasi fuerunt me, qui ante non interrogabant, inuenerūt me, qui nō quasi fuerunt me.* Ecce ego, inquit, ecce ego ad Gētilē quæ non inuocabat nomen meum. Effertur nonnunquam Propheta futurum per verba præsentis, & præteriti, ut Prophetiarum certitudinem ostendant, ac si diceret. Quod dicimus ita verum & certum est, ut futurū sit, ac si iam extitisset. Alio in loco idē Propheta, Patrē cælestem introducit, ad Filium dicentem, *Dedi te in lucē Gētiliū, ut sis salus mea, usque ad extremum terræ.* Et alibi, *Ecce testē populis dedi eum, ducem ac præceptorē gentium.* Ecce, Gētilē, quā nesciebas vocalis, & Gentes quæ te non cognouerūt, ad te currēt. Ieremias cum venturo Messia loquēs, ait, *Gentes venient ab extremis terræ, & dicēt, vcrē mēdaciū possederunt Patres nostri, vnitatē, quæ eis nō profuit.* Aggeus Messiam vocat desideratum Gentibus, dicens, *Et veniet desideratus cunctis Gētilibus.* Micheas de tempore primitiue Ecclesiæ loquens, ait, *Et fluent ad eum populi. Et properabunt Gentes multæ, & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini Dauid quodam Psalmo, introducit Patrē cælestem, ita Iesum Christum alloquentem: *Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam.* Ait Deus per os Prophetæ Osee. *Et miserebor eius quæ fuit absque misericordia. Et dicā nō populo meo, Populus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu.* Hic populus Gētilēs est. Ita interpretantur D. Pau-**

1. Cor. 10

Heb. 10

Esai. 3.

Ism. 23.

Luc. 2.

Isai. 65.

Isai. 49.

& 55.

Ierem. 6.

Agge. 2.

Miche. 4.

Psalm. 2.

Ose. 1.

Pau-

Paulus in Epist. ad Rom. & D. Petrus in 1. Canonica. Prophetę admodum exoptarūt videre filium Dei incarnatum, & non viderunt. Iudęi viderūt & non crediderunt, Gentes crediderunt, & non viderunt. Desiderio videndi Iesum Christum exardecebat Moyses cū Patri diceret: *Obsecro Domine, mitte quę missurus es.* Expetebat hęc etiam Regius Psaltes cū diceret: *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Et in alio Psalm. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Quare pro salute ponitur in Latina versione salutare, quod proprię remedii ad salutem significat, quo vocabulo in sacra Scriptura Iesus Christus intelligitur. Hoc accensus desiderio has voces ad Deum patrem exclamabat Isaias, dicens: *Emitte agnū Domine, dominatorem terrę.* Et alibi: *Rorate cali desuper, & nubes pluāt iustum, aperiatur terra, & germinet saluatorem.* Alio rursus loco: *Vtinam dirumperes celos, & descenderes.* Hęc voces erant, quibus diuini Prophetę feruentia desideria ob aduentum Messię tantopere expetiti, ac suspiriis efflagitati, erumpebant. Dies sanę deficeret, si quot sunt in veteri Testamento authoritates, vellē enumerare, vbi magna desideria cernuntur quibus prophetę vidēdi filiū Dei incarnatū, æstuabant, & quomodo in eius aduentu conuersi sunt, plures autem Iudęorum in pernicacia, & obstinatione erant remansuri, vt remansere. Quemadmodum mare dulces aquas absorbens, nisi salās reducat: sic Pharisei Christi doctrinam audientes, iniuriis atque opprobriis eum perfoluere.

Progreditur preceptor suum sermonem, circa Phariseorum ingratitude: deque Prophetiarum adimplentione, & Gentilium conuersione.

CAPVT XXIII.

Altissimus Deus, quem Prophetę videre factum hominē tantopere concupiscunt, ab impiis & deprauatis Iudęis visus fuit, & ab iis persecutus. Eius diuinitas in humanitate latebat, sicuti Prophetę prædixerant. Et quemadmodum qui in nostro climate vitam degunt, Meridiei stellam vident, non autem Septentrionis: Ita Iudęi videbant quidem Iesum Christum, quatenus hominem, pro Deo autem noluerunt agnoscere, malitia, & impietate cęci, eius diuinitatem haudquam agnouere, quoniam noluerunt agnoscere, eaq; indignissimi fuere: potius in cęcitate recreabantur, & in dies magis obcecabantur: quod Prophetę qui de nostri Redemptoris aduentu fuerant locuti, prædixerāt. Vt aurifabri annulos quos alij digitis gestare, conficiunt, & pocula vasque aurea & argentea, quę alij debent in suis abacis recondere nihilque harum rerum præter operis & laboris solutionem superest, pariatiam ratione diuini Prophetę ad mundi Salvatorem aspirabant, aduentum exoptabant, & a Deo exposcebant, quomodo venturus esset, quid acturus, scribebāt, magis pro nobis qui quod ij habere efflagitabāt possidemus & eo de quo prædixerāt, perfrui mur, elaborabant. Ex ditissimis illis præter operum solutionem depromimus, nihilque illis præter operum solutionem quam Deus eorum optimis desideriis & laboribus compensauit, fuit residui. Eorum Prophetię, quę de Redemptoris aduentu, & Gentilium vocatione loquebātur, sunt adimplete: qui potius veris virtutibus steriles, mirificos fructus, fidem Iesu Christi, veri Dei nostri suscipientes, emisere, & ob suam misericordiam, atque magnitudinem, utilitati suę consulere. Ait sacra Scriptura in Genesi, quinto Creationis mundi die Solē fuisse creatum, & quinto die aquas pisces de

diffe. Antequam Sol in mundo cerneretur, aquę erāt: nullum tamen piscem earum proprium fructum reddebant, nisi postquam apparuit. Ait D. Ioannes in Apoc. aquarum multitudinem, populum denotare, varietatēque linguarum in quas Gentilitas diuidebatur. Hęc sunt aquę, quę verarum virtutum fructum nō reddidere, nisi postquam Sol iustitię Christus Deus noster in mundum venit: quoniam audientes Gentes Euangelij prædicationem, ad Iesu Christi fidem sunt conuersę, & a diaboli potestate liberatę. In primo Regum libro scribitur, cū Arca Domini in tēplo Gētilium erigeretur, cecidit Idolum Dagon, manusque confregit. Quid hoc sibi vult? nisi cum Iesu Christi Euangelium Gentilibus elatum fuit dæmon erat casurus, eiusque manus quibus vires intelligebantur, erāt effracturę, isque a pristina potentia priuaturus. Nicephorus Calixtus in primo suę historię narrat, & refert etiam Suydas, cū Imperator Augustus, secunda fortuna potiretur, ad Apollinis oraculum venit, vbi erat Dæmon quem Gentiles adorabant, & in quę petitiones, atque orationes dirigebant, cui cum sacrificium ebrulisset, percontatus ab eo est, quis ei esset in imperio successurus? Dæmon nullū responsum tulit, a quo iterum ille sciscitatus, quorsum non responderet, versus idolum protulit, filium Hebręi qui Deus erat, omnem ei potestatem demere, iubereque vt in infernum hincinde proueret. Hoc audiens Imperator, Romam reuersus, iussit aram cōstrui, hac inscriptione, **ARA VNICO DEI FILIO DICATA.** Hoc permisit ita contingere Dominus noster, vt omnes certiores fierent cum genus humanum saluum esse facturum, & a potestate dæmonis exempturum. Quod lucidē in Euangelij prædicatione fuit compertum, cuius voce, innumera nationes ex quatuor orbis angulis cōuersę sunt, humi prostratis. Idolis & falsis diis & ab idololatrię densitate sese extricantes, incredibili desiderio, in Iesu Christi Domini nostri & veri Dei fidem adscribebantur. Quemadmodum peritus infertor ramos siluestres atq; agrestes amputat, fureculosque ex optima propagine satos serit, qui eos ad se attrahunt, & in eorū naturam vertūt, agrestem & acidum fructum, in suauissimum atque dulcissimū commutantes. Sic Redemptor noster Gentilibus ramos fallaciarū, & infidelitatum secavit, fureculosque Euangelij seruit, qui terrena desideria in caelestia mutauere, læthalesque vitiorum fructus in salutes virtutum fructus redegere. Hoc habet doctrina Iesu Christi peculiare: hæc est sacri Euangelij virtus. Quęnam causa est (inquit discipulus) cur Euangelij, ac Euangelij seriptores humana Rhetorica, oratoris floribus, verbisque eloquentiæ fūco delinitis non vsi sint? Hoc ita Deus voluit (respondit preceptor) ne maleuoli dicerent Genti ad Iesum Christum conuersi, humana eloquentia, non autē veritatis virtute fuisse impulsam. Idē ait D. Paulus de sua prædicatione in 1. ad Corint. *Sermo, inquit, meus & prædicatione mea non in persuasibilibus humane sapientię verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientiã hominū, sed in virtute Dei.* Firma, polita, miręque artificio elaborata columna, non albedine aut pictura indiget, colores enim, luminis splendore & vetustatem auferrent. Pari etiã ratione, Gēme lapidēque pretiosi nullū alium splendore, nisi suum admittunt. Quędam sunt, quę cum decorare arbitris, ea denigras. Sic etiam altissima sapientia & doctrina sacri Euangelij nullo modo indiget quo Rhetorica humana, aut alio quouis splendore, quam suo proprio decoretur. Candor iste abiectus esset, qui suum excellentem atque sublimem obtegeret. Iussit altissimus Deus, vt suum Euangelium nostręque fidei veritas, simplicibus & nudis verbis, non autem Rhetorices floribus, & puerorū

flosculis delinitis, scriberetur. Hic est scribendi modus, non eloquentia humana uti, eloquentia diuina est & stilus grauis & summus, maximè ad altissimam sapientiam conueniens, & idoneus. Qui autem verbis elegantibus fulciuntur, hoc non intelligunt, nisi rerum substantiam intelligant, qui nihil aliud præter corticem & apparentiam expetunt, nihilque interius & essenziale faciant. Quis est qui huiusmodi homines sapientes appellare audeat, ne dicam ignaros? Etenim is nucem haud agnoscit, qui relicto nucleo, corticem eligit, pomòque decorticato pelle reseruata, interiora reicit.

De primis Euangelij Concionatoribus, de que mirificis signis qua in natiuitate & morte Iesu Christi Redemptoris nostri contigerè.

CAPVT XXIII.



Allem (inquit discipulus) doctrinæ Iesu Christi guttulam, quàm totius scientiarum mudi vastum Oceanum: quod autem de stilo Euangelij sciscitor, est ut sciam, iis qui à me rogabunt respondere: Ego verò nullo alio stilo, quam Euangelistarum oblector, textum enim legendo, statim Dei doctrina apparet. Inde certissimè conscius sum, stilum Euangelistarum adè esse conformem atque vnanimem, ut licet à quatuor Scribis compositus, vnus tamen solius esse videatur. Videtur quidem alium Euangelistam, eodem diuino numine, quo cæteri afflari. At optarem scire, quinam primi fuerint, qui hoc Euangelium nuntiarint. Aperiam (inquit præceptor) Instante Redemptionis nostræ tempore, quod in diuino concilio & voluntate erat decretum, natus est Dei filius in Bethlehem, sicuti Prophetæ Micheas prædixerat, Angelusque Dei pastoribus magno lumine & splendore coruscans, apparuit, eis nuntians quo pacto mundi Saluator qui Christus est, natus esset in Bethlehem, iis dicens ut properarent, se enim illum in præsepe reperiuros. Hoc tam felici nuntio, innumerus fuit Angelorum chorus, qui diuinas laudes decantabant. Exiit Pater in natiuitate filij iussitque Angelis ut hanc musicem & harmoniã intonarent, primi fuerunt, qui sanctum Euangelium fassi sunt. Huius rei author est D. Lucas in 2. Capite. Lex vetus tonitru & fulgure in Sinai monte inchoauit, ut scribitur in Exodo, lex noua suauibus cantibus, dulcibusque harmoniis Angelicis inceptit. Lex timoris signis, Euangelium verò signis amoris. Itaque primi Legati & Nuntij Euangelij fuerunt Spiritus Angelici, tempore quo sceptrum à tribu Iuda fuerat sublatum, ut Patriarcha Iacob vaticinatus fuerat, aduentante tempore, quo iuxta Danielis hebdomadas Iesus Christus erat nasciturus. Et quoniam Romani Gentiles, diuinorum Prophetarum oracula ignorabant, permisit Deus ut Syllarum dicta reperirent, natiuitatemque mirificis signis & prodigiis voluit patefacere. Romæ in suburbis trās Tyberim, vbi tunc Templum virginis Mariæ Transiberinæ locatur, ex terra fons olei emerit tempore Christi natiuitatis, qui per diei spatium fluxit: propterea quod qui oleum misericordiæ largiebatur, natus erat, & idem Redemptor, vocatus est Christus, id est, Vinctus oleo gratiæ celestis. Et quauis S. Euangelium nihil de hoc fonte dicat, attamen hoc certum est, constatque nullo dubio verum esse cum sit antiquissimè traditionis, de quo quamplures grauissimi authores mentionem faciunt. Qui authores? (inquit discipulus.) Sunt (inquit præceptor) Eusebius Cæsa-

riensis in suis Chronicis, Paulus Orosius D. Augustini discipulus, in suo libro, quarto, quinto, Eutropius in Romanis historiis. Adde Archiepiscopus Viennensis in Chronicis. Paulus Diaconus in historiis, Godofredus Viterbensis in decima quinta parte suorum Chronicorum. Anthonius Sabellicus in septima Eneade in primo libro. Conradus Abbas Vespergensis in suis Chronicis, Platina in primo capite vitæ Pontificum. Papa Innocens III. narrat in sermone de Natiuitate Domini, Romæ aliquando Rotam aut circulum aureum apparuisse, ex parte Solis, in cuius medio erat virgo pulcherrima, puerulū brachiis tenens, Videns itaque Imperator hoc mirabile signum, quædam Sybilla, dixit hunc puerum esse illo maiorem, incuruaret ergo corā eo genua, & adoraret. Interim audita vox est, dicens: HÆC EST ARA CÆLI. Iussit Imperator hanc visionem in suo cubiculo depingi, in Palatiis quæ habebat in Capitolio, præcepitque ut hoc cubiculum vocaretur, ARA CÆLI, quod nomen ad hodiernum vsque diem perdurat. Nam in loco vbi olim sua palatia fuere, nunc situm est sancti Francisci monasterium, cum celsò splendidoque templo quod vocatur ARA CÆLI. Hæc refert Innocentius. Paulus Orosius huius historiæ mentionem facit in 6. libro, D. Anthon. in prima parte historiali, Baptista Mantuanus in 3. libr. Bergomensis in 8. libro. Petrus de Natalib. in 2. Guilielmus Spirensis in primo Cætenario. Vt autem Iesus Christus ostenderet ex virgine nasci, sicuti prædixerat per Prophetam Isaiam in 7. capit. iussit, cum in Bethlehē nasceretur, Templum Pacis Romæ corrueret, à Gentilibus mundi paci dicatum, quod radices ad quæstum priuati & peculiaris commodi dilatat: veniebat enim ut diuinam pacem daret, quæ honorem & Dei cultum perscrutatur. Ille est, qui ait in Euangelio: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Iussit Deus cum nasceretur, pacis mundi templū huius concideret, ut pacem in Iesu Christo quæramus, quem Isaias Principem pacis, & D. Paulus nostram eandem pacem appellat. Romani hoc pacis Templū æternū ducebant, erat enim iis oraculum dicens non casurum esse nisi cum Virgo pareret: idcirco ut fieri non posse arbitrabantur Virginem parituram, dirutionem etiam templi haud posse euenire putabant. Quare illud templum perpetuitatis vocarunt. Hoc igitur tēplum eadem nocte qua sacratissima virgo peperit, corruit: postea vero fuit reparatum, & rursus cecidit, ita ut hodie illius demolitiones Romæ cernantur. Huius historiæ authores sunt Papa Innocentius 3. felicitis memoriæ in quodam sermone de Natiuitate Domini nostri: Comestor in historia Scholastica, D. Anthon. in 1. par. suæ histor. & Martinus in suis Chronicis. Hæc signa & plurima alia Dominus noster in sua natiuitate demonstravit. Præterea in eius morte: *tenebra facta sunt per vniuersam terram, velum templi scissum est, in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petra scissa sunt.* Sic ait D. Mattheus in vigesimo septimo capite, Solem obscuratum esse, non enim pati poterat iniuriam suo creatori illatam, radiòsque detexit, splendorumque occultauit, ne Iudeorum aduersus Iesum Christum impietates & crudelitates cerneret. D. Ephrein in tractatu de passio. Domi. ait, expedire, ac necessariū esse cū innocens agnus pateretur, verus Sol iustitia deficeret, ut sol visibilis lamentaretur, & ob dolorem Creatoris anxietur, splendoris radiòs occultaret, ne cæli ac terræ Dominum videret crucifixum, creaturamque luctus Creatoris esset particeps. Hæc tenebræ (inquit discipulus) fueruntne per vniuersum orbem generales: an solum in regione Ierusalem? Nonnulli (ait præceptor

V. sig. imp. Augusti.

Ephes. 5. Isai. 9.

Innocent. 3. in ser. de nat. Domini. Come. in hist. schol. D. Anthon. in 1. part. hist. D. Chryf. in Matt.

D. Eph. in trac. de pass. Dom.

Mich. 5.

ceptor) opinantur solum in Iudæa fuisse, qui autem peritiores sunt, asseruere fuisse vniuersas, nam Euangelium ait factas esse per vniuersam terram. Sed alij ad hoc respondent, per omnem terram, regionem Iudææ intelligi: quare hoc est Euangelium torquere, vimque sacro textui inferre, videturque hoc velle diuinam maiestatem diminuere. Veritate compertum est tenebras per vniuersum orbem factas esse, hocque pacto intelligunt doctores Catholici, & antiqui Patres. Et quoniam Sol in Iudæorum Paschate defecit, quod erat in Plenilunio, cum eclypsis solis vsu quotidiano & naturali fieri tunc non possit, Philosophi Athenienses dixere, hoc à quodam Deo constitutum, quem ignorabant & erexerunt altare cum inscriptione dicentes IGNOTO DEO. Diuus autem Luc. in Act. Apostolorum ait, cum deinde D. Paulus Athenas ad concionandum profectus esset, vidensque hoc altare cum inscriptione, ait Atheniensibus, Deum quem ignorabant esse illum ipsum, quem predicaret & annuntiaret, nempe Iesum Christum Saluatorem nostrum, & Redemptorem. Eusebius Casariensis in suis Chroniis de morte Iesu Christi Redemptoris mundi tractans, ait se in Commentarijs Ethnicorum inuenisse, hoc tempore Solem per vniuersam terram eclypsi fuisse obscuratum, & ad hanc rem Phlegotum, priscum authorem adducit, qui ait, has tenebras fuisse maiores quam vllò vnquã in toto terrarum orbe fuerunt. D. Dionysius in Epistola ad Polycarpum, vbi eum instruit quo pacto ad Iesu Christi fidem Philosophum Apolophanem erat conuersurus ait, se adhuc memoriæ tenebras supernaturales, quæ in Helionopoli Ægypti ciuitate tempore mortis Iesu Christi fuerunt, gestare, vt idem Dionysius eis prædixerat, aut Deum pati, aut totam mundi machinam destrui. Ecce quo pacto D. Dionysius asserit, tenebras non solum fuisse in Iudæa, sed etiam in Ægypto. Insuper Eutropius de his tenebris facit mentionem in septimo libro suorum Chronicorum, & Cornelius Tacitus in secundo, & Tertullianus de ijs loquens in Apologetico aduersus Gentiles, sic ait, Videte vestras historias, in vestris Chronicis consilium depromite, inuenietis sanè tempore mortis & passionis Iesu Christi, solis splendorem effugisse, seseque occultasse, & diem in noctem esse conuersum. Videtur itaque hanc admirabilem eclypsim, non solum in Iudæa, verum etiam in toto terrarum orbe extitisse. Multi authores probatissimi, hac signa memoriæ reliquerunt: ego verò admodum efflagitarè vt mei voluntatis qua libros euoluo, hancque memoriæ perscrutor, rationem haberes, vt de his tu alijque percipiant, & vtilitatè capiant, certioresque sitis, probèque teneatis me multos & infinitos labores vt vestros subleuarem, exantlauisse, omnia quidè ad altissimi Dei cultum & obsequium. Quemadmodum bombix, quod elargitur, & producit, ex imis visceribus trahit. Eo etiam pacto quod multis vigilijs & lucubrationibus, ex animi mei visceribus atque studio exhaustum est, tibi impertior. Cum omnibus signis, quæ Iesus Christus in sua natiuitate & morte ostendit, præcipuè sacri sanctique Euangelij prædicatione, Dei misericordia, errores ac idololatrias Gentiles deseruere, fidèque suscipere, veraque bona sunt assecuti, quibus etiã summum bonum sunt adepti, quo tunc in æterna felicitate perfruuntur. Hi sunt qui appetitus abnegarunt, & ab immoderatis affectibus sese extricarunt: denique ij qui in gratia interiere: qui enim mudo incumbunt, ac in suorum desideriorum manus remittunt, ab hoc cathalogo, cum ab omni ratione abhorreant expunguntur. Nam vbi voluntati proprium dominatur, ratio propulsatur.

De opinione Philosophorum Gentilium circa felicitatem, deque veritate, que hoc in loco tenenda est.

CAPVT XXV.



Verè scire (inquit Discipulus) in quo Philosophi Gentiles suam felicitatè assererant. Ais Gentiles qui ad fidè conuersi sunt, & bona opera in gratia sunt executi, & in eo obiere, summum bonum in summa felicitate fuisse assecutos. Explicata, obsecro vbi Philosophi eã constituebant: Varijs hac in re (ait Præcep.) opinionibus sunt tergiuersati, ex quibus D. August. ducentas octoginta octo omninò dissentaneas & contrarias à Marco Varrone deprompsit, vt in libr. 19. de Ciuitate Dei ostenditur. Vnusquisque summam felicitatem in eo ad quod affectu arbitrioque ducebatur, reponebat. Egeni qui locupletari cupiebant, eam in diuitijs collocabant ægroti, qui sani fieri exoptabant, in sanitate. Afflicti qui oblectari optabant, in solatio, & sic de cæteris. Anaxagoras à quodam deprauato & indiferto rogatus quid esset summum bonum? respondit. Non equidem id quod esse suspicaris. Ij beati sunt, quos infelices existimas. Ita narrat Valerius Maximus in septimo libro, & Brusonius in secundo. Hic Anaxagoras dicebat summam felicitatem in speculatione vitæ consistere. Pythagoras vt erat præstantissimus Arithmeticus eam in numerorum speculatione consistere assererat. Anthistenes in gaudio eam constituit, Narcissus in propria pulchritudine, Periander in honore mundi eiusque dignitate. Herillus in sciètia generatim, Hecatus in abundantia, Timon in Tranquillitate, Simonides in sanitate, pulchritudine & diuitijs, Plato in fuga mundi, & vt Deo similes fiamus: alibi etiam eam in virtutis habitudine collocat, permulti alij Platonici, in summi boni vnione, vt ait Plotinus, quod est cum Deo amore coniungi. Aristoteles in operibus virtutis, quibuscunque rebus ad vitam necessarijs concomitatis, Epicurus in delectatione. At ne penitus omnem suam turpitudinem & frèditatem patefaceret, virtutem delectationi adungebat, virus suæ doctrinæ suauibus verbis delibata, disseminans. Torquatus Epicureus dicebat, sub hac delectatione comprehendere, non solum voluptate frui, verum etiam omni dolore carere vt explicat Ludouicus Viues in libro decimonono de Ciuitate Dei. Et ne diutius his immoremur, dico quot inter Philosophos fuerunt in actionibus diuersitates, tot etiam opinionum varietates in eorum animis insidebant: & vt nullus erat, qui omninò alicui, aut habitu, gestis & vultus physionomia assimilaretur: sic etiam miro quodammodo nullus reperiebatur, qui omnibus numeris alicui opinione & voluntate esset vnanimis. Has opiniones refert Georgius Venetus, in sua harmonia, & alij quamplures & narrat Ioannes Franciscus Picus in suo primo libro, quo loci Philosophorum Gentilium discordiam ostendit multum hac in re ab auunculo Pico Miradula discrepans, qui tractatum edidit, vbi voluit eos concordare: proque argumento sumpsit velle ostendere magnos Philosophos Gentiles eorum philosophiæ optima ex lege Dei deprompsisse, vt ipsemet ait in Prologo super Genesim, & refert Petrus Crinitus in suo tertio libro de honesta disciplina. Pseusippus Platonici in libro Definitionum ait, summam huius vitæ, felicitatem, bonum esse coaceruatam & conglomeratum

meratum ex omnibus bonis quæ in ea sunt, potestatem sufficienter secum rectè viuendi, iuxta virtutem, perfectionem, vitæ commoditatem. Reor hanc definitionem quamplurimas alias Philosophorum comprehendere, ac complecti, omnibusq; antecellere: tamen non ignorem eius authorem, nõ apprimè intellexisse: quippè qui, ait bonum esse ex omnibus bonis coaceruatum, nescius tamen erat horum bonorū cum quid esset fides, spes, charitas, quæ virtutes sunt Theologales, sine quibus morales, quarum callebat cognitione, minimè sunt perfectæ, ignoraret. At bona nostra opera in gratia facta in tantum perfectionis apicem euadunt, vt æterna bona mereantur. Hæc gratia ita celsa est, vt iuxta D. Thomam sit diuinæ naturæ participatio, donūmq; supernaturale, quo bona nostra opera in cælum cõscendunt. *Qu* madmodū globuli plumbei, quauis ipsa naturæ grauedine deorsum tendant, vi tamen sclopetorum & machinæ bellicæ in sublime rapiuntur: sic nostra bona opera, quauis quatenus ex se à natura nostra à peccato corrupta prominent, ac flagitiosi mores, deorsum ad terram cæspitent: vi tamen & virtute gratiæ, ac charitatis ad cælos penetrant, vbi pius Christianus animæ cogitatione affectūque conuersatur, quauis ipse corpore in terris commoretur. Nam vt ait D. Augustinus. Anima nostra magis est vbi amat, quam vbi animat: hoc est quod dicebat diuinus Sanctus Paulus, *Nota conuersatio in cælis est.* Quauis autem Pseusippus hoc diuino iudicio non assequeretur neque fidei lumine illustraretur: attamen assentiebatur, dicens beatā huius vitæ felicitatem bonū esse ex omnibus bonis quæ in se habet coaceruatum. Diuus Augustinus ait, hunc esse felicem qui omnia quæcunq; vult possidet: non vult autem nisi quod velle debet. Hæc est bonorum accumulatio, de qua nõnulli Philosophi loquuti sunt, nec eam planè perceperunt. Quam Plato voluit in Philebo significare, cum diceret, eum esse beatum, qui nulla re indigeret. Nullus verò quod expetit nisi his quæ vult Deus contentus sit, & cum eo gratia, diuinoq; amore coniunctus adhærescat, factus vnus, spiritus cum ipso, ab eo tanquam ex proprio alimento patus, cum super omnia diligens, & proximum suum sicut seipsum, res vanas caducas & momentaneas contemnens, in Deo tanquam in suo centro cõquiescens, suam aquam, tanquam omnium bonorum scaturiginem, absorbens. Philosophi Ethnici, Gentilitatis nube obscurati, non adhuc plenè percipiēbāt, quid esset virtus perfectæ, quidve summum bonum, & licet indagarent, nequaquam nanciscebantur: hoc enim perquirebant, magis ipso animo freti, eorū errorum tenebris infuscati, nulla diuini subsidij habitatione. Sed etiam si omnino inter se non consentirent, meliores tamen eos qui ad hoc propius accedebant, iudicamus. Duæ sunt felicitates, alia in hac vita momentanea, alia verò in æterna. Huius vitæ felicitas, in fide, spe, & charitate, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia, cæterisque virtutibus bonisq; operibus in gratia factis, consistit: Tum demum in imitatione Iesu Christi, veri Dei nostri. Viri iusti qui Legis diuinæ præcepta & eius consilia Euangelica capessunt, quorum opera in Deum collimant, hanc summam felicitatem possident. Rotundus circulus, circinno factus, punctum habet in medio, quod vocatur centrum, & extra circulum vocatur circumferentia, & omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam tendunt. Iustus Dei amator centro comparatur. Vt centrum circulo circundatur sic iustus à Deo circundatur. Iusti voluntas Deum habet pro sua circumferentia. Hoc intellexit Psaltes Regius Iustum alloquens, *Sento circundabit te veritas eius.* Et in alio

Simile.

Philipp. 3.

Duo felicitatis.

Simile.

Psal. 90.

Psalmo, *Dominus in circuitu populi sui.* Et quemadmodum lineæ à centro dimanantes, omnes ad circumferentiam tendunt, sic serui Dei cogitationes verba & opera, ad eundem Deum collimant. Hæc est huius vitæ felicitas. Alterius verò vt ait Boëtius in quarto de Consolatione, itatus est perfectus cum omnium bonorum in æterna vita aceruo, & cumulo. Sciendum autem est, vt ait D. Thomas in prima parte, naturæ intellectualis felicitatem in actione intellectus consistere, et si felicitatem per actionis obiectum consideremus, tunc Deum nostram esse felicitatem dicimus: si autem eam ex parte eiusdem actionis consideremus, tunc dicimus hoc esse in beatis creatum, vltimamque perfectionem. Et in prima secundæ ait. Vt avarus pro fine aurum habet, & pro fine illud possidere: sic extremus finis noster bonum est increatum, hoc est Deus, nostra summa felicitas, nostrum aurum æternum. Secundo itaque modo vltimus finis noster est, hoc altissimo Deo in cælis in æternū perfrui, & hoc est bonum increatum. Quamobrem causa & obiecto rectè animaduersis, Deus nostra est summa felicitas, at felicitatis essentia considerata, est eodem Deo potiri. Et hæc extrema & perfecta felicitas in visione diuinæ essentiæ consistit, æterna oblectatione concomitata. Huius vitæ felicitas non finalis est, sed iter vt ad eam perueniamus. Hæc mundi felicitas, præparatiua est & dispositiua, cœlestis verò fructificans est & beatifica. In hac labor est, at in illa quies. In hac egestas, at in illa omnis saturitas. In hac mutatio, at in illa firmitas & constantia. Hæc in terris est, illa in cælis. Hæc in procelloso pelago, illa in æternæ securitatis portu, Hæc in tristi exilio, illa in expetita patria. In hac omnium dolorum aculeus, in illa omnia solatia & oblectamenta. Denique hæc media est, illa vero finis noster extremus. Per multi mortalium, bona quæ non bona nisi opinione & apparentia indagant, & summum bonum omnium bonorum fontem relinquunt. Hoc summum bonum, integrum constans, & æternum, Deus est, quo Sancti in cælis, in hac gloriosa eternæ ciuitate perfruuntur, vbi continuo dies est, sine nocte, vita sine morte, gaudium sine dolore, tranquillitas sine perturbatione, amor sine timore, pax sine discordia, diuitiæ sine paupertate, vbi Sancti Deum facie ad faciem intuentur, & diuinis edulij absque vilo fastidio exlatiantur. Et in Angelica conuiuia intromissi, in æternum Deo fruuntur, cum incomparabili ac æterna suauitate, mirificoque oblectamento, supernaturalia Sion cantica concinent, cœli terræque Creatorem semper videntes & contemplantes, hanc altissimam summamque bonitatem, hanc ineffabilem & incircumscriptam lucem, hunc pulcherrimum & suauissimum Deum rerum omnium causam, qui semper operatur, cum semper quiescat. O bone Deus! quis te in æterna gloria intuebitur! quis te in cœlesti felicitate fruetur? O gloriosam ciuitatem! o mansiones æternas, ab hinc quam longissimè vos saluto, & pro vobis suspiro. Illic vera est requies, hic omnis anxius labor:

nemo enim hac in vita,
perfectum quietis nomen
possidet.

* * *

Quid

Quid agendum nobis sit, ut diuine visionis montem per-
tingamus, demum de duorum interlocutorum dis-
cessu.

CAPVT XXVI.



Gen. 35.

Iquidem (inquit Discipulus) de cello
visionis mote dixisti, ut paucis perstrin-
geres quid mihi sit agendum, ut ex hac
miseriarum valle, ad hunc gloriæ mon-
tē inuolem, efflagitarem. Recenset (in-
quit Præceptor) Sacra scriptura in libro Genesis, Cū
Patriarcha Iacob esset celsum montem Bethel con-
scensurus, conuocata omni domo sua ait: *Abiite deos
alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mu-
tate vestimenta vestra &c. Dederunt ergo ei omnes deos
alienos quos habebant, & inanes, quæ erant in auribus
eorum: at ille infodit eas subter Terebinthum*, id est ar-
borem sic appellatā. D. Hieronymus in libro de No-
minibus Hebraicis, ait Bethel, Domum Dei signifi-
care. Hoc est, in summa felicitate sempiternum domi-
cilium. Ut igitur illuc cōscendamus, nostra idola sunt
relinquenda, quæ sunt illa, in quibus aduersus diui-
nam voluntatem nostram felicitatem collocamus: id
circo ut veram felicitatem assequamur, à falsa digre-
diendum est, enitendumque ut contritione, confes-
sione, atque satisfactione illam emundemus, vetusque
Testamentum hoc est veterem hominem spoliemus
vt ait D. Paulus ad Colossens. *Spoliantes vos veterem
hominem qui secundum Deum creatus est, & induentes
nouum* Omnia itaque idola, falsa oblectamēta, omnes
nostras vanitates subter arborem veræ Crucis conse-
pelire debemus. Rupertus hoc in loco ait Terebin-
thum esse arbore, à qua præstantissimum thus effluit,
quo sancta Crux intelligitur, ex qua summum nostrū
remedium, nostraque sanitas dimanauit. D. Ioannes
Damascenus, ait hanc Crucem in arbore vitæ in pa-
radyso terrestri inserta, fuisse designatam. Propere-
mus igitur ad hanc arborem, ad pedes Iesu Christi
crucifixi incuruemur. Sanctam Crucē amplectamur,
subter quam nostra Idola sepeliamus: hoc que pacto,
ad celsum montem Bethel, id est domū Dei, & æter-
nam felicitatem commigrabimus, vbi summo bono,
cæterorum bonorum fonte affluemur. Hæc habui, de
veris & falsis bonis quæ dicerem, ut quæ sectari, quæ
verò effugere debeas, pernoscas. Hoc mihi admodum
cordi foret, si hæc à mea doctrina depromeres, rerum-
que tuarum propter hanc satageres. Quemadmodum
Olior mirifica incredibilique recreatur voluptate
cū fructus arborum quas industria manu conleuit,
videt adolescere, atque onerari: Pari etiam ratione,
Præceptor nullā certē voluptas animi potest esse ma-

Coloss. 3.

ior, Discipulos quos docuit sapientes optimosque di-
sciplinatis imbutos intuens quæ sunt satæ suapte ma-
nu arbores, illiusque doctrinæ aqua irrigatæ. Sic se ha-
bent Discipuli, qui oculos in Deum conieciunt, qui
ei corda dedunt, qui maximi optimam famam faciunt,
qui magno honore causas quibus paratur, venerantur.
Hi sunt qui ex optima doctrina suauitate odorū afflāt,
non solum quod scientiam, sed quod etiam optimis
operibus perfungantur. At velut lychnus madidus,
lucem reijcit neque retinere potest: sic qui in amore
Dei, & virtutis refrigescit, boni salubrisque consilij
atque admonitionis pertesit, scientiæ lucem è menti-
bus eximit. Vnde magna oriuntur incōmoda, & detri-
menta, potissimum si qui bonam doctrinam non ad-
mittunt, locupletes sunt ac potentes, nobilique propa-
gine, ac stirpe satiam enim ansas ad malū habent pa-
ratas, nullaque scientia, quod obsistat, muniuntur. Quod
enim diuites pessumdentur, hoc præcipue ob multa
quæ possident, & ob pauca quæ sciunt, euenit. Absit
(inquit Discipulus) ut in eorum numerum adscribar.
In deum, propter suam misericordiam spero, me tua
doctrina, lumine, ductu, exemplo, norma; vitæ no-
stræ, omnium officiorū, quibus adstringor, mercimo-
nia insumpturū, meæ vitæ ad amissim & vestigia, quæ
delineabis, adiungens ac disponens ædificium. At ve-
rò, obsecro te, ut si quando cæspitantem aduertas, de-
bilitatis ac eneruationis parietes, obiurgationis con-
silij & doctrinæ fulcris & sustentaculis, vnā cum hoc
amore quo me semper prosequutus es, quæ nulla vn-
quā delebit ætas, adminiculeris. Meus verò in te amor,
amicitiæque ardor, tanto aggere, viribusque vallabi-
tur, ut nusquam sit defecturus: antè quidquid firmiter
est, à sua cōstantia & stabilitate diuelleretur, quàm mi-
nimo mutabilitatis, & inconstantia signo insolescat:
omni; vitæ curriculo & progressu huius amoris mea
opera probatissimum ac certissimum præbebunt testi-
monium. Si corporis interiora, tanquam in pellucido
speculo possem lustrare, in meo pectore corculū tibi
addictissimum, amoris plenum, tuæque voluntatis e-
sequendæ desiderio exardescens, intuereris. Hunc a-
morem, fidem ac vrbānitatem pro veris bonis existi-
mo, quæ in posterum cæteris de quibus egisti, adiun-
gam, quæque assequi, & attingere pro viribus enitar.
Admodum est cordi (inquit Præceptor) ut hac in re,
proque cæteris virtutibus, tuo ingenio dignis, elabo-
res. Etenim labores, quos viri nobiles subeunt, quique
honorem & virtutem magno ducunt pretio, non ad
hoc spectant, ut quod voluntas expetit, possideant, at
quod ratio ipsa suadet, & imperat, assequantur. Quo-
niam igitur illa me ad alia munia obeunda subinui-
tat, adsit tibi Deus, mihi que præsto etiam sit. Qui (ait
Discipulus) summum bonum est, verā bona nobis
largiatur. Amen.

F I N I S.

Laus Deo.



INDEX LOCORVM,
ET AVTHORITATVM SACRÆ
SCRIPTVRÆ, IN HIS DIALO-
GIS OCCVRRENTIVM.

Prior numerus paginam: Secundus verò columnam indicat.

Genesis.

1	H T Spiritus Domini ferebatur super aquas. pag. 220. col. 2	
	Fiat lux, & facta est lux. 202.2	
	Factum est mane & vespere dies v- nus. 222.1	
2	Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradysum voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. 36.1	
3	Pulvis es & in puluerem reuerteris. 155.2	
5	Sub viri potestate eris & ipse dominabitur tui. 206.2	
6	Corrupta est terra coram Deo. 196.1	
11	Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrin cu- ius culmen pertingat ad cælum. 57.2	
14	Dixit rex Sodomorum ad Abraham, da mihi a- nimas cætera tolle tibi. 14.2	
21	Cum vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ luden- tem cum Isaac, filio suo, dixit ad Abraham. Eijce ancillam hanc & filium eius. 29.2	
28	Cum venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de la- pidibus qui iacebant. 80	
35	Abijcite deos alienos qui in medio vestri sint, & mūdāmini, ac mutate vestimenta vestra. 261.1	
	Dederūt ergo ei omnes deos alienos quos habe- bāt, & in aures quæ erāt in auribus eorum: at il- le infodit eas subter Terebinthum. 261.1	
46	Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægypto fuere Septuaginta. 14.2	

Exodus.

Exod. 1.	Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris. 43.1
3	Ego sum qui sum. 196.1
4	Obsecro Domine, mitte quæ missurus es. 257.1
12	Profectique sunt filij Israël de Ramasse in So- coth. 28.1

Leuiticus.

Leuit. 2.	Quidquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. 215.1
18	Ex his duobus præceptis omnis Lex dependet, & Prophetæ. 115.1

Numeri.

Num. 14.	Constituamus nobis ducem, & reuertamur
----------	--

Ægyptum.

17	Cumque dedissent omnes Principes virgas per singulas Tribus, fuerunt virgæ duodecim ab- sque virga Aaron, &c. 42.2	52.2
33	Dispertite cunctos habitatores terræ Chanaan, & cæt. 166.2	
33	Sin autem nolueritis interficere habitatores ter- ræ, qui remanserint, erūt vobis clauj in oculis vestris & lanceę in lateribus. 166.2	

Deuteronomium.

Deut. 8.	Cum satiatus fueris, obserua & caue, nequā- do obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius. 242.2
15	Nec contrahas manum, sed aperies eam pauperi 133.1
	Quasi inundationem maris lac sugēt, & thesauros absconditos arenarum. 160.2
26	Non accipies personam, neq; munera: quia mu- nera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. 218.1
28	Oblatus est, quia ipse voluit. 18.2
32	Gens absque consilio est, & sine prudentia, uti- nam saperent, & intelligerent, ac nouissima providerent. 92.1
38	Qui pedibus suis prosternuntur doctrinam acci- piunt. 152.1

Primus Regum.

1. Reg. 8.	Constitu nobis ducem, vt iudicet nos sicut & vniuersæ habent nationes. 52.2
------------	--

Secundus Regum.

2. Reg. 7.	Et ipsum opus Basij interrasile erat, & scul- pturæ inter iuncturas. Et inter coronulas & plectras leones, & boues Cherubim. 45.2
------------	---

Secundus Paralipomenon.

2. Par. 15.	Num ignoratis quod Dominus Deus Is- raël dederit regnū Dauid super Israël in sem- piternū, ipsi & filij eius in pactū salis. 215.1
19	Videte quid faciatis, non enim hominis exer- citis iudicium, sed Domini, & quodcunque iu- dicaueritis, in vos redundabit. 218.1

1. Esdræ.

1. Esdr. 4.	Nos memores salis quod in palatio come- dimus. 215.1	106
-------------	---	-----

Index sacrae Scripturae.

Iob.

- 3 Nudus egressus sum ex utero matris meae, & nudus reuertar illuc. 249.2
 Dominus dedit Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. 56.2
 5 Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. 209.1
 Visitans speciem tuam non peccabis. 17.1
 7 Militia est vita hominis super terram. 55.2
 9 Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, sed non viderunt bonum. 211.1
 10 Paucitas dierum meorum finietur breui. 125.1
 14 Homo fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. 7.2
 23 Deus molliuit cor meum. 61.1
 30 Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti. 229.1
 32 Appende me in statera, & sciat Deus simplicitatem meam. 195.1
 41 Corpus illa quasi scuta fusilia compactum squamis se prementibus. 164.1

Psalmi.

- 1 Eterit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. 73.1. & 219.2
 Et folium eius non defluet, & omnia quaecunque faciet prosperabuntur. 219.2
 2 Postula a me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam. 257.1
 Estote prudentes vos qui iudicatis terram. 43.1
 4 Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo, & requiescam. 73.2
 Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in Domino. 38.2
 Irascimini, & nolite peccare. 114.1
 Vt quid diligitis vanitatem, & quaeritis mendacium. 42.2
 6 Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo. 86.2
 9 Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. 160.2
 11 Vnusquisque vana loquetur contra proximum suum. 157.1
 13 Sepulchrum patens guttur eorum. 25.1
 14 Qui munera super innocentem non accepit. 218.1
 16 Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, fatiabor cum apparuerit gloria tua. 19.2
 18 Caeli enarrant gloriam Dei. 196.1
 In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. 210.2
 Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiae non ortus est nobis. 196.1
 19 Domine saluum fac Regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. 201.2
 22 Rege eos in virga ferrea. 114.2
 23 Sicut oves in inferno positi, mors depascet eos. 105.2
 25 Qui seminant in lacrymis in exultatione metent. 68.1
 27 Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. 170.2

- 32 Et omnia facta sunt. 143.2
 Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. 202.2
 33 Et humiles spiritu saluabit Deus. 142.2
 Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe, lacrymas meas ne files: quoniam ego sum advena apud te & peregrinus sicut omnes patres tui. 57.2
 34 Indue arma & scutum. 128.2
 35 Apud te est fons vitae. 11.2
 38 Et substantia mea tanquam nihilum ante te. 9.1
 In meditatione mea exardescet ignis. 29.1
 In imagine pertransit homo. 7.2
 41 Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. 99.1
 48 Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. 211.2
 Iustitia & pax osculata sunt. 201.1
 50 Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. 24.1
 54 Ecce elongaui fugiens, & remansi in solitudine. 73.2. & 205.1
 57 Non exaudiunt vocem incantantium. 162.1
 62 Dominus protector vitae meae, a quo trepidabo. 189.2
 64 Valles abundabunt frumento. 153.1
 65 Transiuimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium. 208.1
 68 Torrentem pertransiuit anima nostra. 189.2
 71 Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. 38.2
 72 Domine in ciuitate tua imaginem eorum ad nihilum rediges. 126.1
 75 Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. 201.1
 Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. 239.1
 76 Cogitavi dies antiquos, & annos aeternos in mente habui. 159.2
 Renuit consolari anima mea. 160.2
 79 Ostende faciem tuam, & salui erimus. 287.1
 82 Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum Domine. 61.1
 83 Confitebuntur tibi caeli mirabilia. 235.1
 Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernacula peccatorum. 80.1
 84 Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. 257.2
 86 Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. 183.2
 Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. 18.2
 90 Clamauit ad me, & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, corripiam eum, & glorificabo eum. 61.2
 Quoniam ipse liberabit me a laqueo venantium, & a verbo aspero. 239.1
 Scuto circundabit te veritas eius. 258.2
 91 Iustus vt palma florebit. 73.1
 94 Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutare nostro. 134.2
 101 Ipsi peribunt: tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent. 155.2
 103 Vinum latificat cor hominis. 216.2
 210 Respexit in orationes humilium & non spernit preces eorum. 153.1
 Intellectus bonus recte operantibus. 188.1
 Initium sapientiae timor Domini. 132.1
 Dies mei sicut umbra declinauerunt. 211.1
 Fiat

Index sacrae Scripturae.

- 111 Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus eius. 255.2
- 115 Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. 100.1. & 506.2
- 119 Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. 99.1
- 121 Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. 30.2. & 187.1
- 122 Humilia de caelo prospicit. 143.2
- 123 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. 142.1
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. 142.1
- 124 Dominus in circuitu populi sui. 260.1
Qui seminant in lacrymis in exultatione metent. 160.1
Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. ibi.
Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. ibid.
- 128 Declaratio sermonum tuorum illuminas, & intellectum dat paruulus 153.1
- 136 Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. 23.2
- 140 Corripiet me iustus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. 167.1
Singulariter sum ego donec transeam. 81.2
- 142 Cor meum in me turbatum est. 115.1
- 145 Nolite confidere in principibus, nec in filiis hominum in quibus non est salus 250.1
- 146 Templum tuum sanctum & mirabile in aequitate. 52.1
- 19 Posside sapientiam, quia auro melior est 245.1
- 17 Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. 69.2. & 164.2
Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis 48.1
- 18 Mors & vita in manibus linguæ 83.2
- 19 Vbi non est scientia animæ non est bonum 194.2
Doctrina viri per patientiam noscitur 138.1
Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo rete expandit gressibus suis 168.1
Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei 48.1. & 133.1
- 20 Luxuriosa res vinum 227.1
- 19 Rex iustus erigit terram 201.1
- 20 Misericordia & veritas custodiunt regem & roboratur clementia thronus eius. 201.1
Cui vax? cui rix? cui fouax? cui sine causa vulnera? cui suffusiones oculorum, nonne his qui comorantur in vino & student in calicibus epotandis. 226.2
- 21 Seruire Deo regnare est 32.2
Abominatio Domini cogitationes malæ 231.2
- 23 Ne intuearis vinum quando flauescit. 226.2
Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. 226.2
- 24 Vir sapiens fortis est 211.1
- 25 Nubes, & ventus, & pluiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens 166.1
- 26 Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulosa oscula odientis 167.1
- 28 Fugit impius nemine persequente: iustus autem quasi Leo confidens absque terrore erit. 222.2
Beatus vir qui sapientiam inuenit. 345.1
Noli regibus dare vinum, quia nullum secretum est, vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperibus 226.1
- 31 Date ei de fructu manuum suarum 188.1
Fallax Gratia, & vana est pulchritudo 237.2
- 38 Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis. 245.2

Prouerbia.

- 1 Fili mi si te lactauerint peccatores, nō acquiescas eis. 164.1
Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. 194.2
Auersio paruulorum interficiet eos. 209.1
Prosperitas stultorum perdet illos. 240.2
- 1 Imprudentes odibunt scientiam? 160.2
- 3 Honora Dominum de tua substantia, & de præmijs frugum tuarum 133.1
- 8 Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis. 245.1
- 10 Qui indocti suas, in cordis egestate morientur. 245.1
In multiloquio non deerit peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. 83.2. & 221.2
- 11 Qui despicit amicum suum, indigens corde est. 171.2
In impietate sua corruet impius. 148.1
Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum 181.1
Amicus in Afflictione amici cognoscitur 162.2
Vbi erit humilitas, erit & sapientia 15.1
- 13 Patris sapientia arbor est vitæ pro illis qui eum amplectentur. 219.2
- 14 Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. 60.1. & 109.1. & pag. 210.2. & 222.1
Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem, & hi quos habuit, separantur. 167.1
Amici diuitum multi 167.1
In corde prudentis latet sapientia 188.1
- 15 Fama bona præstantior diuitijs 102.2
- 16 Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. 60.1. & 194.2
- 1 Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas. 249.1
Potabit illum Deus, aqua sapientiæ salutaris. 233.2
Dilectio Dei est honorabilis sapientia 152.1
- 3 Omnia tempus habent, tempus loquendi, & tempus tacendi 181.2
Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. 197.2
Omnia pergunt ad vnum locum, de terra facta sunt & in terram reuertuntur. 249.2
Quanto magnus es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam 142.2
Multam malitiam docuit obrietas. 209.1
- 5 Aqua sapientiæ potabit illum, & firmabitur in illo. 153.1
- 7 Melior est dies mortis, die natiuitatis 100.1
Memorare nouissima tua, & æternum non peceabis. 92.1
Ne plus sapias, quam necesse est, ne obstupescas. 148.1
- 10 Post industriam sequitur scientia 150.2
Nihil est iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet 239.2
Secundū studium populi sic & ministri eius. 201.2

Ecclesiastes.

- 12 Non

Index sacrae Scripturae.

- 12 Non agnosceatur in bonis amicus, & non abscon-
detur in malis inimicus. 69.2
19 Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & di-
cat, Non feci, aut si fecerit, ne iterum addat
facere. 178.2

Cantica canticorum.

- 1 Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere,
abi post vestigia gregum tuorum. 17.1
Trahe me post te. 75.2
Post te in odorem unguentorum tuorum curre-
mus. 82.1
2 Ordinavit in me charitatem. 235.1
8 Aqua multae non potuerunt extinguere charita-
tem. 60.2
Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signa-
culum super brachium tuum. 41.1. & 185.1

Sapientia.

- 1 Diligite iustitiam, vos qui iudicatis terram. 38.
2. & 201.1
2 Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis.
211.1
In maleuolam animam non introibit sapientia,
neque habitabit in corpore sub dito peccatis.
148.2
Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ.
24.2
Hoc quod continet omnia scientiam habet vo-
cis. 129.1
Sapientiam & disciplinam qui abiicit, infelix est.
246.1
3 Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tangit
illos tormentum mortis. 100.1
4 Raptus est, ne malitia mutaret intellectus eius.
229.1
5 Nati continuo desinimus esse, & virtutis quidem
nullum signum valuimus ostendere. 11.2
Nos infensati vitam illorum æstimabamus insa-
niam, & finem illorum sine honore. 196.1
Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insen-
satos. 244.1. & 188.1
5 Transferunt omnia illa tanquam umbra, & tan-
quam nuntius permanens. 108.2. & 243.1
7 Præposui illam regibus & sedibus, & diuitias ni-
hil esse duxi in comparatione illius. 194.2
10 Iustum deduxit per vias rectas, & ostendet illi re-
gnum Dei. 6.2
Honestavit illum in laboribus, & compleuit la-
bores illius. 62.2
11 Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum
quæ fecisti. 197.1
13 Vani sunt omnes homines, in quibus non subest
scientia Dei. 152.1
14 Tua pater providentia gubernat. 202.2
16 Homo occidit per malitiam animam suam. 105.
1. & 204.2

Ecclesiasticus.

- 1 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. 243.1
Væ his qui perdiderunt patientiam. 138.1
Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingres-
sus illius mandata æterna. 153.1
Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus
fueris. 147.2
Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat in-
imicos. 178.2

- 6 Si possides animam in tentatione posside eam, &
ne facile credas ei. 179.2
Amicus fidelis est pro tectis fortis, qui autem in-
uenit illum, inuenit thesaurum. 164.2
Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immor-
talitatis. 165.1
7 Melius est à sapiente corripi, quàm à stultorum
adulatione decipi. 165.1
Noli quærere ab homine Ducatum, neque à Re-
ge cathedram honoris. 213.2
9 Conclude eleemosynam in corde pauperis, &
hæc pro te exorabit ab omni malo. 133.1
Ne derelinquas amicum antiquum. 180.1
13 Omne animal diligit sibi simile. 164.2
17 Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum
extraneo ne reuelés. 181.1
18 Post concupiscentias tuas non eas, & à volunta-
te tua auertere. 129.1
19 Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.
226.2
20 Est tacens qui inuenitur sapiens, & est odibilis,
qui est procax ad loquendum. 181.2
Qui potestatem sibi sumit iniuste odietur. 213.1
25 Beatus qui inuenit amicum verum. 165.1
31 Amaritudo animæ vinum multum potatum.
226.2
Lignum offensionis est aurum sacrificantium, væ
illis qui sectantur illud. 239.2
33 Quasi qui apprehendit umbram, & persequitur
ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia.
242.2
38 Honora medicum propter necessitatem: etenim
illum creauit altissimus. 193.2

Isaias.

- 1 Argentum tuum versum est in scoriã, vinum
autem mistum est aquæ. 130.2
3 Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te deci-
piunt. 167.1
5 Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & ius-
titiam iusti auferis ab eo. 218.1
Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram
vobismetipsis prudentes. 154.2
Captiuus ductus est populus meus, quia non ha-
buit scientiam. 245.2
8 Et erit vobis in sanctificationem. In lapidem au-
tem offensionis, & in petram scandali. 256.2
Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conte-
rentur. 256.2
11 Non nocebunt, & non occident in vnuerfo san-
cto meo: quia repleta est terra scientia Domi-
ni. 245.2
16 Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum, a-
periat terra, & germinet Saluatorem. 257.2
19 Confundentur qui operantur linum plectentes,
& texentes subtilia. 156.2
Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, &
ingredietur Ægyptum, & commouebuntur si-
mulacra Ægypti à facie eius. 220.1
22 Dabo clauem Dauid super humerum eius. 46.1
23 Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &
in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulen-
ta. 87.2
26 Domine in angustia requisierunt te, & in tribu-
latione murmuris doctrina tua eis. 61.1
30 In silentio & in spe erit fortitudo vestra. 221.2
32 Et erit opus iustitiæ pax & cultus iustitiæ silen-
tium. 201.1. & 221.2
Et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium
nostrum. 54.1

Dialog. z Per-

Index sacrae Scripturae.

- Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. 152.2
 Propter scelus populi percussi eum. 54.1
 40 Omnis caro foenum, & omnis gloria eius, quasi flos agri, exsiccatum est foenum, & cecidit flos. 155.1
 Vox clamantis in deserto. 80.2
 43 Cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. 61.2
 45 Utinam dirumperes caelos, & descenderes. 187.2
 46 Redite praevicariatores ad cor. 96.1
 47 Non posuisti haec super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. 92.1
 48 Vadunt cum silentio. 13.2
 Egredimini e Babylone. 203.2
 49 Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea, usque ad extremum terrae. 256.2
 Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum ut non misereatur utero filij sui? 197.1
 50 Computrescent pisces sine aqua, & moriantur in siti. 233.2
 53 Verè languores nostros, ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. 18.1
 Cum iniquis reputatus est. 19.1
 Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras. 18.2
 55 Ecce testem populis dedi eum, ducem ac pceptorem Gentium. 256.2
 Ecce Gentem quam nesciebas vocabis: & Gentes quae te non cognouerunt, ad te current. 256.2
 Omnes sitientes venite ad aquas. 162.1
 62 Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat. 221.2
 65 Ecce ego ad Gentes, quae non inuocabat nomen meum. 256.2
 66 Caelum mihi sedes est. 102.2

Jeremias.

- 4 Congregentur omnes aquae quae sub caelo sunt. 220.2
 Non tacebo, quoniam vocem buccinae audiuit anima mea. 221.2
 Aspexi terram, & ecce vacua eras & nihili. 242.1
 Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. 148.2
 Usquequò morabuntur in te cogitationes noxiae. 231.1
 6 Gentes venient ab extremis terrae, & dicent, Verè mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem quae eis non profuit. 256.2
 8 Quomodo dicitis Sapientes nos sumus, & Lex Domini nobiscum est? 154.2
 9 Quis dabit me in solitudine diuersorum viatorum. 81.1
 11 Aspexi terram, eamque vidi vacuum & inanem. 185.1
 Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius. 100.1
 16 Seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem. 339.2
 17 Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. 250.1
 Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. 250.1
 22 Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. 235.1
 51 Fugite de medio Babylonis, & saluet unusquis-

que animam suam. 230.2

Threni, siue lamentationes Ieremiae.

- 1 Sordes eius in pedibus eius, nec recordate est finis sui. 92.1
 1 Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. 91.1
 3 Sedebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. 81.1. & 221.2
 Bonum est prestolari cum silentio salutare Dei. 221.2
 5 Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. 75.2. & 105.1

Baruch.

- 3 Hic aduenit omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puero suo, &c. 18.2

Ezechiel.

- 1 Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat. 25.2
 3 Si non annunciaueris ei, neque locutus fueris, ut auertatur a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur. 45.2
 9 Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem & signa Tau super frontes gementium, & dolentium, &c. 95.2
 16 Auferetur zelus meus à te & quiescam, nec irascar amplius. 61.1
 17 Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum iublime, & exaltaui lignum sublime. 219.1
 18 Nolo mortem peccatoris, sed magis conuertatur & viuat. 142.1. & 203.2
 28 Et eleuatum est cor in decore tuo: perdidisti sapientiam in decore tuo. 236.1
 37 Facta est super me manus Domini, & eduxit nos in spiritu Domini, & demisit me in medio caeni, qui erat plenus ossibus. 104.2
 Ossa arida audite vocem Domini. 105.1
 38 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. 86.2
 Meditabor ut columba. 86.2
 41 Et fabrefacta Cherubim & Palmae, & Palma inter Cherub. & Cherub. &c. 41.1

Daniel.

- 6 Fenestris apertis contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut ante facere consueuerat. 78.2

Oseas.

- 1 Quia tu scientiam repulisti repellam te. 195.1
 2 Ducam eam ad solitudinem, & loquar ad cor eius. 281.1. & 80.2
 Et miserebor eius quae fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, Populus meus es tu & ipse dicet, Deus meus es tu. 257.1
 Et cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius. 108.2
 4 Non est scientia Dei in terra. 245.2
 Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor. 216.2

Perdi-

Index sacrae Scripturae.

- 73 Perditio tua Israel ex te tatummodo in auxilium
eum. 75.2
O mors ero mors tua. 100.1
25 Coeperunt principes furere a vino: extendit ma-
num suam cum illis foribus. 226.2

Ioel.

- Gaudium filiorum hominum confusione ple-
num. 109.1

Amos.

- 8 Conuertam festiuitates vestras in luctum, & om-
nia cantica vestra in planctum. 108.2

Micheas.

- 4 Et fluunt ad eum populi, & properabunt ad eum
Gentes multae, & dicent, Venite ascendamus
ad montem Domini. 256.2
7 Nolite credere amico, & nolite confidere in du-
ce. 182.1

Abacuc.

- 3 Ante faciem eius ibit mors. 100.2

Aggeas.

- 2 Et veniet desideratus cunctis gentibus. 256.2

Zacharias.

- 2 O, o fugite a terra Aquilonis. 203.2
4 Vidi & ecce candelabrum aureum, & lampas e-
ius super caput ipsius. 134.2

Malachias.

- En orietur vobis timentibus nomen meum Sol
iustitiae, & sanitas in pennis eius. 249.1

I. Machabæorum.

- 1 Similis factus est Leoni in operibus suis. 222.2

EX NOVO TESTAMENTO.

D. Matthæus.

- 4 Spiritus extulit eum in desertum. 82.1
5 Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est re-
gnum caelorum. 239.1
Beati mundo corde, quonia ipsi Deum videbunt. 87
Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam
consequentur. 133.1
Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
60.2
Beati qui persecutionem patiuntur propter iusti-
tiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.
161.2
Nolite iurare per caelum, neque per terram. 202
6 Cum ieiunatis vngite caput. 96.1
Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram
hominibus, ne videamini ab eis. 37.2
7 Arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur,
& in ignem mittetur. 219.2
8 Sinite mortuos sepelire mortuos suos. 105.1
9 Cur cogitatis mala in cordibus vestris. 231.2

- 10 Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam
autem non possunt occidere. 189.2
Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit
eam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit
eam. 139.2 & 180.2
Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit.
181.2
Nihil tam occultum quod non reueletur. 7.2
11 Videns Iesus turbas aperiens os suum docebat eos.
166.1
Discite ex me, quia mitis sum, & humilis corde.
142.2 & 143.1
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati es-
tis, & ego reficiam vos. 162.1
Confiteor tibi Pater caeli & terrae, quia abscon-
disti haec a sapientibus & reuelasti ea paru-
lis. 153.1
12 Oportebat, vt filius hominis esset in corde terrae
tribus diebus & tribus noctibus. 230.2
Omne regnum in se diuisum, desolabitur. 215.1
De omni verbo otioso quod loquuti fuerint ho-
mines, reddent rationem in die iudicij. 84.1
13 Videtis has omnes aedificationes? Non relinque-
tur lapis super lapidem. 64.1
Nemo propheta sine honore nisi in patria. 250.2
16 Qui vult venire post me, abneget semetipsum, tol-
lat crucem suam, & sequatur me. 29.1 & 131
19 Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quae ha-
bes, & da pauperibus, & habebis thesauros in
caelo. 240.1
Et erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. 209.
Centuplum accipies & vitam aeternam possidebis.
128.1
20 Sicut filius hominis non venit ministrari sed mi-
nistrare. ibid.
Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit mi-
nister vester, & qui voluerit inter vos primus
esse, erit vester seruus. 46.1
Vulpes foueas habent, volucres, caeli nides, & fi-
lius hominis non habet vbi caput reclinet.
120.2
22 Quid me tentatis hypocritae. 70.1
Magister scimus quia verax est 170.1
23 Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat,
exaltabitur. 142.2 & 153.1
Ierusalem, Ierusalem, quae occidis Prophetas, &
lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui
te congregare, sicut gallina congregat pullos
suos. 250.2
Vigilate, nescitis enim qua hora Dominus sit ven-
turus. 230.2
Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. 111
1
25 Non omnis qui dicit Domine, Domine, intrabit
in regnum caelorum, sed qui facit voluntatem
patris mei. 256.1
27 Tenebrae factae sunt per vniuersam terram, velum
templi scissum est in duas partes a summo vs-
que deorsum, & terra mota est, & petrae scissae
sunt. 258.2

D. Marcus.

- 9 Habete in vobis sal. 215.1
Omnis victimae sale aspergatur. 215.1
10 Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te,
quid ergo erit nobis? 240.1
11 Discite ex me, quia mitis sum, & humilis corde.
153.1
Dialog. 7. 2 D. Lucas.

Index sacrae Scripturae.

D. Lucas.

- 1 Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. 219.1
 2 Nunc dimittis seruum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace. 99.2
 6 Esote misericordes, sicut & pater vester celestis misericors est. 133.1
 Date & dabitur vobis. 133.1
 9 Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 240.2
 10 Porro vnum est necessarium. 196.2
 11 Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? 198.1
 Sic luceat lux vestra coram hominibus, qui vident opera vestra, vt glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. 134.2
 12 Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. 134.2
 18 Omne regnum in se diuisum desolabitur. 17.2
 21 In patientia vestra possidebitis anima vestras. 58.2, & 138.1
 26 Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. 213.2

D. Ioannes.

- 1 Omnia per ipsum facta sunt. 143.2
 Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 143.1
 3 Sicut Moyses exultaui serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 210.1
 Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate. 172.2
 Omnis mundus in maligno positus est. 109.2
 Qui non diligit est in morte. 115.1
 6 Descendi de caelo non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. 33.1
 11 Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. 210.2
 8 Ego principium, qui & loquor vobis. 11.2
 10 Ego vici mundum. 143.2
 12 Sciens Iesus, quia ventura erat hora, in qua ad patrem erat migraturus. 144.1
 Nondum venit hora mea. 144.1
 Venit hora in qua filius hominis glorificetur. 160.1
 Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. 197.1
 14 Nemo venit ad patrem, nisi per me. 75.2
 Ego sum veritas. 197.2
 15 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 143.2
 16 Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. 108.2
 Mundus gaudebit, vos autem plorabitis & flebitis, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. 60.1
 31 Omnis mundus in maligno positus est. 204.1

Acta Apostolorum.

- 1 Non est vestrum scire tempora & momenta, quae pater posuit in sua potestate. 148.1
 7 Impetum fecerunt vnanimiter in eum. 164.1
 Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. 160. & 189.2
 17 In Deo viuimus, morimur, & sumus. 232.2

- 19 Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus. 150.1
 20 Oportet nos meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius est dare, quam accipere. 172.1

D. Paulus ad Romanos.

- 1 Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. 152.2
 Obscuratum est insipiens cor eorum. 211.2
 Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae. 53.2
 Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. 142.2
 2 Si secundum carnem viuatis, moriemini. 29.2
 Qui in carne sunt, Deo grati esse non possunt. 29.2
 3 Nunc autem sine lege iustitia Dei manifesta est. 37.2
 Armemur armatura luminis. 128.2
 Gloriamur in tribulationibus scientes, quod tribulatio patientiam operatur. 58.2
 Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in Christo Iesu. 18.1
 4 Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. 159.2
 Per hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. 105.2
 Commendat charitatem suam Deus in nobis. 144.1
 Obscuratum est insipiens cor eorum, putantes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. 198.1
 Gloriamur in tribulatione. 160.2
 Omnes in Adam peccauimus. 144.1
 6 Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. 118.2
 8 Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri. 21.1
 Scientia carnis inimica est Deo. 244.1
 Si Deus pro nobis, quis contra nos? 289.2
 Carnis prudentia mortua est. 223.2
 Proprio filio non pepercit, sed pro nobis eum tradidit. 197.1
 Scientia carnis inimica est Iesu Christi. 244.1
 11 Proudentes bona opera, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. 134.2
 Quoniam ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia. 11.2
 Noli altum sapere, sed time. 148.1
 12 Reformamini in nouitate sensus vestri. 231.1
 13 Induimini Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis. 29.1

D. Pauli I. ad Corinth.

- 1 Pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui solatur nos in omnibus tribulationibus. 162.1
 In omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia. 245.1
 Maledicentes regnum Dei non possidebunt. 25.1
 Nos praedicamus Christum, Dei virtutem & sapientiam. 219.2
 Serm

Index sacrae Scripturae.

- 2 Sermo meus & praedicatione mea non in persuasibilibus humane sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. 257
 Perdam sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabo. 19.1
- 3 Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, sed nostra sufficientia ex Deo est. 75.2
 Si cuius opus manserit, quod superedificauit, mercedem accipiet. 209.1
 Scientia huius mundi stultitia est apud Deum. 147.2. & 244.1
 Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens. 159.1
- 4 Scientia inflat, charitas vero aedificat. 53.2
 Non in sermone est regnum Dei, sed in veritate. 235.1
- 6 Empti estis magno pretio. 239.2
 Qui adhaeret Domino vnus spiritus est. 196.1
- 7 Praeterit figura huius mundi. 126.1. 185.2
- 9 Non alligabis os boui trituranti. 209.1
- 10 Petra autem erat Christus. 153.1
- 14 Facite omnia propter aedificationem. 134.2
- 15 Corrumpunt bonos mores colloquia praua. 84.1. & 166.2.
 Gratia Dei sum id quod sum. 75.2
 Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. 100.1
 Sicut in Adam omnes moriuntur, & in Christo omnes viuificabuntur. 100.1

D. Pauli ij. ad Corinth.

- 1 Gloria haec est testimoniū conscientiae nostrae. 24
 3 Nos omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. 31.1
- 4 Habemus thesaurū istum in vasis fictilibus. 14.1
 5 Et dedit nobis ministeriū reconciliationis. 215.1
- 6 Quasi morientes & ecce viuimus. 28.2. & 104.2
 Per arma iustitiae à dexteris, & à sinistris. 129.2
- 7 Arma militiae nostrae non carnalia sunt. 128.2
 Praeterit figura huius mundi. 8.1
- 15 Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem caelestis. 61.1

D. Pauli ad Galatas.

- 1 Si hominibus placerem Christi seruus non essem. 179.1
- 2 Nulla est acceptio personarum apud Deum. 41.2
 Viuo autem non ego, viuit vero in me Christus. 29.1. & 128.1.
- 3 Ne efficiamur inanis gloriae cupidi. 213.2
 Si data esset lex, quae posset viuificare, verè ex lege esset iustitia. 37.2
- 5 In Christo Iesu, neque Circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed noua creatura. 248.1
 Per charitatem operatur. 206.1
- 6 Dum tempus habemus operemur bonum. 36.1
 Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. 104.2

D. Pauli ad Ephes.

- 1 Elegit nos ante constitutionem mundi. 93.2
 In quo habemus redemptionem per sanguinem eius. 143.2

- 4 Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem. 131.1
 Renouamini in spiritu mentis vestrae. 231.1
 Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. 180.2
 Ambulate in amore. 115.1
 Et ipse quosdam dedit Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores & doctores. 43.1
 Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem. 29.1
 Obsecro vos, ut digne ambuletis in vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate. 58.2
 Iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulauit, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. 154.2. & 211.2
- 5 Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. 227.1
 Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. 206.2
- 6 Armemur armis Dei. 128.2

D. Pauli ad Philippens.

- 1 Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. 68.1. & 139.2
 Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem. 153.1
 Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. 139.2. & 99.1
- 2 Omnes quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi. 130.1
 Seipsum exinanauit formam serui accipiens. 32.2. & 143.1
- 3 Nostra conuersatio in caelis est. 30.2. & 131.2. & 159.2. & 187.2. & 196.1.
- 3 Et gloria in confusione ipsorum. 213.2
- 4 Gaudete in Domino, iterum dico gaudete. 109.2

D. Pauli ad Colossens.

- 3 Charitas vinculum perfectionis. 245.2
 Mortui estis & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. 28.2. & 104.2
 Spoliantes vos veterem hominem cum actibus suis & induentes nouum, cum qui renouatus in agnitionem. 131.1
 Auaritia Idolorum seruitus. 239.2
 Spoliantes vos veterem hominem, & induentes nouum. 261.1
- 4 Sermo vester semper in gratia sale sit conditus. 213.2
 Super omnia autem haec claritatem habete, quod est vinculum perfectionis. 30.2

D. Pauli ad Thessalonicens.

- 1 Non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus, & sobrii simus. 111.1
- 4 Operam detis, ut quieti sitis. 58.2
 Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut, & ceteri, qui spem non habent. 230.1

D. Pauli i. ad Timotheum.

- 4 Attende lectioni, exhortationi, doctrinae. 150.2
 Diarog. 2 3 Tu

Index sacrae Scripturae.

- Tu vigila in omnibus elabora, opus fac Euangeliste. 43.2
 6 Tu autem homo Dei hoc fuge. 204.2
 6 Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum & tentationem Diaboli. 239.1
 6 Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. 122.1

D. Pauli I. ad Timoth.

- Collabora Euangelio secundum virtutem Dei. 209.1
 2 Vult Deus ut omnes homines salui fiant. 203.2
 Non corona bitur, nisi qui legitime certauerit. 111
 Si sustinebimus & conregnabimus. 62.2
 Omnes qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur. 62.2

D. Pauli ad Titum.

- 2 In omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum operum. 43.2. & 134.2
 3 Benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iusticie quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam. 70.2

D. Pauli ad Hebraeos.

- 1 Quibus dignus non erat mundus in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & cauernis terrae. 80.2
 Humiliauit semetipsum, factum obediens usque ad mortem. 143.1
 5 Cum esset Dei filius didicit ex his quae passus est obedientiam. 33.1
 Hoc quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. 213.2
 9 Statutum est omnibus hominibus semel mori. 237
 10 Habentes itaque fiduciam in introitu sanctorum. 250.1
 11 Vivo autem non ego, uiuit uero in me Christus. 104
 Per patientiam curamus ad propositum nobis certamen. 58.2. & 138.1
 Recognitate eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis uestris deficientes. 70.2
 13 Non habemus hanc ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus, quae in caelis est. 229.1
 Obedite propositis uestris. 312.2

Epistola D. Petri.

- 1 Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paterna traditionis sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminari. 143.2. & 239
 2 Mulieres subiectae sint propitijs uiris. 206.2
 5 Humiles estote, quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. 142.2

Epistola D. Iacobi.

- Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. 105.1. & 118.2. & 204.2
 Fides sine operibus mortua est. 256.1
 Amicus huius seculi in inimicus Dei constituitur. 195.2

- Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit Deus diligentibus se. 111.1
 Omne gaudium existimare, cum in magnas tentationes incidetis. 215.2
 Flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt. 231.2
 Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. 143.2
 2 Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. 211.1
 2 Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. 201.1. 133.1
 Fines sine operibus mortua est. 206.1
 Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei. Quicumque ergo uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. 93.2
 Expurgate corda duplices. 188.1
 4 Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit uos. 153.1
 5 Patientes estote & uos, & confirmate corda uestra quoniam aduentus Domini appropinquet. 58.2. & 138.1

Epistola I. D. Ioannis.

- 1 Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. 93.1. & 195.1
 Mundus transit & concupiscentia eius. 93.2
 4 In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ille prior dilexit nos. 197.1

Epistola D. Iudae.


- 1 Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in aeternum. 85.2

Apocalypsis.

- 1 Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. 143.2
 Vincenti dabo edere de ligno uitae. 219
 3 Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum. 148.2
 Nomen habes quod uiuas, & mortuus es. 205.2. & 246.1
 7 Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna. 60.1
 8 Et uidi, & audiui uocem unius aquilae uolantis per medium caeli, dicentis, uoce magna, uae, uae, habitantibus in terra. 57.2
 12 Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in pretioso sanguine suo. 197.1
 Qui sitit ueniat & qui uult accipiat aquam uitae gratis. 162.1
 14 Opera eorum sequuntur illos. 127.2
 Diabolus ab initio homicida est. 20.1
 Beati mortui qui in Domino moriuntur. 139.2
 16 Tentationes magnae sunt & diuersae. 111.1
 18 Exite de Babylone popule meus, ut ne participetis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. 204.1
 20 Missi sunt impij in stagnum ignis & sulphuris ubi cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. 105.2

FINIS.

INDEX



INDEX RERVM ET VERBORVM QVÆ IN HIS DIALOGIS REPERIYNTVR, AMPLISSIMVS ORDINE ALPHABETI.

Prior numerus paginam, Secus columnam indicat.

A

A Aron & eius virga potentiam & senescitatem denotat. pag. 193 col. 1	Achillis contrectari non poterat. 169.2
Aaron eiusque rationale, in quo hæc verba, Doctrina & veritas scribebantur. 316.2	Adulatores perfidi & falsi amici, 167.1.2
Aaron virga pro iis qui Euangelium non seruant. 141.2	Adulatores tinea stultorum 168.1 & canes Regum, c Principum. 168.1
Aaron nõ ingreditur Sanctuarium, quin manus abluat. 87.1	Adulatores sunt canes aulici. 169.2
Abagatus quàm urbane Apostolu Thaddeu recepit. 240.1	Adulator Siciliam euertere. 169.1
Abraham filium immolat 32.2	Adulatores formicis comparati. 167.1 & Echo, 168.1
Abfalon patrem obiurgat. 25.1	Adulatores maris mundi Syrena. 169.2
Abfalon venustus, vanus, & ambitiosus voluit à patre Davide, regnum extorquere. 236.1	Adulatores papaueribus similes. 168.2. & 169.2
Abundantia bonorum terrenorum superbie vicina. 343.1	Adulatorum conuersationis pericula. 169.2
Abfinitia antiquorũ in cibo, & potu. 227.1.2. & 234.1	Advocati peruersi Sophistis similes. 157.1
Abysfin æternæ, vbi impij sine percunt. 184.1 & 234.1	Advocati venatores. 191.2
Academia Parisiorum à Carolo magno instituta. 154.1	Advocati à Lusitania re: gno exules. 191.2
Academia Conymbria ciuitatis, Lusitania, à quo instituta. 210.2 & 211.1	Ægyptus à quo Hierusalem preposita. 52.2
Academici iuxta opinionẽ de veritate reprobati. 119.1.2	Ægyptii in conuiujs mortis figuram gerunt. 92.1
Academici in quo à ceteris Philosophis differant. 114.1	Æmulacio hominum illustrum cuius efficacia. 134.1
Academici de omnibus nulla adhibita differentia dubitant. 5.1	Æsculapius. Vide Plato
Adiones hominum tristes ac calamitose. 184.1	Actas t. nera occupationib. virtutũ est assue faciẽda. 161.1
Adiones Stoicorum. 113.1	Affectio passio anima. 114.1
Adiones mundi latrunculorum ludo comparata. 142.2	Affectiones non prauæ sunt, nisi ratione moderentur. 114.1
Adionẽ bonorum fructibus arborum comparata. 219.1	Affectiones bonæ & prauæ. 118.1
Adæon à suis canibus dilaniatus. 128.2	Affectiones propria ac naturales. 114.1
Adæus nullomodo habitudini contrarius est. 235.1	Afflictiones ob amorẽ Iesu Christi, bonæ sũt anime. 160.1.2
Achilles non poterat vulnerari, nisi planta pedes. 158.1	Afflictiones & patientia Iob 114.56. 2. Davidis. 59.1
Achates lapis aqua cõbures acetõq; extinguit. 136.2. 137	Agathocles Sicilia Rex figuli filius. 247.1
Adam deprauato, omnis mundus corrumpit. 144.1	Agnus Paschalis. 18.2
Adam quæ Etymologia Reges subditos effecit. 52.1	Ajax eiusque fabula mythologia. 231.2
in Adam omnes peccauimus. 143.2. 144.1	Alexander Sabaudia Dux pauperib. suas diuitias insumiebat: præclara ad hanc rem historia. 128.2
Adrianus Imperator eiusque annulus signatorius. 134.1	Alcibiades melius pullus quàm equus. 174.2
Aduersitas vera Philosophiæ mater. 160.2	Alcuinus Caroli magni præceptor. 154.1
Adulario peccatum est animatum. 167.1	Alcuinus Academia Parisiorum fuit causa. 154.1
Adulatio peccatoris oleum. 167.1	Alexander Magnus, minima erat statura. 138.2
Adulatio cito animos hominum corrumpit. 169.1	Alexander filius Scothorum Regis ob Iesu Christi amorẽ regnum reliquit. 125.2
Adulator inter priuatas beluas peior. 169.2	Monasticam vitam in Gullia professus est. ibid.
Adulatoris lingua periculosa pro superioribus contagio. 168.2. & 169.1	Alexander Magnus cum plures esse mundus intelligeret fleuit, & quare. 120.2
Adulatoris lingua magis nocet quàm gladius inimici. 167.1	Alexander Magnus Deus vocari voluit. 121.1
Adulatores in antiquam societatem & conuersationem non admitti debent. 167.2	Alexander cur sui familiaris Ephisionis os oclusit. 221.2
Adulatores carnis peiores. 167.1.2.	Alexander magnus in atatis flore à morte raptus, 125.1 pulchra ad hoc contemplatio. ibid.
Adulatores coruis & veneratoribus similes. 169.2	Alexius ad cõ immanis fuit, vt Imperium fratri abstulerit, oculosque euulserit. 175.2. & 176.1
Adulatores Patroelo comparati, qui manibus hastam	Alpeis mœnia in Italia fortissima. 251.1
	Alpheus flumen & Arethusa eorum allegoria. 145.2
	Alphonfus Lusitanorum Rex & præclarat eius charactris facta. 121.1. & 128.1. & 176.1

Dial. Index Materiarum.

- Alphonsus Neapolitanorum Rex, eremita factus. 129.1
 Ama ut qui est osurus, & abhorre, ut qui osurus. 182.1
 huius interpretatio. ibid.
 Amasis Rex eiusque dominatio. 33.1
 Amasis ex egeno, & pradone, magnus & potens Aegy-
 ptiorum Rex factus, pulchra eius historia. 168.2
 Ambitio Deo hominibusque pernicax. 20.2
 Ambitiosus loquax, solitarius verbis solers. 81.1
 Ambitiosi per hederam designati. 213.1.2
 Ambitio falforum honorum, diaboli tentatio. 122.2
 Ambitio virus occultum, euidens contagio, invidia fons,
 vitiorum origo, & hypocrisis mater. 214.1
 Ambitio rubigo anime. 213.2. & 214.1
 Ambitio à Gentilibus expulsa. 124.1
 Ambitio vento in cavernis incluso comparata. 214.1
 Amicus anime est in duobus corporibus. 165.1
 Amicus alter egomet. 165.1
 Amicus fidelis, murus est forteque propugnaculum. 165.1
 Amicus magis necessarius quam ignis & aqua. 165.2
 Amicum hoc in mūdo habere magna est consolatio. 165.1
 Amici veri semper sunt iudem. 180.2
 Amici veri officia. 163.2
 Amici amicis praeo esse debent. 163.1.2
 Amicorum negotia communia esse debent. 163.1
 Amici maxime adstricti, alij alijs prestare obsequium, dū-
 modo rationis limites non transiliant. 171.2
 Amicus vsque ad aras. 171.2
 Amicus auro comparatus. 162.2
 Amicum antiquum ne relinquant, dicebat sapiens Si-
 drach. 180.1
 Amici temporis fures. 36.2
 Amici res qui non videt oculis qui palpebras non videt,
 similis est. 218.1
 Amici duo saccis terra comparati. 166.1
 Amicum qui nō habet, oculorum lumine priuatur. 165.1
 Amicorum seu etas qualis esse debet. 180.2
 Amici percussiones meliores sunt quam inimicorum fal-
 lacia oscula. 167.1
 Amicus benignè obiurgandus. 178.2
 Amici amicorum vitia dissimulantes inimicis qui car-
 punt, peiores. 179.1.2
 Amici mensa, & temporis. 167.1
 Amici diuitum innumeri. 167.1
 Amici à pauperum tugurijs fugiant. 167.1
 Amici falsi vltimo similes, quae hominem non comitatur,
 163.1
 Amici fidei croco similes. 182.2. & 183.1
 Amici fidei imperitis Astrologis comparati. 166.1
 Amicus beneficia obliuioni tradens, iniuriarum autem
 memor, liquamini similis. 174. exempla. ibid.
 Amicos cum quis perdit honorem amittit. 165.1
 Amicus mundi inimicus Dei est. 195.1
 Amicitia, eiusque munus & officium. 160.1
 Amicitia & amor in quo differant. 171.1
 Amicitia totius philosophiae finis. 165.1
 Amicitia mutus est voluntatum consensus in rebus di-
 uinis & humanis. 164.2. & 165.1
 Amicitia quot excessus habeat sanctis exemplis proba-
 tos. 165.2
 Amicitia à naturali ratione virtuteq; promanat. 128.1
 Amicitia auri obryxi & ponderis. 104.2
 Amicitia res secundas dulciores efficit, aduersas verò
 temperatas. 172.1
 Amicitia hominum literatorum & virtutis quo pacto e-
 xercenda. 194.1
 Amicitia cordi comparata. 162.2
 Amicitia Plantis similis. 162.2
 Amicitia sine operibus ligno abito similis. 172.2
 Amicitia quorundam virorum exempla. 173.1
 Amicitia vbi est priuatum commodum fontis scaturigi-
 ni comparata. 169.2
 Amicitia multorum priuati commodi odorem redolet.
 130.1
 Amicitia inconstantes oleribus mensis Octobris similis.
 180.1
 Amicitia adulatorum, mercimonium est, & commér-
 cium. 167.1
 Amicitia quae virtus. 37.1
 Amicitia in cupiditate fundata, emporium est. 284.1
 Amicitiae inconstantes cere similes. 182.1.2
 Amicitias qui mutat, naua comparatus. 178.2. 179.1
 Amicitia inter impios non habet praeter nomen amicitiae.
 164.2
 Amicitia antiquitus in figura trium nympharum nudarum.
 172.1
 Amicitiam boni cum impijs nō debent contrahere. 163.1.
 & 170.2
 Amicitia vera fructus. 165.2
 de Amicitia legibus. 183.1
 Amor verus à virtute dimanat. 196.2
 Amor proprium non habet domicilium. 197.1
 Amor eleganter descriptus 97.1. omnium rerum initiū.
 ibid. timori praefertur, suiipsius 39.1. & Philantia.
 32.2
 Amnesia obliuionis lex à Trasibudo Atheniensi. 46.1
 Amor pulchritudinem diligit, quae virtus est. 196.2. &
 197.1
 Amor honestus anime amori turpi comparatus. 129.1
 Amor cum alijs nos coniungit, odiū ab alijs separat. 218.1
 Amor quadam seueritate comitatus melior est. 178.2
 Amor suiipsius, nunquam equus fuit iudex. 180.1
 Amor proprius immoderatus, omnium deprauationum
 fundamentum. 194.1
 Amor immoderatus rerum terrenarum errare nos facit
 239.2
 Amor inhonestus statim detegitur, ceteris. 155.1. abie-
 ctior est ac demissior. 195.1
 Amor mundi nostrae infelicitatis, & damni causa. 197.1
 Amor Reip. per cytharam signatus. 100.2. 101.1
 Amor increatus. 196.3
 Amor Iesu Christi erga nos, omnem quemuis amorem e-
 xuperat. 144.1
 Amor Dei honesta sapientia. 152.1
 Amor diuinus ciuitatis aeternae iter. 198.2
 Amor diuinus secum libertatem aduersus vitia ducit.
 195.1. & amor mundanus cor excruciat. ibid.
 Amphion cum cythara, affabulatio. 100.2. & 101.1
 Anacharsis à patria quam honore afficiebat iniurijs affli-
 ctus. 250.2
 Anaxagoras amore sapientiae victus, omnia bona sua ero-
 gavit, ut caelum contempleretur. 123.2
 Anaxagoras quā constans audiens filium intrasse. 112.2
 Anaxagoras non rectè dixit, se natum esse ut videret
 Solem. 11.2
 Anaxarchus eiusque admirabilis patientia. 245.1
 Anchorus Regis Mydae filius ut patriam incolumem red-
 deret, in voraginem sese iniecit. 175.1
 Angeli eorumque Hierarchia. 33.1
 Anzenora Dea cur sigillum gestaret in ore. 221.1.2. &
 222.1
 Anima hominis & eius pulchritudo. 14.2. Christiana,
 fontis similis, 30.2. peccator aqua turbida similis 27.
 2. tres habet potentias, 19.1. 87.2. vbi magis sit, 93.
 1. cere sigillis coaequata. 19.2
 Anima humana ad imaginem Dei creata. 233.1. & cur
 ibid.
 Anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte
 232.2
 Anima cum corporibus inuicem vineulo comparata. 138.2
 Anima trina in potentia, & vna in essentia. 232.2
 Ani-

Dial. Index Materiarum.

- Anima non virtute exercitata, prauas cogitationes generat. 110.1
 Anima nostra est velut arbor in terra nostri corporis inserta. 197.1
 Anima deprauata, homini podagra laboranti comparata. 128.2
 Anima deuota lilio & rovi comparata. 160.2
 Anima mari comparata 110.1. corpori, vt clauus in rota 131.1. lumini coruscanti, 131.2. pecuniis, mulieri tauro assidenti 227.2. lineæ. 221.2
 Animal quod tangere oporteat. 121.1.2
 Animal omne diligit sibi simile. 174.1.2
 Animalia in Lege vetita quid significabant. 121.1.2
 Animus hominis oleribus comparatur. 134.1
 Animi contenti eiusmodi sunt natura, vt nunquam sint perfecte contenti 161.2. afflictis comparati. ibid.
 Annulus nobilitatis signum. 200.1
 Annulus quem Rex Pharaon Joseph dedit. 207.2
 Annulus à Iuda Thamar relictus. 205.2
 Annulus nouæ sponse datus ad mores expressus. 205.2
 Annulus Aristotelis, eiusque inscriptio. 155.2
 Annulus quingentis millibus scutorum æstimatus. 207.2
 Annulus Polycrasis iactus, & fortuito repperus, in mari. 207.1.2
 Antiquitates curiosos rapiunt. 91.1
 Antropos homo, eiusque etymologia. 18.2
 Anthenus Lybie gygas. 164.1
 Antigonus mirum in modum constans. 111.1
 Anthiochi duo adolescentes Christiani mirifice in martyrio patientes. 136.1.2
 Apollo Deus deceptor. 122.1
 Apollo demon erat, quem Gentiles adorabant. 257.2
 Apollo in aduentu Iesu Christi contieuit. ibid.
 Apollo cur iuuenis pingebatur, & imberbis. 192.2
 Apollonius Tyaneus, eiusque mira. 89.1
 Apostata & nefandissimi. 25.1
 Apostata torrenti retento similes. 26.1
 Apostoli mundi contemptores paupertatis amatores, Iesu Christi sectatores, &c. 123.2
 Apostoli cur in numero duodecim. 225.1
 Apostoli cur à Iesu Christo sal terra vocati. 214.1.2
 Aqua turbida anime peccatricis symbolum. 24.1
 Aqua bona doctrine. 233.2. & 234.1
 Aqua scientiæ salutaris, quam Deus potum dabit, 153.1. & 233.2
 Aqua dulces è mari erumpunt, vt terram irrigent. 108.1
 Aqua populū significantes & variæ sit linguarum. 257
 Aqua in ignem versa. 75.1
 Aqua & ignis cur antiquitus in aditu nouæ sponse ponebatur. 207.2. & 208.1
 Aquila Iouis auis. 211.2
 Aquila Romanorum vexillum, & cur. 211.2. & 212.1
 Aquila Rex auium, ad mores. 211.2
 Aquila Tyranni superbi symbolum. 204.1
 Aquila Imperialis cur duobus capitibus depingatur. 210.2
 Aquila miro beneficio acceptum ab homine beneficium compensans. 178.1
 Aquila consuetudo vt testudinem confringat. 109.2
 Aquilam docere volare Prouerb. 190.1.2
 Ara filio Dei vmico dicata. 257.2
 Ara cali quæ Imperatori Augusto apparuit. 258.2
 Aranea Minerva odiosa, & cur. 156.1
 Arbor inuersa homo. 18.2
 Arbor scientiæ boni & mali interpretata. 143.2
 Arbor vitæ, vincenti cibum. 219.2
 Arbor vbi Iacob idola & ornamenta qua sui gestabant sepelijt, sancta Crucis figura. 210.1
 Arbor quæ Iesum Christum in Aegyptum proficiscentem adorauit. 219.2. & miracula quæ fiebant. ibid.
 Arborea celsa, arrogantes & superbas cogitationes significantes. 110.1
 Arca Noe. 21.2. & 24.2
 Arca Noe Ecclesia militantis figura. 140.2
 Arca fœderis expianda. 257.1.2
 Arca Iesu Christi in Templo Gentilium. 257.2
 Arca Testamenti Romæ. 242.1
 Archilochus cur pœna multatus. 102.1
 Arcus in celo signum fœderis Dei cum humano genere. 108.1
 Areopagita Athenienses, augustior totius Græciæ senatus, eorumque in iudicando mos. 218.1.2
 Argentum multorum in rubiginem conuertitur. 130.2
 Argutia verborum quàm periculose. 156.1
 Aristhaas antiquus Cronographus Septuaginta interpretum nomina scripsit. 150.1
 Aristides Philosophus Christianus. 158.1
 Aristides cognomine Iustus cum in exilium pergeret, pro patria pulchram orationem ad Deum effudit. 252.2
 Aristoteles ex sacra scriptura doctrinam exhauserat. 158.1
 Aristoteles de erroris proprietate. 5.2
 Aristoteles alios ad loquendum docebat, ille verò semper in silentio versabatur. 221.2
 Aristoteles in suum Præceptorem, Platonem ingratus. 175.1. & 176.2. idè ab eodem Platone malus vocatus. ibid.
 Aristoteles sibi manus violentas attulit. 152.1
 Arma Marti tributa. 113.1
 Arma Christianorum spiritualia. 128.2
 Arma contra tentationem. 111.1
 Arma & leges, Principis munitio. 49.1
 Arsenius Magnus à Deo petijt quam vitam vt saluus fieret, eligeret, &c. 127.1
 Artes hominis sunt ornamenta. 194.2. & 195.1
 Artes diuersæ Musica comparata. 193.2
 Arrogantia sine pusillanimitate non est. 85.1
 Athenarum vrbs eiusque dirutiones. 241.1.2
 Atribus cur cælum sustinere fingitur. 8.1
 Auari, eorumque arca sepulcra sunt viæ pauperū, 243.1
 Auari diaboli generi. 121.2
 Auari vii sunt pauperes. 243.2
 Auari nunquam contenti. 172.1
 Auari, animalia immunda. 121.1.2
 Auari Tantalus similes. 122.2
 Apes Religiosorum Symbola. 27.2
 Auaritia quadrijugo curru vehitur. 123.2
 Auaritia ab antiquis valde odio habita. 123.2
 Audiencia Palatiorum nidis auium similis. 191.2
 Auditores apibus similes. 180.2
 Auicula volare discentes Christianis infirmis symbolum. 21.2
 Augustus Caesar mirifice prouerbio festina lente oblectatur. 50.1
 Aulicus Baltazar Castill. 42.1
 Aulicus exanthoratus, nauis extra aquam similis. 84.1
 Aulici auibus marinis similes. 176.1
 Aurum Legibus Lycus gi vetitum. 123.2
 Authores antiqui & moderni in quo differunt. 186.2
- B
- Babylon totius Chaldaea metropolis. 204.1
 Babylon confusionis & idololatriæ terra. 250.2
 Babylon mundi figura, secundum eundem Ioannem in Apocal. 204.1
 Baby-

Dialog. Index Materiarum.

Babylon esse vocatur terra Aquilonis.	203.2	in Caelis nostra conuersatio est.	31.2	
Babylonem fugere quid significet.	205.1	Cælum furari, magna violentia.	127.1	
Babylon iuxta circuitum descripta, eiusque murorum altitudo.	ibid.	Cæli enarrant gloriam Dei quid significet.	196.1	
Babylon à Cyro capta.	203.2	Cæli mirabilia Dei fatentur.	235.1	
Babylonij ob peccata diruti.	203.2	Cæsar eiusque potentia lunæ comparantur.	199.2. & 200.1	
Bacchus Deus obliuionis.	190.1	Cæsar ad præclara facinora ab Alexandro excitatus.	134.1	
Bacchus cum cornibus furiosi tauri depictus.	227.1	Cæsar quinque mensibus Imperium possederat, cum fuit iugulatus.	124.1	
Bacchus cur nudis pedibus pictus.	190.2	Cæsar facta & laudes.	124.2	
Baiazetus Imperator à Tamburlano captus & in cauea ferrea positus.	86.1	Cæsar ob ambitionem infelicitè mortuus.	241.1	
Baleares Insula à Turcis capta & depopulata.	34.1	Cæsarum victoriarum, & rerum gestarum collectio: tandem à mulieris pulchritudine deuictus.	237.1	
Baltazar Castell. de aulico.	42.1	Cacus à Iesu Christo sanatus.	13.1	
Baptisma secundum lacrymarum fontes.	86.1	Caci præstantes viri.	11.1	
Barrabas Iesu Christo ad mortem damnato, liberatus.	66.1	Cæcitas filiorum Adam.	17.1	
D. Basilii cuius vita quare dictus Magnus.	32.1	Calendarium Iustorum quid contineat.	198.2	
Belisarius inssu Imperatoris Iustiniani oculis obcaecatus.	248.2	Caligula literarum hostis.	221.1	
Bellisarius eiusque calamitas & infortunium.	64.2	Caligula voluit destruere opera Homeri, Virgilij, & Titij Liuij.	194.2	
Bellum non à natura procedit.	17.2	Calumniæ in virtute præditos.	25.1	
Bene docens, & male viuens incerniculo similis.	21.2	Camillus ob virtutem exilio pulsus.	25.1	
D. Bernardus cuius vita.	27.2	Candelabrum Prophetæ Zachariæ interpretatum.	134.2	
Bethel, id est, domus Dei.	261.1	Camelus machina bellica.	18.2	
Bestia induta nascuntur, homo verò nudus.	17.1	Censores polyptis similes.	157.2	
Bias omnibus bonis temporalibus amicis, dicebat nihil amississe.	123.2. & 124.2	Censores cur semihomines & semiequi.	210.2. & 211.1	
Bias de bene consulendi modo.	6.1	Canere surdis Prouerbum.	159.1	
Bibens nimium nauclerus est absque clauo.	226.2	Canis mirum in modum securus & constans, cum capite plexurus esset.	113.1	
Biblia sacra miraculosè in Græcum versa.	150.2	Canis AEsopis ab umbra quam in aqua vidit, deceptus.	148.2	
Bibliotheca antiqua.	149.1.2	Capitolium Roma à Gothis dirutum.	124.1	
Boni rectè scientia vtuntur, mali vero abutuntur.	188.1	Carcer cum virorum illustrium cathalogo, qui fuerent in carcerati.	162.1	
Boni calum vocantur.	196.1	Carolus Magnus Parisiensem Academiam instituit.	154.1	
Boni & peruersi in Ecclesia militanti commixti.	140.2	Carta securæ nauigandi.	122.2	
Bonos qui frequentant suffumigatoribus comparantur.	170.2	Carthago à Scipione solo æquata.	124.1	
Bonorum & malorum differentia in legum obseruatione.	118.2	Castitas sine charitate, lampas est sine oleo.	208.1	
Bonum communicatiuum.	17.2. & 72.1	Castigatio ex radice virga Iesse nasci debet.	114.2	
Bonum summum, integrum, & constans, & æternum Deus est.	233.1	Cauillationes animum exsuscitant & exacuunt.	157.1	
Bonum & finis obiecta sunt voluntatis.	233.2. & 234.1	Caulis laudibus à Chrysippo elati.	154.2	
Boni contempti mali aestimatione haberi.	32.2	Centrum, quid.	11.2	
Bona temporalia obliuionem bonorum æternorum pariunt.	160.2	Ceruus saucius hominis mundani symbolum.	25.2	
Bona huius mundi fallacia.	175.6	Ceruus serpentes enecans, postea ad fontem currens.	98.2	
Bona quæ falsus mundus pollicetur, & dat, non sunt vera.	126.2	Cete peccati.	111.1	
Bona quæ facimus obliuisci debemus, & eorum quæ accipimus, recordari.	172.2	Charitatis amatores contenti viuunt.	172.1	
Bona vera quæ sint, & quæ falsa.	234.2	Charondas Carthaginensis Leges Saturno tribuit.	192.2	
Bonorum duo genera.	233.2	Chelidonia herba cur sic vocata, & ad quid proficit.	229	
Bonitas pro fundamento humilitatem habet.	141.1.2	Cherubim Principis exemplar.	41.1	
Bonitas & pulchritudo Dei potentia & iustitia.	18.2	Cherubim, Leones, & boues in templo Salomonis insculpti, quid significant.	45.2	
Bos ad mores redactis iuxta sacras Scripturas.	208.2. & 209.1	Cherubim in Templo Salomonis figurati tropologicè explicati.	209.1	
Bones duo antiquitus ad nouam nuptam missi, iuxta Germanorum consuetudinem.	208.1.2	Chilo Lacedæmonius vnus ex septem Sapientibus.	146.2	
Brachmanes cur sepulchra habent aperta in aditu domorum.	92.1	D. Chrysostomus calumniatus.	25.1	
Brachia iustitiæ dextra & sinistra, qualia.	139.1	Chrysippus Zenonis discipulus.	112.1	
Bubones & Vlula in antiqua lege vetite.	156.1. Bubo cur Minerva dicatus.	210.2	Chrysippus Stoicorum Princeps.	118.1
			Christianus quidam, qui infidelibus Iesum Christum iniurijs afficientibus sanctissimè respondit.	136.1
			Christiani duo adolescentes mirificè in martyrio patientes.	136.1.2
			Christianus Nauclero comparatus.	94.2
			Christiani Dei secundogeniti Iudæis, qui primogeniti erant, præferuntur.	209.2
			Christiani feris comparantur.	141.2
			Christianorum bonorum munus & officium.	138.2
			Christiani infirmi, auiculis similes.	21.2
			Cholera bone deliberationi contraria, s. animam perdit, quam patientia possidet.	58.2
			Cicero eloquentiæ parens.	112.2
			Cico	

C

Cælum conopæum ditissimum & ornatum. 123.1. & 130.1

Dialog. Index Materiarum.

<i>Ciconia</i> parentes senescentes nutriunt.	178.1	<i>Correctio</i> fraterna.	178.1.2
<i>Civitas</i> aeterna.	126.1	<i>Correctio</i> melli vulneri admoto comparata.	178.2. & 179.1
<i>Civitates</i> virtutes significant.	165.1.2	<i>Correctio</i> Christiana quomodo fieri debeat.	167.1
<i>Civitates</i> homicidarum perfugia.	204.2	<i>Correctio</i> cum misericordia.	167.1
<i>Civitates</i> infelicitatum & casuum humanorum mansiones.	184.1	Corrigi à sapiente melius est, quam ab ignaro decipi.	179.1
<i>Cinis</i> eiusque proprietates.	96.2	<i>Creatio</i> hominis.	13.2. & 17.1
<i>Civitas</i> Romuli & Platonis in quo discrepent.	52.1	<i>Creator</i> speculo comparatus.	129.2
<i>Circulus</i> figura perfecta.	143.2	<i>Creatura</i> Dei omnes bona sunt.	233.2
<i>Circulus</i> divinus.	143.2	<i>Creaturis</i> , tanquam conspiciendis utendum.	203.1
<i>Clavis</i> quae caelos aperuit quae.	210.1	<i>Crocodylus</i> silentium significans, quoniam lingua caret.	181.2
<i>Clavis</i> Ecclesiastica. 46.1. collo sublata, & non humeris.	46.2	<i>Cræsus</i> & Solon Athenarum.	85.2
<i>D. Clemens</i> in mare proiectus.	135.2	<i>Crux</i> in monte Calvaria elata flammis divini amoris liquefscens.	210.1.2
<i>Clemētia</i> magis naturae quā severitati conformis.	201.1	<i>Crux</i> arborea, vexillum Iesu Christi & Christianorum.	128.2
<i>Clementia</i> thronum Regis roborat.	201.1	<i>Crux</i> Iesu à schala Iacob figurata. 33.1. impassibile sciatur.	54.1
<i>Cientes</i> aures comparantur.	191.2	<i>Crux</i> Iesu Christi à brachiis Iacob in crucem expansis figurata. 209.2. cum multis alijs figuris.	ibid.
<i>Clypeus</i> Achillis.	49.1	<i>Crux</i> paradysi.	210.1
<i>Codrus</i> Rex Athenarum pro regno morti sese obicit.	251.1.2	<i>Crux</i> Iesu Christi multis in locis sacra Scripturae figura, & in quibus.	261.1.2
<i>Codrus</i> ob patriam moritur.	102.1	<i>Crux</i> Iesu Christi, iuxta dimensiones & ligna diversa exposita.	210.2
<i>Cogitationes</i> superba à celsis arboribus significantur.	110.1	<i>Crux</i> Iesu Christi caelos aperuit.	210.1
<i>Cogitatio</i> sagitta in aere comparatur.	185.1.2	<i>Crux</i> Domini nostri est adoranda.	210.1
<i>Cogitationes</i> mundi oblectamentum spirituale destruit.	110.1	<i>Crux</i> Iesu Christi arbor vita.	210.1
<i>Cogitationes</i> pravae coram Deo abominationes.	231.1	<i>Crux</i> schala virtutum, divitiarum fodina.	210.1
<i>Cognitio</i> suspensus.	12.1.2	<i>Crux</i> S. Andreae Apostoli, Massilia.	107.2
<i>Cognitio</i> suae imperfectiois, causa perfectionis.	111.2	<i>Crucifixus</i> loquens.	114.2
<i>Cognitio</i> nostrae naturae, Philosophiae fundamentum.	130.1	<i>Cupiditas</i> brutum est animal insatiabile, quod nulla re valet exsaturari.	124.2
<i>Cognitio</i> rerum divinarum.	151.1	<i>Cupiditas</i> ab antiquis odiosa.	123.2
<i>Cognitione</i> suspensus nihil difficilius, nec facilius: quam seipsum fallere.	180.1.2	<i>Cupidi</i> diaboli generi.	114.2
<i>Color</i> pallidus & croceus, timoris insigne.	118.1	<i>Cupiditas</i> humanorum inimica.	124.2
<i>Columna</i> in honorem eorum qui pro patria mortem optebant.	252.2	<i>Cupidi</i> as filia diaboli.	121.2
<i>Concordia</i> res firmas & perpetuas reddit, quatuor corporis humoribus rectè adaequatis comparatur.	100.1	<i>Curiositas</i> vestimentorum à Lycurgo vetita.	123.1
<i>Concordia</i> hoc in mundo non est sine bello.	109.1	<i>Curiositas</i> hominum nostra tempestatis.	123.1
<i>Confidentia</i> sui saepe aditum magnis periculis & damnis patefacit.	142.1	<i>Curtius</i> in abyssum ob patriae conservationem sese precipitem egit.	251.1
<i>Conscientia</i> impiorum.	24.2	<i>Cyrus</i> ardens Eliae quid significet.	197.2
<i>Consilium</i> cuius executionis.	6.1	<i>Cyrus</i> cum cepisset Babylonem facultatem Iudeis ut in Ierusalem reverterentur, concessit.	204.1
<i>Consilium</i> inconsideratum poenitentiam parit.	155.1	<i>Cyrus</i> miser.	101.1
<i>Consilium</i> cordium manifestabitur.	141.1	<i>Cythara</i> diversis vocibus composita, moraliter.	100.2. & 101.1
<i>Constantia</i> mira quorundam hominum & mulierum.	112.2. & 113.1	<i>Cythara</i> Davidis figura Crucis Iesu Christi.	210.1
<i>Constantia</i> virilis Stoicorum.	113.1.2		
<i>Consuetudo</i> mala, malo stomacho comparata.	87.1		
<i>Contemptus</i> despectus perfectio est humilitatis.	18.1		
<i>Contritio</i> peccatoris, quomodo fieri debeat.	126.127.1		
<i>Coniuncta</i> Angelica & aeterna.	260.2		
<i>Coniunctum</i> quinque panum hordeaceorum & duorum piscium à Iesu Christo factum magnifice descriptum.	123.1.2		
<i>Cor</i> sapiētis in dextera eius, & cor ignari in sinistra.	118.1		
<i>Cor</i> vas scientiae.	188.1		
<i>Corona</i> gloriae iustitiae, & vitae in sempiternam virens.	111.1		
<i>Cornucopia</i> , symbolum omnium bonorum abundantia.	100.1		
<i>Corpus</i> aded parvum posse cor continere cui totus terrarum orbis minimus videtur, res admiratione digna.	143		
<i>Corpus</i> nostrum Tauro simile.	227.1.2		
<i>Corpus</i> cum sit ex terra, in terram est reuersurum.	139.2		
<i>Corpus</i> humanum non potest ab incendio peccati eximi.	155.2		
<i>Corpus</i> domus est lutea absque calce, & cemento.	155.2		
<i>Cor</i> prior pars quae formam in corpore capit.	163.2		
<i>Corporalis</i> captivitas spiritualis libertatis causa.	34.2		
		<i>Correctio</i> fraterna.	178.1.2
		<i>Correctio</i> melli vulneri admoto comparata.	178.2. & 179.1
		<i>Correctio</i> Christiana quomodo fieri debeat.	167.1
		<i>Correctio</i> cum misericordia.	167.1
		Corrigi à sapiente melius est, quam ab ignaro decipi.	179.1
		<i>Creatio</i> hominis.	13.2. & 17.1
		<i>Creator</i> speculo comparatus.	129.2
		<i>Creatura</i> Dei omnes bona sunt.	233.2
		<i>Creaturis</i> , tanquam conspiciendis utendum.	203.1
		<i>Crocodylus</i> silentium significans, quoniam lingua caret.	181.2
		<i>Cræsus</i> & Solon Athenarum.	85.2
		<i>Crux</i> in monte Calvaria elata flammis divini amoris liquefscens.	210.1.2
		<i>Crux</i> arborea, vexillum Iesu Christi & Christianorum.	128.2
		<i>Crux</i> Iesu à schala Iacob figurata. 33.1. impassibile sciatur.	54.1
		<i>Crux</i> Iesu Christi à brachiis Iacob in crucem expansis figurata. 209.2. cum multis alijs figuris.	ibid.
		<i>Crux</i> paradysi.	210.1
		<i>Crux</i> Iesu Christi multis in locis sacra Scripturae figura, & in quibus.	261.1.2
		<i>Crux</i> Iesu Christi, iuxta dimensiones & ligna diversa exposita.	210.2
		<i>Crux</i> Iesu Christi caelos aperuit.	210.1
		<i>Crux</i> Domini nostri est adoranda.	210.1
		<i>Crux</i> Iesu Christi arbor vita.	210.1
		<i>Crux</i> schala virtutum, divitiarum fodina.	210.1
		<i>Crux</i> S. Andreae Apostoli, Massilia.	107.2
		<i>Crucifixus</i> loquens.	114.2
		<i>Cupiditas</i> brutum est animal insatiabile, quod nulla re valet exsaturari.	124.2
		<i>Cupiditas</i> ab antiquis odiosa.	123.2
		<i>Cupidi</i> diaboli generi.	114.2
		<i>Cupiditas</i> humanorum inimica.	124.2
		<i>Cupidi</i> as filia diaboli.	121.2
		<i>Curiositas</i> vestimentorum à Lycurgo vetita.	123.1
		<i>Curiositas</i> hominum nostra tempestatis.	123.1
		<i>Curtius</i> in abyssum ob patriae conservationem sese precipitem egit.	251.1
		<i>Cyrus</i> ardens Eliae quid significet.	197.2
		<i>Cyrus</i> cum cepisset Babylonem facultatem Iudeis ut in Ierusalem reverterentur, concessit.	204.1
		<i>Cyrus</i> miser.	101.1
		<i>Cythara</i> diversis vocibus composita, moraliter.	100.2. & 101.1
		<i>Cythara</i> Davidis figura Crucis Iesu Christi.	210.1

D

<i>Dagon</i> moraliter interpretatur.	240.1
<i>Dagon</i> , qui cecidit, manusque confregit, quid mysticè significabat.	257.1.2
<i>Damon</i> & <i>Pythius</i> Pythagorae discipuli, amici indissolubiles.	173.1
<i>Damnati</i> multi sunt iudicio humano, qui à divino iudicio absoluntur.	201.1
<i>Damnatorum</i> in inferno verba.	196.1
<i>Dare</i> & dabitur vobis.	133.1
<i>Dant</i> homines ut multa habeant.	ibid.
<i>Daniel</i> iudicium Dei interpretatur.	237.1
<i>Dant</i> plurimi, pauci vero sciunt.	128.2. & 172.2
<i>Dare</i> manum dextera non oportet, cuiusq; volet.	179.2
<i>qui</i> Dat pauperibus, thesauros in caelo innumeros possidebit.	240.1
<i>David</i> Goliath interficiens moraliter.	190.2
<i>Defini-</i>	

Dialog. Index Materialium.

Definitio & diuisio cur necessaria.	26.2	dedecore, & vituperio spoliatus.	241.1
Definitio, definiti naturam explicat.	133.1	Discipuli Domini nostri cur in numero Septuaginta duo	225.1.2
Definitio debet constare genere, & differentia.	112.1	rum.	111.2
Delicia magnatum minoribus vitis habenas laxant.		Disputationes Lune comparata.	113.2
134.1		ex Disputationibus veritas elucescet.	10.1
Delius peritus nator.	202.1	Disputationes Philoso, ho. um.	18.1
Delphinus anchora innexus, quod stemma.	6.1	Diuitia vera.	120.1
Demosthenes prestans Oeator ab Atheniensibus virtutis		Diuitia ex corde quietem eu llunt.	242.2
inimicis exilio pulsus.	252.2	Diuitia obliuionem Dei pariunt.	243.1
Desiderium quod sit.	233.2	Diuitie oculos peccatorum obceant.	259.2
Desiderium hominis insatiabile.	120.1	Diuitie Idola sunt diuuium, illi vero idololata.	133.1
Desiderare diuitias error.	124.2	ex Diuitiarum superfluitate multe filia matrimonio	109.2
Desideranda tria in homine.	181.2	possent coniungi.	120.1
Desiderium effrenatum quid.	138.2	Diuitia mundi false sunt.	
Desertum celi s. burbia.	28.1	Diuitijs crescentibus crescit cupiditas.	
Deus solus cetera vero umbra & somnia.	8.1	Diuitia quos labores & cruciatu hominibus pariant.	
Deus finis & meta n. strarum actionum.	41.1	122.2	
Deus quid sit. 11. 2. quam bonus, potens & iustus.	17.2.	Diuitia, & que ex ijs proueniant incommoda..	238.2
ei seruire regnare est.	32.2	Diuitie fugientem sequuntur.	261.2
Deus centrum est, vbi anima nostra adharet, & con-		Diuites pereunt.	240.1
quiescit.	196.1.2	Diuitia Idola vocantur.	120.1
Deus celestis medicus temporali comparatus.	161.1	Diuites non contenti, pauperes sunt magnifici.	29.1
Deus remedij fons.	161.1	Diuites serui diuitiarum mortui sunt, & in morte va-	243.2
Deus omnium rerum principium & finis.	143.2	cuas manus inuenerunt.	239.1. & 242.2. & 243.1
Deus nunquam senescit.	192.2	Diuites qui cupiditatis est pauper.	121.1.2
Deus sphaera comparatus.	143.2	de Diuitijs quid sacre Scriptura, alijque authores profe-	240.1
Deus amor increatus.	196.1	rant.	128.1
Deus nunc cum misericordia dissimulat.	141.2	Diuitie que quandiu sunt, perdurant.	109.1
Deus omne est, & totum in omni parte.	232.2	si Diuitie huius mundi vera bona essent, Iesus Christus	155.2
Deus quid sit.	260	cas selegisset, & amasset.	133.1
Dei quibus non est scientia omnes vani sunt.	152.1	Diuitias abnegare, hoc omnino alienum.	124.2
Deus eadem est vita, & fons pulchritudinis.	125.2	Diuitie huius mundi in fine nihil habent preter penu-	120.1
Deus factus homo.	143.1	riam.	123.2. & 124.1
Deus summum bonum increatum.	233.1	Diuitia cometis comparantur.	124.2
Deus omnium rerum centrum.	108.2	Diuitia admiculis vinearum comparata.	120.1
Deus incarnatus.	257.1	Diuitiarum contemptus.	120.1
Deus calum & terram implet.	202.2	Diuitia ciuitatum Gracie excidium.	243.1
Deo seruire maiorem esse felicitatem, quam mundo do-		Diuitia vera sunt animi.	5.1
minari.	141.1	Diuitia illa sunt acquirenda, que cum ijs qui in mare ce-	157.1
Deus vnitas est, qua ceteros omnes numeros parit.	196.	cidere, supernant.	156.1
Deus omnis boni fons.	184.1	Doctus homo nimis arrogans.	153.1.2
Deus in tribus personis & vnus in essentia, vniuersi		Doctum quorundam hominum vitia.	155.2
creator & motor.	232.2. 233.2. & 234.1	Docti rerum abditarum & s. peruacaneorum vtilis co-	157.1
Deus vita nostra scopus.	118.2	parantur.	156.1
Deus seipsum exinanuit, vt nos extolleret.	143.1	Docti slagno similes fraxinis & Oliuetis circumdato.	
Deus in quo a indicibus terre differat.	141.2	195.2	
Deus pro nobis mortuus in amore exardescens.	210.2	Docti vir qua existimatione antiquitus.	153.1.2
Diabolus mundanorum princeps.	239.1	Docti instrumentis Musices assimulantur.	155.2
Diabolus in figura serpentis Euam decipit.	188.2	Doctrina Dei summum pro peccatoribus antidotum.	
Diabolus non semper nos tentat, vt negligentes ac pigros		157.1	
efficiat: pulchra exempla.	110.2	Doctrina a dextra manu data, & a sinistra accepta.	38.1
Damones Leonibus comparati.	109.2	Docti homines, vide Sapientes.	
Diana Luna significat, & quomodo.	109.1	Doctores aurificibus comparati.	150.2
Diadema magis felix quam beatum.	78.1	Doctores recte docentes male viuentes quibus similes.	
Didymus Alexandrinus cecus excellens.	11.1	21.2	
Dies hominis cera facti comparati.	183.2	Dolium plenum & vacuum priuati in statum promotum	
Dij falsi hui in aduentu filij Dei concidere.	257.2	signat.	46.2
Dignitas non est sine periculo.	109.1	Dolium Danaydum.	48.1.2
Dies sex mensium.	50.2	Dolore omnino carere, brutum est & crudela.	117.1
Dies mortis & indi. y ignoti.	94.2	Dominatores animum venatoribus comparati.	100.1
Diligentia mater virtutum.	6.1	Domitianus imperator otiosus, eiusque exemplo plures	
Diluuium durans semper aquis crescentibus.	140.2	otio indulgere.	221.1
Diluuium hos labores huius vitae significans.	140.2	Dormitus hominibus magnorum malorum causa.	171
Diocletianus Imperator olitor factus.	78.1	Duellum spirituale, victoriæque laurea.	111.1
Diocletianus Imp. eiusque inhumana crudelitas.	136.1		
Dion Syracusanus constans, cum filij mortem audiret.			
112.2			
Dion ob virtutem exul.	25.1		
Dionysius Sicilia Rex tyrannus per adulatorem euasit.	169	E.	
Dionysius Tyrannus a suo regno & diuitijs cum magno		Ebrii multum loquaces.	226.2
		Ebrii ventis maris comparantur.	226.1
			Eccl.

Dialog. Index Materiarum.

Gaudium sine tadio non est.	109.1
Gaudia non gustavit, qui suarum egritudinum aqua non irrigatur.	109.1
Gaudia mundana cum rebus corruptibilibus comparantur.	109.1
Gaudia mundi sunt praecursores ad mortem properantes. 109.2. huius rei allegoria.	110.1
Gedeon cur milites in palma manus bibere iusserit.	61.
I	
Generale priuato praecedit.	41.1
Gentiles ad fidem Christianam venturos esse probatur Prophetijs.	256.2
Gesualdus seruus mirifice in suum dominum fidelis.	137.1.2
Gloria perpetua mortem contemnendo parata.	113.1
Gloria vera.	18.1
Gloria iustitiae & vita pulchram contextunt coronam.	59.1
Gloria D. Pauli Ioseph, Ieremia, Danielis, & Iob in carceribus & afflictionibus.	65.2. & 66.1
Gloria in patientia fundata.	67.1
Goliath aduersus Dauidem.	59.1.2
Goliath a Dauide interfectus quid significet.	143.2
Gordius Rex Phrygiae pauper agricola.	247.1
Gothi Romam sunt depopulati.	255.2
Gratia fallax.	237.2
Gratia numero tres, allegoricè.	172.1
D. Gregorius huius nominis primus, fuit primus qui vocatus est seruus seruorum Dei.	142.1.2
Gubernator ciuitatis, qualis, tales ciues.	201.2
Gubernatio eiusque harmonia.	236.2
Gubernatores populi obryso auro comparati.	134.2
Gubernatores magis expetant amari quam metui.	237.
I	
Gulosi mundi.	126.1.2
Gutta aurea e calo plueret, allegoria.	238.2

H

Hannibal murus & propugnaculum Italia in propria patria destructus.	184.2
Hay ciuitas, figura huius mundi, & cur.	204.1.2
Hebraei thesauros ab Aegypto extulere.	22.1
Hedera praescorum Poetarum corona, & cur.	214.1.2
Hedera mira proprietates, & que.	129.1
Hedera cur Flaminiibus Dialibus vetita.	250.2
Hedera Iona.	155.1
Heliopolis ciuitas Aegypti, ubi sempiterna fuerunt tenebrae in morte Iesu Christi.	259.2
Herba mala in dies crescunt, nisi extirpentur.	133.2
Hercules totius vniuersi formidatio, & terror, cum monstradenucisset, magnasque victorias fuisset consecutus, ab Omphalidis pulchritudine victus.	237.1
Hercules cum suis tribus pomis aureis, allegoricè.	187.2. & 188.1.2
Hercules taurum superans moraliter.	118.1
Hercules eiusque duodecim labores vita contemplatiua & solitaria aptati.	78.1
Hermapolis vrbs Aegypti, ubi Iesus Christus eiusque mater septem annis mansere.	219.1
Hermodorus a patria Ephesi ob virtutem exul.	25.1
Hierarchia Angelorum.	33.1
Hierico diruta quid significet.	20.2
D. Hieronymus cuius vita.	27.1
D. Hieronymus ab impijs calumniatus.	25.1
Hierusalem, visio pacis interpretatur.	239.1
Hierusalem terra promissionis metropolis: & domina	

Gentium. 250.2. mater Patriarcharum Apostolorum & Prophetarum.	ibid.
Hierusalem diruta, & solo equata, ex qua Vespasianus & Titus & eius filius triumpharunt.	250.2
D. Hilarius cuius vita.	27.2
Hippocrates Philosophus & medicus, eiusque laudes maxima.	153.2
Hirundines oculos paruulis restitunt.	229.1
Historiae sanctae & prophanae.	79.1
Historiae earumque lectio quam utilis.	174.2. & 253.1
Historiae quorundam canum mirifice fidelium & dominorum sollicitorum.	178.1
Holophernes a Iudith capite abscissus.	111.1. & 236.2
Historia quam vtilis.	174.2
Homeus caecus prestans qua existimatione habitus.	11.1
Homo in hoc mundi pelago versans corallo similis.	204.2
2	
Homo arbor inuersa.	18.2
Homo ad pacem natus.	14.2
Homo tanquam lychnus vento expositus hac in vita se gerere debet.	125.2
Homo rotæ similis.	14.1
Homo pacatus amni placido agmine fluenti comparatus.	112.1
Homo viuens vanitas est, ait Dauid.	232.2
Homo in sua natiuitate putredo est, in vita aqua bulla & in morte vermium esca.	232.2
Homo mortalis & immortalis.	129.2
Homines cur arbores vocentur in sacra Scriptura.	218.2. & 219.1
Homo cuius dignitatis.	14.1
Homo captiuus est mortis, hospes loci, & viator transiens.	125.2
Homo summa est, & epitome omnium creaturarum.	232.1
Homo cur faciem ad caelum erigit.	18.2
de Homine creatione, eiusque sub corporeis, creaturis praesentia.	231.1.2
in Homine vnoquoque duo sunt homines.	131.1
Hominem veterem deponere & in nouo manere quid significet.	131.1.2
Homines praeteriti temporis & praesentis comparati, quantum ad vestimenta per antitesim.	180.2
Homines vani arboribus infrugiferis comparati.	118.1
Homines suas imperfectiones non agnoscentes, vulturibus comparati, qui cadauera non sentiunt.	179.1
Homines compositio horologio comparata.	144.1
Homines deprauati vrticis similes.	176.2
Homines vtilis conditionis cum terra coequati.	137.1
Homines celo alligati, & a terra extricati.	160.2
Homines male conuersationis ligno viridi similes.	166.2
Hominem conuersationem fugere, viam salutis est deligere.	127.1.2
Homines sydera errantia.	85.2
Honores mundani ambitio diabolica.	122.2
Honores mundi falsi sunt.	109.2
Honor verus in virtute consistit.	195.1
Heptaphonon Olympie porticus, detractionis de honore alterius symbolum.	102.1
Horologium vitae humanae.	21.1
Humilis Christianus Lactuce similis.	142.2
Humiles exaltantur.	142.2
Humiles speculis cauatibus & igneis comparati.	142.2. & 143.1
Humiles aquis comparati que natura ipsa in loca submissa praeterfluunt.	153.1. & 153.1. & 153.1. & 153.1.
Humiles animo saluabuntur.	142.2
Humiliores sapientes sunt.	153.1
Humilitas pacis radix.	18.2
Humilitas que virtus.	19.1
Humiles	

Dialog. Index Materiarum.

Humilitas cum diuinitate in personarum vnitate con-
iuncta. 143.2
Humilitas eum superior sit, nescit extolli nec exaltari.
142.1.2
sine Humilitate virtutes perfecta non sunt, nec secura.
142.1
ubi Humilitas est, ibi sapientia. 153.1
Humilitas ad vitę tranquillitatem necessaria & utilis.
142.1
Humilitas Christiani ornamentum. 142.2
Humilitas virtutis radix. 142.1.2
Humilitas pulchritudinis fundamentum. 142.1
Humilitas voluntaria est abiectio. 142.2. & 143.1
Humilitas lignum siccum est, ad fouendam ignem diuini
amoris in nostro corde. 143.1
Humilitas ab ipsis Gentilibus laudata & ab Ethnicis cõ-
mendata. 134.1
Humilitas altioris Phil. sophię mater. 142.2
de Humilitate Iesu Christi. 143.1.2
Hydra septiceps in paludibus Lerneis. 164.1
Hydra serpens cui cum caput amputabant, multa alia su-
per na.cebantur. 123.2
Hydrę allegoria. 157.1
Hypocrisis cognitio facilis. 25.2
Hypocrita in quo mari similes. 25.2

I

Iacob cum Angelo luctans quid significabat. 151.2
Iacob manus ad modum crucis explicuit, cum filijs Ia-
cob benedictionem daret, & cur. 209.1.2
Iacob in quo anno mundi decessit. 193.1.2
Iacob Esau pedibus tenens. 97.1
Iacob à Laban deceptus. 31.1
Iacob seruans Laban, moraliter interpretatur. 109.1
Iason ei. s. que calceus in mare lapsus, quid. 116.1
Icarus in calum volans cum huius fabule interpretatio-
ne. 109.2
Ideę Platonis. 42.1
Idioma & mores. 22.1
Idololatria infidelium. 17.1
Idola humi prostrata in aduentu filij Domini nostri Iesu
Christi. 257.2
Iesus Christus inter duos latrones suspensus, vt Ioseph
inter duos Aegyptios captiuus. 19.1
Iesus Christus cur coram Herode obmutescit. 19.1
Iesus Christus cecum sanat. 23.2
Iesus Christus & Christiano Regi & militię duci compa-
ratus. 128.1
Iesus Christus in Cruce diuinum erat metallum quod per
vniuersum orbem personauit. 210.1
Iesus Christus non in hunc mundum venit ministrari sed
ministrare. 134.1
Iesu Christus equestris presulem ingressus, asello assidens.
127.1. & in quo hic ingressus à ceteris Regibus dif-
ferat. ibid.
Iesus Christus eos effugiebat, qui illum in Regem vole-
bant erigere. 213.2
in Iesu Christi natiuitate, que mirabilia signa contingere.
258.1.2.
Iesus Christus duas habet naturas & vnam personam.
143.2
Iesus Christus diuinus pellicanus, & celestis Phoenix.
144.1
Iesus Christus de mundo triumphat. 143.2
Iesus Christus noster est Rex diuinus, & aternus Dux.
128.2
Iesus Christus Sol Iustitię
Iesus Christus Rex cęli, & terre. 120.1

Iesus Christus scientię fons. 153.1
Iesus Christus medicus celestis. 128.2. & 129.1. &
192.1.2
Ignari magni aelatores, cum magno murmure, pauca,
verò capacitate. 112.1.2
Ignari in sacra Scriptura, pro impijs sumuntur. 188.1
Ignari multis rebus indigent, sapientes vero diuitijs im-
plentur. 245.1
Ignari à scientia abhorrent, dicebat Salomon. 144.1
Ignarus cor obscurat, &c. 188.1
D. Ignatius Leonibus expositus. 135.2
D. Ignatius eiusque verba, de contemptu mortis ad mar-
tyrium propetans. 140.1
Ignis coopertus odij latentis symbolum. 46.2
Ignis alia is Ierusalem in puteum iniectus. 75.1
Ignis lignum nigrum efficit, & hominum, vultum con-
tra aurum illustrat, vssumque candefacit. 79.1
Ignis columna Israelitas ducens, quia significet. 256.2
Ignis & aqua que antiquitus mulieres rapture tange-
bant: eius rei interpretatio. 208.1
Ignis inferni. 133.1
Ignis Apostolos linguis igneis inflamman, quid. 197.2
Ignorantia omnium malorum causa. 130.1
Ignorantia crassa & supina. 147.1
Ignorantia discreta cum pulchro ad hanc rem dialogo.
146.1
Ignorantia quid. 147.2
Ignorantia discreta duo genera. 147.2. & 148.1
Ignorantiam esse scientiam, & scientiam ignorantiam.
159.1
Imago Dei in homine. 19.2
Imago Priscor. in Aegyptiorum explicata. 202.1
Imago Dei in homine in quo consistat. 232.1
Imagines vt pulchriores appareant. 27.2
Immortalitas anima. 101.2
Imperium Romanum per numismatis declarationem do-
ctę interpretatur. 257.2
Impietates enormes ab acutioribus ingenijs quotidie ma-
nant. 184.1
Imprecatio cordis afflicti. 185.1
Incarnatio filij Dei. 143.2
Incraniculum deprauati doctoris symbolum & insipien-
tis. 21.2
Inconstantia hominum descripta. 130.2
Inconstantia rerum mundanarum, cum pulchra huius rei
descriptione. 109.1.2
Indę Orientales à Lusitania subiungatę. 26.1. &
193.1
Infidelitas arena similis que tanto magis pluit minus
fructificat. 254.2
Ingenium subtile, & habes candele soli apposita compa-
ratum. 111.2
Ingenium subtile, ac periculosum. 156.1
Ingenia optima grandini comparata. 157.2
Ingratitudo omnium infelicitatum fundamentum. 178.
1.2
Ingratitudo multorum in suos benefactores. 175.1. &
170.2
Ingratitudo, anime inimica meritorum contemptrix.
173.1
Ingratitudo omnium malorum animi radix. 172.2. &
171.1
Ingratitudinis exempla. 176.1
Ingrati Hydris aquę similes. 176.2
Ingrati malis comparati. 176.1
Ingrati non debent vocari homines, imo etiam bestis pe-
iores. 172.2
Ingrati similes mari & nubibus. 173.1
non Ingrati in suos benefactores animalia exempla no-
tatu digna. 178.1

Dialog. Index Materiaram.

- Leo vim corporis significat.* 210.2
Leo hospes cuiusdam Andronici nomine, & cur. 178.2
Leones pro demonibus sumuntur. 109.2
Leones in templo Salomonis figurati moraliter. 209.1
*Leges civiles pax ciuium, & leges Canonica, pax Eccle-
 sig.* 193.2
*Lex positua quodam tempore prodest, alio vero nocet,
 non habet locum in lege naturali.* 162.2
Lex natura legis eterne participatio. 192.2
Lex ciuiliis prestans philosophia. 193.2
*Lex antiqua exemplari edificij comparata. 212.2. 213.1
 bra futurorum bonorum esse debet.* 213.1
Lex Dei à duobus preceptis pendet. 115.1
Lex sapiens fons vita. 192.2
*Leges adeo prestantes, vt antiqui eas cuidam Deo tri-
 buerint.* 193.1
Leges telis araneorum similes. 191.2
tres virtutes iis qui Leges institunt. 193.1
Leges à Deo data. 192.2
Leges cur & ad quem finem facta, & disposita. 192.2
Leges pharmacia comparata. 38.1
Legislatores antiqui leges cuidam Deo tribuere. 191.2.
 & 193.1
Legista faciunt hominibus bona consumere. 191.2. &
 192.2
qui Legista esse cupiunt quid de more habeant. 192.2
*Liberalitas res quidem mira, sed prudentia debet mo-
 derari.* 172.1
Libertas deprauata, eiusque effectus. 114.2
Libertas spiritualis captiuitati corporalis. 34.2
Librorum bonorum utilitas. 150.2
Libri boni pratis viridibus comparantur. 151.1
Libros multos habere curioso Tantalo comparantur. 149
*Libri Sacri à septuaginta interpretibus versi ad hanc
 rem mira narrantur.* 150.1
*Libri Gentilium quo pacto legendi. 157.2. & 158.1. de-
 que methodo in iis tenenda.* 158.2
Libri lascini veneno peiores. 151.1
*Lignum aquas amaras in dulcedinem conuertens vocis
 Iesu Christi figura.* 209.2
Libri, eorumque lectio, quam utilis. 187.1.2
Libri sunt oculorum cibus. 149.1
Libri boni viridibus pratis comparati. 148.1. & 152.1
Linea Apellis quam delicata. 156.1
Lingua maledici diaboli penicillus. 25.1
Lingua hasta peior. 83.2
Lingua vina debet esse cordis tabula. 166.1
Lingua clauis ad aperiendum stomachum. 166.1.2
Lingua gladio acuto similis. 151.1
Litera & virtutes omnia laudabilia complectuntur.
 47.2
Litera Mercurio tributa. 113.2
*Litera venenum vocata, & pestis publica ab Imperato-
 re Licinio.* 194.1.2
Litera stagno comparata, fraxinis & oliuis circumdata.
 195.2
Litera Aegyptiorum Hieroglyphica. 202.2
Literati indocti, importuni & presumptuosi. 157.1
Litera & Epistola familiares, earumque utilitas. 186.
 1
*Linteus quo Iesus Christus in Cruce fuit cinctus, Roma
 visitur.* 254
Lisbona copiosa opulenta ciuitas, iuxta situm descripta
 145.2
qui loquitur parum area est, clauis occlusa. 221.2
Loqui multum in seipso parum cum aliis. 181.2
Loqui sapissimè nocet. 181.1.2
Loqui ab hominibus discimus, & à Deo tacere. 181.2
qui loquitur multum non eget peccatis, 221.2
Loqui tacendo, & obmutescere loquendo quid sit. 84.1
Loquacium verba fructibus immaturis assimilantur.
 181.2
Loquaces araneis comparati. 156.1. & raris. 157.1.2
D. Lucas Euangelista medicus. 191.2
Lucerna ardetes in manibus nostris interpretantur. 134
 2
*D. Ludouicus Gallorum Rex maximas eleemosynas ero-
 gabat.* 128.1
*Lugdunum ciuitas copiosa & celebris, eius situs, cuius
 pulchra descriptione.* 146.1
Lumbi moraliter expressi. 148.2
Lumen fides. 17.1.2
Lumen Solis & intellectus. 90.1.2
Luna antiquitus per imaginem Diana significatur. 109.
 2
Luna Symbolum mundi. 20.2
*Lupi viscera, & ouis in instrumento musico non consen-
 tiunt.* 169.1
Lux veritatis non in mari huius mundi extinguitur.
 145.2
Lusitani magis Graeci quam Romani. 39.2
Lusitani ad conquirendos Indos magnanimi. 26.1. &
 102.1.2
Lusitania & qua rara & singularia illic cernantur.
 89.2
Iya lippis oculis, Rachel vero clavis. 87.2
Lycurgus Apollini legis attribuit. 193.1
*Lynx animal visus acuti & subtilis, cur Baccho dicaba-
 tur.* 225.1
*Lynx animal pulchrum & gratum, sua pulchritudine
 alia animalia attrahit, eaque interfecit, ac deuorat.*
 237.1.2

M

*Magdalena in lacrymas versa. 108.1. arcui cali compa-
 rata.* *ibid.*
*D. Magdalena fidem Iesu Christi Massilia nuntiauit: eius
 penitentiæ breuis descriptio: deque loco mansionis.*
 108.1. celso Iesu Christi amore inebriatur. *ibid.*
*D. Magdalena cur in desertum secessit, cum multum in
 vrbe Euangelium predicando prodesset.* 108.2
Magdalena sedens, Martha stans quid significat. 87.2
Magistratus auari & ambitiosi quale. 85.1
*Magi Orientis, qui ad Iesum Christum venerunt, cur tres
 fuerunt.* 224.2
Magi Orientis baptizati fuerunt, & Episcopi. *ibid.*
Magnitudo contempta quantum profit. 79.1
Magni depressi, parui exaltati. 46.1
Magnes lapis ferrum ad se trahens. 170.2. & 171
Mahomet Arabi, angelo Gabrieli falsam fidem tribuit.
 193.1
*Mahumetista citò (Deo annuente) ad verum Deum con-
 uertentur.* 212.1
Maiorqua insula Belearis à Turcis depopulata. 34.1
Mala punica magni pontificis moraliter explicata. 146.
 1
Malum pro malo non reddere magna est virtus. 137.2
Malum est extremum, malum non posse pati. 137.2
Mali honore affecti, boni contempti. 32.2
Mali terra vocantur à sacra Scriptura. 196.1
*Mali eorum vita nauis nullum vestigium relinquenti co-
 paratur.* 126.1
Mali in vitiorum insidiis. 219.1.2
Mali sterilibus comparantur. 219.1
Mali serpenti Hydra similes. 123.2

Dialog. aa 3
 Malus

Dialog. Index Materialium.

Malus fugit licet nullus eum persequatur.	222.2	Minerva à Iouis cerebro nata, scientiâ significabat.	152.
Malitia vim amittit cum virtus occurrit.	237.1	Minerva vitam contemplativam significans.	129.2
Malitiosi sapientes à mundanis vocantur.	147.2	Minerva sapientiæ Dea.	156.1.2
Manna ad mores redactum.	193.1	Minerva cur armata pingatur.	211.1
Manna in arca fœderis custodiebatur.	141.2	Minotaurus mythologicè expositus.	190.1
Manna pro ijs qui sanctum Evangelium custodiunt.	141.1.2	Minotaurus à Theseo occisus.	104.1
Manassés oblivionem significans populi Iudaici figura.	209.2	Miracula in natiuitate Saluatoris facta.	258.1
Manus Moysi, extra & intra sinum.	87.1	Misericordia Dei immensa est.	152.1.
Manus Moysi in crucem eleuata, Iesu Christi crucifixi figura.	210.1	Misericordia & veritas custodiunt Regem.	164.1.2
Manus dextera pro virtutibus sumitur.	188.2	Misericordia sine iustitia ignara est.	201.1
Manus dextera fidei prosperitatem significat.	209.2	Misericordes misericordiam consequuntur.	133.1
Margarita Scriptura sacra mysteriorum symbola.	96.2.	Nitridatum pro peccatoribus saluberrimum.	193.1
& 97.1		Modus in omnibus certum.	134
Mars & Mercurius cur ad Philosophiam cœiuncti.	112.2	Monachi præteriti corporis, cum palcro eorum sancti hî- ma vite Epilogo.	127.2. & 128.1
Martyres cuius constantia.	99.1	Monarchia Romanorum ferreum regnum vocatur.	
Mathematica Principibus necessaria.	49.1	Monasteria ad quid instituta.	24.1
Martyres Iesu Christi, eorumque mira constantia.	135.2	Mons diuina visionis, & quo pacto in eum inuolemus.	261.1
Martyres inuictò animo proprio sanguine irrorabantur.	161.1	Moria mons visionis.	79.2
Marcus Aurelius ob philosophiam in Imperium elatus.	210.2	Mors culpæ remedium.	92.1
Mare mundi vitiorum paratorum occasio, nam bono- rum desideriorum submergit.	240.1	Mors inexorabilis.	238.1
Massilia celeberrima Gallie vrbs, cum pulchra eius des- criptio.	107.1.2	Mors magis remedium, quam pœna & coram Deo pre- tiosa.	100.2
Materia, forma, & priuatio.	17.2	Mors mortem vincens.	143.2
Matris cuiusdam præclarum desiderium & virtus.	240.1	Mors non timenda nec expetenda.	98.2
Matrimonium nodus est, qui nunquam dissoluitur, nisi morte. 104.2. idè absque magna consideratione non contrahendum.	ibid.	Mors ab antiquis in conuiujs figurata.	92.1
Matrimonium à consensu duarum partium sumit essen- tiam.	205.2	Mors mortem vulnerauit.	100.1
Mauricius Imperator à tyrannide vexatus, post à Phoca Imperatore occisus.	136.2	Mortem pro virtute acceptare, magni animi est.	140.1
Medicina omnis à Deo manat.	193.2	de Mortis contemptu. 138.1.2. auctoritates philoso- phorum ad hoc.	139.2
Medicina à quo primum inuenta, huius rei varia opinio- nes.	192.1.2	Mortis memoria vite nostræ debet esse horologium.	229.1
Medicina aut ius ciuile, quorum duorum præstantius.	290.2. & 191.1	Mortis contemptus quam vtilitatem afferat.	113.1
Medicus ob necessitatem honore afficiendus.	193.2	Mortui in Iesu Christo beati.	139.2
Mel quod Samson in ore mortui inuenit quid significet.	241.1.2	Mulieres Romanæ vinum libentes pœna adulteriij punie- bantur.	227.1.2
Medicina & pharmaca legum symbola.	38.1	Muli adeo peruersi, vt in matros reclacitent, postquam lac suxere.	175.2. & 176.1
Medici corporum & animarum.	42.2	Mundus labyrinthus.	97.2
Medicine diuina sancta sunt sacramenta.	118.2. & 129.1	Mundus quomodo regatur.	32.2
Medici statuis aneis similes. 191.1. & 194.1. cum ca- thologo antiquorum Medicorum.	ibid.	Mundus ex amore compositus.	17.2
Memoria, & ars memoriæ.	158.2. & 183.1	Mundus dolis plenus, perfidijs & proditiõibus atque va- nitatibus.	84.2
Memoria, voluntas, & intellectus.	19.1. & 87.2	Mundus à Laban signatus.	31.1
Memoria mortis frenum rude.	91.2	Mundus sortilegus & incantator.	96.2
Memoria pro obliuiosis.	92.2	Mundus Lunæ comparatus 20.2. Occidenti. 26.1. Fumo 85.1. & vipere.	94.2
Memoria mortis sui ipsius parit contemptum.	98.2	de mundi contemptu.	127.1.2
Memoria mortis ad immortalitatem ducit.	97.2	Mundum derelinquere quam vtile.	78.2
Mendacium ianuam veritati occludit.	140.2	Munus argento viuo similis, qui in ignem iniectus, in fumum conuertitur.	206.1
Mendacium Iri lapidi assimilatur.	216.1	Mundum fingere vincere est, eum sequi, vinci.	288.2
Mensa in qua Iesus Christus cum Apostolis cœ nauit, Ro- ma visitur.	254.2	Mundus qua mercede suos seruos remuneret.	125.2
Merentinus mulierem negauit, quod eam bibentem vi- num deprehenderat.	161.1	Mundus nobis relinquendus antequam nos relinquat.	195.1
Merita vniuscuiusque remunerantur.	141.1	Munus in officina nisi fallacias & dolos continet.	109
Mereri dignitates melius quam possidere.	66.2. & 67.1	Mundus ita peruersus vt bonos persequatur, malis au- tem foueat.	128.1
Midas à Deo Apolline, vt id omne quod tangeret, aurum fieret consequitur.	122.1	Mundus suis spem laborum tribuit.	190.1
Microcosmos homo.	13.2	Mundus cur ab hominibus tam malè gubernetur.	120.1
Minerva Phidiæ.	4.1	Mundus ab ijs qui se non agnoscunt, diligitur.	130.1
		Mundus laqueis plenus.	142.2
		Mundus, tristitia, egritudine, & tædio plenus.	109.1
		Mundus vasi hedere similis.	129.1.2
		Mundus nihil potest tollere, nisi quod dat.	123.2
		Mundus immundus, adulator, & perfidus.	128.1.2
		Mundus noster est inimicus, potens autem aduersarius.	188.2
		Mundus bonorum afflictorum captiuitas: malorum au- tem datorum libertas.	141.2
		Mundus	

Dialog. Index Materialium.

Mundus est omnium malorum accumulatio. 129.2
 Mundus confusionis labyrinthus. 204.1. omnis enim in
 maligno positus est. 204.1
 Mundus omnium malorum additio. 204. 1. 2. quid sit
 mundum fugere. ibid.
 Mundus trax adia est, ubi multi viri ingrediuntur. 234.2
 Mundus ab Adamo destructus. 144.1
 Mundus domus foris picta, intus verò obscura, spinis, &
 vepribus seminata. 162.1.2
 Mundus omnes creaturas continens suo modo creatorem
 scit laudare. 129.2
 Mundus facili negotio factus à Deo est, nihilque illud
 dixit, nisi, fiat. 202.2
 Mundus fallaciarum labyrinthus. 139.2
 Mundus quasi depravatus, & peruersus. 140.2
 Mundus pro nobis creatus. 203.2
 Mundi pulchra descriptio. 203.1
 qui Manus in res mundanas inijciunt, Iacob comparan-
 tur qui Esau pedibus apprehendit. 238.1
 Mundana negotia diuina speculationi contraria. 23.1
 Mures somnolenti. 129.1
 Musica à Luciano laudata. 154.2
 Musici maximi compositores. 216.2
 Musica quid filijs Israel in Babylone produrat. 23.2
 Mytheria Scripturae sacrae margaritis coequata. 79.2

N

Nabod iniuste à regina Iesabel necatus. 205.2
 Nabucodonosor cur aquila vocatur ab Ezechiele. 204.1
 Nabusardanoc plebes Israe. itas in Babylonem duxit,
 pauperes in Ierusalem reliquit. 202.2. & 203.1
 Naufragium ex nimia prosperitate. 77.1.2
 Navigatio sine Mathematicis fieri non potest. 49.2
 Navis & respublica symbolizant. 88.2
 Navis Thesei Allegorice. 216.2. & 217.1. an cum reuer-
 sus esset, eadem esset. 217.1
 Navis mundi angusta, venti verò magni. 122.2
 Narcissus ita sua pulchritudine captus, vt perierit.
 236.1.2
 Nasos in terris calumque furari magna vis est. 127.1.2
 Natura paucis contenta, & opinio immensa desiderat,
 120.1
 Nazaraei absthemij. 228.2
 Negligentia virtutum nouerca. 6.1
 Nero & Iulius Caesar. 40.1
 Nero crudelis tyrannus, cum inaudito exemplo. 140.1
 Nero omnes artes liberales, philosophiamque a suo pra-
 ceptore Seneca didicit. 244.1
 Niobes ficta in apidem versa ob constantiam. 112.1.2
 Nobilitas virtutum sufficit. 33.1.2
 Nobilitas numis comparata. 33.2
 Nobilitas patria vera non est. 250.1.2
 Nobilis progenies, eiusque praestantia, & dignitas. 247.
 1.2
 Noctis mythologia. 210.2. & 211.1
 Nobilitas progeniei inter vera bona non debet numerari.
 246.1. & quae sit vera nobilitas. ibid.2
 Noe & eius arca. 21.2. & 24.1
 Nascit eipsum Apophthegmata explicatum. 13.1.2
 Nostra Domina Lauretana. 34.2
 Nostra Damina de Peccine, monasterium iuxta pulcrum
 eius situm. 184.2. & 185.1
 Nouitas Terpandri & aliorum reprobata. 47.1
 Numales Aegeriae tribuit. 192.2
 Numantia vrbs Hispaniae diruta. 124.1
 Numisma magnitudinem & cōseruationem Imperij Ro-
 mani declarans, doctè ad mores. 255.1.2
 Numisma Imperatoris Adriani, ad mores. 134.1

Numismata tria antiquorum allegoricè interpretan-
 tur. 199.1
 Numus vite nostra qualis esse debeat. 195.2

O

Obedientia quantum Deo grata. 32.2. & 33.1
 Oblationes auium implumium. 95.1
 Oblationes palubarum, merulorum & passerum. 86.2.
 turturum. 87.1
 Oblectamentum mundi citò præterit, spirituale verò in
 æternum permanet. 108.2
 Oblectamentum hominis ad diuinæ voluntatis amussim
 est conformandum. 109.1
 Oblectamentum filiorum hominum confusum est. 109.1
 Oblectamentum igni comparatur. 108.2
 Oblectamenta mundi falsa. 109.2
 Oblectamentum hoc in mundo nequit inueniri. 184.1
 Oblectamenta mundana nihil à vera oblectatione reti-
 nent. 109.1
 Oblectamentum vite solitariae. 129.1
 Oblectamenta vera & perfecta sunt bene esse cum Deo.
 110.1
 Oblectamenta huius mundi ventis comparata. 109.1
 Oblitio mortis omnium malorum radix. 94.1
 Oculi cur Baccho dicabatur. 225.2
 Oceanum lacrymarum. 127.2
 Octonariū iustitia vocatur à Pythagoreis, & cur. 218.1
 Oculi veri testes. 6.1. lippitudine obducti. 12.2. electo
 similes. 24.2. absque auribus in imagine Iouis. 6.1
 Oculi lacrymant es cordium afflictorum buccina. 127.1
 Oculi cordis antesignani & præcursores. 112.2
 Oculi & aures tantum discrepant quantum veritas &
 mendacium. 6.2
 Oculi mentis aegroti, oculis corporis aggranatis compa-
 rantur. 159.1
 Odium latens igni tecto simile. 46.2
 Oeta mons ubi Hercules combustus. 78.1
 Officium personam detegit. 46.2
 Officina mundi omnia tenet suspecta. 109.2
 Officiarij Reipub. & nauis in quo symbolisent. 88.2
 Olla sine tegumento in libro Numerorum quid. 83.2
 Oleum, misericordiam significat. 201.1
 Omnia ad Deum adæquata somnorum vmbra sunt. 8.1.2
 Onufrius Eremita annis remansit, nec hominem vidit.
 81.1
 Oppalus lapis pretiosus, eiusque virtus. 207.1
 Opera bona verbum viuum. 34.1. exempla. ibid.
 Opera istorum stellis comparata. 142.1
 Opera fructibus arborum similia. 219.1
 Opera bona qui clam exequuntur, sinunt que male iudi-
 cari, non recto operantur. 134.2. & 135.1
 Opera bona frontibus virescentibus similia. 162.2
 Opera ictibus mallei comparata. 234.2. & 235.1
 Opera præclara, mala opera compensant. 137.1
 Opiniones falsa morbis similes. 147.2
 Oratores qua ex estimatione antiquitus, Isocratis exem-
 plum. 193.2. & 194.1
 Ordines & conuentus ad quid instituta. 30.1
 Oriens dignitati comparatus & Occidens mundo. 26.1
 Orestes & Pylades perfectè amici: cum memoranda hi-
 storia. 174.1
 Orpheus in infernum descendit, vt Euridicem amicum
 perquereret. 198.2
 Os cordis ostium. 81.1
 Os clausum & ob signatum, exempla. 221.2
 Osculum pacis & iustitiæ. 39.1
 Otiosi terra inculta comparantur. 209.1
 Ovis errans, à quo requiratur. 45.1
 Osiris Aegyptiorum legislator, Mercurio leges tri-
 buit,
 Dialog. aa 4

Dialog. Index Materiarum.

	193.1	Peccatores fera comparantur.	115.2
		Peccatores qua pena afficiantur.	24.2
		Peccatores contra elementa pugnabunt.	188.1
		Pellicanus diuinus,	144.1
		Perditio tua ex te Israel.	75.1.2
		Pera Aesopica, alia ante, alia verò retrò, quid.	180.1
		Perfectio magna imperfecti onem suam agnoscere.	23.1.2
		Periculum magnum honorem auget.	90.2
		Pericula ardua, cum multis exemplis.	165.2
		Persequutores febricitantibus comparantur.	135.2
		Persecutorum duo genera.	167.1
		Perspectiua & imaginatio	40.2
		Perturbationes ab Stoicis non admissæ.	112.2
		Perturbationes per taurum significatæ.	118.1
		Perturbationes earumque tempestas.	111.1
		Perturbationes deprauatæ qua damna afferant.	114.2.
		Perturbationes obscuro & deformes.	113.2
		Perturbatio inordinata cursus aequalis rationis mutatio.	115.1
		D. Petrus dormiens grauisimè à Iesu Christo obiurgatus.	111.1
		D. Petrus & Paulus Roma incarcerati.	162.1
		D. Petrus crucifixus.	135.2
		D. Petrus Apostolorum Princeps.	143.2
		D. Petrus boni pralati exemplar.	43.1
		Phaeton in cælum volàs cū huius fabula interpretatione.	109.2
		Phalaris tyrannus factus ab adulatoribus.	168.2
		Phidias excellens pictor.	42.1
		Philenus terminos vitæ abscidit, vt patriam liberaret.	251.2
		Philosophia admirationis filia, pastus & animi excellentes.	147.2
		Philantia, & sui ipsius amor.	32.2
		Philosophia prauas inclinationes superat.	118.2
		Philosophorum tria genera, & in quo differant.	114.1
		Philosophi caci in idololatria moriuntur. 152.1.2. quorum plurimi mortem sibi consciuerunt.	ibid.
		Philosophia immortalis.	129.1
		Philosophia Euangelica.	119.1
		Phocas admodum Tyrannus, exempla eius tyrannidis grauisima.	136.2
		Phoenix egregiè descriptus & D. Paulo Apostolo aptatus.	28.2
		Phoenix auis mundo rara.	138.1
		Phoroncus leges Græcis dedit. 193. 1. 2. fuit tempore Isaac.	ibid.
		Phuorin idiomatis & morum.	22.1.2
		Pictura insigniores ac pulchriores.	231.2
		Pietas cum Regis Lusitania exemplo. 134.2. & 135.1	
		Pittacus librum edidit de medulla talpæ vbi eloquentiam exaggerauit.	154.1.2
		Pigritia detestanda.	37.1
		Plato Moyses Atheniensis vocatus.	158.1
		Plato animarum medicus.	42.2
		Penitentia Christianorum arma.	128.2
		Poesis antiqua Philosophia.	130.1
		Polipi eorumque mira natura.	157.2
		Polyerat es felicissimus principum, tandè suspensus.	207.1
		Pomum Eua vetitum.	21.2
		Pomum aureum Veneri datum, ad mores.	129.2
		Pena nonnunquam quiete vtilior.	160.1
		Pompeius miserè è vita decessit.	101.1
		Populus fera multiceps.	77.2
		Potus nimij mala.	228.2
		Pralatus sine libro est auis sine pennis. 42.2. & 43.1	
		Pralatus qua veneratione habendus.	33.2
		Pralati in veteri Lege à vino abstinabant, cum in tabernaculum ingrederentur.	227.1
			Pra-

P

Parcere ijs qui nobis sunt incuriosi, magna est gloria.	137.2
Paris pastor pomum aureum Veneri dedit. Huius fabula mythologia.	129.2
Paris & Helena ob pulchritudinē Troiani excidij causa.	237.1
Paruuli exaltati, magni depressi.	46.1
Passiones animæ, alia bona, alia praua.	114.1
Patria, pulchra eorum qui pro patria salute sese morti obiecerunt, exempla.	175.1.2
Patria nostra celsa est, via humilis.	142.1.2
Patria amor quàm magnus. 251.1.2. exempla.	ibid.
Patria clari & virtute præditi hominis, est totus terrarum orbis.	35.1.2
Patientia hominis sapientis arma.	211.1
Patientia fundamentum gloriæ.	67.1
Patientia perpetua tribulationis comes.	60.1
Patientia perfectio duorum adolescentum.	136.1
Patientia sancta exempla.	137.2. & 138.1
Patientia optimus chypens aduersitatum istius patiens.	135.1
Patientia fortitudine melior.	194.2
Patientia Iob.	56.2
Patientia bonorum, malorum perturbatio.	137.1
Patientia effectus eiusque laudes.	137.1
Patria vera cælum est.	57.2
Patientia Imperatoris Maurij inestimabilis.	137.1
Patientia Davidis.	59.1
Patientia iniusta.	56.1.2. & 57.1. & c.
Patientia vis Philosophia præcipua.	113.1
Patientia in aduersitatibus vera est scientia & doctrina, pulchra exempla.	244.2. & 245.1
ex Patribus bonis mali filij nonnunquam generantur, & contra. 247.1.2. exempla.	ibid.
D. Paulus Apostolus Phœnici comparatus.	28.2
D. Paulus capite cæsus.	135.2
Pauperes felices.	123.2
D. Paulus Sapientia thesaurus.	159.1
D. Paulus profundus scientia puteus.	148.1
D. Paulus eremita cuius vitæ.	27.1.2
Pauper non est qui pauca possidet, sed qui multa expedit.	120.1
Pauper ita nullus est quin ob amorem Iesu Christi aliquid habeat quod relinquat.	131.2
Pauper diuitibus & peccatoribus comparatur.	108.1
Pauper Iesu Christi arca.	48.1
Paupertas, & ad hoc Emblemata Alciati.	87.2
Pauperum bona erogare ei qui non est diues, sacrilegiū.	128.1
felix domus ex qua pauper manibus vacuis non discedit.	128.1
Pauperibus qui dat, innumeros possidebis thesauros in celo.	240.1
Paupertas voluntaria, eiusque præstantia.	138.2
Pax & iustitia sese osculantur.	201.1
Pax fit à virtute Dei.	255.2
Pax & iustitia sese osculantur.	38.1
Pauo, superbia & humilitatis speculum.	18.1
Peccatum pro tentatione à D. Paulo sumitur.	118.2
per Peccatum mortale pulchritudinem spiritualem amissimus.	251.1.2
Peccatum mortale mors animæ.	204.2
Peccatum consummatum quid sit.	204.2
Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.	118.2
Peccati semen.	118.2

Dialog. Index Materiarum.

<i>Prelati quales esse debeant.</i>	174.1	<i>Religiosi vita depravati.</i>	114.2
<i>Prelatura Religiosis odiosa.</i>	31.2	<i>Religio paradysus est terrestris.</i>	110.1
<i>Præsumptio ex se nisi funus est.</i>	139.1	<i>Reprehensiones Christiana quomodo faciendæ.</i>	114.1
<i>Præsumptuosi, utcumque sunt loquaces. 157.1. raris comparantur.</i>	ibid.	<i>Res mundi Luna similes.</i>	109.1
<i>Præsumptuosi quàm indiscreti.</i>	69.1	<i>Requies vera in cælo, eius templum cur extra muros Roma.</i>	55.2
<i>Primislaus Rex Bohemia Bubulcus fuit.</i>	247.1	<i>Respublica naui similis.</i>	88.2
<i>Princeps qua in resubditis adstrictus.</i>	39.2	<i>Restiarius cum tempore ad allegoriam.</i>	174.2
<i>Principes columna sunt, & subiectorum duces.</i>	134.2	<i>Resurrectio Iesu Christi.</i>	100.1
<i>Princeps bonus imago Cherubim.</i>	41.1	<i>Rex contemptus. 33. 1. 2. felicissimus, miserè decedit.</i>	64.2
<i>Principes terre fluctibus maris coæquati.</i>	95.1	<i>Reges tres qui Dominum nostrum visitarunt, fuerunt Episcopi à D. Thoma baptizati.</i>	188.1
<i>Principum favor & familiaritas quàm varia. 248.1. Exempla.</i>	ibid.	<i>Reges præcipuè duabus rebus indigent.</i>	165.1
<i>Privat io, forma, materia.</i>	17.2	<i>Reges arcana non debent detegere.</i>	226.1
<i>Procuratores Palatii venatoribus similes.</i>	191.1	<i>Regna feliciora quæ sint, quotidiano vsu.</i>	22.1
<i>Prometheus Rex mathematicus.</i>	49.1.2	<i>Regnum ab Empedocle recusatum.</i>	77.1
<i>Promissores, parumque exequentes, terra avida comparantur.</i>	166.1	<i>Rhetorica præstas cum in obsequio Dei, & virtutis insumitur.</i>	194.2
<i>Propheta sine honore in patria.</i>	250.2	<i>Rhetorica à Rebuspublicis exulata.</i>	194.1.2
<i>Prosperitas humana quatuor comitatur.</i>	240.2	<i>Risus cum dolore miscbitur.</i>	222.1
<i>Prosperitas, quam mundus dat, quæ sit.</i>	126.2	<i>Roma nunc nobilior, quam tempore Gentilium.</i>	254.1.2
<i>Prosperitas imprudentium destruetur.</i>	240.2	<i>Romani o Remp. mortui.</i>	102.1
<i>Prosperitatum inconstantia.</i>	123.2. & 124.1	<i>Rosa spinis circumdata moraliter interpretantur.</i>	109.1
<i>Prosperitas virtutis nouerca.</i>	160.2	<i>Rotunda figura perfecta est.</i>	57.1
<i>Providentia Dei omnia ab initio moderatur.</i>	202.2	<i>Rubrius Flavius nobilis Romanus capite iamiam plectendus, quàm patiens.</i>	140.1
<i>Pulchritudo à Philosophis descripta, & quid de illa iudicent.</i>	233.1.2	<i>Rutilius ob virtutem exul.</i>	25.1
<i>Pulchritudo quot pericula & discrimina secum ducat, ad hoc exempla.</i>	237.2		
<i>Pulchritudo anima ignis clarus est, non ardens.</i>	129.2		
<i>Pulchritudo arrogantia & superbia comitata.</i>	236.1		
<i>Pulchritudo breuistemporis tyrannus.</i>	238.2		
<i>Pulchritudo castitatis contagio.</i>	242.1		
<i>Punio quo pacto faciendæ.</i>	114.2		
<i>Punitio & castigatio fulguri similis.</i>	39.2		
<i>Purgatorium post hanc vitam.</i>	128.2. & 129.1		
Q			
<i>Quadraginta annis per desertum iter, eius allegoria.</i>	18.1		
<i>Qualitates corporis & anime.</i>	14.2		
<i>Qualitates antiquorum cremitarum.</i>	47.1		
<i>Qualitates veri Religiosi. 28.2. superioris.</i>	47.1		
<i>Quaternarium Pythagoreorum iniurandum, & cur.</i>	220.2		
<i>Quid superbis terra & cinis.</i>	88.2		
<i>Qui æquamiter gratum & ægritudinem aspernatur seruus esse nequit.</i>	64.1		
<i>Qui seminant in lacrymis in exultatione metent.</i>	68.1		
<i>Quid hoc in mundo sit lenius, fortius sapientius & pulchrius.</i>	93.1.2		
<i>Quibus dignus non erat mundus, de quibus dicatur.</i>	80.2		
<i>Quies post laborem.</i>	111.1		
<i>Quies otiosa amari.</i>	147.2		
<i>Quies vera & secunda hoc in mundo nequit inueniri.</i>	119.1		
<i>Quietem hoc in mundo sperare, seipsum fallere est.</i>	188.2		
R			
<i>Rachel oculis clavis, Lya verò lippis.</i>	87.1		
<i>Ramasse ciuitas Aegypti quid significet.</i>	28.1		
<i>Rapzaces fraudibus viuunt.</i>	25.1		
<i>Remuneratio iuxta meritum.</i>	32.2		
<i>Religio à religendo. 26.2. aut à religando, aut à relinquendo.</i>	ibid.		
<i>Religiosi apibus comparati. 27.1. Soli 27.2. Speculo charlybis imaginibus.</i>	27.1.2		
<i>Religiosi vagabundi, sunt veluti arbor in itinere confita.</i>	87.1		
		<i>Sacerdotes nec debent esse auari, nec lubrici, sed casti, & liberales.</i>	214.1
		<i>Sacramenta à Iesu Christo in Officina Ecclesia Catholica instituta, pro nostri orum malorum remedio.</i>	121.1
		<i>Sacrificium Iusticia.</i>	38.1
		<i>Salamandra symbolum iusti afflicti.</i>	62.1
		<i>Salem in mensa ne asperneris, prouerbiū.</i>	215.2
		<i>Sal in omni sacrificio.</i>	214.2. & 215.1
		<i>Samson à somno oppressus.</i>	111.1
		<i>Samson & Samucl ab Ishemij.</i>	228.1
		<i>Sancti sanctorum interpretatur.</i>	196.1
		<i>Sandoces index iniustus suspensus.</i>	218.2
		<i>Sanguisuga duæ filia diuoli.</i>	159.2
		<i>Sapiens octauus sapiētibus septem Gracia additus.</i>	156.2
		<i>Sapiens iouis fortis.</i>	211.1
		<i>qui Sapientes sunt in paupertate cordis morietur.</i>	245.1
		<i>Sapientes & ignari in quibus præcipuè differant.</i>	116.2. & 118.1
		<i>Sapientes veri qui sint.</i>	118.1.2
		<i>Sapientes antiqui grauissimè à D. Paulo obiurgati.</i>	54.2
		<i>Sapientes diuitis implentur, ignari verò egent.</i>	245.1.2
		<i>Sapientes Croco similes.</i>	245.2
		<i>Sapientia & opera eiusdem generis esse debent.</i>	188.1
		<i>Sapientia cum charitate vna.</i>	152.1
		<i>Sapientia qui inuenit, beatus, dicebat Salomon.</i>	245.1.2
		<i>Saturnus cur antiquitus filios deuorans pictus.</i>	124.1
		<i>Saul dormiens lagena & hasta spoliatus.</i>	111.1
		<i>Saul Dei sui que viuebat obliuioſus.</i>	242.2
		<i>Sceptrum, moraliter.</i>	227.2
		<i>Scenola strenuus & bellicosus ob patriæ tuitionē.</i>	113.1.2
		<i>Schala Iacob, eiusque mysterium.</i>	33.2. & 80.1
		<i>Schala Iacob quid significet.</i>	159.2. & 210.1
		<i>Schola sapientia.</i>	92.2
		<i>Scientia Principi necessaria.</i>	50.2. & 51.1
		<i>Scientia & charitas arena & calci comparata.</i>	13.1
		<i>Scientia magnum lectionem præsupponit.</i>	12.1
		<i>Scientia vocis eius qui continet omnia.</i>	129.1
		<i>Scientia mundi est ignorantia.</i>	245.1.2
		<i>Scientia vera vita est laudabilis.</i>	148.1
		<i>Scien-</i>	

Dialog. Index Materialium.

<i>à vino multi prelati abstinebant.</i>	228.1	<i>storia.</i>	227.2
<i>Visus plus mali quam boni adfert.</i>	10.1	<i>Viventes, qui non legunt pro mortuis habentur.</i>	187.1
<i>Vir & uxor oculis comparantur.</i>	204.2	<i>Vitiosi quantumvis diuites tandem auricalchum sunt</i>	
<i>Virga Moysi signum Iesu Christi.</i>	209.2. & 210.1	<i>scoria argenti apertum.</i>	171.2
<i>Virga punitionis nasci debet ex radice Iesse.</i>	114.2	<i>Vitiosi Theriote turpiores.</i>	238.2
<i>Virga Aaron pro ijs qui Euangelium non obseruat.</i>	141.2	<i>Vivere beneficium est naturæ omnibus commune.</i>	140.1
<i>Virga Aaron potentia & severitatem representat.</i>	193.1	<i>Vltio superbis tantoperè cordi est, ut se ipsos malint per-</i>	
<i>Virga Aaron in arca Dei posita, ad sui vsq; tempus.</i>	41.1.2	<i>dere, quam parcere.</i>	138.2
<i>Virgilius Poesi cumularus, Mantua oriundus.</i>	252.1	<i>Vltiores odiosi & nefandi.</i>	46.2
<i>Violenti nullum potest esse durabile, ac perpetuum.</i>	109.2	<i>Vlula cur Mineræ dicata.</i>	210.2. & 211.1
<i>Virescit vulnere virtus.</i>	62.1	<i>Vlule nihil die vident, sed noctu.</i>	156.1
<i>Virtus quid sit.</i>	87.2	<i>Vlula cur prope Mineram depicta, & sub Leone.</i>	211.1
<i>Virtus eo maiori pretio habetur, quò maiora contemnit.</i>	125.1.2	<i>Vlysses in omnibus periculis victor.</i>	63.1.2
<i>Virtus ab humilitate separata, exsiccatur, & annihilatur.</i>	142.1.2	<i>Vlysses Syrenas expugnavit.</i>	124.1
<i>Virtus labore parata.</i>	234.2. & 235.1	<i>Vnio non est in hoc terrarum orbe sine dissensione.</i>	109.1
<i>Virtus inexpugnabilis est.</i>	123.2. & 124.1	<i>per vnitatem diuini euadimus.</i>	196.2
<i>Virtus sola nequit dirui, aut labefactari, & cur.</i>	144.1	<i>Vnio Principis & populi.</i>	38.2
<i>Virtus in medio sita, & collocata.</i>	108.1.2	<i>Vndæ maris & stellæ errantes.</i>	85.2. & 95.1
<i>Virtus sine patientia flos est marcescens, exsiccatus.</i>	210.1	<i>Vnus solus totum concursum nequit denigrare.</i>	24.1
<i>Virtus habitudo est, quæ in medio consistit.</i>	114.1	<i>Vniuersitas, vide Academia.</i>	230.1
<i>Virtus boni est quod nec amitti nec auferri potest.</i>	123.2. & 124.1	<i>Voluntatem propriam auertruncare est ab inferno se exi-</i>	
		<i>mere.</i>	131.2. & 132.1
<i>Virtus quid sit.</i>	235.1	<i>Voluptas quæ Dea.</i>	221.1.2. & 222.1
<i>Virtute præditi sagittariis comparantur.</i>	108.1.2	<i>Vota præpostera.</i>	34.2
<i>Virtutis professores ferro comparantur.</i>	190.2	<i>Vrbanius V. Papa Massilia sepultus.</i>	170.2
<i>Virtute præditi ex toto terrarum orbe oriundi.</i>	35.1	<i>ab Vrbe ad agros sese abdere, ad quorum Romanorum imi-</i>	
<i>Virtute præditi boni odoris phiala.</i>	50.2	<i>tationem.</i>	76.2
<i>Virtutis homines illudantur & caluniantur.</i>	25.1. & 32.2	<i>Vrbes mandati præcipua, cum breui earum epitome atque</i>	
<i>Prælati vitiosis iuditi.</i>	32.1	<i>virtutibus.</i>	130.2
<i>Virtutes animi alimenta.</i>	149.1. animas decorant. ibid.	<i>Vrres splendidas inuuentes visu orbantur.</i>	218.1
<i>Virtutes morales cū vitij mixta aquis ductibus in ma-</i>		<i>Vtopia Thomæ Mori.</i>	42.1
<i>re prorumpentibus comparantur.</i>	139.1	<i>Vxor Loth in Sal conuersa.</i>	25.2
<i>Virtutes firmæ, & constantes arbores fortissimæ.</i>	216.1	<i>Vrtica à Phantia laudata.</i>	154.1.2
<i>Virtutes iunctæ sunt & concatenate.</i>	256.1	<i>Vxores maritis adstrictæ esse debent.</i>	204.2
<i>Virtutes sua humilitate perfectæ non sunt, nec commu-</i>			
<i>ntes.</i>	142.1		
<i>Vita huius mundi erumnis, & periculis plena.</i>	10.1		
<i>Vita voluptatis plena potius bruiis animantibus, quam</i>			
<i>hominibus apta.</i>	129.2		
<i>Vita hominis vapor est nascendo moriens, & apparendo</i>			
<i>disparens.</i>	211.1		
<i>Vita carnis mors anima.</i>	29.2		
<i>Vita quæ morte mortem vicat.</i>	143.2		
<i>Vita humana nauis comparatur.</i>	126.1		
<i>Vita solitaria.</i>	27.2		
<i>Vita solitaria paradysus est terrestris.</i>	110.1		
<i>Vita incerta, mors certa.</i>	237.2. & 238.1		
<i>Vita iter ad mortem. 9.1. mors producta 9.2. mare an-</i>			
<i>ceps. 10.1. horologio conformis.</i>	21.1		
<i>Vita humana sagitta volans est, & miseriarum infernus.</i>	125.1.2		
<i>Vita actiua & contemplatiua, per Iunonem & Palladè,</i>			
<i>& libidiniosam Venorem designata.</i>	129.2		
<i>Vita humana flumini in mare profluenti comparatur.</i>	238.1		
<i>Vita solitaria eiusque laus cum sanctis exemplis.</i>	127.2		
<i>Vita humana actiua & contemplatiua.</i>	87.2. & 88.1		
<i>Vita humana cruciatu non caret.</i>	55.1		
<i>Vita salutis arcta, perditionis laxa.</i>	62.2		
<i>de Vita desiderio, & contemptu mortis.</i>	138.1.2		
<i>de Vita solitaria oblectamento.</i>	129.1		
<i>Vitellius Imperator inhumanus, cū eius crudelitatis hi-</i>			

X

Xantes Empedoclis, qui regnum in patria renuit. 77.1
Xenophon & Plato condiscipuli sub Socrate. 42.1. non
quod est de finiere, sed quod esse cupiunt. ibid.

Z

Zalencus Locrensiū Legislator. 191.2
Zamolxis leges suas Dea Vestæ tribuit. 19.1
Zelus ardens fidei in Regibus & Principibus. 89.2
Zelus seruos Dei transfert. 54.1
Zenith Meridiei & Septentrionis. 51.2
Zeno primus Stoicorum. 112.2
Zeno statua ornatus. 153.2. & 154.1
Zeno naufragio periculis euadit. 77.1. 2. sua quiete
quantum Græcia profuit. 78.1
Zephyrus ventus temperatus, dulcis incundus & sua-
uis. 146.1.2
Zizania ab inimico dormiente agricola superfeminata.
111.1
Zodiacus cursus Solis. 28.1. qualis circulus. 41.1
Zopyrus Regis Darij perquam familiaris & amicus.
165.1.2
Zopyrus magnus Phisionomus affectiones naturales So-
cratis dixit, etiamsi non eum cognouisset. 118.2
Zoroastes Persarum & Bactrianorum Iureconsultus Le-
ges Oromusso tribuit. 193.1

FINIS.



AUTHORES, CVM
SACRI, TVM PROPHANI,
QVI IN HISCE DIALOGIS
MORALIBVS ENV-
MERANTVR.

A.



Bulensis
Acron
Adde
Aggee prophe.
Alanus
Albertus
Albricus
Alcius
Alcinus
Alcuynus
Alexander Aphro.
Alexander papa
Alexander ab Alex.
D. Ambrosius
Ammianus Marcel.
Amos prophe.
Anacharsis
Anacreon
Anaxagoras
Anaximander
Angelus Politian.
Annius Viterben.
Antimenides
Antisthenes
Antonius Panormir.
Antonius Musa
D. Anthonius
Appianus Alexand.
Appollinar.
Apollonius Thian.
Aristophanes
Aristarchus
Aristeus
Aristides
Aristippus
Aristobolus
Aristochius
Aristoteles

Arrianus
Arnobius
Ascanius pedianus
Ateyus
D. Athanas. Alexand.
Atheneus
D. augustinus
Aulus Gellius
Augustin. Eugubin.
Auidius Cassius
Aurelianus
Aufonius.

B.

D. Basilius
Baptista Egnatius
Baptista Mantuan.
Bordaxanus
Bergomense
Benedictus Aretin.
Benedictus Parisiens.
D. Bernard.
Beroaldus
Bessarius
Bias
Blondus
D. Bonauentura
Bradeas
Brusinus
Brusonius
Budeus.

C.

Calcidius
Carneades
Cassianus
Cassiodorus
Catullus
Celius Augustinus
Celius Rhodiginus

Charondas
Chilon
Chormidas
Chremon
Chrystippus
Cicero
Claudianus
Cleantes
Clearchus
Clemens Alexandrin.
Chitomachus
Comeltor
Conradus
Contutinus
Cornelius Tacitus
Crates
Crimtus
Critobolus
Critolaus
D. Cyprianus
D. Cyrillus

D.

Daniel propheta
Dauid propheta
Democritus
Demosthenes
Demetrius Phalereus
D. Dionysius
Dicearchus
Diodorus Siculus
Diogenes Laertius
Diogenes Cynicus
Dionysius Carthuf.
Dion Nicæus
Dioscorides
Diotynus
Disfarius.

E.

Eantes cyzenus

Echius
Elianus
Elius Spartianus
Emilianus
Empedocles
Eneas Syluius
Eneas vicus
Enomaus
Epicharmus
Epictetus
Epiphanius
Erasistratus
Erasmus
Erasthones
Esdras Propheta
Esaias Propheta
Esopus
Eucherius
Eugenius Papa
Euripides
Eutebius Casariens.
Eusebius Emisenus
Eutropius
Ezechiel Propheta.

F.

Fauorinus
Fenestella
Ficinus
Flavius Vopiscus
Florus
Florian. Docampo
Fornutus
Frontinus
Fulgentius
Fulgosius.

G.

Galenus
Galfredus
Georgius Venetus
D. Gregorius
D. Gregorius Nazian.
Gregorius Theolog.
Gundo
Guillermus Spirens.

H.

Halicarnasseus
Humerus Nouifianus
Harpius
Hecatus
Heractus
Herillus
Hermippus
Hermolaus Barba.
Herodianus
Herodotus
Hesichius

Hesiodus
Hester
D. Hieronymus
D. Hilarius
Homerus
Horatius
Horns
Hubertus
Hugo
Hypocrates
Hypolitus.

I.

D. Iacobus
D. Ioannes
D. Ioannes Damasc.
D. Ioan. Chrysofomus
D. Ignatius
D. Innocentius
Ioel Propheta
Jonas Propheta
Iosue
Iob
Iosephus
Ionianus
D. Ireneus
D. Isidorus
Isocrates
Iudith
Iulius Aphronnius
Iulius Capitolinus
Iustinus Historicus
Iustinus Martyr
Iuuenal
Iuuenus.

L.

Lactantius
Laertius
Lampridius
Laurentius Valla
Lazius
D. Leo Papa
Lombardus
D. Lucas
Lucianus
Lycurgus
Lyra.

M.

Macaon
Macrobius
Mahometus
D. Marcus
Marcianus
Marlianus
Martialis
Marcellus
Masurius

D. Matthæus
Maximus Monach.
Melissus
Menander
Mercurius Trismegist.
Methodius
Micheas Prophe.
Mimus
Minos
Mirandula
Moyfes Prophe.

N.

Narcissus
Necander
Nicephorus Calixt.
Nigidius Figulus
Numa
Numenius.

O.

Oppianus
Origenes
Orosius
Orpheus
Osee Propheta
Osiris
Ouidius.

P.

Palefatus
Papinianus
Paphnutius
Parmenides
Paterculus
Paulus Diaconus
Periander
Perothus
Petrarcha
Petrus Apianus
Petrus Blezon.
Petrus de Natalib.
Petrus Mosellanus
Petrus Paludanus
Phanias
Phauorinus
Pherecides
Philastrus
Philo Iudæus
Philocrates
Philostratus
Phornutus
Phlegontus
D. Petrus
Petrus Messias
Pierius
Pindarus
Pittacus
Platina

Plato
Plautus
Plinius
Plutarchus
Podalyrius
Pogius
D. Paulus
Polybius
Pomponius Lætus
Pomponius Mela
Pomponius Iurifcon.
Pontanus
Procilius
Proclus
Procopius
Propertius
Prosper
Prudentius
Pfellus
Pseusippus
Pythagoras.

Q.

Quadratus
Quintus Curtius.

R.

Rabanus
Raynerius
Remigius
Rodolphus
Rufinus.

S.

Sabellicus
Salomon
Salustius
Sedulius
Seneca
Septimius
Sepulueda
Sex. Aurelius
Sextus Senensis
Simonides
Socrates
Solinus
Solon
Soranus
Sozomenus
Statius
Stella
Stephanus
Steficorus
Stobæus
Strabo
Suetonius
Suydas.

T.

Tatianus
Taulerus
Tertullianus
Textor
Theocritus
Theodoretus,
Theognides

Theophrastus
D. Thomas
Thucidides
Timeus
Timon
Titus Liuius
Titelmannus
Tobias
Torquatus
Testadus
Trogus Pompeius.

V.

Valerius Maximus
Verrius Flaccus
Vincentius
Virgilius
Vitruuius
Viues
Vlpianus
Volaterranus
Vrsinus.


X.

Xenocrates
Xenophon
Xiphilinus.

Z.

Zacharias
Zamolcis
Zantanus
Zeno
Zopirus.




INDEX CAPITVM, QVÆ
IN HIS DIALOGIS, SIVE
VITÆ CHRISTIANÆ IMAGI-
NE CONTINENTVR.

EX PRIMA PARTE.

I. Dialogus de vera Philosophia.

D	<i>Enobilitate sensus videndi, & de cognitione veritatis.</i>	Cap. 1. pagina 5
	<i>De vario & incerto vite cursu, erroréque eorum, qui se dies & annos vite habere arbitrantur.</i>	cap. 2. pa. 7
	<i>Responsio ad obiectiones à philosopho propositas, de visu & introductione vera Philosophiæ.</i>	cap. 3. pag. 10
	<i>De sui cognitione.</i>	cap. 4. pa. 12
	<i>Continuatio eius quod de sui cognitione dictum est de amore, Humilitate, & cupiditate.</i>	cap. 6. pagina. 15
	<i>De morte & incarnatione Christi Domini, & de mundi contemptu.</i>	cap. 7. pa. 17
	<i>Quomodo Christo inseruiendum sit, mundo bellum indicendum, denique in quo vera statuatur philosophia.</i>	cap. 8. pa. 20

II. Dialogus de Religione.

<i>De quiete solitaria, & tranquillitate Cellula.</i>	cap. 1. pag. 23
<i>Admonet Monachus & reprehendit Apostatas, qui à Religione deficiunt, ordinemque vituperant, in super huius verbi, Religio, definitio redditur.</i>	cap. 2. pag. 24
<i>De solitudine, de veritate, de suis suis fuga.</i>	cap. 3. pag. 27
<i>De duplici sensu sacra Scriptura, de que perfectione, que finis Religionis est.</i>	cap. 4. pag. 30
<i>De obedientia, & victoria suis suis, veraque nobilitate.</i>	cap. 5. pag. 32

III. Dialogus de iustitia.

<i>De iactura temporis, & definitione Iustitia.</i>	cap. 1. pa. 36
<i>De premio, ac remuneratione bonorum, de supplicio & punitione malorum, & quo duorum Princeps magis preualere debet.</i>	cap. 2. pag. 38
<i>De Clementia & crudelitate Principum.</i>	cap. 3. pag. 39
<i>De Ideis Platonis, de suffragijs, electionibus, & qualitatibus eius qui moderatur.</i>	ca. 4. pa. 42
<i>De officio Principis, de periculo ipsius vite, de qualitatibus quibus insigniri debet, iuxta opinionem Philosophorum.</i>	cap. 5. pag. 44
<i>Quod Principes humiles, perhumani, & ab omnibus nouitatibus alienati esse debeant.</i>	capite 6. pag. 46
<i>De liberalitate, de Iuris Ciuilibus Laudibus, & de Mathematicis discipulis.</i>	ca. 7. pa. 47
<i>De Philosophia actiua, & contemplatiua, qua que melius perfecto Principi cohæreat.</i>	cap. 8. pag. 49

De Prin-

<i>De Principis & Prelati aequalitate, deq̄ intentione Elecciónibus seruanda</i>	cap. 9. p. 51
<i>De Iustitiæ laudibus, deq̄ ipsa loqui, non tantum sufficere, Verum etiam eam possidere necessum esse</i>	cap. 10. p. 53

III. Dialogus de Tribulatione.

<i>De labore mundi, deq̄ tribulationum utilitate</i>	cap. 2. p. 55
<i>Ostenditur terram, locum verum exilij esse, vitamque peregrinationem</i>	cap. 2. p. 57
<i>De patientia, & de victoria sui ipsius, deque armis ad eam assequendam idoneis</i>	cap. 3. p. 58
<i>De varijs Tribulationis effectibus, deque utilitate quam secum ducit</i>	cap. 4. p. 61
<i>De bonis ab afflictione allatis, iuxta Gentilium testimonia</i>	cap. 5. p. 63
<i>De virtute, & in quo potissimum consistat</i>	cap. 6. p. 65
<i>Narrat Amicus quid illi contigerit in Italia cū Eremita, & quinā sint veri amici</i>	cap. 7. p. 67
<i>De diuina misericordia, & quo pacto nostris in tribulationibus ad Deū recurrēdū sit</i>	cap. 8. p. 70

V. Dialogus de vita Solitaria.

<i>De Interpretatione cuiusdam antiqui Epitaphij de disputatione inter Peregrinos orta, nimirum quenam vita sit excellentior, an Solitaria, an Publica</i>	cap. 1. p. 71
<i>De vita solitaria excellentia</i>	cap. 2. p. 72
<i>De mundi fuga, & Exitu Babylonis, & quo pacto eo casu, fugere vincere sit</i>	cap. 3. p. 74
<i>Lusitanus suam propositionem exemplis & authoritatibus Gentilium comprobat.</i>	cap. 4. p. 76
<i>De excellentia & dignitate vite solitariae, de fructu etiam & utilitate historiae</i>	cap. 5. p. 78
<i>Lusitanus praestantiam vite solitariae authoritatibus Sacrae Scripturae comprobat</i>	cap. 6. p. 79
<i>Ostendit Lusitanus noui Testamenti exemplis, vite solitariae praestantiam</i>	cap. 7. p. 81
<i>De silentij utilitate, de nimiae loquacitatis periculo, de fallacia, & mundi vanitate</i>	cap. 8. p. 82
<i>De Technis & fallacijs mundi, antiquarum historiarum exemplis</i>	cap. 9. p. 85
<i>De comparatione vite actiuae cum contemplatiua.</i>	cap. 10. p. 86
<i>Contemplatio ad hominem spectat, iuxta excellentiorem animae potentiam</i>	cap. 11. p. 88

VI. Dialogus de mortis memoria.

<i>De ignauia huius vite, & de mortis memoria</i>	cap. 1. p. 91
<i>Pater suos sermones prosequitur, astus mundi detegit, & quo pacto à consideratione Creaturarum ad illam Creatoris debeamus transmigrare</i>	cap. 2. p. 92
<i>Pater prosequitur materiā de memoria mortis, & contemptu mundi. authoritatibus, & figuris diuinarum literarum</i>	cap. 3. p. 94
<i>De utilitate meditationis, quod sumus cinis, & de amoris mundi incommodo</i>	cap. 4. p. 95. 96
<i>De preparatione ad mortem, de eius timore, & contemptu, de memoria quam Antiqui de illa habuere</i>	cap. 5. p. 97
<i>Ostendit Pater humanarum historiarum authoritate, cruciatus vite, honorēq̄ gloriosae mortis</i>	cap. 6. p. 101
<i>Expositio praefatae Platonis authoritatis, & quot mortis sint genera</i>	cap. 7. p. 104
<i>De morte aeterna, & memoria temporalis, cum deuota peroratione.</i>	cap. 8. p. 105

EX SECUNDA PARTE.

I. Dialogus de Tranquillitate, & quiete vitæ.

- De situ Massiliae Urbis, deq. S. Victoris Monasterio: de pœnitentia S. Mariæ Magdalena, & vero solatio cap. 1. p. 107
- De falsorum solatorum inconstantia, de varietate & fallacia mundi, deq. breuitate vitæ, & in quo eius requies & tranquillitas consistat cap. 2. p. 109
- Lusitanus suos sermones prosequitur, & tranquillitatis vitæ proprietates enucleat, & quantum inuigilare, ne eam amittamus, necesse sit cap. 3. p. 110
- De opinione Stoicorum, quantum ad tranquillitatem animi cap. 4. p. 111
- Philosophus multa exempla adducit, qui sectam Stoicorum sequebatur cap. 5. p. 112
- Quomodo affectiones prauæ sunt, nisi ratione moderentur cap. 6. p. 114
- De officio Temperantiæ, & de affectibus bonis & prauis, de eo quod per pedes designatur & representatur cap. 7. p. 115
- Ostendit Lusitanus, quinam veri sapientes sint, & argumentis Philosophi respondet cap. 8. p. 118
- De Stoicorum cum Peripateticis coherentia, & in quo vitæ tranquillitas consistat cap. 9. p. 117
- Academicorum opinio erga veritatem reprobatur, doceturq. in quo vera consistat diuitia ca. 10. p. 119
- De vanitatis damno & cupiditate, ac auaritia cap. 11. p. 121
- De laboribus & cruciatibus diuitiarum, de vanitate eorum nostræ tempestatis, & de antiquorum parsimonia cap. 12. p. 122
- De contemptu diuitiarum & prosperitatum inconstantia cap. 13. p. 123
- Lusitanus suos sermones prosequitur, pluraque insignium virorum exempla, qui à mundo sese abdicarunt, affert cap. 14. p. 125
- De contemptu mundi, deq. armis spiritualibus cap. 15. p. 127
- De vitæ solitariae solatio, & antiquæ fabulæ Mythologia cap. 16. p. 129
- De tranquillitatis fundamento, & negotijs mundi, & sui ipsius abnegatione cap. 17. p. 130
- De sui ipsius fuga, & de laudibus Eleemosynæ cap. 18. p. 131
- De exemplo, quod maiores debent præ se ferre, deq. laboris laudibus cap. 19. p. 133
- De rerum humanarum tolerantia cap. 20. p. 135
- De patientiæ effectibus, eiusque laudibus cap. 21. p. 137
- De desiderio vitæ, & contemptu mortis. cap. 22. p. 138
- Lusitanus materiæ cõtēptus mortis, authoritatib. quorūdā Philosophorū prosequitur. ca. 23. p. 139
- De iudicij die. cap. 24. pag. 140
- De humilitate, ob tranquillitatem vitæ necessariā. cap. 25. pagin. 142
- De Iesu Christi humilitate, & de eius mortis atque incarnationis mysterio. cap. 26. p. 143
- De trium amicorum, interlocutorum diceſſu. cap. 27. p. 144

II. Dialogus de Solerti, siue discreta ignorantia.

- De situ Lugduni Gallia Ciuitate, de permissa & licita quiete, de que ijs rebus, quas scire oportet. cap. 1. pa. 146
- Scientiam mundanam esse dementiam, & de duobus modis Solerti ignorantia, & quænam vera sit scientia. cap. 2. pa. 147
- De quibusdā antiquis Bibliothecis, & authoritate versionis Serptuaginta interpretū. c. 3. p. 149
- De bonorum librorum utilitate, & de lectiois malorum detrimento. cap. 4. p. 150
- Lusitanus progreditur suos sermones, & agit de scientia cum diuino amore, & profunda humilitate coniuncta. cap. 5. pag. 152
- De magna existimatione, qua Principes olim viros doctos prosequabantur, qui eorum consiliarij esse debent. cap. 6. pag. 153
- De illorum errore, qui ad scientiam promouentur, ut vanitates adipiscantur, & de periculo acuminis

acumenis & subtilitatis ingenij.	cap. 7. p. 154
De argutiarum damno, artesque & scientias cum virtute debere coniungi.	cap. 8. pagina 156
De vitijs quorūdam doctorum hominum, & quomodo Gentiliū libri legi possint.	cap. 9. pagina 157
De forma que in libris Gentilium legendis tenenda est, de memoria misericordia, vere sciētia, discretaque ignorantia.	cap. 10. p. 158

III. Dialogus de vera Amicitia.

De bono tribulationis cum patientia perpeffa.	cap. 1. pagina 160
Mercator sua negotia socijs narrat, vicissim de fonte remedij loquuntur, & de utilitate ac privato commo.	cap. 2. pagina 161
Quo pacto amici amicis presto esse debeant.	cap. 3. pagina 164
Declarat Theologus quot sint amicitie species, & quēnā sit vera, & fructū quē secū adducit. c. 4. p. 164	
De legibus amicitie, de amicis fictis, & adulatione.	cap. 5. pagina 165
Adulatores in quadā societate, aut conuersatione minimē recipiendos & admittendos esse. c. 5. p. 167	
De conuersationis adulatorum damno, & virtute predicatorum utilitate.	cap. 7. pagina 169
De differentia inter amicitiam & amorem, de que libertatis prestantia.	cap. 8. pagina 171
Prosequitur suam orationem Theologus, & amicitia figuram explicat.	cap. 9. pagina 172
De remuneratione, de que multis rebus, quas amici vicissim inter se contulere.	cap. 10. pagina 172
De utilitate historie, de amore patrie, & quantum ingratitude hominibus sit inimica. ca. 11. pa. 174	
De gratia à quibusdam brutis animalibus habita.	cap. 12. pagina 178
De fraterna correctione, de utilitate habendorum inimicorum, de cura in electione amicorum seruanda, de philantia siue amoris proprii incommodo. de que immoderato lucro. cap. 13. pagina 178	
Que debeat esse amicorum seueritas. de illius sermocinatione, & silentio in secretis. cap. 14. pagina 180	
Quomodo homines amicos fidem adhibere debeant, de que modo in conuersatione seruando. c. 15. p. 182	
Quantum hoc tempus a preterito discrepet, de q. historia que Mercatori in Lusitania cōtigit. c. 16. p. 184	
De utilitate Epistolarum, quas amici sibi adinuicem scribunt, de que translatione Epistole, quam religiosus quidam ad amicum mittit.	cap. 17. pagina 186
Declaratur cuius erat Epistolarum quaterno, & quo pacto Iureconsultus nonnullas selegit, ut coram socijs perlegeret.	cap. 18. pagina 187
De disputatione, scilicet, quid sit excellentius, an Medicina, an Ius Ciuile.	cap. 19. pagina 190
De medicina inuentore, de Iuris Ciuilis laudib. & quidnā sit excellentius, amare, an amari. c. 20. p. 192	
Amicitiam eruditorum & virtute predicatorum virorum sectandam esse.	cap. 21. pag. 194
De amore Dei, de vero honore & constantia in virtute.	cap. 22. pag. 195
Philosophus materiam amoris concludit, de que vita eterna tractat.	cap. 23. pagina 198

III. Dialogus de Causis.

De trium Numismatum antiquorum interpretatione, eorumque causa.	cap. 1. pagina 199
De optimi regiminis harmonia, de que optimi Principis siue gubernatoris qualitatibus.	cap. 2. pag. 200
De cuiusdam imaginis prisorum Aegyptiorum explicatione.	cap. 3. pag. 202
De cuiusdam loci Iremie expositione, de que mundi fuga.	cap. 4. pag. 203
Utilitatis fugę mundi finis.	cap. 5. pagina 204
Cur maritus nouę nupte det annulū, quē in Italia dare, & quibusdā Hispania locis mos est. c. 6. p. 205	
Prosequitur Doctor suos sermones, questionique annuli sinem imponit.	cap. 7. pa. 206
De ignis & aque interpretatione, que antiquitus noua nupta manu tangebant.	cap. 8. pag. 207
Quam ob causam Germani soliti erant noua nupte duos boues mittere, & alijs ad propositum adductis antiquitatibus.	cap. 9. pag. 208
Cur Patriarcha Iacob brachia ad modum Crucis in benedictione filij Ioseph brachia extenderit, de que pluribus Crucis mysterijs.	cap. 10. pag. 209
Cur antiqui Vlulam sub Leone depingebant, & ad quid Centauros effingebant: ad hæc duorum capitum Aquile Imperialis ratio.	cap. 11. pag. 210
Cur Deus potius apparuit Moyse in rubo, quam in alia Planta, & cur prima Legis preceptorum tabula fracta fuerint, alia verò conseruate.	cap. 12. pa. 212

De



- De causa cuiusdam antiquitatis falsorum Deorum inter sacerdotes, & quid per Fabam aut Hederam intelligebant. cap. 13. pag. 213
- Cur Christus Apostolos sal terræ vocarit. cap. 14. pag. 214
- Cur Gentiles aperto erant capite cum Saturno immolabant, tectum habentes in alijs sacrificijs, de quibus quodam Nautæ Thesi dubio. cap. 15. pag. 216
- Cur antiqui Thebani Iudicium statuas sine manibus effingebant, de quibus alijs ad hanc rem antiquitatibus. c. 16. p. 217
- Cur in Sacra Scriptura homines vocentur arbores. cap. 17. p. 218
- Cur Deorum Gentiles in iure iurando, per lacum Stygium iurabant, & cur Philosophi Pythagorici per numerum quaternarium iurabant: & cur tempore Alexandri literarum studia florerent. c. 18. p. 219
- Cur Gentiles os statue Tristitiæ obsignabant, eamque in Templo Lætiæ collocabant. cap. 19. p. 221
- Cur Plato animam cum linea recta & circulari compararet, & cur Vitellius Imperator in quodam numismate duas imagines facie ad faciem sese intuentes insculpsit. cap. 20. p. 222
- Cur Reges Magi Orientis tres fuerunt, Apostoli XII. Discipuli LXXII. & Euangelistæ IIII. c. 21. p. 224
- Cur Gentiles Baccho obliuionem & Lynceum dicant, de quibus immoderati potus detrimento. c. 22. p. 225
- Vini immoderate sumpti damnum de quibus antiquorum in cibo & potu frugalitate agitur. c. 23. p. 226
- Cur Ioseph in Aegyptum per Pharaonis salutem iuravit, & cur ei ossa in ter. Prom. deferri iusserit. c. 24. p. 228
- Prosequitur Doctor memoriam mortis, demum quinque annorum discessus ostenditur. cap. 25. p. 229
- V. De veris & falsis bonis.
- De hominis reformatione, de quibus eius sub corporalibus creaturis præstantia. cap. 1. pag. 231
- De humana imbecillitate secundum corpus, de quibus eius secundum animam præstantia, in quo imago Dei consistat, & quid sit bonum. cap. 2. pag. 232
- De duobus honorum & finium generibus. cap. 3. pag. 233
- Quæ sint vera bona, quænam falsa, & quid sit virtus. cap. 4. pag. 234
- Quid sit pulchritudo, & quot eius genera. cap. 5. pag. 235
- Præceptum incommoda pulchritudinis prosequitur, eiusque inconstantiam ac breuitatem denotat. c. 6. p. 235
- Philosophi quo pacto pulchritudinem describant, quia de ea iudicent. cap. 7. pag. 238
- De spontanea paupertatis præstantia, de quibus diuitiarum periculo. cap. 8. p. 238
- Ostendit Præceptor, diuitias, vera bona non esse. cap. 9. pag. 240
- Sapientissime principes nullum habere, qui eis veritatem promat, & cur homines à bonis & diuitijs sese abdicant, ut religionem monasticam proficiantur. cap. 10. p. 241
- Authoritates S. Scripturæ de diuitijs, & quid ad hæc Christiani & Gentiles scripserint. cap. 11. p. 242
- Scientiam mundi esse ignorantiam. cap. 12. p. 244
- Veram scientiam inter vera bona numerari. cap. 13. p. 245
- Stirpis nobilitatem inter vera bona non esse describendam. cap. 14. p. 246
- De nobilis progeniei præstantia, & dignitate. cap. 15. p. 247
- De principum familiaritatis fauoris aut odij Principum constantia & varietate. cap. 16. p. 248
- Fauorem Principum terre non esse vera bona. cap. 17. p. 250
- Authorit. Plat. refellitur, ut probetur, verum splendorem non ex patriæ gloria, sed à virtute oriri. c. 19. p. 252
- De Athenarum & quarundam Romæ antiquitatum dirutione. cap. 20. p. 253
- Quibus modis antiqui Romani Imperium & auerunt & conseruauerunt. cap. 21. p. 254
- Gentiles nec moralibus virtutibus, nec veris bonis fuisse præditos: & quo pacto in veteri Testamento eorum ad Iesu Christi fidem conuersio prædicebatur. cap. 22. p. 255
- Progreditur Præceptor sermonem de Pharisæorum ingratitude, & Prophetarum adimplerione, & Gentilium conuersione. cap. 23. p. 257
- De primis Euangelij conuersionatoribus, de quibus mirificis signis, quæ in Iesu Christi Redemptoris nostri natiuitate apparuerunt. cap. 24. p. 258
- De philosophorum Gentilium circa felicitatem opinionibus, de quibus veritate, quæ ad hanc rem tenenda est. c. 25. p. 260
- Quid agendum ut ad diuinam visionis montem eamus, de quibus interlocutorum discessu. cap. 26. p. 262

F I N I S.



de-

213

214

deq

216

217

218

per

210

221

mf-

222

224

225

226

228

229

231

ago

232

233

234

235

235

238

238

240

fefe

241

242

244

245

246

247

248

250

252

253

254

aen-

255

one,

257

oftri

258

260

262



6



